RENATI CHOPPINI ... DE DOMANIO FRANCIAE. LIBRI 3. ..

René Choppin, Giovanni Battista Coccini

RENATI CHOPPINI ANDEGAVI I. C.

Et in primario Galliarum Senatu

ADVOCATI.

DE DOMANIO FRANCIÆ.

LIBRI III.

Βασιλεία, κτῆμα τῶν κοινῶν· ἀλλ' οὐ τὰ δημόσια, τῆς Βασιλείας κτήματα. Suid.

VLTIMA EDITIO.



PARISIIS,

Apud Michaëlem Sonnium, via Iacobæa, sub Scuto Basilensi.

M. D. C. XXI.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

13 5 4 24

AVCTORIS,

DE PRIMITIIS *Operum suorum istis,*

TETRASTICHON,

An. 1572. NOSTRÛM primitiæ, quæ REGIA IVRA, laborum,
Hæc eadem, nostræ promo studia vltima vitæ.
An. 1605. Nunc REGVM REGI, superest, sua Iura rependam,
Ætherеúmque colam, post hæc Terrestria, REGNVM.

CANDIDO LECTORI,

RENAT. CHOPPINVS I.C.,

DECIMVS iam & septimus agitur annus, quo, intactum prius abditumque, scriptis vulgauimus Francicum DOMANIVM. *Sed vt nouis rebus crebrò accidit, rari huius insolentisque Argumenti tractatio visa est tum nonnullis spinosior, Gallicarum maximè Antiquitatum imperitis. Qualibus hæc nihilò magis patent* AVGVSTI CENSVS *adyta ac penetralia, quam Platonicæ Academiæ fores ignaris Geometriæ: Sicuti Platonis Scholæ inscriptum erat:* οὐδεὶς ἀγεωμέτρητος εἰσίτω. *Quod enim in sacris fiebat olim, vt initiatis solum* τὰ ἐποπτικὰ καὶ μυστήρια *communicarentur, illud idem in Philosophia erat vsitatum. Ast quinquennio post huius editionem Operis, commodùm occurrit, vt vir Reipub. studiosus Gallicis Commentariis interpretaretur nostri* DOMANII *Capita quatuor vicissim ac fragmenta: quæ in nostris legendis accuratè versatus, haud perinde aliis obuia omnibus intellectáque coniectarat. Quibus in Commentariis licet interpres Auctoris Latini nomen suppresserit, publicæ tamen vtilitati gratulatum malui, quàm de priuato iure meo vel contestatum, vel conquestum. Nec enim isthìc priuatis ducor Thaletis Milesij affectibus, qui Mandrayto Prienensi, quem noua subtiliaque de Cælo ac Sole docuerat, offerenti mercedem, Hoc (ait) pro omni mercede esto, vt quoties apud alios ista effabere, Thaletem non celes auctorem.* CVM *verò nostrum hoc volumen excudere iterum typis velle se significassent Bibliopolæ primarij nuperrimè, vix mihi per Forenses occupationes suppetiit eius cursim relegendi otium: Cui proinde non nisi recentia fermè aliquot inspersi Edicta Principum, Senatusque Consulta Francica de Regiis Fundis, quæ pri-*

Patrimonia, CORONAE Gallicæ consecrata.

ã ij

mæ lucubrationum istarum fœturæ editioníque indies successerant. Iis tamen adieci margineas passim Annotatiunculas, vt populariter explicatis singulis, SACRI PATRIMONII Arcana profano etiam inertique vulgo proderentur. INTERIM properanti ad alia, (Lector) da veniam præcipitis forsan & immaturæ huius Recognitionis. Pridem quippe Tractatum aggressus sum Legis Andium Municipalis, cuius primæ Parti de Iuridico Procerum Dominio publicatæ. An. 1581. debentur reliquæ duæ, velut indiuiduæ comites, De FEVDARIO seu directo, ac De Vtili fundorum Dominio. Ne idem mihi, nisi absoluero, vertatur crimini, quod illi Panætio, qui tribus Officiorum propositis generibus, duo prima luculento Opere explanarit: De tertio autem genere deinceps se scripsit dicturum; nec exoluit id quod promiserat. Quod eò magis miratur Cicero, quia 30. annis vixerit Panætius, postquàm ea ingenij monumenta euulgasset. NVNC superest, vt Gallicos Magnates orem & obtester, ne suis quibusdam Ditionibus in hoc Fiscale Forum à me productis identidem, commoueantur. Nullius enim aut odio aut gratia id feci; nec Regij alicuius impulsu Muneris publici, cui nusquam alligatus sum. Sed è regiis partim Tabullarum Scriniis quæ elicui, partim è vetustis Rationalium, Senatusque Francici Regestis de Patrimonio Fisci, ea necesse habui in lucem proferre Historica fide. Ita, vt nec priuatorum iuri detrahendum quicquam, apertè vbiuis ostenderim, nec Principis rursus, Regniue iustas possessiones subuertendas: Qùum iis velut fulcris innitatur charissimæ Patriæ Status Reique Communis. HISCE igitur qualibuscunque pro Repub. nostra susceptis primùm laboribus vel fruitor, vel Colophonem addito (Lector beneuole) vt collatis nobiscum operis, sacrosanctas Gallicæ Monarchiæ opes, ceu propugnacula publica, tueare. Vale, Parisiis, postridie Virginis matris assumptæ, An. Salut. Sesquimillesimo duodenonages.

De Iurisdictione.

De Feudo.
De vtili rerum Dominio.

Reuocandis quoque sub incudem nostris aliis Libris dabimus operam (iuuante Christo) tum De Priuilegiis Rusticorum, editis, Ann. 1574. tum de Sacra Politia Forensi, excusis An. 1577.

CHRISTOPH.

CHRISTOPH. THVANO,

PARISIEN. SENAT. PRÆSIDI MAX. SANCTIORISQVE PRÆTORII Consiliario.

Renatus Choppinus S.

EX *quo tempore ad principem hunc Gallici Senatus Magistratum assumptus es* (THVANE *Præs. Max.*) *ego quantulamcunque tibi diurnæ opellæ meæ forensibus Actionibus rationem reddidi: Qualem Ægyptij, Præsidi Prouinciæ, reuocato vetere Amasis Regis instituto. Otij verò non minùs, quàm negotij rationes edendas ratus, Agellum hunc* DOMANIALEM *profero, domesticarum satu lucubrationum excultum: Quem & idcircò imprimis refero ad iudicium tuum, sacrámque* (*vt Leges nostræ loquuntur*) *cognitionem, vt tute eundem, si ita visum sit, des, dicas, addicas studiosæ Francicarum Obseruationum iuuentuti. Debueram, fateor, sumere materiem meis æquam viribus, & versare diu, quid ferre recusent, quid valeant humeri. Sed quantùm mihi initio huius argumenti grauitas timoris attulit, ne inconsultæ audaciæ notam incurrerem, tantùm ademit eiusdem nouitas, à nullodùm descripti: bona spe veniæ* * πρωτοπείρῳ *impetrandæ, qui*

* Primùm experiunti.

Auia Pieridum peragrem loca, nulliùs antè
Trita pede.

QVò *etiam feci lubentiùs, vt non modò quæ existimarem à summis Oratoribus de* REGIO PATRIMONIO *diuinitùs in Iudicijs dicta, custodirem literis, si vllo modo assequi complectique potuissem: Verùm vt beneuolè quoque laudem illorum iam propè senescentem, quantùm ego possem, ab obliuione hominum atque à silentio vindicarem. Nam si ex scriptis cognosci ipsi suis potuissent, quod perpaucorum esse Tullius refert, vt ad forensem domesticus labor accedat, minùs hoc fortassè mihi esse putassem laborandum. Sed quemadmodùm fuêre quondam diuulsa omnia, dispersa & dissipata, quæ nunc Artibus conclusa sunt, in Musicis numeri, voces & modi: in Geometria, lineamenta, formæ, & magnitudines: in Astrologia, cæli conuersio, ortus, obitus, motúsque syderum: in Iure Ciuili, sparsa & dissoluta Prudentum responsa, de quibus in Artis præcepta redigendis libellum à Cicerone editum quidam memorarunt. Sic Francicæ Iurisprudentiæ pars vel præcipua, quæ ad* DOMANIVM *pertinet, quùm hactenùs vaga & confusa varijs agitaretur disceptationum fo-*

rensium fluctibus, quæ in Ephemeridem Curiæ identidem referebantur, hanc ipsam in Artis rationem formámque reducere operæpretium duxi, certaque serie ac methodo compactam illustrare. Quanquam enim AVGVSTI DOMINII *tractatio vix peculiari vlla nostrorum Principum Sanctione, præter vnam aut alteram, munita sit: ad eam tamen maximus, Curiæ præiudicijs, rerúmque iudicatarum auctoritate cumulus accedit. Nam & pariter Iuris Ciuilis potissima pars versatur in S. Consultis, & Atteius quidem Capito rem se suis ciuibus gratam facturum censuit, si ea colligeret, quæ Pop. Rom. latis Tributim aut Centuriatim suffragijs, cognoscens decreuisset.* TIBI *ergo hos Libellos* (Christoph. Thuane) *qui consultissimæ Themidis, Iustitiæque arcem tenes in eo Foro, vnde hausta sunt ad institutum nostrum pleraque: tibi, inquam, hosce meritò fero acceptos, non modo vt creditori, ex quo sim plurima mutuatus, sed vti patrono assertoriq; Operis, quod intra septa Curiæ Commentarijs inclusum, iam quasi è Commentariensium custodia educatur in libertatis lucem, tuisque auspicijs communi liberoque hominum commercio perfruatur. Quo tuo insigni erga nos beneficio futurum quoque speramus, vt te non minùs in hoc veluti speculo, posteritas tota Ius dicentem pro Tribunali, & decreta Senatus à nobis repetita memoria pronuntiantem olim intueatur, quàm hodie togata nostra admiratur Gallia, & altissimo illo, cui præes, Solio dignissimũ veneratur. Ne autem ex iure manu consertum me vocent Triumuiri Fiscalis aduocationis, quòd priuatus, Iure Fisci explicato, videar in eorum possessiones irruisse: liceat mihi, obsecro, petita abs te patrono venia, cum illis agere de eo, ac decidere: Quos etiam Regiæ huius Causæ iustos Aduocatos (in hisque Augustinum Thuanum fratrem tuum) insalutatos præterire absque plagij crimine non poteram. Vnum denique te oro, vt qua soles æquanimitate forenses nostras Actiones Iudex excipere, eadem Patronus, nostram ad scribendum accuratiùs, augeas industriam. Benè vale. Lutetiæ Parisiorum, Idib. Nouemb. an. 1572.*

RENATI CHOPPINI

ANDEGAVI I.C. DE RATIONE OPERIS, PROOEMIVM,

AD VIROS CLARISSIMOS, VIDVM FABRVM, IANVM GVELLEVM, ET AVGVSTINVM THVANVM
Regiæ Procurationis Triumuiros in Senatu Parisiensi, Consilijque Sacri Senatores.

POSSETIS mecum Interdicto contendere (TRIVMVIRI AMPLISS.) quòd priuatorum patrimonia in foro defendere solitus, de Principis patrimonio dicere ausus sim: cuius ego vos tutelares patronos agnosco, ac de Fundis Fiscalibus, tanquam de iure prædiatorio, solos cognitores ceu prædiatores. Sed totum hoc etiam vestri beneficij fore profiteor, si frequenti Senatu vobis Regias causas orantibus, adnotata per me sempiternæ literarum memoriæ commendentur. Sic ex Marcelli adnotatione posteris traditum est, Calpurnium Longinum Fisci aduocatum, coram Antonino Cæsare dixisse de caducis à Fisco vindicatis. Ita Seruij de Iure publicè respósa auditores eius pluribus libris retulerunt. Nostratum verò adhuc plerique, editis Commentariis, leges Romanas interpretantur: hospites herclè in sua ciuitate, in aliena ciues. Mihi autem nouum scribendi argumétum sumpsi, non ex auditorio Æmilij Papiniani depromptum, sed quod è vetusta Fori, nostrorúmque hominum obseruatione, quasi * νόμον ἄγραφον, primus scriptis publicarem: Gallis fortasse non ingratú futurum. Malui enim apud exteros vilescere, &, quod dicitur, * Ἀνάχαρσις παρ' Ἀθηναίοις σολοικίζειν, quàm, patriis Moribus neglectis, in externorum commentatione versari. Nec aliud egi hoc Tractatu, quàm vt Gallica de DOMANIO instituta colligerem. Sicuti Saluius Iulianus Romæ, qui Prætorum edicta, imperante Adriano, in vnum composuit, Edicti perpetui ordinator: aut Sexti Papyrij exemplo, qui longè antea Regum Romanorum leges ordine digesserat.

L. Proximè in cognitione Principis. Pandectarum Parte 5. Tit. 4.

* ius non scriptum.

* Anacharsis Scytha solœcismum facit apud Athenienses.

Editum Principis in Molinensi vrbe, mense Febr. an. 1566. de Vnione & cõseruatione Domanij Regalis Franciæ.

Cvm verò nulla dùm Franciæ de Rebvs Dominicis scripta Lex extaret (præter vnam nuper editam) fateor me ad illas literis illustrandas, fuisse non mediocriter antiquis Curiæ monumentis adiutum. Ac dolet sanè immeritò Budæus, nostros Principes à maioribus nullos accepisse rerum suarum commentarios, seu publicos, seu priuatos: Quales legimus Tiberium, Germanicum, Traianum Cæsares, Commentarios Principales confecisse, in quos sui Imperij acta referri iubebant. At enim prisci Reges noluerunt mandari literis, Sacri Patrimonij dogmata lógè etiam consultiùs, quàm antea Druydes ipsi, disciplinam suam vetentes in vulgus efferri: Quippe cum minimè Regibus defuerit Conscriptorvm Patrvm diligentia, qui regulas Pvblici Censvs, actis diurnis memoriæque perpetuæ consignarunt. Non quidem, vt soli essent huius disciplinæ inspectores, quemadmodùm illi librorum Sibillynorum Duumuiri à Tarquinio Prisco instituti: verùm vt publicè ad communem Fori vsum Curiæ commentaria dirigerentur. Ac celebrantur profectò Iulij Pauli Decretorum libri tres, Calistrati Institutorum totidem, qui & de Iure Fisci ac Populi libros quatuor contexuit. Ex Regestis verò Curiæ vniuersa, quæ ex illis singula, confertim deducuntur: tum decreta Senatus, tum antiqua Domanii instituta, tum denique integer de iure Fisci Gallici Tractatus, qui eorumdem lectione concinnatus absoluitur. 2

Est quoque Thesaurus Chartarum regiarum Lutetiæ, de quo Nos infrà lib. 3. tit. 12. art. 25.

Curia Parlamenti Parisien.

Præbvit autem nostro Operi Lex Regia occasionem, de Coronæ Prædiis recèns promulgata. Ne mihi interim Tullij Duumuiri pœna obijciatur, cùm is ipse librum Sacrorum Ciuilium iura cótinentem vulgasset. Sed quemadmodùm Votiuas decumas Diis soluebant 3

Mercatórque vagus, cultórque virentis agelli:

Ita ego Senatui, vobísq; decumanum profiteor Agrũ hunc Patrimonialem, imò beneficiarium totum, vt pro vestro quasi patronorum iure, harum vigiliarum fructum inuicem partiamini. Si parũ fructuosus ager, vt arbitror, cóperietur, excusate noualem, nullius antehac, quod sciam, scriptoris cultu seminatum. Nostrà autem omnium intererat, publicum Patrimonium publico potiùs committi; & tanquam in Apellea tabella spectandum omnibus repræsentari, quàm tot de Iure priuatorum consutos centones, qui vulgò circumferuntur. Magister, & Molineus viri doctissimi pollicẽtur, se nonnulla distinctis libris de illo præcepta tradituros: sed necdùm posthumi auctoribus hi agnascuntur libri. Vnam Seysellij percurri legem Salicam, speciosi nominis præscriptione, Francica duntaxat cum Britannis dissidia ex Annalibus delibantem: * ἀλλὰ οὐδὲν πρὸς ἔπος. Scio nonnulla à me in hunc Codicem sparsim & intercisè congesta, de externis Regibus, quæ ad forensem disceptationem, seu * πρὸς τὰ ἄλφιτα parum conferre videbuntur. Ast Galliæ Reges in theatrũ producenti, fuerit fortasse minùs indecorum, fœderatos Reges, sociásque Respub. in commune colloquium adducere: Non quasi Gallicæ Ciuitatis iure donandas, sed vt externarum legum ac Politiarum obiectu, Celtica tantò præclarior ac fœlicior enitescat.

Ægidius Magister Protopræses Curiæ Parif. in lib. Decisionum Forensf. & Molineus I.C. in cóment. vetustæ Consuet. Parisien.

Claud. Seyssellius Massilien. Episcopus, in Lib. Gallico cui titulus est, *La Loy Salique*.

* Verũ nihil ad rem.

* Ad farinas.

4

4 Ne porro videar in scæna agere, spectante Roscio, vobis scilicet, ad quos ea res pertinet, prædico vos ex animo Gallicæ politiæ curatores, censores, moderatores Regiis auspiciis, auctore Senatu: Vos adeò sacrarum Constitutionum vindices, publicæ salutis in Foro propugnatores, pauperum, Templorum, pupillorum, Plebeculæ defensores contra vim potentiorum, quasi Tribunitia sacrosancta potestate. Ecquid verò tam Regium, tam liberale, quàm opem ferre supplicibus, excitare afflictos, dare salutem, liberare periculis, de summa Reipub. prouidere? Vestrum sanè Fiscalis Aduocationis Magistratum (quem Adrianus Cæsar instituit) nec Septimium Seuerum, postea Imperatorem, gerere puduit, & Parisiensem præsertim, Faber gentilis vnius vestrûm, magnum in Gallia Magistrum nuncupauit.

Fab. in §. vlt. Instit. De except.

5 Cæterum miranti cuipiam, me de re prorsus Gallica Latinè scripsisse, dicam, à M. quidem Catone Albinum fuisse reprehensum, quia Romanus, res Romanas Græca oratione scriptitasset: at nimis censoriè Cato. Quid enim, si, quod nos apud Cæsarem legimus, sua ille ætate didicisset, Gallos in publicis, priuatísque rationibus, vti Græcis literis consueuisse? Meliùs Herclè Octauius, lege lata, vt Romani Græco, & Græci Romano sermone promiscuè vterentur. De Latina autem elegantia, quam parùm studiosè seruaui, me purgabit, opinor, Argumenti nouitas, quæ foro seruientem, conceptis verborum formulis memet adstrinxit, negotióque accommodatis:

Iul. Cæs. De Bello Gall. lib. 6.

Octauius August.

Cùm ornari res ipsa neget, contenta doceri.

Tametsi etiam * παχυμερέστερον (vt Græcum Gellij verbum vsurpem) seu pingui Minerua.

* crassiùs, rudiùs.

6 Sinite igitur (Viri Ornatiss.) vestro patrocinio Domaniale hoc Opus, à nobis, quasi pro officio iustæ clientelæ committi. Efficietis profectò, vt aduersus obtrectatorum morsus, securè paraturus sim * ἐπινίκια, vobísque probato Volumine, minùs in Platonis legem visus ero peccasse. Is enim in diuina sua Institutione de Legibus, censuit præscribi in Repub. oportere, ne cui liceat, quæ composuerit, emittere in lucem antè, quàm constituti super id Iudices legerint, nec improbarint. Postulabat certè huius argumenti dignitas, vt à viris Fori consultissimis excuteretur: nisi eorum plurimi, vt Aspendius ille citharistes, omnia sibi ac suis intus canere cernerentur. Ego autem veteres Rusticos imitatus, culpam deprecabor, quos, malè dolata suis manibus Diuûm imagine, sicque Numini dicata, pia simplicitas excusabat. Quocirca idem habetote, me simili voto, in his fingendis primas solùm duxisse lineas, vt eruditorum politiorem manum aliquando ad delineatum Opus absoluendum excitarem, fœlicioremq; acuerem industriam, seu, cum Flacco,

* victoriale canticum.

----Functus vice cotis, acutum
Reddere quæ ferrum valet, exors ipsa secandi.

Valete, & in Bimestribus exaratum boni consulite. Nonis Nouemb. CIↃ IↃ LXXII.

Bimestres vacatiónes Curiæ Parlamenti, seu Autumnales Fori feriæ.

AD SENATVM, AVCTORIS, Δεκάστιχον.

ACCIPE, vulgari non dignè scripta Libello
REGIA tutelæ credita IVRA tuæ.
Iura sacra, haud manibus, fateor, tractanda profanis,
Publica priuato nec celebranda viro:
Dolia sed vacuo liceat tunc voluere, cùm tot
Solliciti magnos occupat vrna Fori.
Quòd si indefensum damnet censura bimestrem
Partum hunc, infirmi iudiciique reum.
Læsum restituas, non tantùm (Prætor) honorem:
Ast vt Regij Agri tutor es, esto Libri.

EIVSDEM AVCTORIS, AD CVRIÆ PARISIEN. ADVOCATOS.

* communia amicorum omnia.

* Κοινὰ φίλων πάντα *esse, quod vnica Secta monebat*
Pythagoræ, id sociis Lex iubet esse ratum:
Inter quos, Iudex partes diducit in æquas,
Partúmque ex operis diuidit omne lucrum.
Sic (Socij) vobis, sudore parata forensi
Confero, communis diuitiásque Fori.
Vestro hæc ære, meo merx est congesta labore,
Dum mihi vestra palàm dicta notare subit.
Romulidûm cedant, rauca & subsellia Graiûm,
Actæum, & Latium vincitis eloquium:
Iámque aliquid profert Cicerone disertius ipso,
Florida facundos Gallia causidicos.
Et quotus est ex his, quin Legum ænigmata soluat
Nodosa, arguto digna vel Oedipode?
Ergo alienas quo defendis acumine lites,
Commune in Momos hoc tuearis Opus,
O Collega: meæ si quidquam accreuerit arcæ,
Siue Palatinas auxerit vsus opes,
Dextro Mercurio, pars ad te iusta redibit:
Publica, sic medio sunt referenda Foro.

An. 1572.

OPERIS ARGVMENTVM, ET ORDO.

TRIBVS LIBELLIS, DOMANII FRANCICI TRACTATVS ABSOLVITVR. PRIMVS EST de Acquirendo, id est, quibus modis, & quot partibus constituatur REGALE DOMINIVM. SECVNDVS de Amittendo, id est, ad tempus alienando, quibúsve modis illud alienare liceat, vel non. TERTIVS de retinendo, cùm redhibitum fuerit, Patrimonio Fisci, alióque Sceptrorum multiplici Iure.

INDEX TIT. LIB. I.

TIT. LIB. II.

TIT. LIB. III.

RENATI

REN. CHOPPINI ANDEGAVI I.C. ET IN SVPREMA PARISIORVM CVRIA ADVOCATI, DE DOMANIO FRANCIÆ, LIBER PRIMVS.

Tit. I.

DE ORIGINE, ET AVCTORITATE Regij Patrimonij, ab externis exemplis deducta Isagoge.

SVMMA EORVM QVÆ HOC TITVLO CONTINENTVR.

1 *Duplex Imperatorum Romanorum patrimonium, Fiscale & Priuatum.*
2 *Hinc Aeraria duo, procuratores, comites totidem.*
3 *Vetus ærarij à fisco differentia. Fisci etymologia.*
Vetus Prouinciarum distributio in stipendiarias, & tributarias.
4 *Reipubl. patrimonium in Vectigalibus, portoriis, decumis, & consimili prædiaria pensitatione.*
Eo vectigalia aut sublota, aut imminuta.
Solarij pensitationem ex lapidicinis & metallifodinis præstari.
Eius etymon.
De frumentario Canone.
5 *Superioris differentiæ confusio.*
Pensitationes variæ, Canon, Oblatio, Indictio.
6 *Constantinopolitanorum Imperatorum* DOMANIVM.
Panagium, siue Appennagium.
7 *Syriacorum Regum* DOMANIVM.
8 *Gotthorum Regum* DOMANIVM.
9 *Persarum* DOMANIVM *in viginti prouinciarum tributis.*
10 *Aegyptiorum* DOMANIVM *partim in Sacerdotes, partim in Reges, partim in milites dispensatum.*
Lex Agraria Pharaonis.
11 *Lacedæmoniorum Regum, in prædiis, mediocre patrimonium.*
12 *Carthaginensium Regum* DOMANIVM, *in annuo ære pro solo ædium vrbis.*
13 *Macedonum Regum* DOMANIVM, *in grauissimis ac tyrannicis tributis.*
14 *Turcici Imp. patrimonium, partim in hortorum & fundorum priuatorum prouentu*

ad Mensam Principalem, partim in Prouincialibus tributis ad bellorum impensas. Item in decima agrorum Oppidanorum.

15 *Longobardorum Regum* DOMAMIVM, *in dimidiæ singulorum Ducum substantiæ contributione.*

16 *Hungarorum Regum* DOMAAIVM, *in Tricesimis, Lucro Cameræ, Montanis, &c.*
Pannoniorum Regum DOMANIVM *alienare nefas.*

17 *Anglorum Regum tributa, de Anglici concilij consensu indici.*
Nihil olim suum habebant.

18. *Scotorum* DOMANIVM, *in* Racharu *&* Releuiis *feudalium successionum, & in* Gardia *nobili minorum 21. annis.*
Idem ius Anglo Regi adscriptum.

19 *Neapolitanorum Regum patrimonium duplex, Coronæ, & priuatum.*
Sicilia vtraque, Romanæ Sedis feudataria.

20 *Polonorum patrimonium, in prouentu omnis generis specierum, à Ludouico Andegauo postea immutatum.*

21 *Æthiopum* DOMANIVM, *in vectigalibus ex patriis mercibus.*

22 *Cypriorum* DOMANIVM *sacrum, & alienari vetitum.*

23 *Venetæ Reipubl.* DOMANIVM, *in vectigalibus seu portoriis, & subditarum ciuitatum tributis.*

24 *Hispanorum* DOMANIVM *alienari prohibitum.*



DE

DE ORIGINE, ET AVCTORITATE REGII PATRIMONII, AB EXTERNIS EXEMPLIS DEDVCTA ISAGOGE.

Tit. I.

LIBER PRIMVS.

1 SEMPER FAVORABILE fuit in omni Repub. Principis Patrimonium. Eius duplex genus Romanis Augustis attributum quondam. Publicum alterum, Fiscale, vel Imperiale: quali de Coronæ DOMANIO nobis hîc institutus est sermo. Alterum priuatum, quod Cæsaris patrimonium dicitur. De vtroque distinctè Iulius Paulus, prædia Cæsaris ea definiens, quæ in formam patrimonij redacta, sub procuratore patrimonij essent: cùm alia tantùm Principalibus vsibus deseruirent, lib. 21. ad Sabinum. l. Cùm seruus. §. constat. ꝟ. De legat. 1. Huic congruit Calistrati sententia l. 3. §. vlt. vers. item si in Cæsaris possessione repertus fuerit, dimidiam æquè partem fisco vindicari, Cum Vlpiani l. Fiscus. §. vlt. ꝟ. De iur. fisc. Ita argutè discernuntur ab Herennio Modestino * χωρία Καίσαρος, ἀπὸ τῶν χωρίων τοῦ ταμείου: (leg. οἱ ἐπιτρόποι. π. Locat.) Tum Seruidij Scæuolæ Leg. Titius. §. vlt. D. Qui potior in Pign. Ea de causa Antoninus Pius moderatè adeò, reuerentérque tractauit sacras Imperij opes, vt priuatum duntaxat patrimonium in filiam contulerit, & cùm superfluas modò species Imperatorias & prædia vendidisset, ipse in propriis vixerit fundis. Auctore Capitolino. Quandoquidem Res Fisci tantùm assignatæ sunt Principi, ad tuendam dignitatem suam, ac Reipub. vsus repentinos. De priuata ditione secus, quam Rex mancipio possidet, commercióque libero, nedum fructuario iure.

> Quotuplex Rom. Principis Patrimonium.
>
> *Domaine public de la Couronne.*
>
> * Agri Cæsaris, ab Ærarij publici, Fiscalibúsvè bonis.

2 Ac deinceps Zeno, & Iustinianus Augusti luculentiùs vtramque descripserunt Principis substantiam: publicam nempè seu fiscalem, & priuatam, seu quæ priuato iure sanguinis, ac propinquorum hæreditate, quæsita esset, emptionibus, peculiarive alio, quàm Sceptrorum titulo. Ille quidem, sua Leg. Quoties * Cod. Vbi senat. vel clariss. l. 2. Cod. de quadrien. Præscript. Hic verò, leg. vlt. Eod. hoc Tit. Ad curatores Dominicæ domus. Exin Æraria bina memorantur ab Arcadio & Honorio Impp. l. vn. De Quæst. magist. offic. & Comitibus sacrarum largitionum & rei priuatæ, lib. 12. Cod. duo item procuratores erant, Cæsaris & Fisci, Comites largitionum, Ammiano ita dicti, rerum priuatarum seu priuati ærarij Comites, apud Theodoritum lib. 3. cap. 12. Comites sacri patrimonij, in Constitutio-

> Quodnam sit priuatum Principis Patrimonium.
>
> * Vers. sacti nostri Numinis thesaurus, aut res priuatas nostræ pietatis, vel serenissimæ Augustæ nostræ coniugis &c.
>
> *Domaine priué & particulier des Empereurs & Rois.*
>
> Ammianus Marcellinus.

Comites rerum priuatarum per Procuratorum curam administrarunt priuatam Principis substantiam, vt inquit Theodoritus.

tionibus Imperatoriis. Principis itidem Rei familiari Præfectum, seu Præpositum recenset Cornel. Tacitus, Annal. lib. 12. & 13. Vti Procuratorem priuatæ rationis nuncupat Cæsar ipse Alexander, leg. 7. Cod. de eden. Sic Procuratorem rerum priuatarum distinxit à Procuratore fisci Seuerus Augustus, quùm, Iulij Capitolini verbis, tantùm reliquit filiis ex quadam bonorum proscriptione, quantùm nullus Imperatorum, postquàm is magnam auri partem per Gallias, per Hispanias, mediámque Italiam Princeps confecisset. Vnde primùm constituta sit Procuratio rerum priuatarum. Sensim inde, Coloni rei priuatæ, Romana Nomothesia passim excussi, Fundi fiscales, fundi patrimoniales, fundi rei priuatæ, Diuinæ domus, fundi saltuenses, Canones Largitionalium titulorum, pascua publica vel priuata, saltus rei Dominicæ, & domus Augustæ. Qui omnes, Rubricis ipsis trium lib. Cod. posteriorum præscribuntur. Tum Leg. 2. De Priuileg. Dom. August. vel rei priu. l. Omnia De collat. fund. fiscal. vel rei priu. l. vlt. De agric. & mancip. l. 5. De locar. præd. ciuil. vel fiscal. lib. 11. Cod. Iustinian. Ac leg. 8. De iur. Fisc. In Cod. Theodos. Quò pariter referuntur Cassiodori Formulæ, lib. 6. Variar.

Antiquitùs fuit Principis fiscus, ærarium Ciuitatis.

3 PVBLICVM rursus, seu fiscale Principis patrimonium distinxit sacra Vetustas ab Ærario Reipub. quasi priuatas à publicis Imperij facultatibus, earúmque respectu, in priuatis fortunis numerabatur. Nam ærarium, Pædiano teste, pecunia erat Imperij ac publica: fiscus verò propriè, pecunia Imperatoris, & DOMANIVM, à fiscis. i. sportulis nuncupatus. Sportæ enim, sportulæ, sportellæ, munerum erant receptacula: Fisci, fiscinæ, fiscellæ, spartea erant vtensilia ad maioris summæ pecunias capiendas. Per hunc modum ait Domitius Vlpianus, res fiscales, quasi proprias & priuatas Principis esse, quem & ipse Fiscum appellat. l. 2. §. hoc interdictum. D. Ne quid in loco publ. Sic commoda Cæsaris ex fisco, publicæ familiæ ex ærario dari scripsit Frontinus De Aquæ ductib. Similiter Octauius August. Prouincias partitus est ita, vt quædam Prætoriæ essent, populo vectigales: Aliæ Præsidales, quæ Cæsareo fisco certum æs appenderent: vt narrat Dion in Augusto, Strab. lib. vlt. Quò factum est, vt illarum prædia stipendiaria, harum tributaria etiamnùm vocarentur à Iustiniano. §. est & naturalis. Instit. De rerum diuis. Ex eo quoque ductus Præfectus fisci, à quo ærarij Quæstores Tribunique longè discrepabant. Traiano autem vel palmarium fuit in Panegyrico Pliniano, quòd Seueriùs Fiscum quàm Ærarium cohiberet: quantò plus nimirùm sibi licere de suo, quàm de publico crederet. Eius Imperium, quàm patrimonium maius fuisse ibidem fertur, multáque is ex patrimonio in Imperium retulisse. Pari modestia Ælius Pertinax vetuit suum Imperatoriis possessionibus nomen inscribi, haud esse illas dictitans imperantium proprias, sed communes Romanorum & publicas: Herodiani lib. 3. Nec aliter apud Zonaram, (in Marco Aurelio Philos.) profitentur summi quique Monarchæ, nudam Rerum Procurationem regimenque suum esse, POPVLI verò, Dominium. Eòdem propè recidit supremum Galli regis elogium, Ludouici Crassi, de Regiis Fascibus, ad Ludouicum 7. filium. P. Æmylij relatu in Francica Histor. Romani certè Reges primi, ab Vrbe condita, habuerunt in priuata ditione agrum magnum & vberem, ex cuius prouentu sacra Diis faciebant, ac domi victitabant splendidè. Primùm Romulus, qui eum iure belli parauerat, dein Numa Pompilius, qui per successionem fruendum acceperat: censebatúrque non publicus, sed propria Regum sors ac possessio, comparatione bonorum Ciuitatis, Reíque Publ. Vt memorat Halycarn. lib. 3. Annal.

Præfectus fisci, seu Thesaurarius Dominicos reditus procurans: Ærarij verò Quæstores seu Tribuni, Receptores generales finantiarum, *procedans des tailles, aydes*, &c.

Has priuatas possessiones Tullus permisit diuidi viritim inter Romanos inopes, professus Patrimonium sibi sufficere in sacrificia sumptúsque domesticos.

4 ENIMVERÒ Reipubl. Patrimonium constabat vectigalibus, portoriis, decumis, siue, decima parte reditus agrorum publicorum, aliáque consimili pensitatione prædiaria. Huc spectabant Scripturæ pendi solitæ ab iis, qui glandariis, & pascuis saltibus mancipes fruebantur. Vnde Scripturarium agrum Festus vocitauit. Ea tamen vectigalia, aut omninò sublata sunt bellorum ciuilium tempore, aut magna ex parte imminuta. Quod vti contigerit, explicat Appianus in 1. Ciuilium. Paulóque antea Q. Metellus Prætor legem tulerat, vt portoria Italiæ tollerentur: apud Dionem lib. 37. Adeò, vt M. Tullius prodiderit (2. Epist. ad Atticum) portoriis Italiæ sublatis, agro Campano diuiso, nullum tunc vectigal, præter Vicesimam, superfuisse. His accensentur alia sub Cæsaribus,

Ex pecorum pastione & transductione soluebatur vectigal, Alabarchia dictum, & eius vectigalis magister, Alabarches. De quo vide quæ nos inf. lib. 3. Tit. 24.

bus, Metallorum, & cotoriarum Cretensium vectigalia ad Imperium pertinentia, quæ ratione fundi ipsius, ac soli capiebantur: vt Martianus notat l. Cæsar. π. De Publican. Valentin.& Valens Impp. ad Comitem metallorum. l. Ob metallicum canonem. De metallar. & metal. & procur. metall. Lib. 10. Cod. Hinc etiam Solario nomen inditum, quod pariter ex lapidicinis, velut ex metallifodinis, præstari consueuerat, non modò Reipub. sed priuatis quoque agrorum dominis: vt placuit Vlpiano lib. 6. Opinion. l. Venditor. §. si constat. D. Commun. præd. Et vtique is, qui operibus publicis procurat, agrarium vectigal publico imponebat: ideò nominatum, quia pro solo exolueretur. Vlpian. l. 2. §. si quis nemine. π. Ne quid in loc. publ. Vt taceam interim frumentarium Canonem Pop. Romani, ac Bizantij, ex Prouincijs aduehi solitum: quippè qui ciuibus non tam suo Reipub. iure competierit, quàm Cæsareo munere, Constantini præsertim. Tit. de can. frument. Vrb. Rom. & l. 1. De frumen. vrb. Constantinopol. lib. 11. Cod. Hunc verò Constantinianum canonem, cuius & meminit Suidas, auxit Theodosius, apud Socratem lib. 2. cap. 13. l. penul. C. Theod. De annon. ciuil. Vt Romæ, Aurelianus, teste Vopisco.

Comitem metallorum in Illyrico fuisse liquet ex Notitia Imperij Romani.

Canon metallicus.

Charge foncière, le sens, ou fons de terre.

Item de frumento Alexandrino Titulus est lib. 11. Cod.

Cùm 80. ferè milia modiorum frumenti deputasset Constantinus annonæ pop. Constantinopolitani, Theodosius auxit modũ.

5 Ast successu ætatum, publica illa omnia Principes cœperunt in suum transferre Fiscum: Indéque sensim confusum Reipub. Ærarium cum Fisco, seu Censu Principali. Vt colligere est l. Inter publica. §. 1. π. De verb. signif. l. In fraudem. §. neque π. De iur. fis. §. sed quod Principi. Institut. De iur. natur. gent. & ciu. Primus quidem omnium Octauius Cæs. ærario abusus est, & verbo, non re, ærarium à fisco distinxit: vt Dion annotauit lib. 53. Octauij item successor Tiberius plurimis ciuitatibus ademit ius metallorum & vectigalium: vt ait Tranquillus in Tiberio cap. 49. Eadem fermè illa tempestate, quia maior summa erat publicæ quàm priuatæ pecuniæ, factum est, vt Fiscus pro publica etiam pecunia diceretur, si Pædiano credimus. Quò minùs mirum sit, aucto postea dominatu τῶν Μοναρχῶν in suos, productam latiùs Fisci appellationem & interpretationem, vt promiscuo vsu, non solùm res seu largitiones priuatas Augusti vel Augustæ contineret (l. 1. De locat. præd. ciuil. l. 1. De collat. fund. fis. cal. lib. 11. Cod.) sed etiam Imperiale ærarium, id est, thesauros seu sacras largitiones, l. 3. Cod. De quadr. præscript. l. In ciuilibus causis. Quorum appell. non recip. in Cod. Theod. Eapropter (vt de nostris obiter loquar) haud discernimus in Gallia Ærarium à Fisco, fiscalive Canone Regio, priscarum instar Politiarum. Hactenùs tamen commune cum ijs habuimus istud reliquum, vt separatim regij Coactores alij Dominicum Canonem, alij Oblationem percipiant, & Indictionem, publicas nempè has duas pensitationes, plebeiásque veriùs, aduentitias, indictiuas, quàm profectitias, ordinarias, Patrimoniales fisci. Quo de triplici vectigalium genere olim Pædianus scripsit. Nos igitur missum istic faciemus antiquum ceu antiquatum magna ex parte Ærarium veterum Rerumpubl. (de quo suprà) & susceptum initio, Diadematis Augusti Canonem tractare iam adgrediemur. Hócque nomine intelligimus tantùm publicos Monarchiæ fundos, Regiæve Maiestatis (qui & Reipub. dicuntur) non priuatos propriósque ipsorum Principum, qui iure sanguinis peculiari, aut priuata emptione illis deferuntur, nec confusim ac permixtim cum annuis Sacri Dominij rationibus administrantur.

Hinc Confiscare, est in ærarium redigere: apud Tranquillum in Augusto.

Κάνων, vulgò *Domanium*.

Oblatio, *auxilia*. Indictio, *taillia*.

Constantinopolitan. Imperatorum Domanium.

6 Proximè quidem ad Romanum, accedit Græcum Imperiale Domanium. Nam longo post diuisum vtrumque Imperium interuallo, constituta est forma publici Patrimonij Græcorum Cæsarum, Latinæ Coloniæ. Scilicet Balduinus Flander, quamprimùm Orientis Imperator salutatus est à Francis proceribus, qui Thraciæ expeditionis illi comites adfuerant, singulis dedit Thracias ditiones lege hac beneficiaria, vt quartam partẽ vectigalium publicorũ Fisco inferrent Byzantij Augusti, séque ei obstringerent sacrosancto, ac Panagio iureiurando. An. 1205. Quod Græcum vocabulum communiter etiam postea vsurpauimus Franci, velut è Franco-Græcia ortum: vt refert Paulus Æmylius in Philippo Theodato, Francorum Rege. Vnde nec verebimur cum Æmilio, hoc in Opere sparsim Panagij verbo vti, pro eo quod *Appennagium*, vulgus vocat. Ex ijs igitur perspicias, Dominicum vectigal planè, * πολιτικὸν, imò & * οἰκονο-

Balduinus Flandriæ Comes, suffragiis designatus Imp. Constantinopolitanus. Vt est apud Gottofredum Vilharduinum Gallicæ Campaniæ Mareschalum, eius ætatis æqualem Historiographum.

Philippus Augustus Franciæ Rex.

*Ciuile.

*Familiare,

μικὸν, quale suis partibus circumscripsit Aristoteles 2. Οἰκονομικῶν, censuitque curationis domesticæ Regum esse proprium. Huiusmodi enim Canon tesseram pariter symbolúmque gerit supremi dominatus in subditos, & adseruatur in vltimos bellorum casus pro salute communi: Iuxta illud Suidæ, * νεῦρα μάχης πλοῦτος, aut M. Tullij pro Leg. Manilia, qui vectigalia neruos esse Reipubl. asserebat.

* nerui belli, diuitiæ.

A Cæsaribus ad Reges veniamus. Siceleg. ciuitas iam inde Syriacis Regibus 7 cessit iure publici Patrimonij, ex quo Dauidi donata est ab Achi Getheorum Principe: vt sacris Bibliis edocemur, 1. Reg. cap. 27. Idcirco autem Iudaicæ Coronæ sacrati sunt fundi, adsignatique ad ferenda Regni onera, ne variis possessionum muneribus, indictionibúsque Reges opprimerent populum Dei: E sancto Ezechielis vaticinio, cap. 45. 46.

Syriac. Regum Domanium.

PORRO apud Theodoricum Gotthorum & Italiæ Regem alia extitit Comitiua rerum priuatarum, alia Patrimonij: quæ ambæ à Cassiodoro explanantur lib. 6. Variarum, in formula Comitiuæ priuatarum, & formula Comitiuæ patrimonij. Ad illam quippè referebantur iura tributorum, canonicaria directio, bona sine hærede decedentium, ac thesauri: ad hanc verò, publicum, Regiúmque patrimonium, Regiæ aulæ mensæque instruendæ destinatum, ac leuandæ tenuiorum inopiæ. 8

De vita ac moribus Theodorici Gotthorum Regis, Sidonius Apollinaris ad Agricolam Epist. 2.

VERÙM haud eadem fuit REI DOMINICÆ constitutio apud Persas. In 9 vniuersum Darius Hystaspis vicenas prouincias instituit, seu Persico vocabulo Satrapeias, quarum singulis Præsides cùm præfecisset, tributum per nationes, quod ipsi penderent, distribuit. Priùs enim, Cyro & Cambyse Regibus, nihildùm fuerat de tributis decretum: sed voluntaria Principi munera adferebantur: Auctore Herodoto in Thalia.

Darius Xerxis pater accitis & rogatis sententiam Præsidibus Prouinc. de mediocritate tributorum popularium, iisque respondentibus ea mediocriter se habere, Dimidium vt solueretur, edicebat.

PRVDENTIÙS autem Ægyptij, qui vectigalia trifariam diuidebant. Prior 10 pars, à collegio Sacerdotum, secunda à Regibus percipiebatur, quam ad vitæ cultum, dein ad bella gerenda absumerent, tum ad insignem erga viros strenuos munificentiam. Tertia pars militibus in stipendium erogabatur: Apud Diodorum lib. 2. Extat quoque in libris Mosaicis lex Agraria Pharaonis Memphitici Regis, qua innumeros fundos plebi mancipauit, pactis conditionibus, vt quinam redituum agri portionem Regi dependeret quotannis Dominico iure. Genes. cap. 47.

Pharao, Rex Ægyptius.

PRÆCLARE' certè apud Lacedæmonios, patrimonium in prædiis Regibus 11 addictum est separatim, instituto Lycurgi: Præcipui agri tantùm in vicinis plerisque vrbibus, quò neque frugali apparatu indigerent, neque opulentia efferrentur: vt Atticè sanè Xenophon, de Repub. Lacedæm.

Si verò Lacedæmonius Rex esset in expeditione & acie, Ciuitas eum, & qui cum eo erant, nutriebat, vt Xenophon ibidem.

DE Carthaginensi Fisco sic habete. Dido, deducta Tyriorum Carthaginem 12 colonia, imprimis annuum æs pro solo vrbis ciuibus imposuit, ædes noua tùm Chartagine, construentibus: vti Iustinus tradit lib. 18.

SED quid attinet recensere Macedoniæ Tyrannos, veriùs quàm Reges: qui 13 grauissimis tributis populares suos onerarunt? Ex quo, à Romanis leges datæ sunt Macedonibus & Illyriis, statim ac in illorum potestatem ab Æmilio sunt redacti: vt liberi forent, & dimidium eorum præstarent vectigalium, quæ ab iis Reges exegissent. Vt cunctis pateret, Populum Rom. pro æquitate magis quàm auaritia dimicare: sicuti Eutropius commemorat lib. 4.

Atqui boni Pastoris est, ouem tondere, non deglubere.

QVINETIAM Macedoniæ prædator Turca, æquiùs meliùs agit cum sub- 14 ditis. Duplex ei suppetit Ærarium, alterum patrimonij priuati ex hortis opulentissimis, & priuatorum quorundam fundorum prouentu: pecuniam MENSÆ PRINCIPALIS appellant: Alterum, tributorum Prouincialium. Hæc tum demùm in ipsius populi vsum cogi condique cœpta sunt, ad bellum proficiscentis, ex qua die Sultanus Muhamed fato functus est. Quippè Solymani aiunt, huiusmodi indictiones, esse (sua lingua) HARAIN AGENII CAIN, id est sacrum populi sanguinem: ad eum videlicet non effundendum, sed defendendum. Id quod post Chalcondylam, auctor est Postellus, de Repub. Turcarum. Rursus in Othomanico Imperio, decima agrorũ, quos Oppidani per seruos suos colunt, pensitatur Thracio Imperatori: vt est apud Bartholom. *Georgieuitz*, de Turcarum

Turcarum ritu & ceremon. Quicunque autem Christiana stirpe progeniti sint, siue militiæ adscripti serui, siue incolæ liberi, ij non alios habent fundos, quàm quos à principe agrorum domino ad annuum vectigal impetrarint: vt scriptum reliquit Iouius, Histor. lib. 14.

15 CÆTERVM, quia videre est passim, * ὅσους τόπους, τόσους τρόπους, Langobardi postquàm ex suis Ducibus vnum statuêre primum Regem, Hortarium Cleophonis filium, reliqui Duces, dimidiæ singulorum substantiæ contributionem in Regios vsus decreuerunt, vnde Rex ipse ac familiares aulici per diuersa officia alerentur: quemadmodùm à P. Diacono proditum est.

* Quot regiones, tot leges.

Aymoinus scribit, Flauium Antharin Principis filium à Longobardis primum Regem fuisse constitutum, lib. 3. de Gest Francor.

16 MITTAMVS Ethnicos, Christianis abundamus testimoniis, Regium Canonem probantibus. In Hungaria Regales prouentus sunt isti, *Tricesimæ, lucrum Cameræ, Montana, Vrburæ, Monetarum cusio, Salium fodinæ, Mardarinæ, Quinquagesimæ, Vicesimæ.* Qualia Pannonici DOMANII genera nomináque excerpsi è lib. *Iuris Consuetudinarÿ* Hungariæ, in ordinem redacti à Stephano Verbevvczio, Iudicis Curiæ Regiæ Protonotario, & Hieron. Balbo Præposito, an. 1490. quo Vladislaus Hunnis Rex imperabat. Quare in tanta Fiscalium bonorum copia, meritò postulatus est violatæ fidei Andræas Pannoniæ Rex apud Honorium 3. Pontif. Max. quòd spreta solennis iurisiurandi religione, DOMINICA prædia distraxisset, annum circiter 1221. Ex Honorij Epistola Decretali, Intellecto De iureiur.

Hunnorum Bela Rex primus benignè census ac tributa minuit, forum & pretia rebus constituit, & monetam signauit: Bomfinio teste in Hungaric. Annalib.

17 AT sapientior Eduardus 3. Britanniæ insulæ Rex, qui maioribus Comitiis sancita lege, sacrauit Principale Patrimonium, nec vllo pacto alienari posse constituit. Nil mirum: tenue quippè erat, angustúmque Regum patrimonium. Nam Eduardi 1. sanctione, Regibus interdicta fuit citra consensionem conciliúmque vniuersæ Angliæ, plebeia tributorum indictio: an. 1298. Cuius rei Polydorum auctorem habemus. Primis quidem seculis Monarchatus Britannici, Rex nihil suum habebat, omnia vniuersorum, ad æquitatem certis legibus stringebatur: Ac ne auaritia diuerteret à vero, discebat paupertate iustitiam, vtpotè cui nihil esset rei familiaris: vt Solini verbis vtar, cap. 25. Sed progrediente tempore, ditatos Reges opimis latifundiis ostendit Anglicus Codex nominatim inscriptus, De Regiæ Coronæ prærogatiuis, seu patrio idiomate, *Kinges Prerogatiue collected out of the great abridgement of Iustice. &c.*

Primùm belli gerendi causâ apud Anglos Henricus 1. Rex tributum populo imposuit, circa annum 1118.

18 SCOTORVM vtique deterior videtur conditio. Malcolmus enim Rex Fiscalem Canonem exinaniuit profusis in aulicos Proceres largitionibus: Circiter annum Christi millesimum. Proinde omnium Ordinum conuentu habito decretum, in publici Patrimonij vicem suffici Redemptionalia feudorum commoda, seu RELEVIA, ab omne genus hæredibus soluenda: tum fructuariam tutelam nouorum hæredum minorum annis (quam Custodiam nobilem vocant) cum eo iure, vt impuberibus his Reges alimenta præberent, cæteros autem hæreditatis fructus suos facerent: quoad hæredes, vicesimo primo ætatis expleto anno, in suam tutelam peruenissent. Hæc Scoticis Annalibus perhibentur. Idem iuris Britanno Regi Frossartes adscribit, repetítque à prisco Gentis more ac consuetudine. Histor. volum. 4. cap. 90. Vnde Ricardus Angliæ Rex (eodem Auctore) Fisco suo addixit reditus omnes Clocestrensis Ducatus, hoc colore, quòd pupilli Ducis noui tutelam gereret pro Regio munere ac dignitate.

Redemptionalia, siue Rachatus feudales.

Gardia nobilis, quæ pupillarium fundorum facit fructus suos.

Hector Boëthius, Maior, & Bucananus, Scotiæ Historiographi, hoc tradunt.

19 ADDVCAMVS, si placet, Siculorum Principum instituta de Regio Patrimonio. Alterum his Coronæ patrimonium competit, alterum priuatum: Neapolitana Constitut. 17. Cuius interpres Matth. Afflictus idcircò se iactitat persuasisse Karolo 8. Galliarum Regi, cùm esset Neapoli, ne regio iure sibi arrogaret aliquot latifundia in Podio Regali, quæ ab Alphonso Rege empta, Ferdinandus filius partim donarat, partim vendiderat: præfatus, fuisse ista proprij ipsorum, non publici Regum Dominij, licitè igitur abalienari potuisse. Ex quo Phil. Comminij lapsus deprehenditur (in Historia Caroli 8. cap. 19.) affirmantis, liberum solutúmque esse Neapolit. Regibus DOMANII arbitrium ac commercium, nec tres quidem tota Prouincia Magnates superesse, quorum ditiones Regio diademati non acceptæ ferantur. Tantò etiam improbabiliùs, Siculi huiusce Fisci res distrahantur, quantò superiorem Sicilia vtraque patronum

Neapolis, & Siciliæ Regum Domanium publicum, est inalienabile, Neapolit. Legum Lib. 1. Tit. De præstando sacramento Baiulis & Camerariis. Vbi Afflictus.

Verba Comminij in vita Caroli 8. Regis. *Les Rois de Naples y peuuent bien donner leur domaine, & n'y en a pas trois en tout le Royaume, que ce qu'ils possedent ne soit de la couronne.*

Rex Siciliæ, ligius Romanæ Ecclesiæ, & Regnum istud, speciale patrimoniũ B. Petri, ac successorum. Matth. Afflict. in Præludiis Neap. Constitut. Quæst. 2

agnoscit Romani Solij Antistitem. Vt œcumenicis Conciliis testatum est, Lugdunensi, Viennensi. Cap. 2. De re iudic. In 6. Clem. Pastoralis. Eod. Tit. Quin & Pontificio horum Regnorum munere in Carolum 1. Siciliæ regem, cauit hic Sanctæ Sedis beneficiarius, se, posterósque prædiaria Sceptri sui iura minimè priuatis mancipaturos. Vnde colligit Ysernias, Neapolit. Legum scholiastes, perpetuo velut Edicto sancitam alienandi Regij Canonis interdictionem.

Polonorum Domanium.

20 PLANE apud Sarmatas mira quodammodò REI DOMINICÆ forma. Lecho Rege primùm inaugurato, mos inoleuit, vt populus Regi seminaret ac meteret, déque omnium rerum prouentu species singulas penderet, Regi vectigales. Quandoquidem nec agri Principi essent, nec peculiares reditus vlli: populo autem numus illo seculo esset incognitus: vt testatur Chromerus, De Rebus Polon. Sed Polonici huius patrimonij forma mutata est longo pòst tempore à Ludouico Andegauo, Sarmatiæ Europeæ Rege. De quo pluribus à nobis agetur in calce Lib. 3. interim vetus illud Fiscale vectigal ex prædiario quouis reditu citanti occurrunt pariter Ægyptij, qui frumentum, quo abundabant, Imperiali Roman. Fisco inferebant, Cyprij æs, Thessalonici metalla:

Frumentarium tributum, quod Ægyptus, Africa, & Sicilia annuatim Romanis exoluebant.

——croceos vt Tmolus odores,
India mittit ebur, molles sua thura Sabæi:
At Chalybes nudi ferrum, virosaq; Pontus
Castorea, Heliadum palmas Epeiros equarum.

Verg. 1. Georg.

Æthiopicum Regale Domanium.

21 CONSIMILI exemplo, hodie Æthiopes ex patriis mercibus pensitant Regi Abyssino Preteiano patrimoniale vectigal, GIBERVM dictum, in quo sunt terna millia BASSVTORVM, quæ vocant, pilosa tapeta pretiosa, cum tribus equorum millibus: Ex Æthiop. Histor.

22 DE Cypriis autem ipsis Regibus quid dicendum? Cyprus enim Insula, antiquissimo Regni titulo nobilitata est, antequàm Romanæ rationi subiiceretur. Sed vt Philocyprum omittamus, Euagoram Ptolomæum, aliósque vetustissimos Cypri Reges, haud dubitatur inibi sacrum fuisse ac inuiolabile Principis patrimonium, regnante Lusiniana familia, nec illud distrahere, sacrorum instar, licuisse. De quo nuncupatim Innocent. ad cap. Quanto. De iureiur. & Cardinal. Florentinus Consil. 138. Ast hæc, anno superiore, Mahumetæ victori prouincia adiicitur, euersa, cum Veneto Imperio, vetere Gentis disciplina. Interea quoque, Veneti dum rerum potirentur, Decemuiri legem tulerunt, prædia Reipubl. fundiq; aliquot in Cypro insula vt vænirent in bellicos sumptus, eáque statim ad Vrbem pecunia traiiceretur: an. 1511. Si Bembo fidem habemus, Venetæ Hist. lib. 11.

Cyprium vectigal à Venetis Dominis antehac graue exactum fuit septingentorum millium Ducatorum, inquit Munsterus in Cosmograph.

23 VENETI porrò Duces, in hunc ordinem non allegendi: quibus nempè nullum subest publicorum agrorum patrimonium, sed numerantur in sumptum quotannis Ducatorum tria millia & quingenta. Reipub. autem patrimonium, in vectigalibus seu portoriis, & subditarum ciuitatum tributis positum est. Vt legimus apud Contarenum, De magistrat. Venet.

In D. Marci Sacrario Ærarium, *Imprestita* dictũ, sub Pontificatu Alexandri 3. Auctore Iustiniano De reb. Venet. lib. 2

24 DENIQVE, tot lustratis regionibus, recipiamus nos in portum ad Herculeas Hispaniæ columnas. Hæc sanè Iuridicis Conuentibus multis, celebris est Plinio: at non aliàs iustiùs, quàm cùm ea ipsa in Toletano conuentu, saluberrimam Legem accepit, alienationum DOMANII prohibitoriam, an. 1560. Ex prisca Constitut. Alphonsi 9. De bonis Sceptrorum non alienandis, quæ in Codicis Hispanici parte 5. Titul. 5. reperitur.

Estats d'Espagne tenus à Tolede, l'an 1560.

25 NVNC perstrictis breuiter alienis Institutis, aggrediamur patrios Franciæ mores, ac DOMANII Celtopædiam excutiamus. Fore confido, vt Galli reges, optimis REI DOMINICÆ Præscriptis cæteros antecellere iudicentur.

Celtopædia, seu Francica doctrina Regij Dominij.

Tit. II.

Tit. II.

DE NATVRA ET CONSTITVTIONE DOMANII GALLICI.

1 DOMANII *definitio.* *Eius duplex genus.*
DOMANII *etymologia.*
2 Domanium *primarium, in prædijs Principalibus, portorijs, & vectigalibus.*
3 *Regaliorum iura, & feudalia, bona aduenarum, nothorum, vacantia in* DOMANIO *sunt.*
Priuilegium Nicensium.
4 *De Vicesima hæreditatum.*
5 *De veteribus & obsoletis apud Gallos tributis.*
De antiquis apud Romanos tributis.
De glebali functione, & auro oblatitio.
Censuali iugerum & capitum descriptioni Peræquatores & inspectores adhiberi soliti.
Census exactio, siue Focagia, les fouages.
6 *Friderici 1. Imper. decretum de Regalibus.*
Francica Lex, de decima Mineralium.
Ius metallorum Regium, vel Imperiale.
7 *Aduentitij* DOMANII *definitio.*
8 Incorporationis *expressæ* DOMANII *forma.*
9 *Tacitæ* incorporationis *Constitutio regia.*
10 Incorporationi *tacitæ per confusionem locum esse in Ecclesiasticis prædijs.*
11 *Eidem locum esse in profanis ac priuatis.*
Separatam decennij possessionem, inter cohæredes, & socios diuisionem inducere.
12 *Ad* incorporationem *tacitam decennium sufficere.*
13 *Curiæ Placitum de* incorporatione *tacita* DOMANII, *in causa* de Chasteauneuf.
14 *De Burgundia, per tacitam* incorporationem DOMANIO *Franciæ adiuncta.*
15 *Curiæ Placitum de* incorporatione *tacita, in Causa Virtutum Comitatus.*
16 *Fundum à* Panagiario *possessore extrinsecùs acquisitum,* Appennagio *per confusionem rationum annuarum non* incorporari.
17 *Regi licere, priuatam suam ditionem emancipare, antequàm eius prouentus à Regijs Quæstoribus cogantur per decennium.*
Quæ res, inter Dominicas Principis habeantur, vt publicas, quænam & inter priuatas eiusdem.

1 DOMANIVM FRANCICVM dicitur, quod nominatim consecratum est, vnitum, & *incorporatum* Regiæ Coronæ: Aut quod à Regiis Quæstoribus tractatum decennio, in Fiscales rationes infertur, §. 2. Legis Regiæ, latæ an. 1566. mense Febr. in Molinensi Boiorum metropoli. Quam Senatus Parisien. legem comprobauit, 3. Idus Maias eod. an. Hinc DOMANII genus duplex significatur. Prius, quod initio, rerum Dominus Princeps retinuit penes se, aliis prædiis beneficij nomine concessis. Idque ex Feudistico Iure translatum ostendit Ysernias, ad §. præterea Ducatus. De prohib. Feud. alienat. In Feudis. DOMINICVM nempè, Feudistis est domini patrimonium. Vnde mansi *indominicati*, villæ *Dominicatæ*, & vasallorum: apud Aymoinum Hist. lib. 5. cap. 25. Nam in Karoli Calui historia, Vasallorum villæ differunt à Dominicatis, quæ in principis Dominio remanserant. Speciatim necnon DOMINICALIA, i. feuda Regalia appellat Radeuicus lib. 2. cap. 30. Atque

Verificatio Edicti Molinensis in Curia Parisien. 13. Maij an. 1566.

Rex Franciæ, κύριος, dominus, *Sire*, per antonomasiam solet vocari.

vt DOMANII etymon, à Domino, seu patrono (ita descripto, in lib. 2. feud. Tit. 8. §. 3. & Tit. 5.) sic Francus rex, κύριος, Dominus vulgò nuncupatur ab Augustiore hoc rerum Dominio.

Lex Veneta an. 1168 vt mercatores, intra Padi fluminis Ostia, vectigal Reipubl. exoluerent, mercibúsque idcircò æstimādis nouus Venetiis creatus Magistratus. Quæ Lex etiamdùm viget, Auctore Iustiniano, De Reb. Venet.

Peages, Preuostez, droicts domaniaux sur Marchandises.

2 IN hoc genere primarij, natiuique DOMANII censentur possessiones, prædiaque Principalia, quæ Sceptris ita hærent, vt cum Sceptris nata, nec sine iis interiturá videantur. Talia etiam sunt portoria, & quæ in introitu vel exitu Vrbium, aliorúmve locorum pensitantur: Isagogica, & Exagogica, Budæo sic dicta, lib. 3. De Asse. Cui rei testimonio est, Legis Francicæ Karoli Mag. cap. 12. De TELONIIS, quæ iam longè anteà à negotiatoribus iustè exigebantur, tam de pontibus, quàm nauigiis seu mercatu. Item caput aliud de CENSV REGALI. Receptum est enim non commentitio Iure, sed à prima Rerum public. institutione translato, vt inuectarum & euectarum mercium vectigalia pendantur. Suasit quippe Xenophon in lib. De Vectigalibus, creandum Athenis magistratum, incolarum custodem, vt publica erga incolas beneuolentia, frequentiùs exteri mercatores omne genus merces importarent Athenas, & exportarent.

Superioritatis iura, Souueraineté, & feuda immediatè à Corona pēdentia, quorum ratione varia feudi emolumenta Domanialia Regi obueniunt.

Albanorum, seu alibi natorum bona vulgò dicuntur.

* i. bona hærede carentia.

* i. bona dominum non habentia.

3 PRÆTEREA in Canone Regio numerantur alia vniuersim vectigalia, quæ multis nominibus accepta feruntur in Ratiociniis Principalibus, Regaliorum iura & clientelarum. i. certæ perceptiones, in eas possessiones adscriptæ, quæ in fide Regia sunt. Horum enim omnium mancipium est Diadematis Francici proprium, nec in commercio hominum esse putatur: duntaxat vt perpetuò emancipari ea iura possint. Huc accedunt bona commissa & aduentitia, quæ non habent assertorem: vtpotè externorum hominum hæreditates, qui ius Gallicæ ciuitatis non impetrarint à Principe: Item nothorū & spuriorū, dehinc intestatorum sine hærede decedentiū bona vocantia, vno verbo * ἀκληρονόμητα, vel * ἀδέσποτα, in regium Fiscum coguntur. Inde & Procuratores hæreditatū Romæ, à Martiano ita nominati lib. 14. Instit. in l. Sed si accepto vsu togæ. ff. De iur. fisc. Alibi vocātur Caduca mortuorum, non qualia lex Papia priùs introduxit, sed quorum vltimus possessor legitimum nullum hæredē reliquerit, ex qualibet cognationis linea. l. Caduca mortuorum. De petitionibus & vltrò datis, in Cod. Theod. Nicensibus verò Diuus Augustus irrogarat priuilegium, de intestatorum ciuium suorum bonis vindicandis: quod confirmari à Traiano petiit Plinius Cæcilius, lib. 10. Epist. At Dioclet. & Maximianus cuncta ea de re priuilegia sustulerunt. l. 1. ad Scyrionem Rationalem. De bon. vacant. lib. 10. Cod. Iustinianei.

Octauij Cæs. Lex priuilegiaria.

Lex Traiani, Bona filij pater sine diminutione possideat, nec socium hæreditatis accipiat, qui non habet luctus. Hęc Plin. in Paneg.

Multis in locis, Biēs vacans, sont droicts de haute Iustice des Seigneurs.

4 NON possum obiter, quin exclamem in Roman. Vicesimam hæreditatum, principio forsan tolerabile tributum in hæredes extraneos diuites Lege Iulia (vt retulit Dio lib. 55.) sed postea graue domesticis ac liberis, quorum lacrymæ vectigales reddebantur. Itaque temperata Vicesimæ lex, & ad extremum abolita, Neruæ, Traiani, Marci, & Adriani constitutionibus. Scripsit Æmilius Macer I.C. εἰκοστῶν βιβλία δύο, seu de Vicesima libros duos. Ne autem in prauum sensum detorqueatur hæc iuris Patrimonalis Principum enumeratio, reclamante magnatum virorum turba, qui variis in Municipiis bona caduca sibi asserant pro Iuridica Potestate: hos in præsens veluti flosculos carpsi summatim de DOMANII generibus, vt eius solùm vis atque natura primo aditu Lectorum oculis subiiceretur.

Veteres tributorum exactiones Tyrannicas, à Domanio esse alienissimas.

Capitularium populatium tributorum exustum à Chilperico Rege meliùs cōsulto.

Festus ait Tributorū genera tria fuisse, Vnum quod in capi-

5 ISTHÎC non est prætermittendum, antiquissimos Galliæ Reges, ex subditorum agris tributarias fructuum species identidem percepisse: at quibus vetustas nec DOMANII ius attribuit, nec gratiam auctoritatemque conciliauit. Ex prædiariæ quidem erant pensitationes, veriùs autem capitationes, quàm solaria, aut Patrimonialia iura. Chilpericus inter alia, vini amphoram è terra exigebat, proprio cuiusque labore culta: quæ & à singulis Regiæ mensæ inferebatur. Longè durius Clotharij edictum, vt Francica templa omnia, Fisco tertiam redituum partem exoluerent. Pari modo, exiit Censoria lex à Childeberto Rege, vt describeretur Populus & in censum referretur. Sed monitore Eufronio Turonum Pontifice, Princeps incepto destitit, ac censorias tabulas Vulcano mandauit. De quibus sparsim videre est apud Gregor. Turonensem, Histor. lib. 9. cap. 30. & apud Aymoinum lib. 2. & 3. Talia igitur Tributa omnia, etsi prædiaria, minimè accensentur

accenſentur Regio Patrimonio, & proceſſu temporum exoleuerunt. Magis enim in ſingula mortalium capita præſcribebantur, quàm in poſſeſſiones: nempè tributa capitis potiùs quàm ſoli. Demus enim, pecuniarium Romæ tributum à primis Regibus indictum Cenſualibus monumentis, quem librum Elephantinum vocabant, teſte Liuio in vita Seruij Tullij. Demus itidem, in libera Republ. Venetorum, Ligurum, & Florentina, ſimilem nummarij tributi formulam ſeruari: Quod Blondus memoriæ prodidit. Attamen in Cæſareo, Regúmve externorum imperio, ſubditis nonnunquam iniungebantur fructuariæ ex fundis contributiones. Propriè verò annonæ in ſpeciebus conſiſtebant, veluti frumento, vino, oleo, pane, carne, ſale: Tributa in corporibus, putà auro, argento, ære, veſtibus, equis. Iuxta Pauli I. C. Legem vlt. De cenſib. Eódem vergit Gleba. i. glebalis functio, poſſeſſionum aliquando munus, non perſonarum. Sæpius autem perſonalis erat, vtpotè gleba Senatoria: tantùm abeſt, vt in ſacro Fiſci *Dominio* computaretur. Nam & hac Indictione poſtea immunes ſolutoſque Senatores declararunt Valentin. & Martian. Auguſti l. vlt. De Prætoribus, lib. 12. Cod. Iuſtinianei. Eandem & deſcriptionem, collationem, præſtationem, munus, canonem, penſionem dixerunt: & aurum glebale, & aurum oblatitium. Glebale, quod pro poſſeſſionibus penderetur: Oblatitium, quod non canonis, vel indictionis, ſed oblationis genere quodam exigebatur à Senatoribus. Vt colligitur ex Symmachi Epiſtolis, DE QVÆSTORIBVS GLEBÆ SENATORIÆ, & l. Glebam. De Prætor. & honor. Præturæ, in Cod. Theod. Adhibebantur etiam cenſuali iugerum & capitum deſcriptioni Peræquatores & inſpectores, qui prædiis inſpectis, & inuicem adæquatis, mox augebant, aut onus populo à Cenſoribus impoſitum minuebant. Populare hoc cenſus temperamentum ſecutus eſt Theodoricus Gothorum Rex in Epiſt. ad Caſſiodorum, hoc ſermone: *Vt ad prædium, de quo querela eſt, diligens inſpector accedat: & rebus moderata inquiſitione trutinatis, quicquid grauaminis poteſt habere poſſeßio, rationabiliter abrogetur.* Poſteriores denuò Principes commenti ſunt Cenſus exactionem per ſingulos Popularium focos. Vnde FOCAGIA, *Les foüages*, fumaria tributa, quæ per focos vicorum & ciuitatum peræquata ſunt inter Vicanos, Nicephoro Græcis imperante. Vt Landulphus ait, Hiſt. Miſcellæ lib. 4. His etenim Byzantios Cæſares vſos, teſtes ſunt Cedrenus & Zonaras, eoque focos cenſeri præcepit Conſtitutione ſua Manuel Comnenus Byzantiorum Auguſtus. *Focularia* quoque hæc vocantur à Friderico 2. Siciliæ vtriuſque Rege, Conſtitut. lib. 1. Tit. vlt. In Gallia etiamdùm vſurpatur tributi genus iſtud in Britones, ac Maſſilienſis Prouinciæ municipes. Quale & Normanos veteres Regi pependiſſe, indicat *Parlamentarè* Decretum, Die Purificationis profeſto, an. 1262. & Charta Normanica Ludouici Hutini, an. 1314.

6 SED ne longiùs Regij Patrimonij finibus excedam, quo de ſolo dicere inſtitui, nulla cuiuſquam iniuria, vel inuidia illud intelligo DOMINICVM ius, quod & vtile, primitùs Sceptris addictum fuerit in neceſſarios Regiæ menſæ Aulæque ſumptus, & honorificum, ad ſummi Imperij, & inclytæ decus Maieſtatis conſeruandum. Talia Fridericus 1. Cæſ. pro Tribunali in Ronchaliis ſedens pronuntiauit Regalia, .i. Ducatus regales, Marchias, inſignes Comitatus, monetas, telonia, fodrum, vectigalia, portus, pedatica, molendina, piſcarias, cateráque ex decurſu fluminum manantia commoda, ſaliſodinas, aurifodinas, ſeu quæ alia è metallorum venis, terráve effoſſo lapide, iuſta DOMINICA liceat percipere. Id quod Radeuici lib. 2. cap. 5. continetur, & cap. 1. Quæ ſunt Regalia. In Feud. Lucas Pennat. ad l. Quicumque. De omni agro deſert. Lib. 11. Cod. eodem argumento Carolus 9. Francorum Rex lege ſanxit, decumas foſſilium omnium, quæ ab imis terræ viſceribus eruta proferrentur, ſibi competere pro maiori Imperio, ſupremóque dominatu: Edicto 7. Kal. Iunias, 1563. Quod ſubinde PATRES PARISIENS. Actis Curiæ conſignarunt. Kalend. Quintilibus, eod. anno. Ita apud Saxones, totáque adeò Germania, nemini licitum eſt effodere & quærere metalla, niſi Cæſareo permiſſu. Quemadmodum Saxonica Lege exprimitur, *Landtrecht* lib. 2. Artic. 35. & lib. 2. Different. Iuris Ciuilis & Saxonici, cap. 144. Nec aliter, veteri Pãnoniæ Ritu ſcripto, MONETÆ SI INVENIANTVR

ta, Alterum quod ex cenſu collatum eſt, Tertium extra ordinem imperatum, Temerarium dictū.

Glebalis functio i. penſitatio, ſeu glebæ canon a ceſpite terræ. Eius loco nobis vſitatum, *Le Champart, Terrage, ou Agrier.*

Aderant & Tabularij Ciuitatum, quibus, eodem Symmacho auctore, liberum erat alios à diſpendio vindicare, aliis indebitum munus imponere: dum rationes tributorum tractãtes per gratiam diuitū onera in pauperes traſferrent.

Καπνικὸν, focagiū, à focis, *de feux. & fouages.*

Conſtantinopolitani Impp. ſubditos per ſingulos eorum focos deſcribit, & æſtimatis facultatibus in cenſum redigi iubebant.

Vetus Areſtum Parlamenti Candeloſæ.

Charte Normande.

Minieres de terre.

Gallicum Edictum, die 16. Maij, 1563. publicatum in Curia Pariſien. die 1. Iulij ſequentis: *Que le droict de dixieſme appartient au Roy par droict de ſouuerainé. ſur toutes les mines, minieres, & autres ſubſtances terreſtres.*

Ex tripartito Opere Iuris consuetudinarij Hungarorũ, quod per 360. Annos neglectum collegerunt Steph. Vverbeuuczius, & Hieron. Balbus, Regio iussu.

Bulla Aurea Caroli 4. Cæs.

IN POSSESIONIBVS ALIQVORVM, REX MEDIETATEM VRBVRARVM EX IIS PERCIPIT, MEDIETATE DOMINO TERRESTRI RELICTA. Quo de Fiscali Hunnorum Canone, Nos Tit. superiori, Art. 16. Concessionem quippè exercitij metallorum, ius esse Regium, vel Imperiale, significat Germanica aurea Sanctio Karoli 4. Imp. Tit. De auri, argenti, cupri, plumbi, ferri, & alior. metall. immu. Cap. 1. Norimbergæ. an. 1356. Sicuti in prisco etiam Roman. Imperio fuit ius metallorum Augustale, & Principi addictum, eximia quadam prærogatiua. Vt notat Suetonius in Tiberio, cap.49. de iure metallorum, & Plinius Veronensis, Hist. Lib. 34. In vniuersum, Galliæ Optimates antiqui vocarunt Francicum DOMANIVM, vernaculè, LES DEMAINES DV REAVLME. Constitutione edita in Aulico sanctiore Prætorio, Nonis April. lib. an. 1321. Vicenarum in Arce, Parisiis suburbana.

Ordonnance du Roy en son grand Conseil, sur le fait des domaines, du 5. d'Auril, 1321. A Vincennes.

7 HÆC de priore Sacri *Dominij* genere, quod Coronæ innatum profectitiúmque est. Nunc aduentitium alterum paucis exponamus. Vtrumque enim exæquatur in Gallia, primæuum, & adscititium Regni patrimonium, Edicti Molinen. Artic. 2. suprà dicto. Itaque posterius istud definimus, quod vel expressim regio Diplomate, vel tacitè Rebus Fisci adunatum sit ab promiscua fundi priuati cum Fiscalibus possessione decenni, cit. Art. 2. & 13. eiusdem Regiæ Legis. Nostra enim potiùs destinatione, prædiorum iura & domus, quàm natura constituuntur. Vt Pomponio visum est lib. 5. ad Sabinum. l. Quod in rerum. §. si quis post. De legat. 1. Vsqueadeò, vt confusæ etiam dispunctæque mixtim rationes Corneliani agri cum publico vetere Patrimonio, inducant amborum vnionem, efficiántque, vt fundus ille perpetuò in Diadematis Francici corpus referatur.

Domaine ancien de la Couronne, & Domaine nouueau, adiousté & incorporé à ladicte Couronne.

8 EXPRESSÆ Incorporationis formam præscribunt Valentin. Valens & Gratian. Imppp. l. 1. De Incorporatione, lib. 9. Cod. Theodos. & l. Si quando De bon. Vacan. lib. 10. Cod. Iustinian. SI QVANDO (inquiunt) AVT ALICVIVS PVBLICATIONE, AVT RATIONE IVRIS, ALIQVID NOSTRÆ ADDENDVM EST REI, RITE ATQVE SOLENNITER PER COMITEM RERVM PRIVATARVM, DEIN PER RATIONALES, IN SINGVLIS QVIBVSQVE PROVINCIIS COMMORANTES INCORPORATIO IMPLEATVR, ET DILIGENS STYLVS SIGILLATIM OMNIA ADSCRIBAT. TITVLI VERÒ, QVORVM ADIECTIONE, PRÆDIA NOSTRIS SVNT CONSECRATA SVBSTANTIIS, NON NISI PVBLICA TESTIFICATIONE PROPONANTVR. Idem cautum est in l. Si vacantia. cod. Tit. Bonorum igitur annotatio, ac * σύνοψις quædam rerum priuatarum, cum aliis Fiscalibus, conficienda. Cuiusmodi rerum inter Fiscales descriptio, solenni ritu fiebat ex præscripto Comitis priuatarum, & cura Catholicorum, titulis publicè affixis. Cæsarea Arcadij & Honorij lege. Si quis intra. De bon. proscript. Iisdem formulis Theodoricus vsus, ad Cassiodorum, CASAS EIVS (infit,) APPOSITIS TITVLIS, FISCI NOSTRI IVRIBVS VINDICABIS. Quò recidit Imperatoria Honorij & Theodosij Lex 1. Cod. Vt nemo priuatus titulos prædiis suis, vel alienis imponat, vel vela Regia suspendat.

Si priuatus arma vel Insignia Principis posuerit in suis ædibus vel prædiis, censetur illa incorporare Dominio Principali. Bart. in l. Defectionis. De iur. Fisc. lib. 10. Cod.

* oculata & summaria rerum descriptio.

9 DE tacita autem incorporatione priuati cum publico fundo, extat memorabilis Constitutio Karoli 6. in consessu Gallicorum procerum edita pridie Kal. Mart. an 1401. Quam Conscripti Curiæ Lutetianæ mox comprobarunt 15. Kalend. Maias, 1402. Ea quippè, velut Pragmatica insigni Sanctione latum, RES DOMINICA ne priuatis manciparetur, donaretur, vel vsusfructus quidem nomine, nedùm proprietatis. Tale autem Regis Patrimonium esse definitur ibidem, quod emptionibus etiam quæsitum sit hæreditatibus, publicatione bonorum ex crimine, vel alia quacumque de causa. Nam his modis parta rerum dominia à Principe, statutum est publico Regni DOMINIO adplicari, & in ea conditione habenda, ac si origine Diademati nexa fuissent ac nuncupata. Nil diuersum Franciscus 1. decreuit, triennio postquàm Regios Galliæ fasces adeptus est Codicillis pridie Kal. Maias, 1517. qui in Senatus Commentarios regesti sunt, Nonis Maiis eod. anno. Huius rei fortissimum est argumentum, quòd vsquequaque promiscua & confusa redituum perceptione varij fundi rediguntur in vnum, & vnius instar, eodem iure tenentur, possidentur.

Ordinatio Regia Caroli 6. die 28. Febr. an. 1401. verificata in Parlamento Parisien. die 17. April. an. 1402.

Literæ patentes Francisci 1. Regis, die vlt. Aprilis, 1517. publicatæ in Curia Paris. die 7. Maij, eod. ann. Quibus literis vetita est Domanij alienatio, & Domanium illud esse significatur, quod acquisitione, successione, confiscatione, vel alio modo comparatum sit.

SIMILITER

10 SIMILITER quauis ex causa prædium ad sacram Ecclesiam deuolutum, si possederit Episcopus, ex eo, mensæ Ecclesiæ perpetuò adscriptum interpretamur: denuò, fundorum instar diuini iuris, inalienabile futurum. Atque hanc planè in sententiam rescripsit Celestinus 3. Pontif. Rauennatium Antistiti, cap. Vt super. De rebus Ecclesiæ non alienandis. Sed hoc ita accipiendum, si huiusmodi bona libris Templorum censualibus inscripta sint: quo casu iam tunc rebus Templorum sacrata & INCORPORATA censentur. Præpositus in cap. 1. Titulo, Episcopum & Abbatem, In Feudis. Ancharanus Consilio centesimo quinto. Siue æquo iure, cum bonis Mensæ tractentur, ab eodem scilicet Coactore sacræ pecuniæ colligantur bino lustro, in eundémque rationum calculum inferantur. Tunc enim de Ecclesiæ mensa dicuntur. Bartol. & Bald. ad l. Cùm oportet. Cod. De bon. quæ liber. Argum. l. Procula. D. De Probationibus.

Bona mensalia seu Dominicum Ecclesiæ, vt vocant Feudistæ, lib 2 Feudor. §. 1. Tit. 35.

7

11 QVOD & in profanis priuatisque seruari, æquitatis ratio suggerit. Si enim Gabiniani agri & Seiani iisdem contineantur tabulis, aut vtriusque possessionis reditus permixti, titulo Seianorum accepto lati sint, pari iure æstimantur: Responso Papiniani in l. Prædiis §. balneas. De legat. 3. l. Cùm pater §. filia. versiculo. Nec in separato habuit, sed absumpsit, vel in suum patrimonium conuertit. ff. De legat. 2. Huc pertinet Mos Andium municipalis, & Cenomanorum, acquisita, donationes, & legata, eius partem feudi esse existimari, quo cum decem annis confusim possessa fuerint. Artic. quadringentesimo quadragesimo primo, & quadringentesimo sexagesimo primo, Tit. de Præscriptionibus. Econtrariò, si separatim cohæredes tenuerint decennio res hæreditarias, inducitur tacita inter eos diuisio. Accurs. Bart. Bald. & Castrens. ad l. Si maior Cod. Communi diuidundo. Nil absimile de sociis, qui seorsum agere cœperint. Vnoquoque enim eorum diuisim sibi negotiante, sine dubio ius societatis soluitur. Callistrat. lib. 1. Quæst. l. Ita quoque. ff. Pro socio.

In iis quæ ab vnius voluntate pendent, obseruandus est eius vsus ac destinatio patrisfamilias: Secus si ex voluntate duorum: vbi ius commune seruatur. l Via. §. quæcunque ff. De seruit. rustic. præd.

Ex quibus actibus inducatur societas, vel eius dissolutio. Bart. in l. Titium. §. altero ff. De administr. tut. Et in Tract. De duob. fratr.

8

12 QVIDAM verò putant, non sufficere argumentum decennis possessionis pro voluntate coniungendorum agrorum, sed nec pro INCORPORATIONE quidem constituenda, nisi 30. annorum completa sit possessio. Immola ad cap. Vt super. De rebus Ecclesiæ non alienandis, cap. vlt. De Feud. vbi Cardinalis & Abbas, Ancharanus Consilio centesimo quinquagesimo quinto. Nec idcirco præsumptam INCORPORATIONIS opinionem esse capiendam, quia Fiscus longo tempore bona sibi delata occuparit. Sed venia his danda est, nostratium Legum ignaris, hactenùs publicè non perscriptarum. Plus enim hîc boni mores valuerunt, quàm alibi bonæ leges. Id quod de Germanis Tacitus commemorauit. Haud minori quippè studio, patria Instituta Iuri scripto prætulimus, quàm antiquitùs Romani leges Lacedæmonias. Quas tanto in pretio habuisse Quirites prodit Athenæus (lib. 6. Dipnosophistarum) vt meliùs tutati fuerint politiam Lacedæmoniorum, quàm Lacedæmonij ipsi: quibus à Lycurgo traditum id fuerunt, ne descriptis Legibus vterentur, quòd benè morati homines pro re nata, & occasionum varietate, mutare consilium debeant nonnunquàm, cùm interim scriptura nunquam immutetur.

Feuda autem solita infeudari, etsi ad Ecclesiam reuersa sint, & cùm eius bonis tacitè confusa, honestis personis cōcedi possunt, Ecclesiæque non onerosis. Doct in c. 1. Qui feud. dar. poss Zasius in suo Tract. Feudorum.

9

13 TAMETSI autem per se rata sit Regiæ legis auctoritas, nec externis Iudiciorum præsidiis aut præiudiciis indigeat, proferam certè aliquot exempla rerum iudicatarum, vt Legis axioma clariùs exemplis illustretur. Dudum mota est in Senatu DOMANII controuersia à Procuratore Fisci aduersus Comitem *de Charny*, de Castronouo, tanquam regij Angolismorum Ducatus portiuncula. Intendebat ille, Angolismensem ditionem Regi legatam fuisse supremis verbis Vidi Lusiniani, mox Coronæ rebus vnitam, Principali rescripto Philippi Pulchri, anno millesimo trecentesimo septimo. Consequenter quoque Castrumnouum, velut appendicem partémque Engolismorum. Ab Anglis dehinc captam Angolismam, Francicum in ius armis redactam fuisse Valesij regis, primigenio Iohanne, duce, anno millesimo trecentesimo quadragesimo sexto. Hunc rursùs Britiniaco fœ-

Decretum Senatus Parisien. de reünione Castronouam Angolismorum agri, tanquam Regum Domanialis, *De Chasteauneuf en Angoumois.*

Huius Guidonis Lusiniani, & aliorū Angolimens. Comitum vitas redegit in Historiam Franciscus *de Corlieu*, Regius Procu-

B

dere icto (anno millesimo trecentesimo sexagesimo) Anglis transcripsisse Engolismos, in quibus pariter Castrumnouum tacitè continebatur, Angolismis nempè connexum. Quandoquidem, pulsis inde Britannis, anno millesimo trecentesimo septuagesimo tertio, Engolismæ Reguli coniunctim Castrumnouum tenuissent longa temporum serie, & communi iure annuis rationibus Ducalium redituum adscripsissent. Ex Historico Frossartis, Volum. 1. Postulabat igitur Regius actor, fundum Castronouanum, quem Franciscus 1. Rex Comitis patri vendiderit, in pristinam DOMANII causam reuocari. Reus, contrà, Ianum, Ludouici, Aureliæ Ducis filium, Angolismæ dynastam extitisse, fiduciario Panagij munere in patrem collato à Rege Karolo 6. Ludouici fratre, pridie Nonas Iunias, anno 1392. Ianum dehinc priuatim coëmisse Castronouanum agrum à domino Rupisfocaldi, obnoxium tunc Nyortiæ Pictonum iurisdictioni, & clientelæ Angolismen. Episcopi, non autem regij Angolismorum Principatus, quo Ianus, contracta tantùm fiducia, fruebatur. Proindè Iani nepoti Francisco liberum fuisse ius emancipandi vendundique prædij Charneyo Toparchæ, patri suo: etsi paulò antea Franciscus, qui Angolismis dominabatur, Regia dignitate auctus fuisset, auitúmque simul Engolismæ territorium in corpus Gallici Diadematis redegisset. Ad ea replicat publicus Cognitor, fateri se, controuersum agrum priuato quondam patrimonio cultum & habitum à Iano emptore, nedum ab eius authore & venditore. Sed Franciscum illius nepotem, quamprimùm Augustiore Regni titulo ornatus sit, Angolismos etiam Ducali nomine & Insignibus decorasse, nouóque Ducatui Castrumnouum sic attribuisse, vt in posterum iuridico subesset Angolismorum imperio, feudóque superiori: Mense Februario anno millesimo quingentesimo decimo quarto. Ex eo tempore annuos vtriusque fundi prouentus iisdem paginis ratiociniorum exscribi confusim ac discuti consueuisse. Eapropter contendit, rem de qua lis erat, fisci DOMINIO coadunatam videri arctissimè, & eadem, qua publicum Patrimonium, Regni lege in priuatos vindicari. Senatus, tabulis vtrinque perspectis, secundùm Fiscum pronuntiauit decimo septimo Kal. Sextiles, anno millesimo quingentesimo sexagesimo septimo.

> ...rator Angolismen. Quæ quidem Historia publicè impressa extat.
> *Le traicté de Bretigni, an. 1360.*
> Cap. 120. 212. & 310.
>
> Regium Appennagium Comitatus Angolism. pro Ludouico Aureliæ Duce, & mascula eius Prosapia, Die 4. Iunij, an. 1392. Vt supplementum esset 4000. libellarum, quæ cum Aureliæ, Valesiorum, & Bellomontano ad Ysaram amnem dominatu eidē pactæ sunt fiduciariæ à Carolo 6. Rege. Ex folio 312. in lib. Memorialium Cameræ Computorū.
>
> De Angolismensi ditione, nos plura infr. Tit. 7. lib. 1.
>
> Arestum die 16. Iulij, an. 1567.

QVAM in sententiam fuit illa, patrum memoria, percelebris disceptatio I. Seluæ protopræsidis Parisiensis cum Iurispræfecto Castulonensi de Ducatu Burgundiæ (Francisco 1. Rege, tum hospite Hispaniarum) anno millesimo quinquagesimo vigesimo quinto. Proponebat hic Castellæ regni Cancellarius pro Karolo 5. Cæs., Burgundiam ad ipsum spectare, auita Mariæ Burgundæ hæreditate; quæ Carolo patri successisset in eum dominatum. Ediuersò Selua, pro Rege Gallo, quæstionem Burgundij Ducatus Franciæ patritialis, patritios solùm admittere iudices. id est Francicæ Curiæ *Pares*, de *Pariatu* Franciæ principe. Quod caput est, Burgundiam, Gallici DOMANII agrum, fiduciario Panagij nomine datam fuisse Philippo Iani Regis filio, Caroli proauo Ducis supr. dicti. Rursus huiusce obitu vltimi masculi, translatam in ius Coronæ Gallicæ, anno millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto, eidémque adiectam, promiscua multorum annorum possessione consequenti. Idipsum apertè ostendi, redditis permixtim cum DOMANIO Burgundiorum redituum rationibus apud Magistros Ratiociniorum. Exitus controuersiæ hic fuit, Fœdere Cameracensi Francus retinuit Burgundiam, Nonis Sextilibus, anno millesimo quingentesimo vigesimo nono, De vtraque Burgundia pleniùs infr. lib. 3. Tit. 3. 14

> Franciæ Rege in Hispania captiuo, Ioh. Seluam, primariū Lutetianæ Curiæ Præsidem, Margareta Regis soror secum duxerat in Hispanias.
> *Le Duché de Bourgongne, premiere Perrie de Frāce, & Doyēné des Pers, des droicts duquel on ne peut plaider, qu'en la Cour des Pers de France.*
> Carolus Burgundiæ Dux postrem⁹, apud Nansium Lotharingiæ oppidum acie cæsus.
> *Traicté de Cambray, 5. Aoust l'an 1529.*

OFFICIVM porrò iudicantis in hoc erit vt dispiciat, quatenùs & quomodò, prædium acceptum feratur in codice Rationum Regiarum. Vtputà, de Comitatu Virtutis oppidi, in finibus Gallicæ Campaniæ, litigioso apud Conscriptos Curię Parisien. Disserebat Mesnilius Aduocatus Fisci, Erricum Sextum, Angliæ Regem, qui Francis etiam pro tempore imperabat, edixisse, Comitatus rationes quotannis dispungi apud Rationales Lutetianos, anno millesimo quadragesimo vigesimo sexto. Igitur vel eo ipso patrimonialem 15

> Comitatus Virtutū, filiæ Iani Regis, Mediolanēsi regulo nuptæ dotalis fuit. Horum Valentina proles Comitatum detulit ad Ludouicum Aureliæ Ducē maritum, patrem

trimonialem Principis esse Comitatum. At Portanus, pro Odone Virtutum Comite, Erricum fuisse Francogalliæ prædatorem, non Regem, qui & captum tunc Blangiaco prælio detineret Aureliorum Ducem, Virtutum Comitem. Hunc ideò pristinæ restitutum libertati, postliminio vsum materno suo Comitatu pro arbitrio, eiúsque ex sorore nepotem, Odonis auo fundum donasse, vtì proprium ac priuatum an. 1480. Quare Britanni Regis Edictum de Comitatus vnione cum Re DOMINICA, minimè spectandum: quùm Tyranni acta nec rata sint, & legibus rescindantur. Causa hinc inde perorata, vindiciæ à Senatu Patribúsque Comiti dictæ, Comiti quidem, duobus iam in ea causa præiudiciis superiori. Decreto 10. Kal. Septemb. ann. 1567. De eo Virtutum Comitatu, fusiùs postea lib. 3. Tit. 4.

Caroli Ducis Anglorum captiui. Cuius soror Margarera, Virtutum postea Comes, mater fuit Francisci Britonum Ducis vltimi, qui eum Comitatum notho suo dedit an. 1480.

La bataille d'Azyncourt, ou de Blangy, l'an 1415. le 25. Octobre.

Philippus Aurelianensis Virtutũ Comes obiit Blesis an. 1420. Cuius frater Aureliæ Dux captiuus, legitimus fuit hæres.

Arestum prouisionale Curiæ Parisien. Die 23. Augusti, an. 1567. secundùm alia duo Aresta præcedentia, *Pour Odet Sire Dauaugour, Comte de Vertus.*

16 PLANE' admonendi sumus, iterum Sacri DOMINII regulam non seruari, cùm temporarius *Appennagij* possessor emptitium fundum ei coniunxerit mixtura quadam rationum annuarum. Ex facto incidit species talis. Ianus Angolismorum Comes fiduciarius (de quo suprà) ære comparauit ditionem Vici Carantono proximi, in Comitatu Angolismensi. Mox apud Rationales Angolismense subducta sunt ratiocinia prouentuũ empti prædij cũ Regia Angolismensi fiducia. Postmodùm resoluitur fiducia seu Panagium Angolismense, Francisco Iani nepote ad Sceptra vocato. Donatur à Principe fundus ille Boisio Magnati, Franciciæ Regiæ Præfecto. Longo pòst tempore, Fiscalis cognitor in fundum lege agit DOMANII redhibitoria, motus hoc argumento, quia fundus, tametsi emptitius, & adscitus Panagio, huius qualitatem conditionémque sumpsisset annuorum confusione redituum, tabularúmque dati & expensi simul excussarum. Quærebatur, an fundus, eodem reuersionis ad Coronam regiam, quo Panagium, iure teneretur. Reuerà, si Angolismensis, quasi patronus FEVDARIA potestate fundum redemisset ab alio, probabile forsan videretur hoc casu, fundum perinde Regum patrimonialem fieri, vtì Panagium ipsum cui adiungeretur: Ast illo emente, tanquam extraneo quopiam, haud dubium est, fundum Panagio non omnimodò permisceri, nec, collatis vtriusque patrimonij rationibus in vnum redigere, emptorem voluisse. Iuxta præclaram Vidi Papij distinctionem in Gratianopolit. Decisione 575. Placuit AMPLISS. ORDINI Parisiorum, actorem petitione summoueri. Iudicato, 18. Cal. Febr. an. 1548.

Bourg sur Charente en Angoumois, quem quidem Carantonũ fluuium Ausonius versibus celebrauit.

Dominus de *Boysi*, magnus Magister domus Franci Regis.

Poursuite de reunion au domaine.

Arestum Curiæ Parisien die 15. Ianuar. an. 1548.

17 POSTREMÒ tractatum est in Senatu, de fœmina Duce fructuaria Angolismorum, cui priuatæ ditionis emptrici filius Rex successerit communi lege hæreditatum: AN Regi liceat, subinde eam ditionem obuio cuique emancipare, antequàm eius prouentus confusim à Regiis Quæstoribus cogantur, administrentur. Exempli vice, Lodoïca Sabauda, mortuo marito Angolismæ Regulo, fructus suos fecit Angolismen. Comitatus, ab custodia nobili Francisci filij Comitis, quæ matri attributa erat, patrio More eius Municipij. Aliquantò pòst filius euectus est in Francici Regni solium, anno 1514. Sed Heroïna interim mater nummario pretio acquisiit latifundium *Mondeuisum*, in confinio Angolismorum, anno 1508. Ea demùm diem functa anno 1531. Rex filius hereśque dedit Annæo Montmorantio, Tribuno militum, & Galliæ Narbonensis legato Regio, mille libellas Francicas perpetui reditus, nominatim præstandas de fundo *Mondeuiso*, mense Nouembr. eod. ann. Decursu temporum, turbata donatarij possessio, instante obiectanteque Procuratore Fisci, Regium quoduis patrimonium eximi mortalium commercio, alienandíque potestate. Huiusmodi autem prædij assignationem pro ære annuo, quantum prædiarios fructus exæquat, alienationi æquiparari: Responso Scæuolæ I.C. Qui habebat. De legat. 3. Montmorantius, ex aduerso, defendit, agrum de quo certatur, Regi obuenisse, non Regio, publico, Augusto, sed fœmineo, personalique iure maternæ hæreditatis. Eo iure priuatæ stirpis sanguinísque peculiari, fundum quoque proprium ac merè priuatum stetisse: cùm & intra tertium mensem à materno funere, Princeps fundum ipsum adsignarit quantitati annuæ pensitandæ. Atqui Princeps, vt quilibet alius rerum suarum, ita priuati patrimonij legitimus est moderator & arbiter: Iuxta l. In re mandata. C. Mandat. l. 1.

La mere, garde noble de son fils.

Mondeuis.

Anna Montmorantius Mareschalus Franciæ, & Regius Gubernator patriæ Occitanæ, an. 1531. Postea autem Magister equitum Galliæ.

D. Si quis à paren. fuer. manumiss. l. fundi. l. hi quibus. De fund. patrimon. l. Quicunque. De omn. agr. deser. l. vlt. De locat. præd. Fiscal. lib. 11. Cod. Qualia priuatæ sortis bona Principum, à Fiscalibus distinguit Bartol. in l. Si quando. 2. De bon. vocant. Lib. 10. Cod. post Petrum à Bel. Pert. & Cynum in l. Procurator. C. De eden. Albericus ad l. 1. §. hoc interdictum. D. Ne quid in loc. publ. Ias. in l. 1. ꝟ. De offic. procur. Cæsar. Haud secus, Apostolic. Canonum cap. 40., discernuntur inuicem Res propriæ Episcopi, à Dominicis Hierarchiæ suæ. Nec mutat quod supra scriptum sit, res successorio iure deuolutas ad Principem, inter DOMINICAS haberi, priscis Regum nostrorum Edictis. Hæc quippè intelliguntur de successione bonorum aduenæ cuiuspiam, nothi, rei damnati, vel intestatò mortui sine hærede, quæ Regi tanquam Regi deferuntur, titulo Augustæ Maiestatis: non autem de iis, quæ Regi tanquam Francisco, aut Titio quæruntur propinqua suorum cognatione, ac particulari vinculo consanguineorum inter ipsos. Id quod à publicis fundis longè est alienissimum: Ex variis argumentis Ioh. Galli, Quæst. 16. Cæteroquin Fiscale DOMINIVM, Regni clauibus comparat Baldus, quas à Rege in alium transferri periniquum est, sed integra Fisci iura, à maioribus accepta veluti per manus, tradere tenetur successori, Legis fideicommissario, ne fœdam proditionis notam incurrat. Bald. ad cap. Licet. De probat. col. 3. In Antiq. Lucas Pennatus ad l. Contra publicam, col. 2. De re milit. lib. 12. Cod. vers. Sed pone, Rex. Et in cit. l. Quicumque. Causa vltrò citróque disceptata, Senatus decreuit, donationem valere, victo Procuratore Fisci. Aresto 4. Idus Decembr. an. 1547. Cui consequenter, pronuntiatum est rursùs ab *Ordine Clariss.* Regiáque manus sublata, quam, publicus Actor in eandem Ditionem inuexerat. S. Consulto, 11. Kalend. Apriles an. sesquimilles. 82.

Licet Episcopo morienti, de propriis rebus, vel voluerit, & quibus voluerit, derelinquere: Ne sub occasione Ecclesiasticar. rerum, ea quæ ipsius esse probantur, interdicantur. Can. fin. manifestæ Caus. 12. Quæst. 1.

Libro, qui Stylus Parlamenti inscribitur, Ioan. Galli Quæstiones attexuntur Parte 5.

Placitum Senatus die 10. Decembr. an. 1547.

Arestum Curiæ Parisien. *de main leuee de lad. terre de Mondeuis, en Angoumois.* Die 22. Mart. an. 1582.

Tit. III.

DE FIDVCIARIIS REI DOMINICÆ PACTIONIBVS.

1 DOMANIVM, *quatuor generibus constitui.*

2 DOMANII *appellatione contineri alienata à Principe cum pacto reuersionis sub conditione masculorum, aut simili.*

Fiducia, siue Appennagium.

Vvilhelmi, Neustriæ Ducis, lex Agraria populo Anglico imposita.

3 Inuestituræ *pactum, generali feudorum Constitutioni derogare.*

Prædia Coronæ, Regiis liberis, eorumq́; iustæ stirpi mancipari,

Exceptis Regiis circa illa prærogatiuis.

Philippi 4. Literæ, de Appennagio, *Lodoïco fratri concesso.*

4 DOMANII *perpetuam in priuatos possessores auctoritatem seruari, eiúsque alienati reuocatoriam actionem.*

Arestum Curiæ, de Comitatus Bellimontis Rogerij alienatione.

5 *Bonorum Fiscalium possessorem temporarium, nouam censûs agnitionem titulúmque conscribere debere.*

6 *Prima lex Conuentionis semper attendenda.*

DOMANIO *non præscribi, quantocunque tempore* Panagiarius *illud possederit.*

Præscriptioni locum non esse, vbi titulus indicat proprietatem alienam esse.

Quibus casibus præscriptioni locus sit.

7 *Arestum, de fiducia seu deposito non præscribendo, in causa Aruerni Comitatus.*

8 DOMANII *concessionem alicui & eius hæredibus, de masculis tantùm intelligi.*

9 *Placitum Curiæ de Ducatu Nemoroso.*

Legatum generi, soboli, aut proli relictum, ad fœminas extendaturnè.

10 *Arestum de Druidum Comitatu.*

Pigneratitiam possessionem fundi, nullam creditori vim vsucapiendi præbere.

11. *Arestum*

11 *Arestum, de Andium Ducatu.*

12 *Arestum, de Alenconio Ducatu.*

13 *Princeps, ratione* DOMANII, *Oceano comparatus.*

1 GENERALI CAPITE præposito, quid, & quotuplex sit DOMINIVM publicum Galliæ, consequens est videre, quibus modis constituatur & demonstretur: Quatuor in summa, veteri pactione, vnione expressa, confusione, & publicatione bonorum.

Impropriè Domanium alienari dicitur, sed fiduciæ lege transcribitur in priuatum, aut temporaria mancipatione, seu veriùs oppigneratione in creditorem, quandocunque resoluenda.

2 DE Primo, exploratum est vtique, hos fundos DOMANII appellatione contineri, quos Princeps alienarit, adiecto reuersionis pacto; sub conditione masculorum deficientium, aliáve consimili. §.3. Francici Edicti Molinensis, Febr. Mens. 1566. Huic applicatur lex Diocletian. & Maximia. Impp. SI RERVM TVARVM PROPRIETATEM dono dedisti, vt post mortem eius qui accepit, ad te rediret, lex donationi imposita, seruanda est, C. De donat. quæ sub modo. Nec aliter Fiduciam accepisse dicitur Boëthio, cuicunque res aliqua mancipetur his legibus, vt aliquando reuertatur ad auctorem, & mancipanti remancipetur: In Commentar. Topicorum. Ob cámque rationem, Nos Regiæ FIDUCIÆ verbo, quo vtimur passim his Libris, intelligi volumus *Appennagium*, è Sacro Patrimonio à Principe collatum in Regiæ stirpis propinquæ Regulos, certa conditione resoluendum. Quantisper autem donatario huic virilis progenies superfuerit; tantisper Regiam in eum liberalitatem perstare, censuit Salycetus, de simili planè insignium Ditionum munere Principali. In Authent. Sed & si quis Cod. De secund. nupt. Cum Baldo ad Cap. 1. Quid sit inuestit. In Feud. Et ad Cap. Quæ in ecclesiarum De constitut. Neque ab his longè distat elegans Scæuolæ responsum, de vectigalibus agris, qui locantur ad tempus, vel in perpetuum, quandiu pro iis vectigal pendetur, eos primæuam proprietatis causam non mutare, sed ex conuentionis formula, dominum iure suo vsurum, vectigali non penso, aut lege commissoria fundi obueniente. l. Lex vectigali fundo. ff. De Pignor. Paulus I.C. l. 1. & 2. D. Si ager vectig. vel emphyt. Verbi gratia Vvilhelmus nothus, Neustriæ Dux, legem Agrariam scripsit Anglico populo armis domito, qua lege omnes nouæ Prouinciæ ægros victor partim suo Fisco attribuit, partim veteribus dominis colendos fruendósque dereliquit annui nomine, seu pensionis solariæ. His addita cautio reuocandi in ius DOMINICVM, prædij cuiusque certo casu: Vt Polydori Chronicis traditum est, lib. 9. Itaque resoluto huiusmodi contractu fiduciario, omnia soluuntur pignorum iura, aliáque fundo imposita onera euanescunt, l. 1. & 2. C. Si pign. datum sit.

Edictum Molin de vnione & conseruatione Domanij Coronæ Franc.

Fiduciæ nomine quidnã significetur.

Panagium, vel Appennagium in filios Regum Gallorum.

Si feudum seu Castrum à Rege datum sit militi & hæredib⁹ proprij corporis, cũ lege reuersionis post obitum istius sine tali hærede, id perpetuò durat quandiu masculi descendentes vixerint. At si vel horum primus decesserit cum hærede extraneo, res redit ad donatorem.

Gulielmus Bastardus, Normaniæ Dux. Conquestor Angliæ dictus.

3 INSVPER de prædiis clientelatibus cauetur Mediolanensi Insubrum consuetudine, nullatenùs à legis beneficiariæ formula recedendum. Vulgare est enim feudorum theorema, Vestituræ pactionẽ generali feudorum constitutioni derogare. Cap. 1. & ibi Baldus, De duob. fratrib. à capitan. inuest. In Feudis. Sic nobilia Coronæ latifundia Regiis liberis cõceduntur, & eorum proli duntaxat ex iustis propagandæ nuptiis, dempta etiam hinc Regia multiplici prærogatiua. Cuius rei testes adduco solennes Literas Philippi 4. Regis Mens. Octob. an. 1298. Rex etenim *Appennagij* iure dederat Lodoïco fratri quindecies mille annua librarum terræ, quorum præstationi idoneos fundos assignaturum se pollicetur. Assignationem verò dehinc Regiis tabulis comperio ita scriptam. PHILIPPE, &c. *Come Iehan Choisel & Iehã le Veneeur nos amez & feaux Cheualiers, ausquiex nous aioustons foi, fussent especiaument à ce faire iurez & enuoiez pour asseoir en la Comté & vile de Esureues, de Biaumont le Roger, de Meullent, de Estempes, de Dourdan, de l'Assertéales, de Gien sur Loire, de Aubigni sur Nerre, tant en demaines, fiez, arrierefiez, chastiaux, manoirs, bois, come en haute ioustice, quinze mile liures de terre à tournois de annuel rente, que nous auons donnees & assignees à nostre tres-cher & feal frere Loys Comte d'Esureues à tenir, prendre & receuoir de lui & des hers de son propre cors de nous en homage lige, retenu à nous la souueraineté, le ressort & homage lige, & à nos successeurs Rois de France. Lesquels nous ont apporté par lours fermens auoir fet le pris & l'assiete dessur-*

Placita feudalia.

Tenor inuestituræ derogat omni materiæ feudorum.

Assiete ou assignat de l'Appennage de Loys frere du Roy Philippes le Bel. ab communi patre Philippo 3. rege, qui ex prima vxore Ysabella Aragonia sustulit Philippum 4. & Carolum Valesij Comitem. Ex secunda autem Maria Brabantina suscepit hunc Ludouicum Eburouicum Comitem, seu Ebroicarum, *Eureux*, in Normania.

ditz bien & leaument, par le conseil & le tesmoignage de bonnes gens iurez sur ce ès lieus en la maniere qui ensuit,&c. Le Chastel d'Eureues, les fies & les arrierefies de la Chastelerie d'Eureues tenus par membre,ou par demi membre,ou par Baronie,ou en autre maniere nu à nu du Comte d'Eureues à la coustume de Normãdie, en qui nostre chier frere Comte d'Eureues aura aiedes,relies, gardes, forfaitures, quant el escherront,& le pled de l'espee,où les Rois de France l'ont accoustumé à prẽdre & auoir ou temps passé selon la coustume du pais. Reseruez le regale de l'Eueschie de Eureues,la ioustice & le ressort & la souraineté de l'Euesque & du Chapitre de l'Eglize d'Eureues & de toutes leurs terres, de leurs fies & arrierefies, & le plet de l'espee en toutes leurs terres,que nous retenons à nous & à noz successeurs Rois de France,&c. Exin Bernensis quoq; Cœnobij tutelare ius, in Neustria, Iudicio addictum fuit Principi, aduersus Petrum. Alenconiensem Comitem fiduciarium: Tametsi & Monasticæ Ædes intra Comitatus metas sitæ paterent,& huius Fiducia Comitatus,ab Ludouico 9. Rege in Petrum filium purè collata,cum appendicibus,citra exceptionem. Lutetiano S.C. Mens. Iun. an. 1280. Itaque vel longissima tot Ditionum possessio nihil obest Iuri Fiscali, quò minùs, edita hac perspectáque veteri cautione fiduciaria, ilicò ditiones illas iudicemus Regni patrimoniales.

Parlamentare Arestum *touchãt la Garde du Monstier nostre Dame de Bernay, adiugee au Roy comme Duc de Normandie, fondateur dudit Monastere.* Ex solenni Repertorio Literarum Alenconiæ Domus.

4 PERÆQVE dicendum de Re Principis vendita, flagrante bello cum lege redimendi. Nempè Franciscus 1. publicos fundos vænire iussit in causam belli ingruentis: Rescripto Kal. Maij, an. 1519. Mox Curia Parisien. regio Diplomati, quod promulgauit,conditiones adiecit,exceptionésque infrà relatas: *Lecta,publicata & registrata, audito & consentiente Procuratore generali Regis, inquantum tangit* DOMANIVM, *exceptis plateis fortibus & limitrophis: Et prouiso quòd emptores vtantur rebus acquirendis, tanquam boni patresfamiliâs.* S. Consulto 14. Kal. Iun. an. 1519. Ex quibus constat, Rei Dominicæ perpetuam in priuatos possessores auctoritatem seruari, eiúsque distractæ reuocatoriam actionem, subinde ac prolato huiusmodi Regiæ fiduciæ instrumento, fundus Fiscalis esse adprobetur. Id causæ est pariter, cur in pignerando Reipub. patrimonio, Senatus ipsius vindex assertórque grauissimus,multa imponat onera futuro successori Fisci. Nam curia Rothomagensis Principali quidem mandato,ad tempus mancipauit Comitatum Bellimontis Rogerij Aubignio Dynastæ,sed modum alienationi præscripsit,conditionésque has in talibus commerciis vulgò tritas, nostratæ lingua: *Sauf les feauté & homage des Euesques & autres Prelats, Comtes, Vicomtes, & Barons, tenans en fief & hommage du Roy:la garde des Eglises, & mineurs, le tiers & danger des bois,patronages & collations de benefices, & les fouages: lesquels auec la souueraineté & ressort demeurent au Roy. Et pour iouyr dudit Comté par ledit acheteur, & en recevoir les fruicts & reuenuz par ses mains,à la charge d'entretenir les moulins & edifices en bonne reparation: de payer par chacun an les fiefs & aumosnes,& autres charges hereditales,qui sont deües sur ledit Comté,d'en acquiter le Roy,& en certifier sa chambre des Comptes de trois ans en trois ans: Et ne pourra vser de la forest, sinon par les ventes ordinaires suiuant l'ordonnance, auec bois pour son chauffage & reparation desdits edifices & moulins. Et pourra commettre aux offices, quand vacation y escherra, & sans pouuoir destituer ceux qui ja y sont receuz. Sauf le membre de recepte, duquel exercer, le Vicomte ne se pourra entremettre sinon de son gré. Lesquels Officiers seront tenuz requerir dans trois mois,& ledit acheteur sera tenu leur bailler lettres de ratification,pour à l'aduenir exercer souz le nom dudit acheteur, auquel ils feront le serment accoustumé.* Decreto Senatus Normanici, 12. Kal. Quintiles, an. 1505.

Literæ patentes *d'engagement du Domaine du Roy,* die 1. Maij, 1519 modificatæ in Parlamento die 19. Maij, eod. an.

Regia alienatio Comitatus *de Beaumont le Roger, en Normandie, vers le sieur d'Aubigny:* de qua alienatione Terrienus loquitur lib. 4. Commentar. Normanici Iuris.

Normanici Domanij regij in priuatos cessione demuntur vulgò tria isthæc, nobilis impuberum Gardia seu tutela, Syluæ non cæduæ, seu *Bois de haute fustaye,* Et militaris Arcium Custodia, seu *Les Capitaineries, ou Gardes des Chasteaux & forteresses.*

Arestũ Curiæ summæ Rothomagen. die 2. Iunij an. 1505.

5 NE autem procedente tempore fiduciarius possessor bonorum Fiscalium, supprimat antiqua ipsorum instrumenta documentáque in fraudem Fisci, consultò prouisum est à Rei DOMINICÆ curatoribus,vt nouæ tabulæ,census & monumenta conficiantur Regia auctoritate, in quibus denuò ius quisque suum, quo possideat, profiteatur, & solarium vectigal, cui sit fundus obnoxius, edito priùs Magistratui titulo suæ possessionis. Eam quoque in rem extant Regij codicilli de Forma censuali in territorio Parisiensis Præfecturæ. i. *Sur le faict du Papier terrier du Roy en sa ville, Preuosté & Vicomté de Paris,* 7. Kal. Decemb. 1549. Quas quidem authenticas Literas Consiliarij Fiscales regesserunt in Acta publica Iuridicæ suæ Cameræ, *Thesauri* vulgariter dictæ apud Lutetiam.

Literæ patentes Regis die 25 Nouemb. 1549. publicatæ in Camera Thesauri, die 2. Decembr. eod. an. Aliæ literæ authenticæ, die 24. Augusti, 1581. *Pour s'inscrire au papier terrier & censier du Roy.*

Postridie

Postridie Cal. Decemb. eod. anno. His successit aliud Principis Diploma consimile, 9. Kal. Septemb. 1581. quod paulò pòst Conscripti Curiæ promulgarunt.

6 CVM igitur ad primariam legem conuentionis referendi sint consequentes actus, nihil ad rem pertinebit, quanto tempore fiduciarius DOMANII possessor illud occuparit, quasi vsuceperit. Nam fundi possessio restringitur à præcedenti contractus titulo, abs quo eadem sumit vim ac interpretationem. Vlpian. l. Quædam mulier De rei vindic. Innocentius 3. Decretali Epist. Dudum. De Decim. vbi, possessionem profanarum decumarum, memoria antiquiorem euertit vetus concessionis tabula, Lateranense Concilium subsequentis. Item si patronus, in clientelæ suæ prædium inuecta manu, illo fruitus sit, vel annorum quidem centuria, non auditur præscriptionem allegans proprietatis, sed lecto instrumento Dominicæ prehensionis feudi, summouendus est ilicò ab exceptione quàmlibet longæ possessionis. Panorm. Consil. 3. Quæst. 145. Volum. 3. Huc alludit etiam peruagata Iuris regula, non præscribi fundo conducto, fructuario, emphyteutico, precario, fiduciario, & aliis id genus: quorum vel titulus ipse indicat ius proprietatis alienum esse. l. Ex libris Sabiniani. C. De acquir. possess. l. Malè agitur. Cod. De præscript. 30. vel 40. an. l. Si coloni. De agric. & cens. lib. 11. Cod. l. 1. C. Commun. de vsucap. Planè licet rei dominio non præscribatur, actio in personam tẽpore excluditur: vtputà in colono priuati, qui 30. annorũ curriculo, mercede non soluta, ab ea tempore liberatur. Sed & rem totam longissimo vsu capit conductor, ex qua die, pulso proprietatis domino, possessionem interuerterit, ac pro suo cœperit possidere. Accurs. & Bart. in citata l. Malè agitur.

Decimæ infeudatæ post Lateranense Concilium celebratum, an. 1180. sub Alexandro 3. PP.

Dominus feudi contra vassalum, nõ præscribit feudum, licet ab illo diu possessum iure feudali.

7 CONFIRMATVR prior regula facili paradigmate. Vidus Aruerniæ Comes, Regis Philippi 2. minis consternatus, tradidit Comitatum fratri, Claromontano Præsuli custodiendum, Iunio Mense, an. 1202. Eo fiduciæ iure tenetur ab Episcopis Comitatus annis trecentis. Postmodùm lege depositi eundem condicit Catharina Medicea Gallorum Augusta, quæ Comitis hæredem materno stemmate se gerebat. Huic Antistes Claromontanus opponit vsucapionis præscriptionem ter secularem. Vindicias Comitatus dici placuit secundùm actricem. Decreto Senatus XI. Kal. Maias, an. 1551. quod recitat Ioh. Lucius, cum illius Depositi formula, lib. 9. Placitorum Curiæ, Tit. 5. Eidem demùm Heroïdi adiudicata est à PATRIBVS iusta plenáque Regi possessio, pridie Idus Septembres an. 1557. Antonio Fumeo controuersę litis enarratore, in Senatoria prima Inquisitionum Decuria. Nec mirum profectò, quùm Aruerniæ iam olim Comitem se scripsisset maternus Reginæ tritauus, illustrisque eius Ditionis titulum Insigniáque prætulisset Ianus Bononiensis, an. 1360. Vt est apud Frossartem, Histor. lib. 1. Cap. 204.

Comte de Clermont d'Auuergne.

Memorabile Delphici Apollinis oraculum de fide in deposito seruanda, apud Herod. lib. 6.

Arestum prouisionale die 21. Aprilis, 1551 Pro Regina Fràciæ Catharina *de Medicis* de Comitatu Clarimontis Aruerniæ, contra Episcopum loci.

Definitum Arestum die 12 Septẽb. 1557.

Iean de Boulongne.

8 QVOD ait Lex Francica, regiam fiduciam contrahi cum restitutionis onere, in defectum masculorum collato, aut in similis euentum conditionis, discutiendum est, quisnam casus similis eiusce conditionis videri possit. Fingamus, concessionem fundi à Principe simpliciter puréque factam Theopompo & hæredibus, nullo sexus hæredum delectu: Quid iuris? an hæredis appellatio ad mares tantùm porrigetur? Sanè in feudis priuatis, nec Regalibus, hæredis nomen indistinctè prolatum, complectitur masculos duntaxat. Cap. 1. De alienat. feud. Vers. & si clientulus. In Feud. Tanto igitur firmiùs idem de Regio beneficio statuendum, quùm & (Henric. Bohici verbis) *Parlamentum iudicarit, in dono Regis alicui & suis hæredibus facto, solos liberos contineri nomine hæredum, & si liberi non sint, res donatas ad regem reue ti.* Bohic. ad Cap. cùm dilectus. De Donat. Cui omnimodò congruit Pontificia Innocentij 3. Epistola Decretalis, Nuper. §. postulasti præterea, De donat. int. vir. Cum eximio Alexandri I.C. Responso 53. Volum. 3. Consil. Neque ab his longè dissidet Feudisticum axioma Longobardorum, in beneficiariis fundis, clausulam, *pro se & hæredibus*, liberis solùm & hæredibus sanguinis accommodari. Cap. 1. & ibi Bald. De eo qui sibi & hæred. Cap. vlt. Si de feud. fuerit controuer. Alexand. Consil. 17. Volum. 5. pòst Bartol. ad l. vn. C. Si imperial. liberalit. socius, lib. 10.

In Sicilia verò, & Sueuia Germanica, fœminæ in feuda succedunt, præsertim Ecclesiastica, & ignobilia: in nobilia, rarò. Zazius in Tract feud Tit. de feudi succes.

Henric. Bohic. Leonensis, è Britannia Armorica, Pontificij Iuris Professor in Academia Parisien. an. 1349

Alexand. concesso alicui Castro, & suis hæredibus proprij corporis, intelligi de omnibus ab eo descendentibus: Sed deficientibus iis, donatæ rei reuersioni locum esse. Arg l. pe. to. § si atrem. De legat. 2.

9 IN hanc partem Curiæ Parisien. auctoritatem ciere possumus de Nemorensi Ducatu, in agro Vastinensi. Philippus Pulcher Rex in Ludouicum fratrem contulit Panagij nomine Stampas Belsiæ oppidum, Dordanum, Genabum ad Lige-

Ducatus *De Nemours en Gastinois.* *Estampes, Dourdan, Gien, l'Asserté-Ales, & Eureux.*

rim amnem, Meulantium, Feritatem Alesij, & Aulercorum regiunculam, qui Plinio Eburouices nuncupantur, an. 1298. Longo pòst interuallo, Karolus Nauarræ Rex, qui à Lodoïco proauo ducebat paternum genus, Nemorensem ditionem accepit, auitorum fundorum compensatione. Principali rescripto, 5. Idus Iunias, an. 1404. quo Nemorensis pariter Ducatus factus est. Deinde Ludouici & Caroli nepotis deleta virili prole, Vasto Flussas in possessionem iit Nemursij Ducatus iure materno, fœminea nempè illorum prosapia editus. In hunc igitur iudicio contendit Oliuerius Patronus Fisci, Ducatum ad Regem rediisse, masculis Nauarræ gentis extinctis. Quandoquidem Ducatus à Carolo 6. datus fuerit loco Eburouicum, aliarúmque ditionum, quæ priùs temporario virilis Panagij iure cesserant Lodoïco Pulchri Regis fratri natu minori, hæredibúsque ex eo seriatim procreandis: tametsi nulla sexus hæredum distinctione Panagij verbis adhibita. Fœminas enim in Regalia beneficia (seu feuda) non succedere, quamuis immunia, & omni seruitio libera clientelari. Curtius in Feudis, & Zasius contra Baldum in cap. 1. §. & quia. Qui feud. dar. poss. Idem sentiendum de posteris ex fœmina propagatis, qui ab huiusmodi Regiæ clientelæ fundorum successione prohibentur. Ex Baldo ad l. Consulari. ff. De Senator. His consequenter resolutam videri Ducatus fiduciam, in Panagij illius vicem subrogati, quod maribus solis lege delatum intelligatur. At Disomus, contrà, egregius causidicus, pro Vastone Fuxensi, hunc muliebri quidem fatum Ludouici stirpe, at Regiam concessionem in vniuersum Ludouico & hæredibus scriptam: Id quod per multas successiones erat accipiendum, Lege Romana. Proinde nec gentile Nauarrorum stemma defecisse: quippè quùm itidem legatum posteris relictum, generi, soboli, aut proli cuiuspiam, fœminas dubio procul comprehendat, & fœminis ortos. Bart. & Alex. in l. 1. §. personas. In Addit. ff. De iur. immunit. Felyn. ad cap. Nouit. De Iudic. Dyn. ad cap. Priuilegium. De reg. iur. In 6. Cassodor. in Decis. 1. De iur. patron. Partibus auditis, Curia Summa pleniùs deliberandum pronuntiauit, 6. Kal. Sextiles, an. 1506. Sed Fuxius ilicò, deplorata causa, consultior nouam sumpsit à Rege auunculo Ducatus donationem, Nouemb. Luce 29. an. 1507. Quo è viuis sublato, Princeps eundem concessit Iuliano Medici Magnifico, Philibertæ Allobrogis marito. Is demùm traditur Philippo Sabaudio, Francisci 1. Regis auunculo, pignus centum, & ampliùs, libellarum Francicarum. Vltimam hanc cessionem Reges posteri ratam esse iusserunt, laudarunt, Binis Codicillis, 13. Cal. April. 1559. & 12. Kal. Quintiles, an. 1563. in gratiam Iacobi Sebusiani, cui Philippi Ducis filio, hæredibusque libera permissa est Ducatus possessio, vnà cum Castellariis ditionibus Castrilandonis, Nogentij, & Pontis ad Sequanam amnem. Vt Regestis Curiæ continetur, Regiam huiusmodi Confirmationem aliquantulùm moderantibus. fol. 229. Commentar. Curiæ sub Francisco 2. Rege, & Volum. 2. Actorum eiusdem, sub Karolo 9. fol. 47. Reliqua de Nemorensi Ducatu Nos infrà lib. 3. Tit. 1.

Literæ erectionis Ducatus *de Nemours* die 9. Iunij an. 1404.

Actio forensis in Senatu de Nemorens. Ducatu, inter Regium Procuratorem, & Gastonem *de Foix* sororis filiū Ludouici 12. Regis.

Iacob. *Disome.*

Arestum *d'appoincté au Conseil*, die 27. Iulij, 1506.

Is Gasto *de Foix*, Dux *de Nemours* fuit receptus in Parem Franciæ & præstitit Iusiurādum Curiæ, die 15. Ianuar. an. 1507.

Regiæ declarationes confirmatoriæ, die 10. Mart. an. 1559. & die 20. Iunij 1563.

Castellaniæ *de Chasteaulādon, Nogent, & Pont sur Seine.*

VVLGATVM est, de Druidum Comitatu, decretum ORDINIS CLARISS. aduersus Franciscum Cliuensem, Niuernensium Regulum. Edamus speciem facti. Carolus 5. Rex Iano Amenioni Alebreto spopondit sena millia librarum terræ (quas vocant) in dotem Margaretæ Borboniæ, quam Reginæ sororem splendido coniugio sociabat Alebreto. Mense Iunio an. 1368. Eo nomine postea datur æstimatus Druydum fundus Alebreto & hæredibus. Ex iis nata Maria Alebrata Druides intulit ad Niuernensium Ducem maritum. Amborum autem filio dictatur DOMANII controuersia à Regio Procuratore apud Conscriptos Curiæ. Primo quidem intuitu, satis illum tueri videbatur Druidū possessio, mortalium memoria vetustior. Sed eam peruicit fiduciaria Druidum mancipatio, seu Ἀντίχρησις potiùs, à Rege decreta Alebreto & hæredib⁹ pro ære illo dotali. Vnde iudicanti constitit, Alebreti hæredem centena possessione iuuari non potuisse, nec primariam possidendi pignoris causam immutare. Aresto Patrum Parisien. 4. Nonas Maias, an. 1551. Optimè hercle, quùm pigneratitia possessio nullam creditori vim præbeat vsucapiendi quantocunque tempore, aduersus ius offerendi. Bart. in l. Pignori. ff. De vsucap. Idem de iure luendi annui Reditus nummis constituti. Apud Molineum, Quæst. 16. Tractat. De commerciis. Alebretensem vtique

Druides, in finibus Carnutum.

Ἀντίχρησις i. pro credito mutua pignoris possessio & detentio.

S Consultum die 4. Maij, an. 1551. *du Comté de Dreux. Droict de rachapt de Rente constituee à pris d'argent.*

que familiam describemus inf. copiosiùs lib. 2. Tit. 4.

11 RVRSVS de Andium Ducatu quæsitum fuit in Prætorio Principis Caroli 8. auorum nostrorum memoria. Compertum est enim ex Regiis Lutetiæ Scriniis, Andes in *Appennagium* Lodoïco donatos, paterno munere Iani 2. Regis, an. 1360. Hoc iure, Ludouici mares posteri fruuntur Andium dominatu, donec Carolo stirpis vltimo fatis rapto, Princeps suum in Fiscum Andes reuocarit, an. 1481. Inde grauis secuta expostulatio Lotharingi Ducis in sacro Regis Auditorio, quòd nepotem ille se Renati Andegaui ex Yolancilla filia obnixè intenderet, ideóque Andegauo Ducatu minimè priuandum. Nihilo seciùs, producta Andensis Panagij cautione, Lotharingus succubuit. Iudicum sententia, in id selectorum ab Aulico Consilio, vt litem ciuili more dirimerent, an. 1484. Comminio inter alios teste probatissimo, in vita Caroli 8. Qua de Regia Andium Fiducia vetere, Nos vberiùs suo loco, si priùs intellexeritis, meam hanc Patriam (de qua I. Cæsar lib. 2. 3. & 7. Bel. Gall. Tacitus lib. 3. Plinius lib. 4. & Sidonius de itinere suo ad ciuitatem Andigauam) tunc transiisse in Regium Franciæ patrimonium, quùm Childericus Rex, interempto in acie Paulo Andium Comite, ciuitatem Imperio suo adiunxit, inito etiam fœdere cum Odouacrio Saxonum Duce, qui sub idem tempus oppidanos miris cladibus afflixerat. Vt est apud Gregor. Turonensem, rerum nostrarum scriptorem antiquissimum, Hist. lib. 2. Sigebertum, & Aimoynum, cap. 2. lib. 1.

Andegauensis Appennagij literæ extant *au Tresor des Chartres à Paris*.

Plinius Andegauos vocat, lib. 4 Natur. Hist cap. 18. De Lugdunen. Gallia.

Sidonij Apollinaris libro adiectum Carmen, De itinere suo ad ciuitatem Andigauam, fortunato tribuitur à nonnullis.

12 AD extremum, præclara fuit illa Forensis Actio de Alenconio Ducatu an. 1526. Lysetus, Fiscalis Aduocatus, reposcere Ducatum, vtpotè fiduciarium, Carolo, mare vltimo, vita functo, an. 1524. Quippè datum fuisse Petro Ludouici 9. Regis filio iuniori, an. 1268. Tum Carolo Valesio Philippi 6. fratri, maribus tantùm extantibus, fruendum, vtendum. Aligretus verò, pro Karoli vltimi sororibus, mouendas non esse tot annorum possessiones, quibus Alenconiæ gentis proceres nobilissimum dominatum tenuerint. Eundem præterea origine fœmineum esse, nec à Sceptris initio profectum. Complura alia defensionum capita in iudicium protulit (quæ in aptiorem locum reiicimus.) Senatus demùm rem consilij esse pronuntiauit. At multò pòst, sororum hæredes, causa ægra ac propè desperata, maturè decidunt cum Principe. Gemina transactione, Alenconia ditio Regis arbitrio permissa ac reddita. Pensantur illi Castronouo Timerensi, Nogentio Rotrodi, ac plusculis aliis latifundiis, quæ suffecta sunt in locum acquisitorum ab Alenconia familia. Tabulis consignatis quarto Nonas Februar. an. 1563. Posterior cum Rege transactio inita 8. Kal. Martias sequent. à Niuernensi Regulo, cuius materna auia, Caroli Alenconij soror exiterat. Vti monumentis Curiæ est proditum, Volum. 3. fol. 81. Karolo 9. Francis imperante.

Carolus Alenconiorum postremus masculus moritur, duabus relictis sororibus, Francisca, Vindocinensis Ducis, & Anna, Marchionis Mõtis-ferrati, vxoribus.

Carolus Valesius Philippi 4. frater duos præsertim liberos habuit, Philip 6. Regem, & hũc Carolum Valesium.

Chasteauneuf en Timerais, & Nogent le Rotrou, au pays du Perche.

Die 2. Febr. 1563.

Regia transactio die 22. Febr. an. 1563. cum Franciscæ & Annæ Alenconiæ hæredibus.

13 TANTAM DOMINII prærogatiuam admiranti subit in mentem Consultorum Iuris elogium hoc, Principem Oceano adæquantium, ab eo fluere, refluereque ad eum omnia. (Bald. in §. ad hoc. De Allod. Azo in Summa, De iurisdict. omn. iud. Ang. in l. 1. ff. De officio eius cui mand.) Quam similitudinem Cæsar apud Lucanum, milites increpans videtur adnotasse.

Iul. Cæsar.

Cæsaris an cursus vestræ sentire putatis
Damnum posse fugæ? veluti si cuncta minentur
Flumina, quos miscent pelago, subducere fontes,
Non magis ablatis vnquam decreuerit æquor,
Quàm nunc crescit aquis: an vos momenta putatis
Vlla dedisse mihi?

Tit. IV.

DE EXCEPTIONE REI FIDVCIARIO REGVLO PRIVATIM VENDITÆ.

1 *Accessiones* DOMANIO *per* Appennagij *regij possessorem factas, non redire ad Principem, simul cum* Appennagio *resoluto.*
2 *Accessiones omnes, cum dote, restituendas esse.*
Accessiones omnes, & iura prædio cohærentia, prædij esse.
Manu in latifundium iniecta, etiam incrementa prehensa teneri.
Feudum generaliter cum appendicibus proscribi, in publica eius auctione, satis esse.
3 *Accessiones* DOMANIO *apud* Panagiarium *factas, aduentitias quidem apud eum remanere, naturales autem ad Principem reuerti.*
4 *Accessiones prædij fructuarij, aut* feudalis, *aut vsucapti, si naturaliter fiant, prædio accrescere: sin extrinsecùs adueniant, non accrescere videri.*
5 Panagiarij *commodo omnia indiscriminatim cedere.*
Rem feudo mariti consolidatam, veluti merum quæstum, aut fructum mobilem, vxori communicari.
6 *Accessiones aduentitiæ Panagij Andegauensis & Cenomanorum, cum eo non resolutæ.*
7 *Pactio regia de accessionibus aduentitiis Panagij Alenconij.*

An acquisita à priuato rei Domanialis possessore, redeat ad Fiscum vnà cum re Domaniali, *l'Appennage ou engagement du Domaine finy.*

Priuilegium datum doti porrigitur ad eius augmentum. Ang. Bart. & Alex. in Rubr. Sol matr. D.

Regium Edictum *sur le faict des criees*, an. 1551. tam feudorum seu fundorum beneficiariorum & clientelarium, quàm ignobilium, seu censualium, *& roturiers.*

1 ADVERTENDVM PORRÒ, non esse præcedenti regulæ locum in acquisitis à fiduciario Regij Canonis possessore. Acquisita enim non cedunt in causam Rei DOMINICÆ, nec lege fundi Fiscalis, ad Principem cum eo ipso reuertuntur. Dignus quidem vindice nodus.

2 DICET enim aliquis, omnes accessiones cum dote restituendas, l. etiam. C. de iur. Dot. Et à plerisque responsum, prædij esse omnes accessiones, & iura prædio cohærentia, l. Iulianus in fi. Cum ll. subseqq. π. De act. empt. Paulus I.C. in l. Qui fundum. §. 1. De contrah. empt. Item si manus à patrono iniecta sit clientis latifundio, eadem præhensionis lege tenentur incrementa omnia & iura prædij, etsi non sint expressa. Ancharan. in Regula, Accessorium, lib. 6. Sic Errici 2. Edicto de auctione bonorum, cauetur, feudum generatim cum appendicibus expromere satis esse, in hasta & proscriptione Feudorum publicè venalium. Pari ratione, sequeretur, fundos beneficiarios, qui emptionibus Regio iunguntur *Appennagio*, tanquam superiori fundo, ad Principem simul, ipso resoluto, deuolui: quasi vtile DOMINIVM cum recto confusum, Fiscalis prædij portio quædam esse videatur. Quibus additur longi temporis argumentum præscriptionis, qua (licet vulgò tantum præscriptum, quantum possessum) censentur etiam vsucapta adiacentia, quæque summæ rei adhærent. Vlpiani responso l. Si aliena. §. hoc iure. De Vsucap.

3 EXORITVR autem probabilior ratio ex altera parte. Quæ enim *Augusto Censui*, (cùm datus fuerit in Panagium,) accesserint priuatis pactionibus, ea non imitantur naturam fundi Regalis, neque vtì Regalia, soluto Panagio, vindicanda. Si reuerà Patrimonium Fisci auctum esset penes fiduciarium possessorem intrinseco & naturali quodam additamento, putà alluuione, quam Græci πρόσχωσιν seu πρόσχωσιν vocant, aut si iure commissi, Dominicóve alio in clientulum, *feudaria* nempè agrorum redemptione, quam temporarius Regij Canonis possessor exercuisset: tunc fundus ita adiectus, videtur accrescere DOMANIO debere, tanquam prædio superiori, & in eadem causa redire ad Principem, Bald. in §. Si quis de manso. De controuer. inuestit. In Feudis. Albert. Brunus in Tract. de augmento, Conclus. 20. §. è contrariò. De rerum diuis. Apud Iustinianum. Quoties enim prædium dominans, incrementum accipit ex lege ipsa beneficiaria, & conditione beneficio

Mansus, ager Metatus, i. certo iugerum modo & mensura à Mensoribus definitus, Vt declarat §. 4. Tit. 4 lib Feud. & Helmodus in Hist. Slauorum, cap. 84.

beneficio adscripta, aut Lege publica Municipij, non ideò tùm aliquid noui dominij partum, sed fertilior annus duntaxat existimatur. Bald. ad Tit. De Feud. March. in princ. Doctor. ad l. vlt. D. Si ex nox. caus. agat. Nil quoque diuersum in vsufructu, cui propemodum comparatur Regia fundorum fiducia. Nam vsufructu finito, pars adiuncta fructuario agro naturali accessione, in eadem causa restituenda est domino proprietatis, διὰ τῆς συρρώσεως, quam cum Iustiniano consolidationem appellamus. §. extinguitur. Instit. De Vsufr. Vlpian. l. Si fundi. §. Huic vicinus. De Vsufr.

4 QVORVM verò dominium nanciscimur facto hominis, peculiarique conuentione, tanquam priuati cuiusuis, non patroni imperio ac potestate, in iis alio iure vti nos debere probabilius est, nec suprascriptæ antinomiæ locum esse. Hæc enim propriam habent ac separatam à Re Fisci conditionem. Vsqueadeò, vt Saluius Iulianus prudenter responderit, si fundum Cornelianum pro emptore longa possessione capiam, partémque ex vicini fundo ei adiungam, non sufficere eam partem reliquo tempore pro emptore capere, ast separatim longam eius possessionem, integro statuto tempore implendam. L. Qui fundum. §. 1. D. Pro empt. Imò & si haud alluuione quidem, sed fluminis impetu, portio alieni fundi adiiciatur fructuario, tantóque ibi hæreat tempore, vt coalescat, tunc dicitur extrinsecum, non naturale incrementum, solique accedit proprietatis domino, neć fructuario prodest. §. præterea. Instit. De rer. diuis. l. Item si fundi. ff. de Vsufr. Peræquè igitur, feudi præhensione, partes emptionibus adiectæ non continentur, nec patroni imperio (quasi fruituri) sunt possidendæ. Augmentum enim, quod industria, & opere manufacto (vt aiunt) prædio adiicitur beneficiario, ad clientem liberè pertinet. Bald. in cit. §. si quis de manso. Inde apud Langobardos, fundo inferiori ad patronum reuertente, quicquid antea clientulus parasset suis nummis, suum vtique permanet. Cap. 1. §. è contrariò. De inuestit. de re alien. fac. In Feud.

5 TANDEM (vt meum de iis iudicium interponam) arbitror, indiscriminatim omnia fiduciarij possessoris commodo cedere perpetuo, quæcunque ei, fiducia Principalis fundi pendente, obuenerint, commissoria etiam lege feudi, Dominicáve agrorum redhibitione, nedum priuata, extrinseca, & libera pactione quasi extranei cuiuspiam. Auctore Fabro (ad §. si cui Instit. De legat.) asserente, rem, quæ feudo mariti consolidata sit, constante matrimonio, sociæ quæstuum vxori communicari, velut merum quæstum, aut fructum mobilem, & separatum à fundo. Huic adstipulantur Bart. & Bald. ad l. vlt. D. Solut. matrim. Bald. in l. 1. C. De fruct. ac lit. exp. Et hoc quidem nostrate Fori vsu adeò receptum, vt demirer sensisse Molineum, fructuarij hæredes retinere prædium non posse, quod à cliente venditum sua ille pecunia redemisset. In Commentariis antiquæ Parisiorum Cōsuetudinis. Tit. 1. *De matiere feodale*. §. 13. Glo. 1. vers. *le Seigneur feodal*, Num. 36. Atqui exploratum est, bona commissa vel confiscata, à fructuario teneri iure dominij, nec amitti finito vsufructu: licet ipsi, nullo æris pretio aut impendio constent. Longè firmiùs ergo, empta redemptáve ingenti pondere auri, competunt fiduciario Dynastæ, nec, soluta fiducia, reuoluuntur ad Principem, aut alium quemuis proprietatis dominum. Vtì edocuimus alibi, citatis in id optimæ notæ scriptoribus, Iuris Francici iuxtà ac Cæsarei callentissimis. inf. lib. 2. Tit. 5.

Id quod obuenit Appennagii possessori confiscatione feudi per feloniam vasalli, alióve modo, vel retractu feudali, id suum facit, tanquam Appennagij sui fructum.

6 ATQVE vt thesin demùm reducamus ad hypothesin, vsúmque rerum magistrum, spectate hunc in Regia Andegauensi fiducia. Petrus Crao, amplissimæ familiæ vir, Fisco commisit sua omnia, quùm ad internecionem propè vulnerasset Klissonum Gallicæ Equestris militiæ Magistrum, an. 1392. vt Francic. Annalibus fertur. Secundùm hanc bonorum publicationem, addictus quoque Fisco est Saboliæ Baronatus, Cenomani agri. Rex deinde Carolus 6. Baroniam priuato cuidam transcribit: A quo mox Ludouicus 2. Andium & Cenomanorum Regulus fiduciarius illam retraxit, vt potè Cenomani Comitatus beneficiariam. Quid inde? Andegaui proceres Baronatu potiti sunt, eorúmque hæredes promiscui sexus, non modò stante Andium ac Cenomanorum Panagio, verùm & mascula Heroum istorum deleta progenie. Nam in dominatum hunc haud dubiè successit Dux Lotharingus, Renati Andegaui ex Yolantilla filia nepos, ac Lotharingi inde posteri omnes.

Petrus Baro *de Craon*, in Andegaua Prouincia.

Oliuarius *de Clisson*, Comestabilis Franciæ.

Sablé, au Maine, Baronia, cuius aliū quoque acquisitionis titulum per Andegauos duces, vide lib. 1. Andeg. leg. cap. 4 art. 10.

7 CORONIDEM addit huic quæstioni lis Alenconiensis, de qua nouissimè suprà, Tit. 3. cap. vlt. Heroïdes Alenconiæ, fratre mortuo, opponunt Regio Actori in Senatu (an. 1526.) varias fundorum emptiones redemptionésque à maioribus suis contractas, quæ, soluto Alenconij Ducatus Panagio, non erant in ius DOMINICVM reuocandæ. Fuisse speciatim Castronouum Timerense, Camporotūdum, Senonchias (in Perticensi Vnellorum prouinciola) fuisse, inquam, priuatas ditiones Hugonis Castronouani, an. 1230. Huius Leonoram filiam Roberto Sanclero nupsisse: A Iano dehinc Pontodemerio venditum Castrumnouum, circumiectáque prædia, Petro Alenconij Comiti centum & quadragenis millibus librarum Francicarum. Quinto Kalend. Septembres an. 1370. Ad hæc, Camporotundum venundatum Engerrano Marinio à Vaultero Castillione Portiani Comite, Equitum in Gallia Magistro, an. 1308. Cuncta hæc, successu temporum, priuatim ad Alenconios magnates deuenisse, non regij titulo *Appennagij*, nec primario iure Alenconij dominatus Regum Patrimonialis. Princeps igitur, comperta re, pepigit cum Alenconiis, ita, vt iis prædia illa cesserint, perpetuò possidenda: tametsi regia Alenconiensis fiducia pridem Ducis postremi obitu finem accepisset.

Sur la reuersion de l'appennage royal d'Alençon.

Caroli Alenconij Ducis vltimi, sorores duæ, Francisca, & Anna, vt antea diximus.

Chasteauneuf en Timerais, Chāprōd, Senonches, au pays du Perche.

Petrus 2. huius nominis, Alenconij Comes, filius Caroli Valesij, qui in acie Creciaca cæsus fuit an. 1346. Posthæc, Alenconius Comitatus in Ducatum erectus est, an. 1414.

Die 28. Augusti 1370. Venditio facta à Ioh. *de Pōteaudemer, ayant droict de Robert son fils heritier de sa mere Philippe de Dreux* Ex inuentario titulorum Alenconiæ familiæ.

Tit. V.

DE EXPRESSA FVNDORVM, CVM DOMANIO VNIONE.

1 *Vnio Ducatuum Burgundiæ, Normaniæ, Campaniæ, Tholosæ, per Ianum Regem: Aquitaniæ, per Carolum Sextum.*

2 *De vnione Ducatus Borbonij.*

3 *De vnione minoris Britanniæ, déque antiquitate huiusce feudi Gallici, & Regni nomine diu retento.*

4 *Vnio Pictonum, per Karolum Septimum.*
De acquisitione Suessionum.

5 *Acquisitiò Oleroniæ Insulæ, Castri* de Rosay en Thierache, Taillebourg, & le Cluseau, Chauny sur Oyse, Coudran, & Foullouel.
Item Vnio Ambianorum, Loduni.

6 *Vnio generalis omnium nouorum Ducatuum, Marchionatuum, Comitatuum, masculis deficientibus, per Karolum 9.*
Gallici Ducatus, ac Comitatus, olim masculi & militares.

7 *Ducatus noui triginta tres, & singulorum erectio.*

8 *Comitatus noui viginti duo, & singulorum origo.*

9 Marchionatus *noui tredecim, & illorum erectio.*

10 *Principatus recèns instituti quinque.*
Moritanij Principatus vetusta Insignia.

11 *Vticensem, Occitanæ oræ, Ducatum, deficiente mascula prole,* DOMANIO *vnitum iri.*
Curiæ Placitum de Comitatu Castrirudolphi Biturigum.

12 *Ducum, Comitum, Imperatorum, nuda personalium munerum apud veteres Romanos nomina.*
Duci exercitus, apud Germanos, duodecim Comites adsignati.
Comitum nomen pro variis extra militiam officiis, à Romanis vsurpatum: & de variis apud eosdem Comitibus.
A Vero Imperat. Comites prouinciis regendis præfecti.

13 *Comites, seu* Vassi, *varij in varias prouincias à Karolo Magno missi.*

14 *De Marchionibus, id est, limitum Præfectis, & de Riparensibus militibus.*
De Marchionum apud Gallos veteres significatione.

15 *Comites olim apud Gallos pro Iudicibus accepti: qui & Missi dicebantur.*
In Ebrios Lex Caroli Magni.
Riparensium & Francicarum legum similitudo.

16 *Ducibus, Comitibus, & Marchionibus, agri limitanei hæreditarij à Monarchis assignati.*

17 *Ducatuum & Comitatuum beneficia, ab Othone 1. Cæs. in Germania, hereditaria facta.*
Eos Principatus, masculis deficientibus, ad Cæsarem redire.
18 Marchionatus *olim patrimonijs adscribi in Germania: & quid Marchia, & Marchio.*
Ducatuum, Comitatuum, & Marchionatuum *apud Germanos creatio & institutio.*
19 *Ducatuum, Comitatuum, &* Marchionatuum, *in Belgio, institutio.*
Landgrauiorum, Marcgrauiorum, & Burggrauiorum feuda, deficientibus masculis, ad Cæsarem redire: nisi beneficiaria concessio ad fœminas protendatur.
20 *Mediolanensis Ducatus ea lege factus, vt deficiente mascula prole, fieret Imperiale patrimonium.*
Ferrariensis Ducatus, per Fridericum 3. Mantuanus, per Carolum 5. Sabaudus, per Sigismundum Cæss. creatus.
Italiæ pars, in Ducatus & Comitatus à Longobardis Regibus diuisa.
Comitum, Baronum, Ducum, Auratorum equitum, apud Anglos, & Scotos institutio, & Palatinorum, apud Polonos.
21 *De Hungaricis Palatinis, Voieuodis, Baronibus.*
De Moscouitarum, & Sinarum Regni possessionibus.
22 *Ducatus nouos, licet proli masculæ destinatos, Principum tamen indulgentia, per nouam* infeudationem *ad fœminas transire.*
23 *Montis-Argiui priuilegium, eiúsque ciuitatis in Ducatum erectio.*
Curiæ Placita, de Ducatu Montis-Argi, Ventadorio.
Montis-Ferrandi vnio, cum DOMANIO.

1 SECVNDVS MODVS constituendi DOMANII proficiscitur ex Regio vnionis fundorum cum Sceptris diplomate.

2 EIVSMODI fuit illud Burgundij Ducatus, Normaniæ, Campaniæ, & Tholosatum vnionis Rescriptum memorabile, per Ianum Regem, an. 1361. Mense Nouemb. Sic Carolus filius Antissiodorum Coronæ iunxit sacrauitque, ipsi venditum à Philippo Cabilonensi, Pridie Nonas Quintiles, an. 1371. Cuius maiores Comitis Antissiodoren. memorat Innocentius tertius P. Decretali Epist. Cùm olim Abbas & conuentus Virgiliacensis De offic. deleg. Ac Carolus quidem ille emptor, Sapiens re & nomine, sed sapientior adhuc, si tam πολιτικὸν paternæ vnionis Burgundiæ nodum dissolui passus non fuisset, nec Burgundiam à Philippo fratre teneri fiduciaria Panagij lege. Huic subnecti potest Aquitaniæ vnio, quam nominatim sanxit Carolus sextus, tabulis Panagij Aquitani, Viennensium Delphino tradidit filio, conditione hac, vt vel regnum adepto eo, vel absque liberis decedente, perpetuò Aquitanicus Ducatus copularetur cum Francico Diademate, Postridie Idus Ianuar. an. 1400. Dempta etiam ex eo *Appennagio* Rupella, quam de Britannis hostibus captam, Princeps antea Sceptro coniunxerat, 8. Calend. Decemb. an. 1374. Sicuti in regio Lutetiæ Chartophylacio relatum inuenimus, & apud Frossartum eius seculi scriptorem diligentem. Histor. Volum. 1. cap. 310. hac verborum conceptione. *Les bourgeois de la Rochelle dirent aux Seigneurs François, que s'ils se mettoient en l'obeyssance du Roy de France, c'estoit leur intention, que le Chastel de la Rochelle ils mettroient par terre, & feroient bien seeller, que iamais il n'y auroit Chastel: & aussi que la ville de la Rochelle, & tout le pays de Rochellois, demeureroient à tousiours mais, au ressort & domaine du Roy de France, ne iamais n'en seroient ostez ne desseurez par mariage, par paix, ne par aucune aduenture, que iamais peust aduenir au Royaume de France, par quelque condition que ce fust: & auroient en la ville coings pour forger florins & monnoye blanche & noire, de telle forme & alloy, qu'ont ceux de Paris. Mais ce ne voulurent les Seigneurs de France, qui là estoient, accorder, iusques à tant que le Roy de France en auroit esté aduisé. Et pour aller deuers le Roy, donnerent les Seigneurs sauf-conduit à ceux de la Rochelle. Adoncques douze Bourgeois*

Auxerrensis Comitatus à Carolo 5. Rege vnitus Domanio Coronæ, post venditionem ei factam à Philippo *de Chaalon Comte d'Auxerre*, die 6. Iulij, an. 1371. *Vezelay, en Auxerrois.*

Vnio Ducatus *de Guyenne*, cum regio Domanio, die 14. Ianuar. an. 1400.

Vnio Rupellanæ vrbis, *de la Rochelle*, die 24. Nouemb. an. 1374. Ex Thesauro Chartarum regiarum.

de la Rochelle vindrent à Paris deuers le Roy de France, qui leur accorda tout ce que dit est, & moult les festoya, & leur donna beaux ioyaux. Quant ils furent retour nez à la Rochelle, ils monstrerent leurs Chartres seellées du Roy, & confermées de la Chambre du Roy, & des Pers, &c.

Robertus hic Claromontis Bellouacorũ Comes, Principium regiæ Borboniens. familiæ. Cuius abnepos duxit vxorem Mariam Iani Biturigum Ducis filiam. Susanna Borbonia Caroli Borbonij coniux, Comitis Monpenserij, qui à Borboniæ domus secundo genito descenderat. Art. 10. Tit. 11.

2 ROGET aliquis, quo titulo Princeps Borboniam sibi ditionem asseruit in Senatu, vti patrimonialem (anno 1522.) antequàm Karolus Borbonius desciuisset ad Cæsarem? Origine quippè feudum erat muliebre, deuolutum è priuata Arcembaldorum familia ad Robertum Diui Ludouici filium, iure vxorio. At Roberti abnepos, dum Mariam, Biturigum Aruerniæque Reguli filiam, ducit vxorem, Rege assentiente dotalem Aruerniam sumpsit, tametsi soceri *Appennagium*, pacta cautione, vt Boiorum simul & Aruernorum Ducatus, æqua deficientium masculorum conditione, transferrentur in ius Fisci, an. 1400. Multò minùs igitur, defuncta iam Caroli coniuge, quæ Petro Duci vnica filia hæresque superfuerat, marito licuit Borbonium Ducatum retinere. Quoniam tamen maritus, proprio etiam paterno, ac gentilitio iure masculorum, sibi arrogabat Ducatum vtrumque, lis tanta Iudicis definita non est. Eam in rem complusculа à nobis tradentur infrà lib. 2. Rubr. 11. Ne supprimam obiter vetustiores illos Ercembaldos, Aimoyni Appendice celebratos in omnem posteritatis memoriam. De Gest. Francorum lib. 5. cap. 52.

Britonici Ducatus vnio cum Corona, Mens. August. 1532. approbante Parlamento, die 18. Nouemb. seq. Arestum Curiæ Parium Franciæ, die 7. Septembr. 1341. *contre Iean Comte de Monfort.* Cessio Regi facta iuris Ducatus Britonici, die 19. Ianu. an. 1479.

3 ARMORICAS nemo dubitat, Coronæ Gallicæ adunatas Principalibus codicillis, Sextili Mense, 1532. Quos Senatorius Parisiorum Ordo comprobauit 14. Calend. Decemb. eod. ann. Nec moror, fœmineúmne, an masculinum fuerit Celticæ Britanniæ feudum. Muliebre fuisse, Curia Francica iudicauit secundùm vxorem Karoli Blesensis, aduersus Ianum, Montfortianum Comitem, 7. Iduum Septemb. ann. 1341. Ac deinceps Ludouicus vndecimus Rex ius transcriptum habuit Citerioris Britanniæ, à Caroli Blesensis, Ianæque coniugis hæredibus, quos Armorici Principatus æmulos, Iudicioque illos victores Montfortianus, Marte Duce, summouerat eo dominatu. Pacto conuento 14. Kalend. Febru. ann. 1479. At pronuba Pace demùm contracta à Carolo 8. cum Anna Montfortiani hærede vltima, transigitur negotium, & prisca de Ducatu contentio penitùs consopitur. Tabulis amborum nuptialibus, Mense Decembri, ann. 1491. Vtcunque sit, Armoricæ in Gallorum Regum clientela positæ, naturaliter Regno consolidantur, tanquam feudo, seu prædio dominanti. Adeò, inquam, vetus istud Regiæ Francicæ beneficium, vt Turonen. Gregorius literis mandarit, Britones statim à Clodouei Regis obitu, Gallorum Maiestati fasces submisisse, & Comites, non Reges appellatos: nostratis Historiæ lib. 4. cap. 4. Demus, Reges adhuc permansisse, audi Sigebertum, *Iudicael Rex Britonum Dagoberti gratiam sibi redemit.* Rursùs (apud eundem) à Vido Caroli Magni Duce victi Britones, & in potestatem redacti. Quod fusiùs adeo explanauit Benedictinus cœnobita, Francic. Annallium scriptor Pipini, Caroli Mag. & Ludou. Pij: Carolum nempè, an. 786. militares copias in Britanniam Cismarinam emisisse. Cùm enim Transmarinam Anglo-Saxones inuasissent; veteres huius Incolæ traiecerunt in Gallicas Venetorum & Curiosolitum Regiones, inibique à Francis sensim Regibus subacti, impositum sibi vectigal diu pensitarunt. Donec rebellionem molientes, Carolo imperante, coercuit Ardulfus Regiæ mensæ Præpositus, qui eò, cum exercitu, missus erat. In sacro pariter Gallorum Antistitum concilio increpitus fuit Salomon, continentis Britanniæ Rex postremus, quòd clientelaris immemor fidei, rebellasset in Principem Carolum Caluum, ann. 859. Quin & aliquantò pòst, Rex Karolus Simplex, Normanico Ducatui attribuit, Ducique Roberto primo feudum superius, ac hominium Armorici Principatus, ann. 912. Sed temporum progressu, Arturus Britonum Dux, se iureiurando deuinxit Philippo secundo Regi, eadem Charta stipulatus auxiliares ab eo militum copias, in Ianum Anglum Regem, Neustriæque Ducem, Arturi patrum, qui cum de multiplici Principatu dimicabat: ann. 1202. Quid opus igitur, Petrum Druidem in medium adducere, Arturi successorem? Inscitè quidem Mauclerum, seu Maledoctum eum vulgus cognominauit. Quòd enim vxoris Ducatum

Iul. Cæsar refert Armoricas patriæ vocis consuetudine appellari Britonum ciuitates, quia Oceanum attingunt. Lib. 7. De bell. Gall. Armorica enim, quasi tellus, vel ora maritima.

Vidum Ludouici Pij Imper. militiæ Ducem fuisse in Britones, dicit Flodoardus in Hist.

Hic Ardulfus Regi apud Vvormatiam obsides, quos à Britonibus acceperat, & complures è primoribus ipsorum adduxit. Auctore monacho Benedictino.

Petr. de Dreux, maritus Adelæ Toarcensis, Ducis Britanniæ, an. 1214.

Ducatum dotalem professus est Galliæ beneficiarium, interpretamur pleniori officio præstandæ liberandæque fidei functum maritum, quàm Regi donasse videri. Ea autem clientelari Lege, speciatim Maledocto ac posteris reseruatur auctoritas, patrios Conuentus Ordinum pro more indicendi ac cogendi, venialia dandi Diplomata, seu, *remissionum Literas:* Salua item Ducibus bonorum publicatio ex crimine perduellionis, successio in res aduenarum, Regaliorum ius profanum seu *temporale*, in maius templum Episcopalis cuiusque ciuitatis, patrocinium reliquarum Ædium sacrarum, viduarum, orphanorum, curatio viarum publicarum, sanctio legum, thesauri reperti, ius piscium regiorum percipiendorum, qui in maritima ora Britanniæ Gallicæ capti essent, cum nauticis aliquot aliis maritimisque prærogatiuis. Ann. 1231. quo Ducalis Vestituræ pactum, Andibus conscriptum est, cuius formulam totam insertam comperias Libro Styli *Parlamentaris*, Parte 4. De Priuileg. Regni Francorum. Secundùm Ioh. Feraldum, qui hæc Francicorum Liliorum eximia iura complexus est Libro in lucem emisso.

Alia de causa Petrũ Mauclerum, à Clero suæ Britanniæ ab eo malè tractato, dictum ferunt Britonici Annales, quia Cleri iura temporalia exigi ab illo non patiebatur.

PanBritonici conuentus *les Estats generaux du pays de Bretagne.*

4 PORRO Britonibus proximi Pictones, cum Regio patrimonio in perpetuum copulantur. Vnione Karoli Septimi, Mense Augusto, anno 1436. quam adnotauit Bouchetus in Aquitana. Histor. ex Archiis Pictauæ vrbis. Circa id temporis, Suessiones nominatim vniti cum *Re Dominica* voluuntur in Regestis Curiæ, quæ, *Ordinationes antiquæ*, inscribuntur. Haud solus tamen Princeps Suessionas possidet iure Sceptrorum: at Borbonij Reguli dimidia parte potiuntur, libera; priuata; propria; ac peculiari. Antiquitùs enim, Suessionen. Comitatus fuit Castillioneæ gentis: qua ex illustri gente Blesenses etiam, Guysiani, Hannonij toparchæ emanarunt. In iis, Vidus Suessionum Regulus, Anglis obses datus à Franco Rege, luere se cogitur cessione Comitatus (redemptionis pretio) regiis auspiciis, assensuque Blesensis Dynastæ, qui obsidis frater erat. Inde Suessionas ilicò Britannus Rex transcripsit genero suo Engerrano Couciaco, vt ærarium suum dotali assignatione eximeret quater mille librarum annuarum. Quemadmodùm scitè Frossartes enarrat, Histor. Volum. 1. capite 249. Couciaco autem quot superstites filiæ, tot Suessionum partes, partiumque dominii ab iis constituti. Altera quippè dimidiam vendidit Lodoïco I. Aureliæ Duci, à quo oriundi Principes nostri tantumdem redegêre in corpus publici Patrimonij. Vt indicat §. 13. Edicti Molinensis de DOMANIO lati. Sed filia altera cohæres, Suessionum æqua portione ditauit Erricum, Ambarrorum Ducem maritum, simul & arcibus *De la Fere, Gobin*, & Marleo Comitatu. Quod apertè significat Frossartes, Histor. Volum. 4. capite 88. Sensim deinde Roberti Ambarri Iana filia & hæres ex asse, matrimonio detulit insignes has ditiones ad Ludouicum Lucemburgium Diui Pauli Comitem, 17. Calend. Sextiles, anno 1435. Teste Monstreleto, Gallicæ Histor. Volum. 2. capite 9. Secundùm hæc, Maria Lucemburgia Ludouici neptis dotalibus prædiis auxit Vindocinensem Regulum, coniugem. Tali successorio iure Princeps Condæus istorum pronepos venditat se cum fratribus titulo Comitis Suessionensis. Ille autem Lucemburgius Gallicæ militiæ Magisterium tenuit, Ludouico XI. Rege.

Pictonum, seu Augustorum Vnio cum regali Domanio.

Soissons.

Guy de Chastillon, Comte de Soissons.

Enguerrant Sire de Coucy gener regis Angliæ.

An. 1207 Diuisio & limitatio facta Castellaniarum *de Coucy, & de la Fere, entre Alix de Dreux dame de Coucy, & Enguerrant de Coucy son fils.*

Duc de Bar.

Iana Barrēis, Marliani agri, & Suessionum Comes, *de Dunkerke, de Varneston*, aliorúmq; nobilium prædiorum Lud Lucemburgio nupsit Comiti S. Pauli, *de Connersan, de Brienne, & Seigneur d'Angayen*, die 16. Iul. an 1435. Lucemburgius Comestabilis Franciæ.

5 TRANSEO ad expressas alias priuatorum vniones cum publicis fundis. Limitaneum Belgicæ Campaniæ oppidum Valliscoloris, adunatum est sacris Coronæ prædiis à Karolo 5. rege, Quarto Nonas Quintiles an. 1365. hac Codicillari clausula. *Burgenses nostros, & Habitantes Villæ Castri nostri Valliscoloris specialis prærogatiua fauoris attollere volentes, eisdem de nostra speciali gratia certáque scientia concedimus per præsentes, vt ipsi qualitercunque, pro quacunque causa siue titulo, fuerit per excambium dominij, vel aliàs quouismodo, à Corona Franciæ, seu à manu nostra vel successorum nostrorũ Franciæ Regum minimè separari & amoueri valeant in futurum: sed potiùs ipsos, & eorum quemlibet nobis ac d. successoribus nostris subditos, cum priuilegijs, libertatibus, & franchisiis quibus hactenus vsi sunt, sine medio retinemus, nostroq. Dominio exnunc adiungimus, &c.* Insuper Oleronia Santonum Insula Regio annectitur patrimonio, Mẽs. Feb. an. 1372. Vnde procurator Fisci Senatorio decreto Insulā euicit à Vilquerio & Põtis dynasta, ceu antiquum Francici Sceptri latifundiũ. Vt Nauar-

Dei 4. Iulij, 1365. *Vaucouleurs, en Barrois, vny à la Couronne, comme place frõtiere du Royaume.* De qua, Nos in Præfat. Lib. 1. De Legib. Andiũ, Tit. De comm. Gal. Consuet. præcep. Parte 2. cap. 4.

L'Isle d'Oleron en Xaintonge.

Extraict de l'inuentaire des Tiltres de la maison royale de Nauarre.

ricæ Domus inclytæ Armario patet. Castrum item, ac Castellaria ditio Rosaij in Therascia, cum appendicibus & accessionibus, transiliit in iura Fisci Gallici 5. Kalend. Apriles à Paschate, an. 1391. Tailburgum, ad hæc, portus maritimus, & Clusellum. Aprili Mense, an. 1407. Tum Chauniacum ad Ysaram amnem, Coudranum, & Foullouelum Mense Octob. an. 1411. Cuncta hæc vnita, auctore Principe, peculiari Rescripto, quod legi prolatum ex adytis Regij Lutetiæ Tabularij sanctioris, quod est in recessu editiore Sacelli Palatini. Seueracum porrò Baronatum, & Capdenaci agri Castellaniam reuocauit Karolus 7. rex in causam sacri DOMINI, an. 1448. Ambianos prætereo, quos Rex, ea Dynastia recepta mortuo Karolo Burgundo, Rei DOMINICÆ applicauit. Solemnibus Literis ann. 1476. Sub idem ferè tempus, Iulioduni decreta vnio perpetua, cum Regiæ iurisdictionis Sede recèns attributa oppido huic Lodunensi, an. 1480. Extinctis nimirùm Andegauiæ Regulis, fiduciariis Iulioduni possessoribus. Etenim Ludouicus 1. Andium Dux à Karolo 5. fratre obtinuit Castrum & Castellariam Iulioduni ditionem, quasi vice permutati dominij cum Castro Celsi (*Champtoceaux*) quod Ianus Rex communis parens Ludouico fiduciarium erogarat, vnà cum Andegauensi & Cenomano dominatu. Codicillis Caroli 5. Pridie Nonas Febr. an. 1366. Ac posteriori quidem inter eos Pacto inito, cauit Rex Quintus, Iuliodunum, Coronæ restituiri, statim à Ludouici fratris morte, & filij ipsius primogeniti. Instrumento 7. Calend. Iunias, an. 1370. quo Regia pariter Turonum in fratrem Fiducia continetur, superioris Andium Panagij supplementum. At nihilo seciùs Lodunensi agro potiti sunt Andegaui, continua successionum serie mares illustrissimi: donec gentis vltimo obeunte, Princeps latifundium hoc recuperauit.

Vnio de Rosay en Thierasche au Domaine royal, die 28. Mart an. 1391.
Taill. bourg, en Xaintonge, port de mer, & le Cluseau. De quo, nos fusè in Elencho postremi Operis de Legib. Andeg.
Reunion de la Baronnie de Seuerac, & Chastellenie de Capdenac, en Gascogne, au Domaine du Roy.
Chauny sur Oise, Coudran, & Foullouel.
Au Tresor des Chartes à Paris, 3. layette, cotter, 111.
Amiens, Chastel & Chastellenie de Lodũ.
Renatus enim Andium Dux sine manibus liberis decesserat, relicto fratris filio, ad quem, nùm transuersaria Regiæ fiduciæ deuolui posset, hæreditas, quæstio vertebatur. Sed & hic interea mortuus.
Regiæ Literæ, die 4. Febru. 1366.
Vnionis Domanialis Instrumentum, die 26. Maij, ann. 1370.

AGE, vt à singulis ad vniuersa Vnionis Regiæ capita progrediar, nuper constitutum fuit à Principe, vt in posterum noui omnes Ducatus, Marchiæ, Comitatus, masculorum defectu, redigantur in ius DOMINICVM: Edicto Mens. Quintili, 1566. quod Patribus Conscriptis probatum est 4. Calend. Septemb. eod. anno. Huic congruit alia Blesis lata Constitutio, (artic. 279.) & relata in Commentarios Curiæ, S. Consulto, 8. Calend. Febr. 1580. More maiorum priuati fundi transibant vsquequaque ad vtriusuis sexus hæredes, annuente permittenteque iisdem Tabulis Rege, quibus fundos Ducali dignitate exornabat. Alioqui in Gallia, perpetuæ licet hæreditariæque ferantur priuatorum ditiones: manibus teneo Ducatus diploma Bellomontani, in Cenomano agro, quo Princeps Diplomate iam olim declarauit Gallicos Ducatus, ac Comitatus, masculos planè ac militares extitisse, nec ad fœminas mero iure transferri. Sed ea lege solutam Rex esse iussit iisdem Literis heroïdem Bellomontanam, creato Ducatu ad vtriusque sexus hæredes transmissorio. Hæc quidem Rescripta ad libellum Franciscæ Alenconiæ, mulieris viduæ Caroli Borbonij Vindocini Ducis, Sept. Mens. 1543. Quæ Senatus Rescripta decreuit publicis suis monumentis consignari, postridie Idus Octobres eod. anno. 6

Edictum verificatũ in Parlamento Parisien. die 29. Augusti, an. 1566.
L'Edict de Blois enregistré au Parlement, die 25. Ianuar. an. 1580.
Beaumont le Vicomte au Maine.
Erectio Vicecomitatus Bellimontis in Ducatum, pro vidua Ducis *de Vendosme,* verificata in Curia, die 16. Octob. & in Camera Computorum die 20. Octob. an. 1543.

PERCVRRAMVS igitur Gallicos veteres nouosque Principatus, quos identidem Reges instituerint. Pictonum Comitatus Ducali titulo auctus est à Ludouico 9. Rege in gratiam Alphonsi fratris, qui Pictonibus dominabatur: Tametsi postea Comitatus vocabulum haud desierit communiter vsurpari. Vt est apud Ioh. Ioynuillam, in Vita Ludouici 9. cap. 12. Quo loci multos alios Duces Comitesque idem dixisse Rex prædicatur, annum circiter 1232. quo Galliã suam totam magnificè regieque perlustrabat. Boiorum deinde Baro, Dux salutatur Regiis auspiciis, 7. Idus Decemb. an. 1327. Hunc sequitur Comitatus Valesiorum, quem, in Ducatum commutauit Karolus Sextus, vt Ludouico fratri, Aureliorum, Valesioque Principi gratificaretur. Nec ita diu pòst, Nemorensem agrum Sextus. Rex Ducatus Insignibus decorauit, an. 1404. Vtì & Alenconium Comitatum, qui in Ducatum subuehitur Cal. Ianuar. an. 1414. Cui Parienses PATRES calculum adiecère, tertio Iduum Maiarum, & Rationales Idibus Maiis, an. 1415. Longeuillanum rursùs è Comite Ducem appellauit Ludouicus 12. an. 1505. Normanico tùm nouo Senatu adprobante, cuius ea de re sententiam Terrienus percensuit in Commentariis ad Leges Normanic. 7

Comte de Poictou.
Erectio Baroniæ Borboniæ in Ducatum, die 7. Decemb. an. 1327.
Quidam aiunt, Ludouicam Sabaudam Regis Francisci 1. matrem ab eo donatam fuisse Valesiorum Comitatu, & in eius persona donatariæ, Valesiorum Comitatum Ducatus titulo auctum fuisse.
Valois, Nemours. Alenson, faict Duché, die 1. Ianuar. 1414.
Vetificante Curia die 13. Maij, & Camera Computorum die 15. Maij, seq.

Addamus

Addamus his Vindocinensem Ducatum, quem Franciscus I. Codicillis sanxit, Mens. Febr. 1514. Quos promulgarunt Conscripti Patres, Pridie Nonas Martias, eod. an. & Præfecti rationum regiarum 10. Kal. Iun. an. 1516. Haud aliter Ducali honore afficitur Castriheraldi Procomes Franciscus Borbonius, an. 1514. Literis propterea lectis publicatisque in summo Curiæ Parisien. auditorio, Pridie Nonas Apriles, eod. an. Aliquantò pòst, Guisianum Comitem Rex Ducem nũcupauit, Diplomate Mens. Ianuar. 1527. quod Actis Curiæ inscriptum comperias Pridie Idus Sextiles, anno vertente. Huic proximè Carnutes succedunt, Ducatus nomine ornati, Mense Quintili 1528. subscribente Senatu 3. Kal. Sextiles, eod. an. Sic Tuteuilla, Neustriæ ditio, primum Ducem agnouit Franciscum Borbonium, Fani Pauli Comitem. Ex regiis Tabulis Ducatus Tuteuillani, Augusto Mense, an. 1534. Stampas item, Belsiæ agrum, Princeps Ducatus decore illustrauit, Ianuar. Mens. 1536. Ac biennio pòst, Niuernensem Dynastiã, Mens. Ianuar. 1538. Monpensariam, Febr. Mens. eod. ann. Bellomontanam Cenomanorum (de qua suprà) an. 1543. Aumallæam, an. 1547. Montmorentiam, Quintili Dens. 1551. Cuius Regiæ literæ iussu Senatus perscriptæ sunt in Commentariis Curiæ, Pridie Non. Sextiles, eod. anno, & in Camera Ratiociniorum Principalium, die consequenti. Mitto nobilissimum Albretense prædium, cui Ducatus adiecta dignitas est Regio munere, (Decemb. Mens. an. 1556.) à PATRIBVS comptobato Lutetianis, Ianu. Luce 11. & Aquitanis Burdigalæ, 14. April. eod. an. Quorum fidem facit Volumen 5. Regestorum Curiæ sub Henrico 2. Rege. Porrò Castrum Theodorici, Castillio ad Matronam flumen, & Espernayum in agro Campano, Ducatus fiunt, Regij fratris gratia, Francisci Alenconij Ducis: Septimo Iduum Febr. 1566. auctore Senatu die 21. Mart. eod. anno. Hisdem accedunt Eburouices, pari cum ipsis iure fiduciario collati à Rege in Franciscum fratrem, simul cum honoraria noui Ducatus prærogatiua, Mense Octob. 1569. Cuiusmodi fiduciariam donationem Normanicus Senatus ratam esse decreuit, postridie Kal. Decemb. an. 1569. Iuxtà hæc, Marchia Boysia Ducali titulo exornatur, Regio concessu, Nouemb. Mens. 1566. Sed cuius Literas admittens Senatus certis legibus constrinxit. Ex Volum. 3. Actorum Curiæ sub Karolo 9. fol. 322. vers. Ad hæc, Pentebriæ Comes, regio beneficio Dux efficitur, & *Par Franciæ*, quod aiunt: Septemb. Mense 1569. Id quod Lutetianæ Curiæ placuit * ὁμολογεῖν Nonis Octob. eod. an. Similiter Meduanæ Marchio, Dux vocari cœpit Regiis mandatis: quibus ORDO AMPLISS. calculum addidit, Decreto, 8. Calend. Octob. 1573. Is Ordo pariter auctoritatem præstitit Codicillari nouo Ducatui Mercuriæ Aruernorum Baroniæ, Mart. Mens. anno 1576. Neque ab iis longè recedit Augusta Ducatuum institutio, Ventadorij in Lemouicibus (Mens. Ianu. an. 1579. Rethelensis Essuorum, Pinei, in Trecassibus, Espernonis, in agro Montfortiano, Radesiarum, in Armoricis, Albeusij, in Neustria, & Iocosi in Occitania Baronatus. Rethelensis enim Ducatus noui Tabellæ relatæ sunt in monumenta Curiæ, postridie Idus Decemb. 1581. Pinei, 4. Kal. Ianu. eod. an. Radesiarum 13. Calend. April. 1582. Albeusij 4. Cal. April. eod. an. Post celeberrimam, & frequente populo editam Ducatuum promulgationẽ Iocosi, & Espernonij in Lutetiano Senatu, Prioris, 7. Idus Septemb. 1581. Posterioris, 5. Calend. Decemb. eod. anno. Ne isthîc recenseam Flandrici Comitatus in Ducatum conuersionem, animosè impotenterque tentatam ab Odoardo Britanniæ Insulæ Rege, an. 1345. Hæc enim, vt alia pleraque, moliebatur antiquissimus Francorum hostis, Arteuellæ cuiusdam factionibus, in fraudem Gallici supremi Imperij: A quo nimirùm pendebat Flandria, vetus Regni huiusce beneficium, ac Francicæ adeò Curiæ patritiatus) vulgò Pariatus Franciæ) Vtì Frossartes commemorat Hist. Volum. 1. cap. 116.

Erectio Ducatus *de Vendosme*, publicata in Parlamento Parisien. die 6. Mart. an. 1514 & in Camera Computorũ, die 23 Maij, 1516.

Verificatio Ducatus *de Chastelleraut*, in Parlamento, die 4. April. an. 1514.

Guisiæ Ducatus nouus *enregistré au Parlement*, die 12. Augusti, 1528.

Erectio Ducatus *de Chartres*, publicata in Parlamento die 30. Iulii, 1528.

Touteuille.

Estampes.

Neuers Duché registré en la Cour, le 17. Febu. Et aux Comptes le 26. Feb. 1538.

Baronia *de Montmerency* in Ducatũ erecta, & erectio verificata in Parlamẽt. die 4 Augusti, & in Camera Computorum, die 5. Aug an. 1551.

Alebreten Ducatus Oppida 4. *Nerac, Tartas, Chastelgelou, & Chastelmoron.*

Literæ Ducatus *de Chasteau-Thierry. Chastillon sur Marne, & Espernay*, die 7 Febr. 1566 omologatæ in Parlam. die 21. Mart.

Comitatus Ebroicarum, *de Eureux en Normandie*, in Ducatum erectus, & erectio verificata in Parlamento Normaniæ, die 2. Decemb an. 1569.

Marquisat de Boisy.

Poinctieure en Bretagne, erecta in Ducatum & Pariatum, Literis verificatis in Parlamento die 7. Octob. 1569.

* Adprobare.

Ducatus *de Mayenne la Iuhez, enregistré au Parlement*, die 24. Septem. 1573.

Mercueur en Auuergne.

Vantadour.

Comitatus *de Rethelois*, erectio in Ducatum, publicata in Curia, die 14. Decemb. 1581. *de Pinay prés Troyes*, die 29. Decemb. eod. an. *De Rays en Bretagne*, die 20. Mart. 1582 *d'Ebleuf*, in Normania, die 29. Mart. eod an. *De Ioyeuse en Languedoc*, die 7. Septemb. 1581 *Espernon*, die 27. Nouemb. insequentis. *Blois.* Artesiæ Comitatus ann. 1224. *Mortaing en Normandie. Seigneuries de Marle & de la Fere erigees en Comté tenu du Roy, à cause de sa grosse tour de Laon.* Literæ Baroniæ *de Laual*, in Comitatum erectæ, die 17. Iulij, ann. 1429. registratæ in Parlamento Pictauis sedente, ob Anglicam tum Lutetiæ occupationem, die 17. Maij, ann. 1431.

A DVCIBVS, ad Comites transgrediamur. Blesensem ciuitatem Karolus Simplex in Comitatum erexit: Gillone, Danici generis, Blesorum Comite primùm salutato, circa annum 920. Vt Blesensium Monumentis proditum est, quæ Dionys. Pontanus refert in Commentar. ad Blesen. Consuetud. Tit. 3. artic. 9. Atrebatibus postea Comes primus iura dedit Robertus Ludouici 8. filius: ex paterno noui Comitatus diplomate, an. 1224. Dehinc, Virtutis oppidi Comitatum, in finibus Campaniæ Princeps constituit, Aprili Mense, 1361. Moritonium Neustriæ, an. 1401. Marleum Veromanduorum, ann. 1413. Lauallum, seu Vallensem Cenomanorum, 16. Kalend. Sextiles, 1429. Cuius Lauallі Comitatus Literæ olim recitatæ cernuntur, *Pictauis in Parlamento Regio*, 16. Kalend. Iun. an. 1431. Subde huic Charnium, Burgundiæ, Baronatum, quem illustri Comitatus nomine Rex insigniuit, Ianuar. Mens. ann. 1461. Petro *de Baufremont*, Barone postulante. Nec longo tempore interposito, Ludouicus XI. Sacro Cæsaris, irrogauit honoraria Comitatus Iura. Tùm & Ymbertum *de Batarnay* solenni charta, Comitem scripsit *de Fizensac*. Quæ operæpretium sit euoluere in Regestis *Parlamenti* sic inscriptis, *Ordinationes antiquæ*, seu in Volum. 1. Ordinat. Curiæ sub Ludouico XI. fol. 304. Insuper Cyureium, & D. Maxentij, in Pictonibus, oppida, Comitatus fit, ac Tabulario Curiæ intexitur 6. Kalend. Augusti, an. 1525. Fanum Aniani in Biturigibus, & Sanctoforgeum *en Puisoye*, Mens. Febr. an. 1541. nobilitantur præclaris Comitatus titulis: Secundùm Rupem-Focaldi Angolismorum, Sextili Mense, 1528. Francisco I. Rege. Nec ignotum est Comitatus diploma Vignorici, in Chaumontia regione Bassignea, circa annum, 1555. Rupis-fortis Aruernorum, Octob. Mense, 1556. (suffragante huic Curia Parisiorum 13. Kalend. Iunias, 1557.) Meldensis vrbis & agri, quatenùs Regi competit: Kalend. Quintilibus, ann. 1558. Cui Meldorum territorio antea Subcomitatus dignitas sola attributa erat. Recentiùs paulò, Baronia Saltus, Prouinciæ Massiliensis, euecta est in Comitatum, April. Mens. 1561. eiusque Charta Comitatus in Aquensi Senatu perlecta 6. Iduum Octob. eod. an. Haud secus Dynasta *de Choisy aux Loges*, vt Comes vocaretur, obtinuit Principali Rescripto, Decemb. Mens. an. 1564. Quod Lutetianus Senatus Rescriptum titulo tenus honorario promulgauit 11. Kalend. Ianuar. an. 1565. Rursùm Antonius Leuius à Carolo 9. Rege appellatus est Quelusij Comes, circa annum 1572. Sagonæ, apud Borbonios, dominus Comitis Insignia assequitur, circiter annum 1576. Denique Toparcha *de Coucilles* in Burgundio Ducatu, Georgius Bellofremontius, an. 1582.

> *Comté de Charny. Comté de Sancerre.* Erectio *de saint Maixent en Comté, & l'union de Ciuray.* Comitatus *de S. Forgeau*, in Ducatum erectus fuit circa an. 1576. Sed hanc erectionem Senatus approbauit tantùm, quoad titulum honoris, donec ei intercedentium & opponentium lis decideretur. Die 17. Iul 1515. *S. Aignan, en Berry. S. Forgeau. Rochefoucaut. Vignory. Rochefort. Rochefort*, Comitatus publicatus in Curia, die 20. Maij 1557. Verificatio Comitatus *de Meaux*, die 1. Iul an. 1558, inquantùm ad Regem pertinet: manente inferiorum Meldensis ditionis Dominorũ Vicecomitatu.
>
> Literæ Comitatus *de Sault* registratæ in Curia Parlamenti *d'Aix en Prouence*, die 10. Oct. an. 1561. Publicatio in Curia die 22. Dec. 1565. *pour le tiltre & nom de Comte seulement, & à la charge du ressort ancien. Messire Antoine de Leuis, Comte de Quelus. Messire Georges de Beaufremont.*

DE Marchionibus, in Gallico orbe rariusculis, pauca dicam. Cenomanus, Meduanæ, Baronatus, in Marchiam transmutatur: Principali indulgentia, an. 1544. Pari titulo honestati sunt Nigellanus Comes, Mens. Nouemb. an. 1546. & Bellipratuli Andium Regulus, die 15. Februar. 1554. Huc confer nouam Maigneleti Marchiam in nostra Belgica, statutam fauore Piennei magnatis: Quam Honorificis notis coarctarunt Lutetiani PATRES, Augusti Luce 14. an. 1566. Carolo 9. Francicis rebus moderante. Idem Asseraci, in Armoricis, Marchionem Rex fecit, Dynastem *de Rieux*, postridie Kalend. April. an. 1574. Cui Principis elogio Senatum Rhedonensem suas quoque partes accommodasse, testatur Natalis *Du Failh*, eiusce Conscriptus Curiæ, in Gallicis suis Britonici Fori Miscellaneis. Ast Marchiæ *d'Espinay* regio diplomati Senatus hic Britonicus modum præscripsit, ne qua fraude, captionéve, ac præiudicio Baronis *de Vitré* patroni, Marchia locum haberet. Quippe quæ Baroni Vitræo clientelæ lege esset obnoxia. Decreto 14. Calend. Octob. 1576. Eodem hoc anno, Alegrius Baro impetrauit à Principe eminentiorem Marchionis dignitatem. Possem his subiicere nouos Marchionatus *d'Arç en Barrois*, in Burgundia, *de Thury, & Thorigny*, in Normania, *de Gallerande* in finibus Cenomanorum, *de Queuures*, in Suessionibus, cum aliis compluscսlis: Sed quos nouissimorum temporum cæca ambitio, fumosarumque fastus imaginum expressêrit. Iusta certè ac Regno vtilis extitit Marchia Insularum Prouinciæ aurearum, quam Erricus 2. Rex constituit, maritimæ eius oræ præsidium ac propugnaculum firmissimum. Talis Marchiæ, quam Senatus Aquensis probauit, benefi-

> *Mayenne la Iuhez. Marquisat de Nesle. Beaupreau en Anjou. Marquisat de Maignelet, au S. de Piennes. Asserac, en Bretaigne.* Die 2. April. 1574. Arestum Parlamenti *de Rennes*, die 18. Septemb. 1576. *Marquis d'Alegre.*
>
> *Marquisat des Isles d'Or en Prouence*, approbatus in Parlamento *d'Aix en Prouence.*

cio

cio vestitus fuit primùm à Rege Aramontius toparcha, regius Byzantium Legatus, pacta feudi cautione, vt nouus Marchio iis in Insulis fortia castra arcesque extrueret, sumptu vel quinquagies millium numûm aureorum.

Dominus *d'Aramõt* Regius Franciæ Orator apud Cõstantinopolim.

10 PRINCIPATVS autem nouos Codicillares alibi recensui, lib. 1. DE LEGIBVS ANDIVM MVNICIPALIBVS. Tit. 6. De regia fori præuentione. Eoque Principatuum titulis diutiùs non immorabor, adiecisse contentus, Portiani Comitem celsiore Principis prænomine salutatum, Regiis Literis, Iun. Mens. 1561. Nam & nobilissimum Portiani Comitem celebrat Frossartes, eius seculi anno 1369. Hist. Volum. 1. cap. 252. Primitùs enim Dynastiam hanc tenuêre Castillionei proceres, de quibus emptam à Ludouico Aureliæ Regulo, Carolus filius venundedit Anton. Croyo magnati, sub annum 1435. Vt eius pretium in redemptionem captiui apud Anglos venditoris impenderetur. Principatus item Chabanesius, Angolismorum, creatus est à Rege paucos abhinc annos: Vti Principatus Luci, Pictonum: Soyonis, Viuariensium: Chalaïsius, Vasconum, à Principe recèns instituti. Nam Moritanij Santonum, Principatus vetusta Insignia, & Iano quondam Regi accepta feruntur, ad preces Eduardi Britanni Vualliæ Reguli (qui Regem Pictauensi acie captum detinebat) in gratiam priuati Moritaniæ domini, qui Anglo militarat.

Principauté de Portian.

Inde *les Seigneurs de Croy, comme le Duc d'Arscot*, seriatim hucusque Portianã ditionem possederunt.

Principautez de Chabanois, de Luc, de Soyons, & Challais.

La Principauté de Mortagne sur Girõde, au pays de Xainctõge. Aussi Mortagne sur mer en Poictou, de cuius occupatione Anglica, Frossartes Hist. lib. 1. cap. 17. Pictauense prælium, an. 1356.

11 QVORSVM igitur prolixa hæc Feudalium Dignitatum series? Nempè vt intelligamus, illustres huiusmodi feudorum notas, queîs priuati quique Magnates ornari se à Rege procurarint, iam inde ab anno 1566. subinde transferri toto cum fundo in corpus Regij Patrimonij, postquàm mascula illorum proles defecerit. Quemadmodùm sacris Constitutionibus Caroli 9. & Henrici 3. (quas suprà citauimus) est comprehensum. Senatus idcircò, causa iudicio cognita inter successores Ducis, Vticæ oppidi, pronuntiauit Vticensem hunc, Galliæ Narbonensis, Ducatum, extincta virili sobole, ad Principem legibus rediturum. Decreto 4. Idus Maias, an. 1581. Procomes enim Vticensis, etsi Ducatus Diploma accepisset, Maio Mense; ann. 1565. ante legem Regiam vnionis nouorum Ducatuum: Diploma tamen seriùs obtulit promulgandum, ita vt publicitùs fuerit promulgatum duntaxat 5. Nonas Martias, an. 1572. in consessu PATRVM PARISIEN. Nec ad rem pertinebat, quòd illud Tholosani Senatores probassent. 10. Kalend. Apriles, an. 1566. Quùm enim hicce Ducatus *Pariatum* Franciæ simul præferret Codicillarem, insolubili vtriusque tituli nexu, haud alia de eo cognoscere potuit, quàm *Parium* Francicorum Curia Parisien. Ac ne cui obiter nouum videatur, Vticensem dominatum egregiis tot nominibus fuisse nobilitatum à Principe, Frossartes Historicus honorificè locutus est de Procomite *d'Vzés*, eiusque vrbe & arce fortissima ac munitissima, anno eius seculi 1370. & 1371. Hist. Volum. I. cap. 283. & 297. Quoties verò talium Dignitatum candidati, versutè procurant se legibus solui vnionis nouorum Ducatuum, Rescripto scilicet regiarum Legum derogatorio, tunc Senatus de eo aditus, clauum clauo trudit, & publicando Rescripto hanc adhibet cautionem, vt nulla eorum mascula superstite prosapia, Ducatus desinat, fundusque ad suas origines, primæuaque notæ in ordinem redigatur. Id quippè Lutetiani Patres nuper decreuerunt, in excutiendis Tabulis noui Comitatus Castrirudolphi Biturigum, antea Baronatus. Arestis 7. Kal. & postridie Idus Apr. an. 1580.

Vzés, en Languedoc. Arestum Curiæ Parif. die 12. Maij, 1581.

Verificatio Literarũ Ducatus *d'Vzés* in Curia, die 3. Mart. 1572. post verificationem factam in Tholosano Senatu, die 23. Mart. 1566.

Senatus Parisiensis, Curia Parium Franciæ.

Vticensis Comes, cum aliis, acie captus ab Anglis, die 14. Augusti. an. 1366. Frossart. lib. 1. cap. 214.

Literæ noui Comitatus de *Chasteauroux en Berry*, die 17. Octob. 1575. & 23. Iulij, 1578. verificatæ in Curia Parisien. die 26. Mart & 14. April. an 1580.

12 SANE mirum videri non debet, in ius DOMINICVM traduci priuatas ditiones, quæ post regium Edictum, honorariis eiusmodi decoratæ titulis recidant in hæredes fœmineos. Nam, quod mirabilius existimes, veteribus Romanis Duces ac Comites, nuda erant personalium munerum nomina, vt & Imperatores. Scriptore Tranquillo in Nerone, cap. 38. his verbis: *Domus priscorum Ducum arserunt, hostilibus adhuc spolijs adornatæ.* Simili modo Imperator, Dux copiarum dictus. Postea qui militiæ ab Imperatoribus præficiebatur, Dux l. 2. Cod. De offic. Præfec. prætor. Africæ, l. vn. Cod. Vt omn. iud. tam ciuil. quàm militares, l. 1. C. De off. mag. milit. Duci autem exercitus apud Germanos, duodeni Comites adsignabantur: ideò nuncupati, quia eos comitarentur. Vt est apud Tacitum, De German. morib. Comitum verò ipsorum nomen vsurparunt Romani pro variis extra militiam officiis. Qualis extitit Comes rerum priuatarum,

Comes patrimonij, Comes largitionalium titulorum, l. 1. Cod. de offic. Comit. rerum priuat. l. Si vacantia. De bon. vacant. lib. 10. l. Ne liceat. Cod. De delator. Eod. lib. De huiusmodi Comitibus, & Comite primi ordinis, plena exemplorum vetustas apud Cassiodorum, in Epistol. & Codice Præfecturarum, Theodorico tum Italiæ Rege. Nonnunquam & ij Limitanei Præfecti dicebantur: cuiusmodi fuerunt Comites limitis Rheni, l. 1. Cod. De Comitibus qui prouincias regunt, lib. 12. l. 1. & 2. Cod. De offic. Comit. Orient. l. 2. & 3. Cod. de fund. limitroph. L. 2. & 3. Cod. De fund. patrimonial. Duo quidem in Oriente constituti Comites rei militaris, Comes limitis Augusti, & Comes Isauriæ, l. 1. De Comit. rei militar. Lib. IX. Cod. Sicuti ex Notitia constat Rom. Imperij. Enimverò his superiores eranr Comites diœceseos Ægypti & Ponticæ, qui diuisam cum Vicariis administrationem habuerunt, l. 1. Cod. De offic. Vicar. Generatim vtique Verus Imper. confecto bello Parthico, regna Regibus, prouincias Comitibus suis regendas dedit: Ex Capitolino. Quo nomine Marcellinus Nebridium & Honoratum Orientis Comites (sub Gallo Cæsare) significauit. Lib. 14. Vitalianum pariter, Illyrici, & Nectaridum, maritimi Britanniarum tractus Comites, seu Diœcetas, lib. 26. & 27. Ne subiiciam interim, quæ de Heliogabalo notat Lampridius, cum Ducatus, Præposituras, & Officia Palatina sordidè vendidisse.

In Gallia porrò, Aimoynus tradit, Karolum Magnum ordinatis tota Aquitania Comitibus, simul & plurimis, quos Vassos vocat, demandasse limitum Præfecturam. Biturigibus Humbertum, Albonem Pictonibus, Petragoricis Vvibodum Comites præposuisse: Aruernis Itherium, Vvallagiæ Bullum, Tholosæ Corsonem, Burdigalæ Seguinum, Albiis Haïmonem, Lemouicibus Hrorgarium. De Gest. Francorum lib. 5. Ibidem passim legere est, Auarici limitum custodes, in suam quosque prouinciam à Regibus missos. Hinc Markæ Comites, & Comites Markæ, Pannonicæ, Hunnis à Magno debellatis. Item portuum custodes Limenarcæ, seu λιμενοφύλακες. 13

Vassi Francorum quos Cæsar Deuotos, Turcæ *Bassas* vocant.

Ac propterea Marchiones, etiam limitum Præfecti appellati, à limitibus, Marken, vocabulo Germanico nuncupatis, quibus præpositi erant. Vnde & Marka Hispanica, Britannica, Foro Iuliensis, & Markia Gothiæ, Markio Francorum seu regni, sparsim lectitanrur, apud eundem Aimoynum. Titulus necnon Legis Francicæ extat, De Vassis Dominicis, ad Marcham custodiendam constitutis. Lib. 4. cap. 4. Adde Riparenses milites, apud Herodianum (lib. 6.) qui in sacri Imperij finibus excubabant pro Repub. Putà in ripis Danubij ad tuendam Pannoniam aduersus Sarmatas, & in ripis Euphratis aduersus Parthos. Galli verò priscis seculis, Marchiones ab equis regendis dixêre, & equestris pugnæ institutionem, voce patria nominarunt Trimarcisiam. Equum etiam, Marcam appellabant: vt literis mandauit Pausanias lib. 10. 14

Interdum quoque apud Gallos, Comites pro Iudicibus accipiebantur. In Codice legum Caroli Mag. & Hludouici filij, *De officio Comitum in suis Comitatibus*. i. iudicandi prouincia, quam hodie *Bailliam* seu *Seneschaliam* ad certum tempus vocitamus. Sigillatim legem vnam Magni citabo elegantissimam. *Vt nullus Ebrius suam causam in mallo possit conquirere, nec testimonium dicere, nec placitum Comes habeat nisi ieiunus.* Plane idem de Comitibus Ripuaria lege vetustiore conscriptum est: *Si quis iudicem Fiscalem occiderit, quem Comitem vocant, &c.* Nec miranda Ripuariæ ac Francicæ legum similitudo. Quippè cùm Ripuarij forent, qui Treueris, ad Mosellæ ripam, ac inter Mosellam, Rhenum, Mosamque, fluminum accolæ habitarent: A Francis nempè Ripuaria vocata est Neustria, & Austrasia. Quorum meminêre Rhegino, & Otho Frisingensis. Illorum quoque Francorum Regum Missi dicebantur, Iudices in suo Missatico, seu Prouinciarum legati, quorum singulorum sub Missatico plurimi Comites erant. Lib. 3. Leg. Francicæ, cap. 68. 72. & 74. Comitum rursus Ducumque veterum officia pulchrè descripsit Hincmarus Rhemensis pontifex; qui, Ludouico Pio, & Karolo Caluo, Augustis rerum Dominis, effloruit. Cap. 14. & 15. Epistolæ 4. in hæc verba conceptæ. *Duces, & Comites, qui, post Regem, populum regere debent, necesse est vt tales instituantur, qui sine periculo eius, qui eos constituit, quos sub se habent, cum* 16

iustitia

iustitia & æquitate gubernare, & officium adimplere procurent: scientes, se ad hoc positos esse, vt Plebem saluent & regant, non vt dominentur & affligant, &c. Comites verò, & Vicarij, vel etiam Decani plurima Placita constituant, & si ibi non venerint, compositionem eius exoluere faciant: Et quia priùs per manninas veniebant, excogitauerunt quidem, vt per bannos venirent ad Placita, &c.

16 ERGO, vt longiùs digressi, in viam redeamus: aliis progressu temporum, *Baillia & Senescallia* commissa est, seu Municipij cuiusque Prætura: Aliis verò, agri limitanei, Ducibus videlicet, Comitibus, & Marchionibus, hæreditarij sunt à Regibus assignati. Alexandri Seueri exemplo, qui sola terrarum, quæ de hostibus capta erant, limitaneis Ducibus dedit ac militibus: ita tamen, vt eorum essent, si ipsorum hæredes bellica pariter munia obirent. Attentiùs quippè eos dicebat militaturos, si sua etiam rura defenderent. Vt asserit Lampridius. De hisce Limitaneis militibus Imperij, Vopiscus in Probo Cæs. Hos præcipuè collocatos fuisse narrat Suidas in Orientali limite aduersus Persas & Sarracenos. Atque adeò vniuersim postea Diuus Constantinus lege cauit, vt agri & oppida Comitibus, Ducibus, ac Tribunis emeritis non modò attribuerentur, in victum, & Parochiæ, quasi præbendæ, sed ad ipsorum quoque hæredes transmitterentur.

Baillifs & Seneschaux des Prouinces.

Hinc quoque Franciscus 1. Galliæ Rex condidit in limite Campaniæ Villamfrancam oppidum ad Mosam amnem *(au terroir de Saumauroy proche de Stenay en Lorraine.)* Cui oppido Immunitatem vectigalium Iurisdictionúmque omnium dedit. Charta Mens. Febr an. 1545. Eidem verò Henricus 2. regiæ Præpositurae Sedem attribuit, ex qua prouocationes ad Victriacum forum superius deuoluerentur. Rescripto Mens. Nouemb. 1556.

17 EXHINC paulatim summi Orbis Monarchę suis perpetua donarunt Comitatuum feuda & Ducatuum, opibus Dignitati adiunctis: eam in spem, vt tales beneficiarij, marésque eorum posteri continuo militiæ munere fungerentur. In Germania vtique, Otho 1. Cæs. proceribus diuisim hæreditaria decreuit Ducatuum & Comitatuum beneficia. Nihilo tamen seciùs, Principatus isti, masculis deficientibus, reuertuntur ad Cæsarem, lege feudi Imperialis. Idipsum arguit Carinthiæ Ducatus amplissimus. Nam Errico Duce vltimo, maribus liberis orbo, legibus rediit Ducatus ad Imperium: ita, vt feudum eiusmodi, Ludouicus Cæs. denuò contulerit in Albertum 2. Austriæ Ducem, an. 1331. Idemque in Austriaco ipso Ducatu seruatum inuenimus, qui solo Rudolphi Augusti beneficio, quàmlibet dotalis, peruenit ab Margareta Friderici Ducis sorore ad Ottocarum virum. Vt à Vvymphelingo præclarè scriptum est, cap. 41. Viennæ enim, ac totius Austriæ Ducatus cœpit à Friderico 1. Imp. qui vt Bauariam Austriamque discordes conciliaret, Bauariam restituit Catulo Henrico Saxoniæ Duci, & Henricum cognatum suum Ducem creauit Austriacum, posito vtriusque Ducatus discriminali termino. Planè Sigismundus Imperator, virili stirpe Saxonici Ducis extincta, Ducatum tradidit Misniæ Marchionibus, quorum posteritas in hanc vsque ætatem florentissima propagatur, an. 1423. Misnia verò ipsa, primùm Marchia est appellata, antequàm superior Saxoniæ Ducatus constitueretur: Othone Mag. Romani populi iura regente.

18 MARCHIAS enim patrimoniis accenseri in Germania, probans Krantzius, sic refert, *Marchiam, ex vulgari Saxonum ductum esse, quasi districtum vnius villicationis aut ditionis, seu prouinciam, quam sui iuris esse per arma sint consequuti: Inde Præsidi, qui ei ius dicebat, nomen inditum vt Marchio vocaretur.* Lib. 3. Saxon. Hist. Porrò Conradus Cæs. Humbertum, Mauriennæ vallis Allobrogum, Comitem fecit, Beraldi Saxonici Principis filium natu minorem. Cuius ex stirpe Amedeum 2. Sebusiani territorij Comitatu honestauit Erricus 5. Imperator. Annum circiter 1120. Finitimo autem Delphinatium in agro Comitem Albonium instituit ille Conradus Rudolphum primum, cuius & successores Viennensem Allobrogum sibi Principatum arrogarunt. De quibus sigillatim Paradinus, Allobrogicæ Histor. lib. 2. cap. 22. 23. & 37. Præterea Zeringensis Dux Bertoldus creatus est ab Errico 4. Cæsare. Brunsuicensi item Ducis nomen attribuit Fridericus 2. an. 1230. Styria, Ducatus dignitate illustrata à Friderico Ænobarbo Imper. pro Lupoldo Austriæ Duce. Ab eodem Badensis, & Hochbergensis Comites, Marchionum honore affecti. Postmodùm Sicambriæ Comes, Dux salutatur à Ludouico Cæs. in Francofordiensi Vsipetum conuentu, ann. 1329. aut, iuxta Froissartum, 1338. Quo simul anno, Menapiorum Marchia versa est in Comitatum, Hist. Volum. 1. cap. 33. Cæterùm Marchiam Brandemburgensem Sigismundus Cæs. concessit Burgrauio Norimbergensi, in Constantiano Conci-

Comte de Maurienne, en Sauoye.
Comte d'Albon, & d'Albonnois, en Daulphiné.

Geneuensem verò in Allobrogibus, Comitatum Philibertus Emanuel Sabaudiæ Dux, in Ducalem titulum euexit, an. 1564. agnati gratia Iac. Sabaudi, cuius pater Philibertus, Comitatum Panagij nomine sumpserat à Carolo, Sabaudo Duce, fratre natu maiore, & Emanuelis patre, an. 1514.

Gheldrensis, seu Sicambrorum Comes Dux factus, an. 1329 *A Francfort.* Iuliasensis, seu Menapiorum Marchio, Comes dictus, in Froissarti Histor.

lio, an. 1416. Ibidem necnon Cliuensem Comitem Ducis nomine honestauit. Ecquid verò attinet huc proferre Lucemburgiam Arcem, in Comitatum erectam, an. 940? Sigifridi gratia nimirùm, qui Ricuino patre natus erat, Mosellano Duce. Rursus ad Ducatum prouehitur hic Leucorum Comitatus ab Vvenceslao Cæsare. Thuringiam verò, Cattorúmve Landgrauiatum Ludouicus Imper. filiæ suæ dotalem instituit. Christiernus insuper Daniæ rex à Friderico 3. Cæs. impetrauit Comitatus Holsatiæ, Stormariæ, & Thietmarsiæ in Ducatum conuersionem, an. 1474. Alberto Krantzio teste, Daniæ lib. 8. Tum auorum memoria Comes Vvirtembergensis Ebrardus à Maximiliano Imper. sumpsit Ducis Insignia, an. 1495. In Vvormatianis Vangionum Comitiis. Eodemque auctore, ditioni *d'Egmont*, Batauicæ, accessit Comitatus præminentia. Pridie Idus Nouemb. an. 1486.

Luxembourg.

Vvirtembergensis Comitatus in Ducatum erectus, *à la Diete de Vormes, en Allemagne.*

Erectio Comitatus *d'Egmont* in Hollãdia, die 12. Nouẽb. an. 1486.

HVIC suppares Belgici Comites non pauci, Marchiones, Duces, à Karolo 5. Cæs. designati, in inferiore Germania. Bergensis putà Marchio, an. 1533. Dux Arschotius, Comites Rutius, Meghenus, Lalagnius, Hoochstratensis, ac reliqui id genus. Quorum seriem omnium sparsim euoluere liceat in Munsteri Cosmographia, Vvasburgi Histor. De Virdunens. Episcopis, & in Belgiographia Ludou. Guicciardini. Ne omittam interim duos in Flandrico agro Principatuum titulos, Gaurensis, & Spinesij: tum Marchionatus sacri Imperij decus, Brabantinis olim vrbibus ob Otthone 2. Cæs. additum, Louanio, Bruxellæ, & Antuerpiæ, temporibus Caroli Lotharingi, qui filius erat Lotharij Galliæ Regis, circiter annum 973. Id quod Pauli Æmylij Annalibus proditum est. Non ego cuncta meis amplecti versibus opto. Aduertendum porrò, Castellariam illam ditionem Spinesij, antequàm subueheretur in Principatum, Comitatus Insigni ornatam fuisse à Ludouico 12. Galliæ rege. Codicillis. Mens. Nouembr. ann. 1514. in gratiam Francisci *de Melun*, & Ludouicæ Fruxensis ei desponsæ: Quibus Codicillis patrona subscripsit Maria Lucemburgia Vindocini Comes, & Diui Pauli, quùm ab hoc Paulino Comitatu fundus *d'Espinoy* penderet beneficiario iure. Sed, vtcunque sit, prædicta illa Germanici Imperij feuda non aliorsùm decreta sunt fortissimis bello viris, quàm vt ij, nec degeneres posteri, militaria patrono Cæsari præstarent obsequia, aut deficiente eorum mascula stirpe virtuteque, in Augustum Patrimonium conuerterentur. Tantam enim rei militaris rationem habuêre prisci Germani, vt cùm Regna Regibus, prouincias Comitibus distribuerent, Duces ex virtute sumerent ipsi, ex nobilitate Reges. Vti concinnè Tacitus De morib. German. Germaniæ tamen Regibus adfuêre domestici Proceres vsu rerum eximij, Regum propinqui, quos ideò Romani, tum Regulos vocabant, Grauiones patria lingua dictos. Vnde Landgrauij, Marcgrauij, Burggrauij. i. Comites prouinciæ, limitis, palatij, arcis, ac præsidij. Cuiusmodi, prærogatæ dignitatis Feuda quidem sensim effecta sunt, ac patrimonialia, superiorum instar: sed cum ea communi reuersionis ad Cæsarem lege, quamprimùm è virili clientem sobole postremus diem obiisset. Vnum hinc duntaxat casum excipio, si beneficiaria concessio, verbis nominatim conceptis, ad fœminas porrigatur. Vtputà, Comitatus *de Diez*, apud Germanos, masculinum fuit, primitùs, militareque Principis Max. beneficium. At Carolus 4. Cæs. indulsit Gerardo *de Diez*, vt ad muliebris quoque sexus hæredes porrigeretur, anno 1373. Id quod Vvenceslaus Imper. postea confirmare non dubitauit, anno 1384. postulante Adolpho Nassouio, vnà cum vxore, Comitis filia, *de Diez*. Qua de re, exorta deinceps controuersia cum Engilberto Nassouio, anno 1420. transigitur, eiusque summam transactionis recitat Claudius Cantiuncula, Iuris Responso 1.

19

Duc d'Arscot, Comte de Reux, de Meghen, de Lalaing, de Hoochstrate, in Brabantico Ducatu.

Principautez de Gaures, & d'Espinoy, en Flandres.

Brabantiæ Ducatus, feudum Germanici Imperij. *Louuain, Bruxelles, Anuers.*

Imperiale feudum Comitatus *de Diez*. Alij Karolum Caluũ, alij Hugonem Capetum, Galliæ Reges, produnt infeudationes primùm fecisse perpetuas & hæreditarias Comitatuum, aliorũmque feudorũ illustrium.

QVANQVAM igitur in Gallia etiam, Caluus, aut Capetus Reges perpetua sanxêre Ducatuum & Comitatuum feuda, in hæredesque transitoria: Lex certè vnionis nouorum huiusmodi Principatuum cum Sceptris, virili absumpta prole, haud iniqua est existimanda. Nam, vt de Italicis ditionibus nonnihil interseram, Mediolanum Ducatus nomine insignitum fuit ab Vvenceslao Cæs. nuncupatis conditionibus, vt marium liberorum occasu, Imperiale

20

Galeatius Vicecomes, primus Mediolani Dux.

riale fieret patrimonium, anno 1390. Qualem beneficiarij Ducatus formulam comprobauit Sigismundus Augustus 13. Calend. Iunij, anno 1413. Vt narrat Donatus Bossius, causidicus, & ciuis Mediolanen. In patria Insubrum historia. Proinde Ludouicus 12. Franciæ Rex, qui auita Valentinæ Mediolanen. hæreditate sibi vindicabat Insubres, prudenter egit cum Maximiliano Cæs. numerata pecunia, procurante Georgio Ambosio, in hanc legem, vt Ludouicus, eiusque gener ex Claudia filia Franciscus 1. ac posteri successores, Mediolani Duces beneficiarij appellarentur: postridie Iduum Iuniarum, anno 1509. Ambosius namque, Annalium libris didicerat, Philippo sublato Valentinæ fratre, Fridericum tertium Cæsarem, Ducatum condixisse, Imperialis clientelæ feudum, masculis nempè demortuis. Fridericus verò, qui pacis quàm bellorum fuit vsquequaque amantior, cessit armati Sfortiæ factionibus. Tametsi Sfortia, pertenui Blancæ Philippi nothæ vxorio iure, sibi arrogaret Insubriam. Frustrà nunc vocetur in medium ferrariæ Marchio, quem Fridericus idem, aut Mantuanus, quem eius pronepos Karolus quintus in Ducum ordinem cooptarunt. (Ann. 1450. Ferrariensis.) Quibus ætate maior Sigismundus Allobrogum Comitem pari dignitate decorarat, ann. 1417. ac Mantuæ Dominum, Marchionem creauerat, ann. 1425. Horum etenim Ducum mascula propago in hæc vsque tempora producitur. Ne isthuc quoque altiùs reuocem Longobardos Reges ex veterum monumentis, qui Italiæ oram suo Imperio subiectam partiti sunt in Ducatus, ac Comitatus.

20. Maij, an. 1413.

Inuestitura Ducatus Mediolani pro Rege Franciæ, die 14. Iunij, an. 1509.

Insubrum Principatus in Vicecomitum familia fundamenta iecit Otho Mediolan Antistes, circiter annum 1160. Franciscus Sfortia.

Amedeus 8. Sabaudiæ Dux primus.

Ianus Franciscus Gonzaga, primus Mantuæ Marchio.

21 In Britannia verò Insula, etiamnùm hodie Principatuum tituli sine possessionibus dantur: Si Polydoro credimus, Anglicar. Rer. Lib. 19. Eos quidem titulos Vilhelmus Rex primus suis viritim distribuit tum Ducibus, tum militibus. Eamque ob rem deducta ad Alanum & posteros Armoricæ Duces Richemundia, opulentus Angliæ Comitatus. Paulò ætate posterior Eduardus 3. fecit è Comite Derbij, & Lancastriæ, Duces: Tum Stanfordiæ creatus Comitatus. Ex Vvilelmo Monumetensi, & Bocardo in Chronic. Armoricæ Britan. Nec multò antea Scotorum Malcolmus Rex, Malcolmi filius, quosdam in Scotia Comites dixit, Barones alios. Duces certè primùm fuère Dauid Stuart *Rothesay* agri & Robertus Regis frater, Albaniæ instituti. Ac postea, Rex idem torquatos primus Equites cinxit, quorum egregia bello opera iuuabatur. Inde & Morauiæ, Cathanesiæ, Rossiæ, Angusiæ, in Scotia Comites. De quibus Hector Boëthius in Scotic. Histor. Poloniæ autem Primates verè masculi, vocantur Palatini, duodecim ex omni Procerum numero, quorùm suæ quisque regioni, diuisa in totidem regiones tota Sarmatia, præsit: & Voieuodæ, hoc est, Duces belli & copiarum. Auctore Chromero in Reb. Polonic.

Guillelmus nothus, Neustriæ Dux, domitor Angliæ.

Richemundiæ Comitatus Anglicus, militare præmium Armorico Duci datum à Vvilhelmo Normano, Britannico, seu Britanniæ Insulæ victore.

Torquati, seu Aurati Equites Scotiæ.

Pologne.

22 Nec longè ab istis videntur distare Pannonici Barones prisci, purè masculi, quorum nomina *Decretis & literis Confirmationalibus Regijs* inseri consueuerunt: *Palatinus Regni Hungariæ, Iudex Curiæ regiæ, regnorum Dalmatiæ, Croatiæ, & Sclauoniæ, Banus, Vvayuoda Transyluanus, & Siculorum Comes. Banus Zevvriniensis: (Nam Machoniensis Banatus per Turcos nostro æuo deletus est) Item Thauernicorum, Ianitarum, Pincernarum, Dapiferorum, Agazonum regalium & Reginalium Magistri, necnon Themesiensis, & Posoniensis Comites.* Hæc ex Lib. Iuris Consuetudinarij Hunnorum regni, quod sedulò collegerunt Steph. Vverbevvczius, Iudicis Curiæ regiæ Protonotarius, & Hieron. Balbus Præpositus, Latinèque descriptum, Vladislao Pannonum Regi dicarunt, ann. 1490. In Moscouia vtique seu Rutenia, nulli sunt ciuitatum Reguli, aut Prouinciarum, quos Duces apud nos vocare mos est: Eo tamen nomine, ad existimationem sibi, seu veriùs Principi conciliandam, siue ad Præfecturas vtuntur, quùm res ipsa desit omnino. Putà, è Tartaris quidam, qui Principi huic fidem in expugnandis Casanensibus præstitit, cùm suæ etiam ditionis partem reliquisset, Columnam oppidum accepit, & alia nonnulla: Sed penè merum imperium manet apud Moscum, præter aliquos reditus illi attributos, ac demendos, vbi libuerit. Imò & Pagos agrosque si Moscus addicit cuipiam, ij ad posteros non perueniunt, ni confirmentur ab eodem Principe. Cui inte-

Hongrie.

Hic Vladislaus Hũgariæ Rex Ius Consuetudinariũ Regni sui adprobauit, & vulgò publicari permisit, an. 1490.

Moscouie, & Russie.

Mosci Principis Domanium.

De Moscis Lucanus lib. 3 quisque affinis Sarmata Moscho.

tim rustici ex fructibus tributum ac operas pendunt, simul vt priuato fundorum domino: Reliquum, quantulumcunque est, victui suo reseruant, aut eximunt. Ea re fit, vt nemo ferè sibi quicquam esse proprij queat dicere, & (velit, nolit) quisque à Principis nutu propendeat. Si cui plura sint, tantò se deuinctiorem agnoscit: Locupletior autem factus, tantò sibi metuit magis, cùm ad Principem sæpe omnia recidant. Vt Anton. Posseuinus narrat in Commentar. De Reb. Moscouiticis. Pari modo, in Sinarum Monarchia, Indiæ Orientalis, nulli existunt *feudarij* Principatuum possessores, Duces, aut Comites: sed temporaria solùm Regis indulgentia, bonorum fructuarij, Turcico more, vel Prouinciarum Rectores pro tempore stipendiarij. Regium autem Principis patrimonium vectigalibus constat tributisque latissimarum quindecim Regni Prouinciarum. Auctore Iuano Goncala Mandoceo. Parte 1. Histor. Chinensis Regni, Indiæ Orientalis, lib. 3. Hispanicas porrò feudorum Dignitates, sigillatim recensuimus lib. 1. nostri Operis DE LEGIBVS ANDIVM MVNICIPALIBVS, Tit. 5. De Baronibus.

Hist. du grād Royaume de la Chine, situé aux Indes Orientales.

23 CÆTERVM sic interpretamur maiorum Ducatuum cum Francica Corona vnionem in defectum masculorum, vtì Reges tamen haud omnia pro suo iure agere meminerimus: sed qui illos noua Pactione clientelari ad filias peruenire rogati facilè patiantur. Cum hoc nimirùm temperamento, vt secundùm mares fœminæ succedant in id genus feudalis beneficij. Iuxta cap. 1. §. quinetiam. Tit. Episcop. & Abbatem, cap. 1. De eo qui sibi & hæred. suis. Nimiam enim Iuris subtilitatem quandoque fregit Prudentum interpretatio: quùm non semper eædem sententiæ ab iisdem, sed quascunque Reipub. status, inclinatio temporum, ratio concordiæ postularit, sint defendendæ. Vt Tullianis verbis vtar in Orat. Pro Planco. Præsertim verò frugi hominem esse, non multum laudis habet in Rege: fortem, iustum, largum, beneficum, liberalem, hæ sunt Regiæ laudes, illa priuata laus est. Nec enim, Titi Vespasiani elogio, quenquam oportet à Principis vultu tristem discedere. Ac de Alexandro Seuero circumfertur, apud Lampridium, diem nunquam transiisse, quin mansuetum aliquid, ciuile, pium faceret: Ita autem, vt Ærarium non euerteret. Sic quoque leuiusculi isti Ducatus minorum gentium, de quibus agimus, si Principali indulgentia fœminis relinquantur hæredibus, haud propterea publicum Ærarium, Fiscive rationes, admodùm minuuntur.

Ptolemæus Lagi filius indies amicos locupletes efficiebat, inquiens melius esse ditare, quàm ditescere, Ex Æliano Sophist.

24 QVOTIES tamen ciuium priuatim interest, non solui vnionem certarum Ditionum sancitam à Principe, tunc eorum interuentus Regiam legum veniam gratiamque impedit, ac insolubilem reddit talium Ditionum coniunctionem cum Francico Diademate. Propono hanc speciem Carolus 7. Rex irrogauit ciuibus Montis-Argiui priuilegium, vt in proxima Coronæ regiæ clientela forent perpetuò, neque vlla Pactione priuatis hominibus possent à Rege transcribi. Addita Indictionum multarum immunitate, Mens. Maio, anno 1430. Inde Oppidi vulgare epithetum, *Montargis le franc.* Nihilo seciùs Heroïna Ferrariensis obtinuit Montis-Argi territorium, iure mancipi ac dominij, adiectis Ducatus Insignibus, possidendum. Transactione inita cum Principe, 9. Kalend. Ianuar. ann. 1570. Mox verò oppidani intercedunt nouæ Ducatus institutioni, cuius Rescriptum, Ferrariensis in Curiam, ipsi vt probaretur, attulerat. Proin ea intercessione suspensa est hactenùs Regij diplomatis comprobatio, remque totam Senatus in consilium misit, Aresto 14. Calend. Sextiles, anno 1571. Nec diuersum P.C. obseruarunt in Ventadorio Ducatu codicillari. Quùm enim Tutelenses, in Lemouicibus, ciues nonnulla opponerent recenti Ducatus creationi, & sua permagni referre causarentur, Ducalem sedem Iuridicam in Tutelensi oppido non constitui, audita est eorum querela, de qua Senatus censuit maturiùs deliberandum. In publica forensi concertatione 9. Cal. Quintiles, an. 1580. Diuersum tamen videtur de regia Aruerniæ fiducia iudicium Curiæ, ex negotij serie tali. Ludouicus 8. Rex Panagij nomine dedit Alphonso filio Pictonum Aruernorumque Comitatus: saluo eo, vt lites regiæ notionis, templa regio commissa patrocinio, & alia huiusmodi, quæ Panagij lege excipi solent, fiduciarij Comitis Foro eximerentur, an. 1224. Ob id

Montargis.

Renata de Francia, filia Regis Franci Ludouici 12. vidua Ducis Ferrarien.

Die 24. Decembr.

Arestum Curiæ, die 19. Iulij, 1571. *Ventadour, nouueau Duché, par Patentes.*

Tulles, en Limosin.

Die 23. Iunij, an. 1580.

Casus regij, & Ecclesiæ fundationis & gardiæ regiæ, exeptæ sunt à Ducibus Panagiariis, eorùmque Officiariis.

Ob id Princeps Montferrandum Aruerniæ oppidum sibi recepit, eóque in oppido iam tum Regium tribunal designauit, illorum in gratiam Exemptorum. Qualis Montferrandi cum Sceptris vnio confirmata est postmodùm solennibus Literis Philippi 4. & regio Phil. Valesij decreto, contra Borbonium Ducem: Cui Karolus Pulcher Montferrandum, Marchiæque Comitatum transcripserat, permutatione Clarimontis Bellouacorum, Mens. Decemb. contracta, an. 1327. At verò nuper delatis in Curiam Aruerni Panagij tabulis pro regio fratre Errico Andium Regulo, quibus tabulis ciues Montisfertandi intercessêre, horum intercessio reiicitur ad Principem, Panagij diplomate interea publicitùs lecto ac recitato citra vllam exceptionem, 8. Cal. Decemb. an. 1569. Iudicati causa in promptu est, temporariùs modò huius alienationis titulus, putéque fiduciarius, donatarij celsitudo ab inclyta Regiæ Franciæ nobilitate, in Rémque Publ. promerita: cui nempè illustria tum victori trophæa, hostibus acie fusis, vbique erigerentur.

Ville de Montferrand en Auuergne. Quam in vrbem translatæ etiam sunt regiæ Exemptorum lites, quæ Aruerno oppido *de Cusset* attributæ fuerant Ex Regesto Curiæ, die 21. Iunij, an. 1474.

Kar Pulcher locum Natiuitatis suæ, Clarummontem præoptabat, pro quo, dedit, vltra Marchiam, Yssoduni Castellaniam, *S. Pierre le Monstier, &c.*

Die 24. Nouemb. an. 1569.

Prælium *de Montcontour*, die 3. Octo. an. 1569.

25 QVAMOBREM, de Vnionis iure summo quod exposui, lege scripta egi. Incidente autem facti specie, dicam cum Cerbidio Scæuola lib. 4. Respons. non posse absolutè responderi: (nec enim hypothesis ad thesin est vsquequaque reducenda) Cùm multa oriantur, quæ pro bono æstimanda sunt, sed ex subditorum meritis, Principis voluntate, iurísque controuersi pondere, res tota dirimenda. l. Mæuia. §. vlt. De annu. legat.

Tit. VI.

DE TACITA BONORVM CVM DOMANIO CONIVNCTIONE.

1 *Tertius modus constituendi* DOMANII, *per confusionem.*
2 *Blesorum, Couciaci, & Montisfortis, cum* DOMANIO *confusio.*
3 *Biturigum, Tornacensium, Moritaniæ, Montispessuli, Mosonis, Bellimontis Argoniæ, & Castri* de S. Iame, *confusio.*
4 *Brayæ Comitis Roberti confusio.*
5 *Campani Comitatus cum* DOMANIO *confusio.*
6 *Matisconensis Comitatus confusio.*
7 *Valentinensis & Diensis Ducatus, cum Delphinatibus, confusio.*
8 *Priuatorum prædia, quo modo alia cum aliis confundantur.*
In sacris prædiis, longam possessionum commixtionem, legitimum Vnionis inducere argumentum.
9 *Fundorum confusionem, in dispendium tertij nil inter priuatos operari.*
Vnde lites duæ memorabiles, de Donzy en Niuernois, & de Gerberoy, en Picardie.
10 DOMANIO *regio accrescere inferiora prædia, quomodocunque Principi quæsita.*
Fani Iangonis, Creilli, *Collummerij, Creciaci, Creuecordis, Castriheraldi confusio cum* DOMANIO.
11 *Prouinciam Regno accedentem, legibus Regni teneri.*
12 *Tholosanus Comitatus, quemadmodùm cum* DOMANIO *confusus.*
Regi transcripta, Regiæ dignitati potiùs, quàm personæ regnanti cessa videri.
13 *Alenconius Ducatus Regio diademati quæsitus, & cum* DOMANIO *confusus.*
14 *Sandizerium oppidum, Vignoricum, & Arausij Principatus clientela, cum* DOMANIO, *confusa.*
15 *Castinensis agri confusio.*
16 *Ambæsiæ, & Turonum confusio, cum Regali patrimonio.*
17 *Baroniam Regi Siculo additam, tanquam à Rege, non tanquam à Barone teneri.*
18 *Regi relicta ea lege, ne Regno vniantur, non vniri.*
Delphinatus Regi Franciæ, & primogenito eius filio ea lege relictus, ne cum Regno confundatur.

19 *Confusione Comitatuum, non tolli subditorum iura & priuilegia olim illis concessa.*

Tholosatum vnioni triplex dicta lex, de Præfecto prouinciæ, de Indictionibus, & de Iure scripto seruando.

SVPERIORI VICINVS tractatus est de rerum priuatarum cum Publicis confusa possessione: qua, tertio loco DOMANIVM constituitur. §. 13. Legis Regiæ Molinis sancitæ, an. sesquimillesimo 66. Vndecunque enim Principi obuenientia, quorum reditus promiscuè cum DOMINICA RE percepti sint decenni spatio, conuertuntur in corpus Regij Patrimonij, perindéque habentur, ac si initio Fiscalibus in prædiis numerata essent. 1

Blois, Coucy, & Mõtfort Lamaury.
Guy de Chastillon, Comte de Namur. Die 13. Octob. an. 1391.
Comte de Blois, anciennement composé de Dunois, Romorantin, Millancay, Villebrosse, Chasteau-regnaut, &c.
Lib. 1. Andeg. Leg. Cap. 48. art. 3.
Coucy en Vermãdois.
Num. 8. scribit Molineus, Comitatum Blesensem non esse de Domanio regio & Coronæ Franciæ, sed aduentitium, & patrimonium nobilissimæ Valesiorum Principum familiæ.
Montfort Lamaury.
Arturi Britonum Ducis, ex Beatrice priori vxore duo liberi, Ianus & Guido, de quibus loquitur Henricus Bohicus, tunc Lutetiæ professor Decretorum, in cap. Ad audientiam. De Sponsalib.
Hic Robertus rex qui an. 1000. regnabat in Gallia, habuit Almaricum filium naturalem, ex filia Comitis Nouiomensis.
Arestum *touchant la recompense du Comte de Montfort, entre le Procureur du Roy, & le Comte de S. Paul, M. de Thou rapporteur du procez. M. Viole compartiteur.*
Literę patentes reunionis Appennagij regij fratris mortui, publicatæ, die 21. Iunij an. 1584.
Contractus pigneratitiæ alienationis Domanij regij coram Notariis *au sieur de la Valette Duc d'Espernon,* Die 17. Aug. 1587. *Apres l'aualuation faicte du Domaine ordinaire du Comté, receuë & verifiee en la Chambre des Comptes, le 29. Mars preced. En laquelle aualuation ne sont compris les Bois de haute fustaye, prouision des Officiers, &c.*

AC ne longè factorum exempla petantur, En tibi cumprimìs obuium in §. 2. & 13. pręd. Constitutionis Francicæ, de Blesis, Couciaco, & Monteforti. Blesenses quidem Ludouicus Aureliorum Dux coëmit dotalibus nummis Valentinæ coniugis de Vido Castellione, Namurcensi Comite, vltimo Castillioneæ Blesensium Comitum gentis successore, 3. Idus Octob. an. 1391. Vt scitè annotauit Frossartes Historicus, Volum. 4. cap. 34. Ideóque nulli non videretur prima fronte Blesorum Comitatus rei priuatæ adnumerandus Regum nostrorum, qui ab emptore illo ducunt origines. Nam & Ludouicus 12. Rex, emptoris nepos, authenticis literis declarauit, Blesensem, muliebrésque alios Valentinæ auiæ fundos à Fiscalibus distinctam habere, separatámque conditionem. Sicuti pluribus alibi edocuimus. Nec abs te Dionys. Pontanus censuit, Blesorum dominatum, peculiarem ac proprium esse, non publicum Franci Regis latifundium. Tit. 3. §. 1. Commentar. in Blesens. Consuet. Idem planè Molineo visum, Interpreti vetustæ Legis Parisiorum Municipalis, ad §. 20. Peræquè senseris forsan de Couciaca, Veromanduorum, Dynastia, quam Valentinæ pariter dotali auro Ludouicus maritus comparauit de Engerrani Couciaci posteris. Sed priscum de iis hominum iudicium Princeps vna litura expunxit, Edicto proposito, ditiones hasce Regni patrimoniales eò factas, quod annuos ipsarum prouentus, vnà cum Fiscalibus, confusim Regij Quæstores decennio administrarint. In hoc genus coniicitur Montfortensis Comitatus, in finibus Carnutum. Hunc enim lege venisse ad Principem ferunt auita Annæ Britonicæ hæreditate. Peruetus certè hoc Armoricæ Ducum patrimonium. Nam Arturus 2. Dux, mortua prima vxore, Lemouicum Subcomite., Yolantidem duxit Almarici Montfortiani filiam (Philippo Pulchro Rege) quæ Armoricos Duces nobilissimi Comitatus accessione locupletauit. Hoc amplius existimo, Montfortensem agrum Principi competere iure Sceptrorum, non Annæ materno, Britonicæ Ducis. Id facilè deprehendet quisquis Montfortianam in Almericum nothum fiduciam memoria repetierit, à Roberto patre Rege collatam allimentorum nomine. Nec ita dudum de Montfortiano, tanquam Fiscali agro, disceptatum est à Regio procuratore, cum Fani Pauli Comite, qui Montfortianum suum esse intenderat, mutua fundorum permutatione cum Rege pacta, an. 1536. De quo S.C. factum, Nicol. Thuano litem collegis senatoribus enarrante. Postmodùm hæc ditio, Panagij formula, traditur Francisco Andium Duci, Regis fratri: sed huius præpropera morte, postliminio rediit in ius Diadematis Gallici, cum reliquis eiusdem fiduciariis opibus amplissimis. Diplomate *Reunionis*, promulgato in Curia Parisien. XI. Cal. Quintiles, an. 1584. Lapso autem inde triennio, Montfortius Comitatus ab eodem Principe mancipatur Spernonio Duci. Fiduciaria lege Literis contracta 16. Calend. Septembres, an. 1587. post æstimatos sigillatim à Rationalibus Lutetianis annuos statósque Comitatus eiusce prouentus: Qui simul Rationales ab ea Fiducia Syluas non cæduas, regiorum Magistratuum institutionem, aliáque nonnulla exceperant, Præuio Decreto suo, 4. Cal. Apriles eiusd. anni. 2

3 Observare igitur oportet, in *Sacrum Censum* cuncta coüerti, quæ ad Principem quacunque ratione spectantia, cum illo coniunctim Regij Quæstores perceperint bino lustro. Eiusmodi quondam Bituriges facti, quos Princeps sexagenis millibus numûm aureorum emit ab Arpino Comite, ad Syriacum bellum cruce initiato: an. 1061. Qualis adhuc foret Tornacensis Neruiorum ager, Moritaniáque Tornaco oppido proxima, quam Philippus 3. Rex emit de Balduino Mortanio, an. 1279. Nisi eas ditiones Francis Karolus 5. Cæsar eripuisset, an. 1521. Regio DOMINIO sacrata est Agathopolis seu Monspessulanus, ex quo tempore Philippo Valesio venditus à Iano maioris Balearicæ Rege, 14. Kal. Maias, an. 1349. Ast Carolus 5. Galliæ Rex statim Coronæ quæsiuit Mosonem, & Bellummontem Argoniæ, Valliaco in Suessionibus oppido permutatos cum Rhemensi Archiepiscopo: An. 1379. Cuius tabulas permutationis ad literam exscripsimus lib. 3. nostri Tractatus De SACRA POLITIA. Haud absimili fundorum pensatione Lonjumelius & Chaillius vici in agro Parisiensi cessêre Philippo 4. quos Hugo Brunus Marchiæ Comes obtinebat, an. 1301. Sed ambo deinde Vici Armorico Regulo dati sunt in compensationem limitaneę Arcis S. Iamæ Beuroniæ, an. 1331. Momento autem prædia, eorum vicem naturámque subeunt, quibuscum permutantur.

Bourges.

Mortagne en Tournesis, pays de Flandres acquise. Apud Gillium in Francię. Annal.

Montpellier. Venditio facta die 18 April. an. 1349.

Mouson, & Beaumont en Argonne eschangez auec l'ailly. Til. 6. art. 5.

Villages de Chailly & Longiumel.

Castrum *de S. Iame de Beuuron*, in limite Normanniæ & Britanniæ.

4 ADEAMVS Brayam Comitis Roberti oppidulum, vulgò sic dictum. Antiqua hæc fuit possessio Roberti 1. Druydum Comitis, qui à Rege Ludou. Crasso vitæ ortum sumpserat. Ex Roberto dein satus Petrus Druydum Regulus, qui iure vxorio Celticæ Britanniæ præfuit, Brayam inuexit ad posteros Britonum Duces. Hinc Blanca Britonica dotalem tradidit Philippo Attrebati: Istius sensim Margareta filia, coniugi Lodoïco, Eburouicum Comiti. Tum vtriusque gnata, Iana Eburouix Blancam sustulit ex Karolo Pulchro rege marito, quæ ideo materna hæreditate dominium nacta est Brayæ, & Feritatis Alesiæ, vnà cum Gournayo ad Matronam flumen oppido. Blanca tandem, Philippo viro Aureliorum Duce mortuo, trinam ditionem Pacto transtulit in Karolum 5. Regem. Authenticis tabulis 9. Calend. Octobr. an. 1376. Proin aliquantò pòst, oppida hæc & territoria venêre ad Ludouicum Aureliæ principem, Regia fratris donatione, Caroli 6. Crederes igitur, priuatum hoc esse Regis nostri patrimonium, qui à Ludouico abauo seriatim descenderit. Verùm Ludouicus 12. & Franciscus 1. Reges, qui Aureliano Duci auo successêre, DOMANIO confusim horum successionem bonorum permiscuerunt. Nec aliena sunt ab ijs emptitia Valesij regis latifundia aliquot, in Cameracensi Belgarum regione: *Creuecœur* scilicet, *Halleux en Pailleul, S. Soupplex, Rumilly, & Chastellenie de Cambresis*, Quæ Francicum in ius regium æris pretio transiêre. Annum circiter 1336. Vilhelmo Ausonio tùm Augustæ Samarobrinorum pontifice. Vt Frossartes, Belga pariter & æqualis temporum illorum, memorat cap. 33. & 39. Historici lib. 1. Nam ab ea inde tempestate, Reges nostri liberè potiti sunt quæsitis hisce nobilibus prædiis. Illa nimirum in Arce Creperecordis inclusus fuit districtúsque Cantabrorum rex iussu Galli regis Iohannis soceri ipsius, an. 1356. Frossartis relatu, d. lib. 1. cap. 171. Postmodùm Couciacus Regulus, Castellanum se Creperecordis dynastam prætulit, ab Augusto Karoli 6. beneficio. Volum. 4. eiusd. Auctoris cap. 1. Ac vertente quidem seculo, eam sibi Ditionem arrogauit Burgundi Ducis nothus Adolphus, Ducali Burgundiæ, Philippi 2. munere, simul ac Regio Ludouici 11. an. 1468. Verùm posteri Reges, seu Gallici Viennæ Delphini, rem vsquequaque sibi asseruerunt. Ita, vt Cæsareis Karoli 5. armis erepta fundorum possessio, an. 1543. illis fuerit postliminio restituta an. 1559. Cameracensi Pacis tractatu inito, 3. Nonas Apr. eiusdem anni: Quem Veruinus conformis secutus est postridie Calend. Maias, an. 1598. Quoniam tamen Adolphi nothi hæredes negotium facessunt hodie San Lucio toparchæ, fiduciario Regiorum fundorum emptori; sub Iudice lis est ab an. 1601. inter priuatos ipsorum competitores. Cuius exitum controuersiæ, secundùm vetustissimas Franci regis possessiones, seriò auguramur.

Braye Comte Robert; in finibus Præsidalis Sedis Castelleti Parisien.

Iehanne d'Eureux.

La Ferté-Alex, Gournay sur Marne, & Braye Comte Robert. Literæ Contractus die 23. Septemb. an. 1376. quas habemus

Philip. Valesius. Guillelm. *d'Ausonne* Episcop. Cameracensis.

De his Ditionibus, vrbisque adeo Cameracen. vide inf. Tit. De bonis aduenarum, art. 20.

Rex Nauarræ.

Le Sire de Coucy.

Dn. *de Bures*, ex Adolpho bastardo Burgundiæ progenitus has Ditiones inuasit, an. 1543. auxiliaribus Cæsaris copiis.

Traicté de Cateau-Cambresis die 3. April. 1559.

Traicté de Veruin die 2. Maij 1598.

Dn *de Gruninghen* hæres Dn. *de Bures* & successiuè Ludouica de Gruninghen soror litigant cum Dn. *de S. Luc*, equite Gallo: Cuius patri Rex fundos distraxerat, seu oppigneraret Nouemb. Mens. an. 1578.

5 AD HÆC, Iana Campana dotis ergô detulit ad Philippum 4. Regem Comitatum Gallicæ Campanię, cum regno Nauarrorum. Ex his liberi complures suscepti: Primigenius rerum potitur Ludouicus Hutinus, an. 1314. Paulò

Hæc Iana Campana Henrici Nauar-

tæ regis filia, Comitis Briç & Campaniæ.
Hutini regis Iana filia, nupta Philippo Comiti d'Eureux.

pòst, Hutini diem functi filia vnica petiit à Philippo Longo, Rege patruo Campanum agrum titulo pro hærede auiæ Ianæ Campanæ, vti fœmineum, liberúmque feudum, & indiscriminatim ad cuiusuis sexus hæredes transitorium. Cogitur hoc nomine Aulicum sanctius Concilium, Principe cum Regni Optimatibus cognoscente. Regia demùm sententia pronuntiatur, Campaniam, beneficium esse Francorum Regum, cum Sceptris rerum mixtura confusum. Quod & Hutini proles ratum gratúmque habuit gemino Pacto conuento: priore, cum Karolo Pulchro, apud Neapolim Auenioni finitimam: posteriore, cum Phil. Valesio, pridie Iduum Martiar. an. 1335. Priscos autem Campaniæ Comites celebrat Sigebertus (in Chronic.) Odonem, Theobaldum, qui vicissim floruerunt, an. 1024. & 1144.

Neapolis, Villeneufue lez Auignon.
Die 14. Mart. an. 1335.
Comté de Mascon.
Iul. Cæsar. Matisconæ in Heduis ad Ararim rei frumentariæ causa P. Sulpitiũ collocauit lib. 7. de Bel. Gall. in fi.

PER hunc modum, Matisconensis Comitatus, Regiæ Francicæ beneficium, sublatis Comitibus, annexum est *Rei Dominicæ*. Ludouicus Pius Imp. Matisconi Heduorum, rectorem præfecerat Varinum, cœnobij Cluniacen. conditorem, Interiectu temporum, hæreditarius tenetur Principatus ab Hilermo Alemanno. (quem à Dæmone raptum fabulantur) & Hilermi filio Reginaldo. Comitibus defunctis, sacratur DOMANIO Comitatus. Eum tamen Nicol. Ægidius narrat, à Ludouico 9. Rege emptum de Iano Comite & Adela vxore, condicto pretio decies millium librarum, cum mille libellis annuis in Normanico agro, Mens. Febr. an. 1239. Vtcunque sit, Matisconem, velut Reipubl. fundum, præbuit Karolus 5. Franciæ Prorex fiduciarium Iano Biturigi fratri, masculorum obitu ad Principem reuoluendum: Septemb. Mens. an. 1359. Sed ex Anglia redux Iohannes Galliarum Rex sanxit perpetuam Matisconis, cum regia Corona vnionem, rescissa donatione anteriori. Literis Mens. Nouemb. an. 1360. Postea quidem Matisconenses traduntur Philippo Burgundiæ Duci, & promiscui sexus hæredibus. Atrebatico fœdere Pridie Kal. Octob. an. 1435. Verùm Lex Regni non diu tulit huius Conuentionis effectum: quin Burgundis maribus emortuis, Princeps reposcit Comitatum, & insolubili cum Fiscalibus prædiis nodo colligauit. Rescripto Mens. Mart. an. 1476. Cui multò pòst obluctari cœpit Karolus Austriacus, irrito conatu, quòd Mariæ Burgundæ, Philippi neptis hæredem se, vt nepotem ex filio, iactitaret. Demus enim, Austriacum Pace Madritiana, quam periniquis legibus scripserit, sibi Matisconem adsciuisse, Gallicis tum rebus accisis, & ad Triarios, vt putabatur, redactis, an. 1525. Posterius certè fœdus Cameracense emendauit Madritianum, in capite præsertim rerum Matisconensium, an. 1529. Priuilegiaria autem Regum in Matisconem Diplomata recensuimus summatim, lib. 3. DE MORIBVS PARISIOR. Tit. 2. art. 24. 6

Ioannes Dux Biturigum, filius Ioannis Regis Galli.
Le traicté d'Arras, die vlt. Septemb. an 1435.
Vide librum Antiquitatum de Mascon Domini de S. Iulien de Balleurre.
Traictez de Madric, & Cambray.
Matisconensis vrbis Immunitas des Tailles, toltes, cheualerie, d'ayde de mariage, de prison, ny de conquestes, & d'autres subuentions, data à Philippis 4. & 6. posterisque Regib.

DE eo planè dubitatum est, an Valentinensis & Diensis Comitatus in Viennensi Prouincia, eodem iure regerentur, quo Delphinates Viennensium. Ludouicus Pictauensis testamento legauit Comitatum vtrunque Karolo Sexto Regi, tanquam Delphino Allobrogum, Pridie Kal. Decemb. an. 1391. Tertio Iduum Sextilium, 1404. & an. 1415. Vt patet solenni regiarum Chartarum Repertorio, quod nobis in manu est, Principali iussu confecto, an. 1482. Quidam igitur consulebant, num ambæ ditiones, cum Delphinatium Principatu sic mixtæ vnitæque viderentur. Et responsum est videri, quùm alterius additamentum, naturam eius, cui adiungitur, prorsus assumat. Vidi Papij Decisione Gratianopol. 265. secundùm Proculum l. C. l. vlt. De vin. tritic. & oleo leg. Paulum l. Sed & si adiiciatur. Pro soc. Scæuolam l. Vxorem. §. legauerat De legat. 3. Vnde ciuitas Regno adiecta, legibus Regni vti debet. Bald. ad l. Cunctos populos. Cod. De sum. Trinit. post. Bartol. in Tract. Alluuionis. Argum. cap. Translato. De constitut. Abbas de his, in Responso 61. Volum. 2. 7

Valentinois, & Diois. Die 30. Nouemb. 1391. & die 11. Augusti, an. 1404.
Ancien Inuentaire du Tresor des Chartes du Roy, factum à Iac. Loueto Ludouici XI. regis Consiliario in suo Magno Consilio, & Thesaurario Chartarum Regis: idque ex speciali Mãdato regio.

QVÒD si de priuatorum patrimonio ageretur, ante omnia, patris-familias, in eo confundendo, animus esset, destinatióque exploranda. Alioquin Feudistici Iuris scriptores censuerunt, nec inferiorem quidem fundum, superiori additum, cum eo consolidari. Bald. ad cap. 1. §. præterea Ducatus. De prohib. feud. alienat. Quo loci putat idem Baldus, nouam Arcem Marchioni concessam, Marchiæ partem minimè existimari, sed inter Marchionis hæredes diuiduam fore, nisi nominatim Marchiæ adunetur. Huc spectat 8

Anciennement les rotures acquises par le seigneur direct se partageoient roturierement sinon que ledit acquereur les cõprint en l'aduen de son fief, le rendant au superieur.

Æmil j

Æmilij Papiniani sententia, l. Inter socerum. §. cùm inter. De pact. dotal. l. Si fundi. §. sed si insula. ff. De vsufr. Eodémque vergit quodammodò S. Consultum Parisien. vetus, fundos vectigales ac plebeios, quos patronus ære compararit, iure plebeio manere, vt antea, inter patroni hæredes diuidundos: Sin autem emptos, patronus in catalogum rerum clientelarium retulisset, fideíque obsequium præstitisset clientelaris, tunc clientelarium instar, partitionem rerum exequendam. Decreto 8. Cal. April. an. 1498. Nostræ tamen ætatis Moribus, diuersum obtinuit, censuales nempè & obnoxios agros sola per rectum dominum acquisitione prorsus vniri, in vnúmque redigi cum prædio dominante: nisi protinùs emptor, contrariæ voluntatis testationem interposuisset. Sicuti post forenses de eo concertationes Iudiciis decisum ostendimus, lib. 1. nostri Operis De LEGIBVS ANDIVM MVNICIPAL. Et Volum. 1. PARISIEN. MORVM. Iuxta Curiæ præiudicium quoddam de Bouchardo, Lutetiæ, Aduocato, crebris vsurpatum sermonibus. Is sibi pretio fundum comparârat, suo antiquo, census nomine subditum. Quæsitum est, an sola emptione, confusa simul prædia censerentur, & in æquam feudi sortem ac conditionem reducta. Re vtrinque discussa, fundum emptum, ex æquo inter hæredes diuidundum Senatus pronuntiauit. Quia speciatim emptor fuerat contestatus, emptionem, æquali inter liberos fundorum partitioni minimè obstaturam. In iis verò, quæ antea Simo, maternus auus eo in fundo superiore acquisierat, placuit feudalium prærogatiuam seruari. Quoniam tacita prędiorum vnione; confusa erant iura seruitutum, census, & solarij vectigalis: Cùm rei propriç nulla superforet seruitus, exindéque vectigalis fundi qualitas esset immutata. Pomponij Responso in l. Si ei. Commun. præd. l. Papinianus. ff. De seruitut. Aresto prolato Iulij Luce 26. an. sesquimillesl. 29. Quod in nouas Leges Parisiensis Municipij traductum videtur, an. 1580. art. 53. Cęterùm in Ecclesiasticis prędiis etsi vnio non ita facilè pręsumatur, nisi formulis expressa solennibus: longa tamen possessionum commixtio inducit legitimum vnionis argumentum, vt pari simul cum antiquis iure teneantur. Quemadmodùm ait Boërius, Aquitanicę Curię Pręses, in Decis. Burdigal. 345. Part. 2.

Arestum Curiæ, 15. Martij, an. 1498.

Cap 6. art. 8. Tit. 2 art. 25. 26 & 27.

Fundus censualis & ignobilis si acquisitus sit à domino directo, fit nobilis & feudarius, vt feudum, à quo antea dependebat. Nisi emptor in contrarium fuisset protestatus.

9 ENIMVERÒ in alterius dispendium nil agitur vnione inter priuatos, seu confusione prędiorum. Exempli causa, Donziacum Baronatum Niuernenses Comites vnà tenuerunt ab anno 1347. 6. Kal. Sextiles: quo primùm anno, Comitem Princeps, Parem salutauit, Francięve Patritium. Eámque ob rem præscriptæ coniunctim vtriusque Leges Municipioli, Donziaci, & Nouioduni ad Ligerim, Iunio Mens. an. 1490. Mandato Iani Ducis Brabantini, & Niuernensium Comitis. Rex postea Præsidali iurisdictione auxit Antissiodorense forum, attributo ei prouocationum iudicio; quæ à Donziaci Magistratus sententiis interponerentur, an. 1551. At Niuernen. Dux impetrat à Principe, Donziaci fundi cum Ducatu vnionem. Rescripto Mens. Febr. an. 1552. Nimirùm vt appellationes Donziaci populi à suo Iudice; rectà deuoluerentur ad Senatum *Parlamentarem*; æquè ac Niuernensium subditorum, qui ab singulari iure Francici *Pariatus*, compares Senatores solos appellabant ab inferioribus Iuridicis. Extemplò Donziaci vnioni intercedit cognitor regius Altissiodoren. pro iuridico maiore imperio. Rex quippè Karolus 5. regiam Præfecturam instituit Vellaunoduni, quod posteri Antissiodorum, Auxerrensis Comitatus metropolim dixêre. Cui iuridicæ quidem Sedi subiectum iri Donziacum Rex eodem cauit Diplomate, an. 1371. & 9. Kalend. Quintiles an. 1378. Secundùm hæc, Burgundiæ Ducum vltimo mortuo, qui regiæ virilis Fiduciæ lege acceperant Altissiodoren. Comitatum, Ludouicus XI. restituit vrbi ac territorio pristinam Iurisdictionem, eóque in territorio Donziacum nominatim complexus est. Præclaris Codicillis Ianuar. Mens. an. 1476. qui in Senatu promulgati fuêre sexto Iduum Martiar. seq. Regiæ huic liti simul interuenit Antissiodoren. Pontifex, querulo libello de clientelari iure officióque, quòd à Donziacis Baronibus Pontificatui debebatur, ipsa re violato ac prærepto, si Baronatus vniretur. Niuernensis enim Ducatus *Pariatúsque* Regem vnum patronum agnoscebat, tanquam regij purè beneficij prædium: Cui si Baronia coniungeretur, futurum

Baronnie de Donzy.

Die 17. Iulij. an. 1347. erectio Comitatus Niuernen. in titulum & dignitatem de Pair de France, fauore Ludouici de Flandres, & Margaretæ de France, matris.

Ioannes de Burgundia, Niuerni Comes.

De subditis Parii Franciæ, immediatè appellantibus Curiam Parium, seu Parlamentum Parisiense.

Bailliage Royal d'Auxerre.

Die 23. Iun. 1378.

Pace Attrebatensi an. 1435. Auxerrensis Comitatus à Rege datur Philippo Burgundiæ Duci, & masculis eius hæredibus.

Rescripti publicatio in Curia, die 10. Mart. an. 1476.

erat,ab inseparabili fundorum nexu,vt Regium in feudum ac patrocinium fundus vterque transferretur. Pendet hæc pro Rostris controuersia. Inter moras, cùm Antissiodoren. Prouinciæ Mos scriptus emendaretur,Triumviri eius emendatores pronuntiarunt,Donziacum populum eadem Consuetudine teneri, an. 1561. A qua Triumvirum sententia Dux prouocat supremam Curiam. Quùm autem de superiori etiam Baroniæ Dominio contenderet cum Episcopo illo Procurator Fisci,ex Campano Comitatu,vindiciaria addicitur possessio Niuernensi Duci,Baroni Donziaco. Arestis Natalitiis,seu quæ conspicua purpura Curiæ Præses Max.recitauit Pridianis Diebus Natalis Christi, an. 1568. Versa vice, Senatus fiduciariam decreuit Antissiodori Foro notionem regiarum causarum Donziacos inter Municipes ipsos: donec summa prouocationum ad idem Tribunal quæstio dirimeretur. Bino Aresto,postridie Iduum Sextilium, an. 1581. & 15. Kalend.Iunias an.1604. Alteram huic subnecto controuersiam de Gerberiaco Prodominatu. Bellouacorum quondam Præsul emit Gerberiacum, & in Episcopatus iura redegit,vt quisquis Episcopus,idem esset Prodominus,ac indiuiduo fidelitatis in Regem sacramento rogaretur. Verùm in reformanda Ambianorum municipum Consuetudine,intendit obnixè Regius actor,nil obesse emptitij Prodominatus vnionem cum Bellouacen. Episcopatu,Patritiali Franciæ, quo minùs Gerberiaci populares, Ambianorum subessent tum Moribus patriis, tum Iurisdictioni.Id Principem arcani intimíque Consilij decreto statuisse Cathalaunis,X I. Kal. Iunias,an. 1502. Vt Gerberianæ scilicet, Monstroliensi, & Hisdinensi regiunculis iura daret Ambianorum Præfectus, ceu superior Prouinciæ Præses. Quin & Bellouacensis Antistes præsto fuit Ambianis Ordinum Comitiis de reponenda Municipij Lege habitis, an. 1507. Quo anno communibus suffragiis probatum ferunt Quaternionem peculiarium Morum Gerberiaci territorij. E diuersò autem,præfractè disserit Episcopus,antiqua iam illa Gerberiaci dominatus copula cum Patritiali Bellouacorum Præsulatu & Comitatu, vnum corpus idemque conflatum videri: nec Gerberiacum,Patritialis instar dynastiæ,superiori Iuridico alij parere cogi,quàm Senatui Lutetiano,Patritiorum Franciæ Iudici. Ex sacro Rescripto ad preces Bellouacen. Hierarchæ, Octob. Mens. an. 1552. Quo quidem, PATRIBVS.C. probato,Decemb.Luce 23.seq. statutum fuit, Gallici cuiusque Patritiatus,Bellouacorum nominatim, iura ac prærogatiuas nihilùm minui noua tùm Præsidalis fori Ambianorum institutione.Id quod Aulici etiam Prætorij Decreto stabilitum est,3. Nonas Septemb. an. vertente. Nec diuersum vtiquè gemino S.C.Parisien.decisum ex appellatoria lite Episcopi propalàm acta,Quarto Idus Decemb. an.1557. in Ambianos,& Sexto Iduum Februar. 1600. in Bellouacos Magistratus præsidales. Vrgente imprimis patrium istud regiorum Iudicum Collegium Pontifice,Principis Codicillis Pridie Idus Decemb. an.1596. quos Ornatiss. Curiæ probandos curarat Decimo Kalend. Iunias. 1597. Ac de Iuridico vtrque imperio hactenùs. Prouinciali verò Ambianorum Lege eximatur necne Gerberiacum territorium, quasi alienæ Bellouacorum Regioni coadunatum, superest etiamdùm quæstio, ac tot mortalium controuersia,immortalis protrahitur in hoc vsque æuum.De vtraque Vnione prædicta, Donziaci cum Nouioduno ad Ligerim,& Gerberiaci cum Bellouacis, vide nouum Codicem Legum Antissiodoren.& Ambianarum.

Commissi à Rege Consuetudinum Municipalium reformatores.

Arestum *de maintenue prouisionale au Duc de Neuers, Baron de Donzy.*

Decretum prouisionale in magna Camera *sur Appoincté au Conseil* Die 14 Aug.1581.*d'escrire & produire sur le debat du ressort par appel de Denzy pretendu par les Iuges d'Auxerre.* Atque his interim regiorũ casuum cognitio adiudicata. Alterum Arestum *en plaidant du Roolle de Champagne*, die 18. Maij 1604 *par Mentelon pour le Duc de Neuers appellant, & Bessant pour les Iuges d'Auxerre, touchant la conuocation & tenue du Ban & Arriere ban des Nobles de la Baronnie de Denzy.*

Vidame de Gerberoy.

Arestum priuati Consilij Regis, die 22 Maij,an. 1502. *que Gerberoy, Menstreul & Hesdin* subiicerentur Bailliuo Ambianensi.

Cayer des Coustumes locales du Vidame de Gerberoy.

Arestum intimi & arcani Consilij regij die 3.Septemb.1553.

Placita Curiæ *en plaidant*, pro Cardinali Castillioneo, Bellouacorum Præsule, die 10. Decem. 1557. Et pro Ren. Potiero, Episc. die 8. Febr. 1600.

Patentes regiæ, die 12. Decemb.1596. Verificatæ in Curia, die 23. Maij 1597

SINGVLA isthæc sanè de priuatorum fortunis. Ast in Principali patrimonio, 10 longè receditur ab hoc tractatu. Nam sanctius Regaléque DOMINIVM, trahit adamantina quadam vi, arctissiméque sibi colligat inferiora prædia, quo iure, quo titulo Principi quæsita sint: Dummodò annui ipsorum prouentus iisdem paginis Ratiociniorum inserti fuerint decennio continuo. Genabum, Aureliorum oppidum transiit in *Rem Dominicam* pacta cessione ab Hermiero *de Gien*, & Matliulde vxore, Tornadorensi Comite, Nouioduni ad Ligerim, & Antissiodorensi, cum Philippo 2.rege, in feudorum suorum redemptionem caducorum, quæ ab eodem Rege patrono coniugibus luenda erant. Ita Regiæ Coronæ accessit Præpositura S. Iangonis, in finibus Belgicæ Campaniæ, empta à Karolo 5.de Petro cognomine Domino, venditore, an. 1379. Ille etiam verè augustus Paterfamiliâs auxerat antea publicum Regiúmque Canonem Creillo, agri Claromontani in

Gien cedde au Roy pour le rachapt des fiefs, à luy deu.

Mahaut Comtesse de Tonnerre, Neuers, & Auxerre.

La Preuosté de S. Iangon.

Creil venditum à Regina Bohemiæ, die 7. Aug. an. 1374.

in Bellouacis oppidulo, numerata pecunia Beatrici Borboniæ Bohemorum Reginæ, 7. Idus Sextiles, an. 1374. Vt premam silentio Colummerij acquisitionem, Creciaci, & Creuecordis, Regi ipsi donatorum à Blanca Aureliorum Duce amita sua. Rursus Karoli 5. filio Regi transcripsit Borbonius Dux suum qualecunque ius in Creillum oppidum Castri-Chinonij permutatione, an. 1394. Haud aliter Castrum-Heraldi, Pictauorum, videtur Regio Fisco cessisse abhinc annum 1481. quo Karolus Andium & Cenomanorum Princeps eum Procomitatum supremis tabulis legarit Lodoico XI. Regi. At nihilo seciùs Rex successor, testatoris hæredibus indulsit Borboniis, liberè vt fruerentur Castri-Heraldi Sub Comitatu: Donec Burbonensis Dux postremus, è viuis excesserit. Rescripto Kal. Quintilibus, & XI. Kal. Apriles, an. 1491.

Colummiers en Brie, Crecy, & Creuecœur.
Vn droict sur Creil eschangé auec Chastel-Chinon.
Vicomté de Chastelleraut.
Borbonius enim vxorē habebat Armeniacam Ludouicæ Andegauæ filiā, sororis huius testatoris.
Patentes du premier Iuillet, & die 22. Mart. an. 1491.

11 In proposito, Vilhelmus Cuneus percunctatur, nûm ampliatis Regni terminis, Prouincia eidem addita, Regiis subdita sit Sanctionibus. Subditam videri respondet in l. Si conuenerit. §. si nuda. ff. De pignerat. act. Bartolus inibi rem ita dirimit: Castro accessoriè Comitatui adiecto, vnum corpus omninò conflari, iisdémque regulis, quibus Comitatus, tractandum. Si verò non adiiciatur tacita quadam accessione, vtpotè, Franco Regi (inſit) Comitatus Tholosas datus, Regno neutiquam adunari. Quò spectant Benedicti scripta, (ad cap. Raynutius,) de vnione Tholosani Comitatus cum Francico regno.

Guillelmus *de Cugno*, Iuris Cæsarei scriptor.

Bened. in cap Raynutius De testam In ver. & vxorem nomine Adelasiā Num. 1058. ait, Tholosani Comitatus vnctione cū Gallica Corona, minimè extincta fuisse priora illius priuilegia
Comté de Tholose.

12 Sed in contrarium me vocat duplex ratio. Prior, quia Raymundus Tholosatium Comes non modò dotalem prærogauit Comitatum Alphonso geneto, D. Ludouici fratri: Verùm & sine prole obeuntibus his nuncupatim cauit de eo in Fiscum Principis referendo. Sequitur ergo, Regiæ dignitati adscriptum fuisse & destinatum, non personæ ipsi regnanti. Scæuolæ leg. Annua. §. Attia. De Annu. leg. Papiniani l. Ciuibus. De reb. dub. cap. Requisisti. De testam. Regio autem Solio attributa, manant ad vniuersos Solij insessores ac possessores, cap. Quoniam Abbas. De offic. deleg. cap. Si gratiosè. De Rescript. Apud Bonifacium 8. l. Proponebatur. ff. De iudic. Imò & ante Raymundi donationem, Tholosates iam erant in publicum commissi, ob Albiorum hæresim, cuius Raymundus dux, ac propugnator extitit acerrimus. Qua de Albiorum hæresim apud Tholosates, Innocentius 3. P. cap. In causis. De Elect. Alexander. 3. cap. 10. cuius initium est. *In partibus Tholosæ damnosa hæresis &c.* Tit. De hæret. Ac secundùm Alexandrum, Innocentius ille, cap. quantùm Ecclesia Eod. tit. In antiquis Decretalium Epistol. Collectionibus (præter vulgò formis impressas) quæ recèns recognitæ editæque, Gregorio 13. Pontif. nuncupantur. Eapropter Regio iure opibúsque subnixus Montfortensis bellum gerit aduersus Raymundum ex Hispania reducem cum auxiliaribus militum copiis, & aduersus Heluios Albæ ciues, an. 1216. Altera ratio confusionis Tholosatum cum Principali Domanio. Tersinum nempè Karolus Magn. Tholosæ Comitem creauit, Gotthis profligatis, quorum Tholosa, Regia fuit, primitùs Regi Gotthorum Vvalliæ à Constantio Cæs., cum tota Aquitania, pacto adsignata. Vt ait Paul. Diaconus. Itaque à Magni temporibus, Tholosa, Gallici Sceptri beneficiaria facta, rediisset ipso iure ad Principem, deficientibus postremi Comitis liberis, perinde ac lege donationis Comitatus, quæ in deficientium conditionem liberorum conferebatur. Vtcunque fuerit, rerum euentus patefecit reuersionem hanc & consolidationem Comitatus, qui in hanc vsque lucem, coniunctissimè retinetur à Principe: cæteris interim Regulis, Tholosani, *Paris* Francici munere defungentibus in sacra Regum inauguratione Rhemensi. Ad Raymundum illum Tholosatem rescripsit Innocentius 3. cap. Super quibusdam. De verb. signif. Porrò (vt institutum repetam) in externis Regnis, dempta Gallia, Ducatus Regno adiunctus non confunditur, cum Regio diademate, nisi id sigillatim expressum sit. Vnde si Rex ius dicat, quasi Dux, ab eo prouocatur ad ordinarium Duce ipso superiorem, nulla istic Regiæ dignitatis ratione habita. Barthol. ad l. Si quando. Cod. De appellat. Sic Francisco Ripæ I.C., de Insubrum Ducatu, placuit, qui Gallis regibus pridem accesserat: eum nempè Ducatum suis indigenisque regi, non Gallicæ Legibus Monarchiæ cap. 21. lib. 1. Responsor. Nec diuersum de Subalpina Astæ Coloniæ regiuncula censuit Anton. Sola, Allobrogicar. Constitu-

Mōtisfortis Comes, armatus contra Albigesios hæreticos.

Qui antè Gothicani, nunc Occitani vocantur.

Aimoynus tamen De Gest. Franc. lib. 1. cap 22. scribit, Clodoueum 1. Regem, victis Gothis, Tholosam subegisse, ac inde Alarici thesauros auferentem, Angolismos properasse. Cuius vrbis murus diuinitùs ruens, latū iter venienti Regi patefecerit.

Regum coronationi, quæ Rhemis fieri solet, adesse debent Franciæ Pares, vel Magnates eos repræsentantes.

Ludouicus 12. & Franciscus 1 Reges Mediolani Duces. Astēsis Comitatus, in radicibus Alpiū.

De Portugalliæ cõiunctione cum Regno Castellæ, Historicus extat Liber Hieron. Conestagij, editus an. 1602.
Rolland. à Valle, Senator Montisferrati, patritius Casalensis. an. 1561.
Octauian. Cacheranus, Ozasci dominus.

tionum scholiastes, ipsam, licet Alpinarum gentium Principi nuper quæsita esset, antiquum Comitatus titulum, suáque peculiaria iura seruare, nec cum Principatu illô cõfusim permisceri. Iuxta Bartoli dictata ad leg. 18. ff. De pignerat. act. Cuius & sententiam passim receptam probat Rollandus Valla, Quæst. 85. Statuti de Lucro dotium. Aliter tamen de nouo Astensi Municipio pronuntiatum, refert Cacheranus in summa Augustæ Taurinorum Curia Præses, ab eáque decretum, populares Astæ Coloniæ lites, Subalpino Principatui nexæ, iisdem cum eo Fori Institutis regulísque definiri. In Pedemont. Decision. 22.

Hic Philippus 1. regnabat an. 1080.
Alenconius Ducatus, *composé des Vicomtez d'Alençon, Dampfront, Argenten, Exines, Verneul, Monstreul, Bernay, Alençon en Contentin, S. Siluyn, & le Thuit.*
Comtez d'Alençon & du Perche.
Franciscus *de Ripa* I.C.

13 De Alenconio Ducatu, haud impar historiæ fructus. Donauit Helia soror, hæréſque Roberti Comitis Alenconij, in hæc verba, *Alencium, & Alencenesium Philippo Regi, & eius hæredibus.* Ex facto agitatum est, confusus foret nécne ea donatione, Comitatus cum Augusto Philippi 1. patrimonio. Dubium erat, quia datum Philippo, nomine proprio, & Philippi hæredibus, non quasi Regio diademati, ad confusionem patrimoniorum inducendam. Vt perbellè distinxit Bartolus, personæne, an dignitati tributa donatio censeatur. In l. Ciuibus. ff. De reb. dub. Can. Pontifices. Causa. 12. quæst. 3. Genus autem donatrix illa ducebat à Roberto Rotrodo, Vilelmo Taluatio, aliisque Perticensibus Regulis, Rollonis Ducúmque Normanorum stirpe (cuius hæreditarij erant tot Principatus.) Qua de stirpe Alenconiorum Comitum, & Perticensium facta commemoratio est à Vilhelmo Monumetensi, & Sigeberto, in Chronic. Ideóque Francisc. Ripensis consultus respondit, sorores hęredes Karoli vltimi Ducis Alenconij (qui obiit an. 1524.) lege vocatas ad Alenconij Ducatus successionem, posthabito Regio Fisco: Quia Alenconium feudum origine fœmineum esset, in mulieres transitorium hęreditario iure. Lib. 1. Respons. iuxta cap. 1. De natura success. feud. Sed huic opinioni minimè assentior. Nam lapsu temporis liquidò patuit donatarij hæredúmque voluntas, Alenconium, & Perticensem Vnellorum dominatus Regio sacrandi patrimonio. In primo enim Alenconiensi Panagio, quod Ludouicus 9. donatarij abnepos in Petrum filium contulit, cautio legitur huiusmodi. QVÒD SI FORTÈ CONTINGERET, EVNDEM FILIVM NOSTRVM, VEL HÆREDES SVOS, SINE HÆREDE EX SVO CORPORE, DECEDERE, PRÆDICTA OMNIA AD HÆREDEM SEV SVCCESSOREM NOSTRVM (QVICVNQVE PRO TEMPORE REGNVM FRANCIÆ TENVERIT) LIBERÈ REVERTANTVR. an. 1268. Atqui restitutionis conditio euenit, cùm Petrus, fiduciarius possessor, rebus humanis exemptus sit, nulla prorsus sobole superstite. Proin ditiones vniuersæ, tanquam *Rei Dominicæ* fundi, ad Principem reuoluuntur. Rursus Alenconium Valesiæ genti traditur à posteris Regibus fiduciaria lege. Vtputà à Philippo Pulchro, fratri natu minori Karolo Valesiorum Comiti. Tum à Philippo 6. rege, Carolo fratri: De quo à Nobis suprascriptum est Tit. 3. Artic. penult. Sublato igitur vltimo masculo, veriùs dicitur, Alenconium esse Fisci patrimoniale: vt ostendimus ibidem, exitus acta probauit.

Licet Alenconium origine fœmineum fuerit, cuiusmodi in feuda fœminæ succedunt, vel in feuda nummis comparata, aut remuneratoria. cap. 1. Quemadm. feud. ad fil. pertinent. Odoffr. in Sum. Qui feud. dar. poss. Non tamẽ in feuda, quæ semel in regij Patrimonij formam redacta sunt, ex Lege Regni.

S. Dizier.
Vignery.
Principatus *d'Orenge*, competens Guilelmo *de Chaalon*, sub feudo superiori Comitatus Prouinciæ.
Die 6. Augusti 1436.

14 Nec ambigitur vtique, Karolum 6. Regem emisse Sanctodiserium, Campaniæ oppidum, & Vignoricum, in Campanis finibus Chaumontis Bassignei. Qua ex tempestate, oppidum illud redactum est in formam publici Patrimonij sic, vt bina iam fermè annorum centuria, solis Regibus dominis paruerit. Longè etiam credibilius de Aurayco Principatu, id quod Monumentis est proditum. Renatus Andium Dux venundedit Vilhelmo Cabilonensi, Aurayco Principi, clientelare ius superius, quod illi in Auraycos Regulos competebat, ab suo Massiliensis Prouinciæ Comitatu. Tabulis 8. Idus Sextiles, an. 1436. testibus condicti in id pretij 15. millium libellarum Francic. Postmodum ius istud *Feudarium* emptor transcripsit Ludouico XI. Regi quadragies millibus numûm aureorum, quibus ille bello captus ab hoste redimeretur. Ecquid inde Rex? Acquisita sanxit perenni DOMANII lege, quî cum ea iura emptionibus commixta erant, & Arausionem, olim Secundanorum coloniam (hodie *Aurengiam*) submisit Delphinatibus Allobrogum, Gallicæ Monarchiæ, an. 1475. His consequenter, Ianus Cabilonensis Vilhelmi, filius Rei fidem obstrinxit clientelari sacramento, 7. Iduum Decemb. an. prædicto. Ex Archiis Cameræ Delphinalium Ratiociniorum.

Arausio, Secundanorum Colonia, apud Pompon. Melam.
Die 7. Decemb. an. 1475.

rum. Sed Ianus dehinc perduellionis reus mulctatus est Aurayco Principatu, eáque ditio Viennensis Delphini patrimonio iuncta: S.C. Gratianopolitano. Denique PATRES CONSCRIPTI apud Aquas Sextias in Phocensi Prouincia, Regi adiudicarunt Principatum in contumacem eius dominum, qui euocanti illi in militiam, Edicto publico clientes Coronæ beneficiarios, præsto adesse recusarit. an. 1543.

Arestum Parlamenti d'Ayx en Prouence. Feudatarij, regio Banno & Retrobano ad bellũ vocati.

15 VASTINENSIS necnon, seu Gastinensium ager priuata fuit quondam ditio Fulconis Rechini ipsorum Comitis. Belligerante autem eo in Gottofredum Barbatum fratrem, Andium Comitem, Vastinenses possessiones Gallico Sceptro cessêre donatione Fulconis: quòd nulla Rex Gottofredo hosti armorum tulisset subsidia: an. 1060. Vt est apud Aimoynum, De reb. gest. Franc. lib. 5. cap. 47. Fulconis illius Rechini, & Comitis feminæ. Vastinensis meminit Yuo Carnutum pontifex, in Epist. 212. ad Rodulphum Rhemorum Archipræsulem, adiecto etiam præconio Gottofredi *Grisætunicæ*, & Fulconis Andegauiæ Comitis.

Pais de Gastinois.

Comtesse de Gastinois.

Geoffroy Grisegonnelle.

16 HAVD leuiùs Ambœsia, Turonum, relata est in corpus publici patrimonij, commutatione aliorum fundorum inita cum Karolo 7. Rege: Tametsi illa priùs à Sulpitio, Hugone, Ingelgerio, aliisque Ambœsiis proceribus priuata teneretur hæreditas. Quos quidem Ambœsiæ familiæ Magnates prædicat Robertus Abba Montis, in calce Supplementi Chronicõn. Idem planè de Turonensi regione tota constituendum. Principio quidem Ingelgerius Andium Dynasta, filius Tertulli, Turonensem Præfecturam sumpsit à Principe. Sed processu temporum, hæc Prouinciola in ius Andegauum Regulorum adscita est, partim Heroïde Turonica vxore ducta, partim Theobaldi Carnutum Comitis cessione, qui acie captus, Gottofredo Andegauo Turonas, redemptionis pretium dedit. Translata demùm ad Francici Imperij fasces (iis acquirendi modis, quos pleniùs infrà) confusim admiscetur Prædiis Dominicis: ita, vt Regiæ sensim fiduciæ lege tradita sit Philippo Audaci, Iani Regis filio (antequàm Burgundiæ Panagium assequeretur) tum Ludouico 1. Andegauensium Duci, die 4. Febr. an. 1366. Ad extremum, Ludouico fratri Karoli sexti.

Amboise.

Touraine.

De his, Andegauorum Annales.

Philippus *le Hardy*, Dux Burgundiæ.

17 PORRO non de Gallis tantùm, sed de Siculis etiam Regibus scriptum est, Baronatum qui Siculo Regi obuenerit, in posterum ab eo possideri, non tanquam Barone, sed tanquam Rege, Sacróque Patrimonio ita esse commixtum, vt minimè exhinc dicatur Baroniæ feudum, nisi à Rege postea alteri concedatur. Neapolitana Constitut. 21. & Matthæus ibidem. Rursus, ediuersò, si immune prædium, nullóque laudatum auctore, iungatur beneficiario alteri, aut vectigali; vtrunque fit beneficiarium, aut vectigalis nomine obnoxium: nisi *alodiale* illud, seorsùm ab isto separatimque detentum sit. Bald. in Consil. 195. Part. 3. in cap. Vasallus. Si de feud. fuer. controuers. Et in l. 1. ϖ. De rer. diuis.

Fundus alodialis feudali vel censuali adiunctus.

18 EXCIPITVR tamen à confusionis lege casus sequens, si in accessione fundi pacto placuit, ne fundus alteri coadunetur. Vnum è multis proposuisse contentus ero. Humbertus Viennensium Delphinus legem dixit in traditione Delphinatium Regi Galliæ, ciúsque primigenio, ne Delphinates Regno possent vniri, nisi fortè Romanum Imperium cum Regno iungeretur. April. Mens. an. 1343. & 1349. Discretum inde, ac disparatum hoc à Francica Ditione Territorium Delphinale perhibet Gratianopolitanus senator Francis. Marcus, in Decision. 360. & seq. Parte 2. Quam dehinc in sententiam pedibus iêre Francis. Ripensis, lib. 1. Responsor. cap. 21. Et Francis. Claperius, apud Aquas Sextias Ratiociniorum Magister, Phocensis prouinciæ, in Centuriis causar. Fiscalium. Eapropter conditas primariæ Pactioni leges, cautionisque fidem impleri oportet, ac priorem Iuris coniecturam, testatio contrariæ voluntatis excludit. Responso Pauli I.C. l. Si filiusfamilias, Ad Macedon. Quòd si illam Delphinatium conuentionem Cosmas Guimerius in memoriam reduxisset, haud ita ambiguè fuisset interpretatus dictionem hanc, *Delphinatum*, in procemio Pragmaticæ Francorum sanctionis. Non idcircò enim, quia Allobrogum Delphinatus primogenito destinatur, minùs Regni pars existit: Cùm Reges plerique liberis orbi, nihilo seciùs dominentur Viennensi regioni. Quibus accedit, natu maximum filium, patre viuo, Regem quodammodò nuncupari. Epistola D. Cypriani ad Iubianum.

Dauphiné.

Scribunt isti, Delphinatum, Ducatum Mediolani, & Prouinciæ adeo Comitatum, qui ad Francum regẽ peruenerint principaliter, & vt his per se stantibus Rex dominaretur, nec modò tanquam Rex, sed vt Dux, Comes, & Delphinus, non autem accessoriè vniti sint, suis regi Legibus & Statutis, non Regni Frãcici. Multiplex certè titulorũ præscriptio Regiis inseritur ad Municipes illos Rescriptis: vt in Concordatis Bononien. an. 1516. Delphinatium populares iam olim in

Fiscum regiũ obligantur nummariæ pensitationi annuæ 17500. Florenorum.

Can. quàm periculosum. 7. quæst. 1. Atque adeò Gallis, Britannisque morem inoleuisse, notat Baldus, vti primigenius, sospite patre Rex vocetur: Ad leg. Cùm antiquioribus. Cod. De iur. deliber.

Tholosanorum Priuilegia, *selon leur ancienne Charte Raymondine.*

SVBEST etiam alia ab Vnionum lege exceptio, exemptio. Ponamus enim, 19 Comitatum Fiscali patrimonio adplicari confusione redituum vtriusque fundi. Manent certè subditorum iura ac priuilegia, ipsis antiquitùs irrogata: Præsertim, si ita Vnionis formula sit actum. In Tholosatum vnione, de tribus conuentum est cum Principe, vt Regij tantùm stemmatis Prætoribus prouincia hæc decerneretur: Ne Indictiones populo imponerentur, nisi patrio Conuentu priùs habito déque omnium Ordinum sententia: Vt veteres denique Municipum immunitates seruarentur, vnà cum scripto Iure communi. Priuilegia autem, quæ in vim contractus transiêre, vel subditis tùm concessa, quùm sese Domino subiecerint, non possunt in irritum reuocari. Baldus ad l. Qui se patris. Cod. Vnde lib. Et Ozascus Subalpini Senatus Præses, in Decis. Pedemontana 139. de Ricardo Crescentinorum Comitatus successore, in Alpinis iisce regionibus. Postremò habent Tholosates sui Municipij Mores proprios, quos Latinè scriptis mandatos, Princeps, paucis exceptis, probauit: an. 1285. Eorum tamen Scholiastes ait, capita multa contrario Populi vsu exoleuisse. Massiliensis itidem Prouincia Francico Sceptro copulata est, nuncupatis à Carolo 8. Rege conditionibus, ne popularis Ordinum singulorum libertas immunitásque vllatenùs minueretur. Bino Rescripto, à Nobis alibi fusiùs excusso: quod Franciscus 1. Rex ratum habuit, Epistola aperta Mens. April. an. 1515. Ac totam adeo regiæ Vnionis seriem horum Prouinciæ Phocensis, & Forcalquerij Comitatuum descripsit Francis. Claperius, Aquensis Rationalium Curiæ Magistratus, In Caus. 1. Quæst. 1. suæ Centuriæ causarum Fiscalium, eadem in Curia summa decisarum.

Parlamentum *de Thurin, en Piedmont.*

Sacræ Politiæ forẽsis Lib. 3. Tit. 6. Art. 8. Et infr. Lib. 3. Tit. 6. Art. 18.

Tit. VII.

DE BONIS DAMNATORVM.

1 *Bona publicata, à Fisco deponenda, nisi feuda sine intermedio à Principe manantia sint.*
Bonorum Vnioni regia possessio decennis exæquatur.

2 *Confiscationis odium,* DOMANII *crescentis fauore mitigari.*
Alexandri Seueri, Adriani, Antonini, Trajani, in confiscationibus bonorum, moderatio.

3 *Publicationes bonorum variæ: vt Meulantij oppidi,*
Aruenia,
Duensis Comitatus, Normanici: Concressauti *Biturigum.*
Ciurayi, in Pictonibus,
Iarnaci, & Castrinoui partis, in Angolismis,
Alenconiæ, & Perticensis ditionum,
Pontiuensium,
Lemouicum, Angolismorum, Pictauensium, Guyennæ *Vasconum, & Agennensium.*

4 *Petragorici Comitatus confiscatio, & historia.*

5 *Publicatio bonorum Petri Druydis, item & Belesmiæ arcis, S. Iamæ Beuuroniæ,*
Brayi ad Sequanam, & Monsterioli cessio.
Blesensis Comitatus, Carnutum, Sacricæsaris, & Castriduni vnio.

6 *Angolismorum publicatio, & historia.*

7 *Comitatus Marchiæ confiscatio, & historia.*

8 *Borboniæ ditionis confiscatio.*
Manlij Capitolini perduellis, & aliorum Romanorum pœna.
Valerij Publicolæ, & Athenarum leges.

9 *Andium in Comitem confiscatio, & historia,*

10 Insulæ

10 *Insulæ Iordanæ Comitatus confiscatio duplex.*
11 *Salutiani Marchionatus confiscatio.*
12 *Confiscationem prædij communis, ad insontis partem non extendi.*
13 *Mariti bonorum confiscatione, non contineri partem vxoriam Communitatis rerum coniugalis.*
Non dotem, non propter nuptias donationem.
Aurea Bulla Imperialis. *Romuli lex.*
14 *Philippi Pulchri Constitutio in mulierum gratiam.*
Fœminas quondam, virorum pœnæ participes fuisse.
15 *Legis, Quisquis. C. Ad L. Iul. Maiest. occasio.*
Confiscationis lex apud Scotos, nullam vxoris, liberorum, creditorum confiscati rationem habens.
Macedonum vetus, in perduellium propinquos, Lex, ab Alexandro sublata.
16 *Primatum vrbis crimine, singulos ciues non plectendos.*
17 *Maiestatis capite primo, confiscari omnia bona, etiam substitutioni obnoxia.*
De Estrayerijs.
Regem substitutis in bona perduellis anteferri.
Principis cum Monpenserio Duce transactio de bonis Domus Borboniæ.

1 DEINCEPS, vt erat propositum, de bonorum publicatione dicatur. Ea namque, DOMANIVM vltimo loco constituimus. Principi quidem confiscata, eius olim rei priuatæ quærebantur. Imperiali leg. 3. De iur. Fisc. In Cod. Theodos. Quod pariter notat Iulianus Cæs. in Epistol. suis Græcis. Gallica itidem Philip. 4. Sanctione, Rex tenetur, Fisco addicta de manibus deponere, emancipare: Febr. Mens. an. 1303. Sed hoc ita, nisi res fuerint, regij Fisci ἀμέσως puréque beneficiariæ, eidem commissæ ex maleficio. Quo casu, ipsi adunantur iterum, tanquam superiori feudo, & in Regiæ Coronæ corpus referuntur. Prædia autem, quæ in patroni inferioris clientela proxima sint, eius Fisco adplicantur, alteriúsve Iuridici domini, non regio, præterquàm in crimine Maiestatis. Specul. in Tit. De Feud. vers. 40. At Faber putat nil proponi, cur & in eiusmodi scelere, patronus idémque Iuridicus inferior, ius suum non debeat obtinere. In Authen. Bona damnatorum. C. de bon. proscript. Qua de quæstione Nos. infr. artic. vlt. & lib. 3. accuratiùs. Item etsi forsan priuatorum agri, qui ex delicto publicati sunt, purè nudéque pendeant à Regio Diademate, liberum est Principi eos distrahere, antequàm Regio Canoni sacrandos curarit ex ritu solenni. Eámque alienationem legibus firmam fixámque defendit Andreas Ysern. ad cap. Imperialem. §. Præterea Ducatus. De prohib. feudi alienat. Siculi planè simili Constitutione tenentur, à Friderico 2. Cæsare edita, in Tit. De reuoc. Feud. lib. 3. in cap. Constitutionem. Ysern. ad cap. 1. De iis qui feud. dar. poss. Nec diuersum Francico vsu receptum tradit Molineus, nec confiscata, huius DOMANIO Reipub. priùs accenseri, quàm expressim conuertantur in corpus publici Patrimonij. In Commentar. Parisien. Consuet. §. 30. num. 184. Congruit his Chasseneì sententia, Procuratorem CENSVS AVGVSTI, non tractare Fisco res addictas ex crimine, ante solennem ipsarum decretam cum Fiscalibus vnionem. In consuet. Ducatus Burgund. Tit. De confiscat. Sed hodie tali vnioni regia possessio decennis exæquatur. §. 2. & 13. Molinens. Edicti. Quinimò Philippina Lege, Mart. Mens. an. 1302. sanctè obtestatur Rex, nihil se intra Feudale Nobilium virorum, Antistitúmve territorium Fisco suo comparaturum: nisi vel exprompto ipsorum assensu, vel in Regij iuris sui tutelam necessariam. Id quod postea Ludou. Hutinus Philippi filius sigillatim pollicitus fuit Nouiodunensi ad Ligerim Comiti, ac Monasticis Præsulibus, Niuernen. Municipij. Epistola aperta Maio Mens. an. 1316. in hanc periodum. *In subditorum verò nostrorum feodis, vel quæ sint sub eorum mero imperio, nil penitus, præter eorum consensum, emptionis, vel alterius voluntarij contractus titulo deinceps acquiremus. Ea verò, quæ nobis ex forefacturis propter crimen læsæ Maiestatis, aut successionibus*

Feuda immediatè mouentia à Corona Franciæ.

Confiscationes bonorum pertinent ad dominum feudi, si & idem altus Iustitiarius sit, vel ad alium altum Iustitiarium.

Cõfiscata vel commissa Regi, non sunt de DOMANIO, antequàm DOMANIO incorporentur: licet proximè dependerent, & mouerentur à DOMANIO regio.

Phil. Pulchri Ordinatio, *Que d'oresnauãt il n'acquerra rien és fiefs des Barõs, Prelats, & Religieux, sans leur consentemẽt, si ce n'est chose appartenãt à son droict Royal, & si ne retiendra nouueaux adueux en leurs terres.*

Patentes regiæ Ludou. Hutini, super variis Capitibus politicis, ad supplicationem Comitis Niuernen.

quibuscunque ratione generis tantummodò, in eorum feodis, vel sub eorum Iurisdictione prouenire contingeret, retinere poterimus: Dum tamen domino feudi, vbi res est feudalis, deseruitorem, vel hominem sufficientem pro feodo tradamus, aut ei pro d. feudo recompensationem idoneam faciemus, &c.

Incorporatio feudorum, cum Domaniali Regis superiore.

2 QVANTÙMVIS porrò odiosa sit, ob crimen bonorum publicatio: fauorabiliter sanè amplectenda *Reünio*, & copulatio fundi clientelaris cum recto Principis DOMINIO. Ne nobis Alexandrum Seuerum Lampridius obiiciat, crebrò dantem in beneficiis, quæ famam eius non læderent, bona punitorum: At aurum, argentum, & gemmas semper in Ærarium, ad vsus Reipub. reponebat. Nam & antea Iul. Cæsar, parricidas bonis omnibus, reliquos dimidia parte mulctarat: quùm locupletes eò faciliùs scelere se obligare soliti essent, quòd integris patrimoniis exularent. Vt auctor est Tranquillus in Iulio, cap. 42. Adrianus vtique Imperator, proscriptorum liberis duodecimas bonorum concessit: Bonorum certè publicationes in totum non remisit. Ex Spartiano. Laudatus est dehinc Marcus Antoninus, quòd in causis compendij iudicans Fisco nunquam fauisset, teste Capitolino. Fiscum enim lienem esse aiebat Traianus, quo crescente, reliqui artus contabescant. Sed vsurpanda sunt hæc in ambiguis Fisci quæstionibus, in quibus non delinquit is, qui contra Fiscum responderit. Semel autem adiudicata Fisco, rata sunto: DOMANII fauore præsertim, cui non exiguum, vnione feudorum commissorum, incrementum accedit.

Marcus Philosophus Imp.

Comté de Meulant. Comté d'Eu en Normandie, & autres cófisquez sur Messire Raoul de Nesle, Connestable de France, prins & decapité en son Hostel de Nesle à Paris, pour grandes trahisons par luy confessees.
Ciuray.
De Creßy.
Concressault en Berry, Iuridica Sedes regia.
Prioratui *de Dampierre*, pendenti à Monasterio B. Sulpitij Biturigum, datus census 30. assium, pars censuum debitorum *à la Seigneurie de Concressault.*
Die 23. April. 1421.
Stuarti huius Comitis *de Boucan*, successor vẽdidit an. 1480. terrã *de Concressault* domino *du Mesnilpeny*. Cuius Anna filia eam distraxit Dn. *de Boucart*, an. 1548. Et hic deinde *à M. Lalemant*, huiusque nepos ipsa potitur. Vt Nos inf. lib. 2. tit penul. Art. 13.
Arestum regium *en la Cour, garnie des Pers*, in oppido *de Vendosme*, die 10. Oct. an. 1458. & die 2. Iulij in Parlamento Parisien. an. 1474.
Quod publicè recitatum fuit à Doriola Cancellario Frãciæ, in dicto Parlam. die 18 Iulij, eod. an.
Die 14. Maij, 1370.
Comte de Ponthieu, Limoges, Poictou, Agenois, & Guyenne, quondam Nouempopulaniæ pars, à nouem populis sic dictæ, Burdegalensibus, putà, Vasatibus, Conuenis, Auscis, Medulis, Bigerronibus, Tarbellis, Cõsuaranis, & Boiis.

3 SIC Francici Annales produnt, Gallerandum, Maiestatis damnatum, Fisco Regio commisisse Meulantium oppidum, Rege Errico 1. an. 1041. Vidum Comitem, Aruerniam, regnante Philippo 2. an. 1220. Rodulphum Nelleum, Duensem Comitatum in Normania, Ciurayum in Pictonibus, Iarnacum, & Castrinoui partem, in finibus Angolisinorum, an. 1352. Iano 2. Gallis imperante. Vt est apud Nicol. Ægidium, Franciæ Historiographum, & in Angolismen. Chronicis: secundùm Frossartis Nelleo coætanei scripta, Hist. lib. 1. cap. 153. Illum verò Meulantij oppidi Comitem narrat Yuo Carnutensis, vxorem ambiisse, Hugonis Crispeiensis Comitis filiam: Epist. 114. Ac Bituricus quidem *Concordiæ Saltus*, quem vocant, priuato competiit olim *Rosinello de Concorcellis*: qui vetere Charta an. 1239. Mens. April. erogauit Monastico Primati Damnepetræ Asses tricenos, annui solarij ex vectigalibus fundis suæ ipsius Ditionis amplissimæ. Ast hæc, posterorum scelere possessorum redacta est in Principis Fiscum: Donec Karolus 7. Rector Galliarum eandem Beraldo Stuarto largitus sit, copiarum Duci Scoto, Reique Gallicæ in Britannos hostes propugnatori strenuissimo. Authenticis Literis 9. Kalend. Maias an. 1421. donatori postmodùm Regi ratis probatisque Decembri Mens. An. 1425. Cuiusmodi præclaras eximij Muneris tabulas legi: præter ea, quæ Bituricis Ioh. Chaumelli Annalibus voluuntur, lib. 6. cap. *Du lieu & Chastel de Concressault*. Rursùs posteriori seculo, confiscatæ sunt Alenconia & Perticensis Ditiones nobilissimæ. Regio decreto Vindocinensi aduersus Ianum 2. Alenconium Ducem, perduellionis reum, 6. Idus Octob. ann. 1458. Altero item Parisien. Senatus Aresto, postridie Kalend. Sextiles, an. 1474. contra eundem, qui venia noxæ prioris abusus, in ea iterum impegerat. Qua de re Nos vberiùs infrà Tit. proximo. Sanè nusquam est insignior audita bonorum publicatio, quàm quæ in celeberrimo Gallicorum procerum cœtu à Rege pronuntiata in Britannos, cum bello lacessentes. Pridie Idus Maias, an. 1370. Britanni enim varias tùm occupabant Gallici Imperij beneficiique prouincias, Regio permissu, nec eo seciùs hostilem in modum armati indies per mediam Galliam grassabantur manu militari. His de causis, Princeps ciuili iudiciorum ordine redegit in Fiscum Anglicas possessiones, Belgicæ oræ & Aquitanæ. Exin postliminio reuersi in iura Coronæ Francorum, Pontiuenses Belgæ, Lemouices, Angolismi, Pictones, Agennenses Garitum, cum *Guyennia* Vasconum, seu Nouempopulaniæ parte. Vt constat veteri Tabulario Cameræ Ratiociniorum Parisien. & Frossarti Histor. lib. 1. cap. 246. 247. cum aliis quinque sequentibus. Antea necnon Philippus 4. Rex Fisco suo adplicarat Anglicas Vasconiæ possessiones, vulgari more iudiciario, nec prædictæ absimili causa: an. 1293. Ex secundo Curiæ Regesto, OLIM dicto.

MINÙS

4 MINVS probabile erat, Petragorici Comitatus commisso augeri DOMANIVM. Quippè Petrocorij, priuatus Rogerij dominatus, & Arcembaldi filij Comitum, an. 1344. De quibus nuncupatim Froßartes, Histor. volum. 1. cap 107. 108. & 250. At enim Arcambaldi filio capitis damnato, Princeps adscripsit Reipubl. Patrimonio Comitatum, an. 1396. Is deinde eo iure donatus regio fratri Ludouico, Aureliorum Duci fiduciario, *Appennagij* velut auctarium & supplementum, an. 1399.

Perigort.
Arcebaldus Rogerij filius tres habuit liberos, Arcembaldū, Leonoram, & Brunissantem filias, quarum posteri adhuc hodie petunt legitimam in Comitatu super fratre confiscato, apud Patres Parisien.

5 POSTQVAM coniurati Galliæ Reguli in Ludouicum 9. insurrexissent, ex iis vnus bonis mulctatus est Petrus Druys, vxorio nomine, citerioris Britanniæ Princeps. Castrensi iudicio Anceniaci coacto, an. 1230. Quin & rebus pacatis, ille cessit Belesmia arce, ac Fano Iamæ Beuuroniæ, in Regis gratiam, donationéque Andium & Cenomanorum, an. 1234. Eadem tempestate, Theobaldus Belgicæ Campaniæ Comes, qui inter duces partium illarum habebatur, dimisit Brayum ad Sequanam flumen, ac Monsteriolum oppidula, in rem vsúmque Sceptri perpetuum: vt perduellionis scelus leui hac iactura quadantenùs expiaret. Nic. Gillij testimonio, Gallicar. Rer. scriptoris, in Ludouico illo Rege. Sub id quoque tempus, Rex emit à Theobaldo feuda Blesensis Comitatus, Carnutum, Sacri-Cæsaris, & Subcomitatus Castriduni, præsenti pretio quadragies mille librarum Francicarum. Vt memorat Ioh. Ioynuilleus in vita D. Ludouici Regis, cap. 10. Brayum verò ad Sequanam oppidulum illud, in partem Nemorensis Ducatus, cum ipso, transcriptum fuit à Karolo 6. rege fiduciarium Nauarro regi Carolo 2. an. 1404. Mens. Iun. Sed in huius hęredem, pignerata ob æs alienum Ditio isthæc, auctionéque proscripta, addicitur pluris licenti Iano Aurelianen. notho à suprema Parisiorum Curia, 7. Idus Quintiles an. 1463. Indéque per Carolam Aurelianam, emptoris stirpem, deuoluitur ad Philippum Allobrogem, maritum, Comitem Geneuensem. Cuius etiamdùm Henricus nepos ex Iacobo filio Brayum liberè possidet. Senatorio nimirùm fretus Decreto 4. Iduum Decemb. an. 1533. secundùm auiam, in Regium cognitorem: Qui Fiscale prædium, temporaria velut Fiduciæ formula datum, pristinam in causam reuocare contendebat REI DOMINICÆ. Ast Nobis iam redeundum ad institutam Regij CANONIS amplificationem, priuatarum publicatione fortunarum.

Pierre de Dreux, dit Mauclerc, Dux Britanniæ.
Chasteau de Belesme. Sainčte Iame de Beuuron.
Bray sur Seine, & Mõstereau-Fautyonne.
Quod tamen Monsteriolum, antiqua Charta legi, Phil. Pulchro Regi quæsitum Permutatione cum Ditione *de Fay aux Loges*, data Nobili *Dauquoy*, Quam nunc tenet Dn. *de Poisieux.*
Les fiefs des Comtez de Blois, Chartres, Sancerre; & du Vicomté de Chasteaudun.
Ducatus *de Nemours composé de plusieurs annexes, Colummiers en Brie, Pont, Nogent & Bray sur Seine, S. Florentin, Larzicourt, Erny le Chastel, &c.*
Nemorosi Dux 1. Brayum obligauit Ludouico Aureliæ Duci pro 591. libellis Francic. Reditus annui Cuius ob arreragia debita, *Bray adiugé par decret de la Cour au Bastard d'Orleans*, die 9. Iul. 1463. Arestum *de Mainleuee de Bray sur Seine*, die 10. Decemb. 1533. *Nonobstant la reunion au Domaine par M. le Procur. General requise.*

6 HVIC enim Regulæ pariter accommodantur Engolismi. Nam Albonio quidem comiti Magnus Karolus Principatum istum confirmauit, recepta summi Imperij prærogatiua. Sed posterori ætate, Vidus Lusinianus Marchiæ Comes, qui ex Hugonis Brunni stemmate ortus erat, exussit tabulas fraterni testamenti: veritus, ne Princeps; qui à Vidi fratre Angolismorum Comite hæres nuncupatus fuerat, sibi opulentæ spem hæreditatis præriperet. Tum veritate detecta, Vidus publicatione bona sua amisit, an. 1302. Consecuta inde Angolismorum confusio vnióque cum CENSV REIPVBL. Vt est in manuscriptis Angolismens. Commentariis, & Libro, cui Titulus est, *Gesta Comitum Angolismensium*, nondùm in lucem edito. Alij verò tradunt, Vidonem illum Lusinianum postremo elogio hæredem instituisse Philippum Pulchrum Regem, huncque eo nomine actutùm iisse in possessionem Angolismensis Comitatus, an. 1307. Ex Francicis Gaguini Annalibus, & patria Angolismorum Historia Corlei, Regij Procuratoris in Præfectura Angolismensi. Vtvt sit, ditio isthæc in Fiscum illata est, eo rerum successu, vt Princeps nunc vtendam dederit fratris Hutini filiæ, ann. 1317. & 1323. nunc Carolo Hispano; Equitum Galliæ Magistro: tum, eo mortuo, Anglis mancipari foedere Britiniaco; anno 1360. Donec bino pòst lustro, Angolismi Britannis Iudicio adempti sunt, (vt suprà,) ann. 1370. & in Francicum ius arbitrúmque reuocari, obuenêre Ludouico Aureliæ Duci, fiduciaria Regis fratris donatione, anno millesimo trecentesimo nonagesimo secundo.

Angoumois.
Guy de Lusignan.
Francis. *de Corlieu.*
Rex Philippus Longus promisit Eudoni Burgundiæ Duci, *pour Ieanne sa niepce, fille du Roy Loys Hutin, 15. mille liures de terre, & 50 mille liu. d'argent content. Pour l'assiete de quoy il luy bailla le Comté d'Angoulesme. Et depuis en la mariant auec le Comte d'Eureux, il luy bailla ledit Comté, à certaines conditions de retour*, ann. 1317.

7 TANTVMDEM de Marchiæ Comitatu dicendum, Fiscalibus fundis iun-

Comté de la Marche, feudatarius Pictauensis Comitatus.

Regium Marchiani Comitatus Appennagium.

O miser Iacobe, Has pariter pœnas peccandi sola voluntas.

Arestum die 10. Iul. an. 1477. contra Iacob. Arminiacum, Ducem Nemorensem.

Literæ patentes die 1. Iul. & 11. Mart. an. 1491.

cto, ex eadem criminis specie, bonis Lusiniani confiscatis. Imò & longè antea in commissum incidisset Marchia, Pictonum beneficiaria, Hugone Comite fidei obsequium negante Alphonso, regio fratri, Pictonum Comiti fiduciario, nisi Hugo acie victus resipuisset, an. 1242. Vt nostrates Historici obseruarunt. Regiæ demùm Francicæ patrimonialis, Marchia traditur Carolo Pulchro fiduciæ lege, an. 1307. Karolus autem Regnum adeptus, Marchiam permutat cum Claromonte Bellouacorum, primario regiæ Boiorum stirpis Panagio, an. 1327. Hinc deuoluta ad Iacobum Borbonium Marchiæ Regulum. Ex cuius Leonora filia satus Iacob. Armeniacus capite luit perduellis, cunctis opibus, cum Marchia, Fisco vindicatis. Lutetianæ Curiæ decreto 6. Idus Quintiles, an. 1477. Cedò, quî factum igitur, vt Marchia redierit ad Duces Borbonios, vnde priùs emanarat? Scilicet Armeniaci filia vafro consilio, nuptum datur Boiorum Duci, in Aula gratiosissimo, qui nouum Marchiæ munus obtinuit à Principe. Septemb. Mense an. 1477. Borbonij denique opera, Armeniaci liberi omnes bonis restituti. Diplomate Cal. Iuliis, & 11. Cal. April. an. 1491. Quam in bona restitutionem memoria repetenti, venit in mentem Persarum consuetudo: Si quis Magnatum à Rege defecisset, eo sublato, liberis paternas facultates remitti, condonari. Vt Herodotus narrat lib. 3. Ita Diuus Marcus filiis Cassij damnati maiorem partem reddidit paternarum opum, mares etiam auro adiuuans, Alexandriam filiam ornamentis.

De Charles dernier Duc de Bourbon.

Arestum Curiæ die 27. Iul. an. 1527.

8 ECQVID porrò de Borbonia ipsa Ditione Procerum prædictorum? Carolus Boiorum Dux vltimus, damnatus Maiestatis, fortunis omnibus mulctatur, gentilitiis maiorum Insignibus exuitur, exauctoratur, erasis vbique titulis, abolitáque memoria. Decreto Patrum Parisien. 6. Cal. Sextiles an. 1527. Sic propemodùm, apud Iuuenalem,

——Seianus quùm ducitur vnco,
Descendunt statuæ, restémque sequuntur:
Ipsas deinde rotas bigarum impacta securis
Cædit, & immeritis franguntur crura caballis.

Egregium verò ad hanc rem est, quod sequitur, Romanæ in perduelles animaduersionis exemplum. Romanis iudices Duumuiri creati, qui de perduellione Manlij Capitolini iudicarent. Manlius condemnatus deiicitur è saxo Tarpeio: adiectæ notæ, publica vna, vt ædes in Capitolio nunquam à Patritio quoquam incolerentur: inde Æquimelium area dicta est. Gentilitia altera, ne quis deinde gentis Manliæ, Marcus Manlius vocaretur. Vt Liuius commemorat lib. 6. Similiter M. Flacci, qui S. P. Q. R. sententiis interfectus est, quòd in salutem Reipub. nonnihil molitus esset, domus diruta fuit ac publicata. In qua deinde porticum ædificauit Q. Catulus de Cymbricis manubiis. Sicuti refertur à M. Tullio, Pro domo sua. Haud secus Ouidij Pollionis scelerati ædes funditùs Cæsar euertit Octauius, ibíque Liuiæ porticum extruxit. Vt est apud Dionem in Augusto. Huc spectat illa Romæ lata Lex à Valerio Publicola, de sacrando cum bonis capite eius, qui Regni occupandi consilia iniisset. Auctore Liuio, lib. 2. Qualium reorum cadauer ne cognatis quidem licebat sepelire Attica lege (de qua Thucydides) nisi fortè clanculum, remotis arbitris: vt mortui Themistoclis amicis faciundum fuit. Ex Probo in Themistocle. Sed de funestis hisce, & externis, nimiùm multa.

M. Flaccus cum Caio Graccho conspirasse in Reipub. perniciem compertus est.

Appennage d'Anjou. Tertullus, Seneschal ou Gouuerneur du Gastinois, prouinciæ Franciæ.

Hic Fulbertus Roberti regis Cancellarius extitit, dein Carnutensis Episcopus. Circa an. 1025.

Gaufredus Andium Comes, maritus Mathildis filiæ, hæredisque Henrici Regis Angliæ.

9 QVÆSO autem, vnde Andium regale Panagium, triplici iam regiæ prosapiæ illustratum familia? Publicatione bonorum. Ingelgerius primus designatur Andium Comes, regnante Karolo Caluo, Tertulli filius, Vastinensis Præfecti. Ex quo, tot Gottofredi, Fulcones, bellica virtute Heroës præstantissimi, Andegauiæ Comites hæreditarij. De quibus Sigebertus, Aimoynus, Hist. Franc. lib. 5. cap. 47. Ac Fulbertus Carnutum Antistes, Epist. 83. 84. quibus obiter Fulconem perstringit Andium Dominum, ob sacras Ecclesiæ opes ablatas. Ast succedente tempore, Andes, Andegaui Comitis matrimonio cum Mathilde Britãna, ad Britannos deuenêre reges, eorum posteros: an. 1135. Inde sensim Britannorum rebellione inciderunt in Francici Diadematis legem cõmissoriam, armísque à Philippo 2. Rege vindicantur. Fiduciarios postea D. Ludouicus Andes concessit

Carolo

Karolo fratri. Qua de quæstione feudi commissi inter Philippum Galliæ, & Ianum Britanniæ Reges, extat auctoritas Decretalis Epistolæ Innocentij 3. P. cap. Nouit. De iudic. Nec iniuria, Gallus regiam manum patronus immisit in clientelarem fundum Andegauensem à Rege Anglo possessum: quando & summus Pontifex, & Germanicus Cæsar, ratione feudorum, quæ teneant, censentur iis inferiores, quibus feuda sint beneficiario iure obnoxia. Bald. ad l. Sed si hac §. si liberta ϖ. De in ius voc.

Philip. Augustus Franciæ rex.

10 IORDANÆ Insulæ Comitatum sibi adsciuit Princeps duplici vicissim confiscatione. Primùm capitali iudicio supplicióque Iordanis Insulæ domini (quæ est in Narbonensi Gallia) an. 1324. Tum publicatis ditionibus Comitis Armeniaci, an. 1469. qui ad pœnam quoque vocatus est, an. 1472. Ludouico XI. Francis Imperante. Ludouicus certè hic, vt erat prouidentissimus, ac Iuris Gallici religiosissimus Princeps, non aliàs tradidit Comitatum Duci Borbonio, quàm mutua Sommerici prædij, in Occitanis, commutatione 5. Kal. Octob. an. 1469. Inter hæc, nosse operæpretium est, Iordanem illum cognomento Insulanum, qui vxorem fratre Pontificis Ioannis 22. prognatam habebat; ideò in crucem actum, quòd varia scelera parricidio cumulasset regij apparitoris, qui suo in eum officio fungebatur, more ac ritu Forensi. Sic Oliuerius Dama, multiplici ab crimine, capitis damnatus est, eiúsque, in Fiscum bona redacta. Decreto Parisien. 13. Kal. Iunias an. 1484. Ex quo Princeps nobilia damnati prædia munificè erogauit Iano Flussati, Stamparum Comiti, quarum illa proximis finibus continebantur.

L'Isle Iourdain, en Languedoc.

Sommieres en Languedoc.

Die 27. Sept 1469.

Ioannes 22 Papa.

Placitum Curiæ in Oliuer. *le Dam, dict le mauuais*, die 20. Maij 1484. *duquel les terres de Villiers le chastel, Vaires, Duisō, &c. cōfisquees, furent donnees à Ieh. de Foyx Comte d'Estampes.*

11 RECENS adhuc multorum celebratur sermonibus, perduellionis iudicium in Marchionem Salutiorum, Ioannem Lodoïcum, Francisco 1. Rege. Marchio erat Principis beneficiarius, ex Delphinatu Allobrogum. Adela enim, Subalpini Reguli, Olderici filia, summisit hunc Eporediæ Marchionatum Guygoni Delphinatium principi, Sextilis Mens. Luce 3. an. 1210. Exin Thomas, Marchio, clientelæ sacramẽtum præstitit Humberto Viennensium Delphino, an. 1291. Ac condicta denuò est Marchiæ, Beneficiaria lex à successore Delphino pridie Calend. Nouembres an. 1343. Ita Fridericus, Marchio clientem se professus fuit Delphini Allobrogum, stipulante Rectore Delphinatus an. 1375. Idem rursus officiosè seruatum à Thoma, Salutiano Marchione, in Regium Viennensis prouinciæ Præsidem, tertio Idus Februar. an. 1400. Temporum quoque progressu, Ludouicum, Marchionem cooptarunt in fidem clientelámque vicissim Carolus 8. rex Nonis Februar. an. 1486. & Ludouicus 12. an. 1498. duodecimo Kal. August. Secundùm quos, Franciscus 1. Michaelem Antonium vestiit hac Eporediæ Marchia clientelari, Vndecimo Kalend. Nouemb. an 1515. Quinimo talis patrocinij superiorísque in Marchiam dominij competitor, iudicio superatus est à Rege, Delphinatium Principe. Bino S. C. Lutetiano 11. Kalend. Septemb. an. 1387. ac quinto Iduum Maiar. an. 1390. Obnitente frustra Sebusiano Regulo, déque summo Marchiæ imperio, disceptante: qui, maiores suos à Marchionibus patronos agnitos, Tabulis vrgebat Manfredi Marchionis postridie Nonas Decemb. an. 1169. & Nonis Nouembr. an. 1200. Ludouicæ item Heroïdis an. 1216. ac posterorum aliquot Marchionum, an. 1363. & 1364. Nequicquàm enim oppositis hisce beneficiariæ Professionis extortæ Paginis, æquior visa est Regis Delphini causa, supremis illis Sententiis, quas Ioh. Gallus citat, oculatus testis. Quæst. 201. Obid, postremus Marchio, Maiestatis arcessitus est à Regio Actore Lutetiano, Mens. Decemb. an. 1531. Sed manifesta pòst eiusdem defectione ad Cæsarem, nil superfuit dubij, quo minùs Salutiani in publicum committerentur, an. 1535.

Marquisat de Saluces, de quo nõnulla alia scripsimus inferiùs, lib. 3. tit. 7 sub finem.

Inuestitura *de Saluces* renouata, die vlt. Octob. 1343. maiorib. adiectis feudi oneribus.

Die 11. Febr. 1400.

Die 5. Febr. 1486.

Die 21. Iul 1498.

Die 22. Octob. 1515.

Aresta die 22. August. 1387. & 11. Maij 1390.

Die 6. Decem. 1169.

Die 5. Nouẽb. 1200.

Paradin. in Sabaudiæ Chronic. refert, Fridericũ Marchionem Salutiarum, armis coactum fuisse, hominiũ fidémque præstare Amedeo. 7. Rubeo, Sabaudiæ Comiti, sub annum 1386. *Apres auoir pris sur luy & saccagé la Mothe de Moillebrune, & Villenouette.* Lib 2. cap. 159.

12 BONORVM tamen publicatio est ciuiliter intelligenda, ne in fundo communi, pars insontis, ne indemnati pars innoxia publicetur. Qua de re in æuum recondita fertur lis Petragorica, bísque propemodùm secularis, in Senatu Parisien. Argumentum causæ, Leonoram & Brunissantem, Arcembaldi sorores (quem, cum vita, Petrocoriis exutum suprà ostendimus, non esse priuandas legitima Naturæ proportione in Petragorico Comitatu. Brunissanta enim, Soubizæ domino nupserat, Iono cognomine Archiepiscopo: Leonora, Iohanni Claromontano: horúmque dein filia Dynastæ Montbronio elocata. Proin

Le Procés du Comté de Perigort

Nostra ætate Paulus Chabotius, dominus *de Cleruaux*, filius Domicellæ *de Montbron* hãc litem Petragorici Comitatus persecutus est cum aliis suis consortibus in Curia Parisien.

Le sieur de Montbron.

illustres fœminæ illæ, tum liberi ac nepotes seriatim petiêre Comitatus partem à Iano Aureliensi notho, possessore, ex fraterno munere Karoli Aureliorum Ducis: Cuius patri in fiduciam additi fuerant Petragorij à Rege Karolo 6. post feudi commissoriam noxam Arcembaldi, an. 1399. Eáque de re interlocuti sunt Patres Conscripti, qui Pictauis ius dicebant an. 1435. Pendente litigio, Petragoricus Comitatus vænijt in Ianum Britonicum, Subcomitem Lemouicum: Cuius Francisca filia Alebretos connubio fecit Petragorios Comites. Vnde prognata Iana Alebreta Nauarrorum Regina, ab eáque Erricus Borbonius, nunc Galliæ Rex, & Petrocoriorum Comes materna hæreditate. In eos igitur continuò ius suum prosecuti sunt in Curia Parisien. hæredes sororum Arcembaldi, fuitque ad extremum iudicij calculum perducta hæc controuersia pridem, de parte Comitatus. At sponte transactũ est negotium à Phil. Pulchro, cum sororibus Lusiniani damnati (cuius antea memini) de sua ipsarum in Marchia & Angolismis debitáque portione: an. 1308. Lusiniani sorores, Yolantilla, domina Pontis Santonum oppidi, & Maria, Sacri-Cæsaris: quibus Rex Transactione annuos reditus adsignauit cum aliquot prædiis, in pensationem iustæ partis Marchiæ & Angolismorum. Vt priscis de eo Tabulis perspicitur, ac patriis Engolismorum Annalibus.

Yoland de Lusignan, dame de Pōs en Xaintonge: & Marie de Lusignan, dame de Sancerre.

Patentes Literæ Regis Angliæ, die 26. Decembr. an. 1431. verificatæ in Curia Parisien. die 23. Decemb an. 1434. Quibus hoc quoque comprehensum est, Ciues Parisien. habere ius manus iniiciendæ in debitores suos foraneos.

13 Vnum satis demirari non queo, Erricum 6. Anglum, Parisios occupantem, ciuibus irrogasse hoc tanquã insigne Priuilegium, ne ob maritorũ noxam, pars vxoria cõmunium opũ publicaretur, néve res vxoribus donatæ propter nuptias, licet imminuta etiam à viris Maiestate. Rescripto 7. Kal. Ianu. an. 1431. Curiæ adprobato 10. Kal. Ianu. an. 1434. Quasi verò Britanni Francos singulari iure quodã cumularint pleniore. Quid, quòd ius Romanũ plura his largioráq; tribuebat? Nulla enim lege cauetur, vnius socij maleficium de cõmuni sarciendũ. Vlpian. l. Cùm duob. §. vlt. D. Pro soc. Sed nónne maritus, caput est magisterq; societatis? Esto, in contrahendis quidem negotiis, non autem flagitiis. Auctor huius regulæ Senatus, variis de ea Iudicatis. Ecquid speciale in Lege Iulia Maiestatis, quò minus vxorium ius incolume integrúmque seruetur? Salua dos coniugi, salua donatio propter nuptias, damnato marito: ne alienæ culpę dispendium luat. l. Quisquis §. Vxores Cod. ad l. Iul. Maiest. Leg. Si quis posthac Cod. de bon. proscript. Tum Nouella Constitut. Iustin. 134. §. vlt. Secundùm Vlpiani leg. Quinque legibus. ff. De bon. damnat. Idem Germanica Lege aurea Karoli 4. Cęs. sancitum in crimine Maiestatis, 4. Idus Ianuar. an. 1356. Quo refertur Publij Mutij prô Licinia Gracchi coniuge sententia, occisi in seditione, viri culpa, mulierem dote non priuandam. l. In iis rebus. D. Solut. matrim. Cur diuersè in parte societatis, quæ patriis Moribus vxori competit, non viri liberalitate? Quinetiam vetustissima Romuli lege, habebat vxor Sacra omnia, opésque cum marito communes. Vt Plutarchus in Romulo attestatur, & Halycarnas. * γυναῖκα (infit) γαμετὴν κατὰ νόμους ἱεροὺς συνελθοῦσαν ἀνδρὶ κοινωνὸν ἁπάντων χρημάτων, &c. Alia causa non est τῆς ἀντιφερνῆς, seu Doarii, quod mulieri æquè debetur, Consuetudine Municipali. Atqui tale ὑπόβολον (seu dotalium) Curia vxori seruauit in bonis mariti perduellione publicatis. Vetusto Parisiorum S. Consulto, 7. Iduum Iuniar. an. 1357. secundùm viduam coniugem I. Malleti: (*dict de Grauille*) Qui minutæ Maiestatis reus, fortunis, cum capite, mulctatus fuerat an. 1355. Cui Decreto consonat recentius, latum Idibus Iuniis, an. 1536. in rem Petronillæ, viduæ Martini Pedanei, aduersus Procuratorem Fisci. Ergo idem planè ius in coniugum fortunis communibus debet obtinere.

Authent. Vt nulli Iudicum liceat habere loci seruatorem. L. res vxoris Cod. De donat. int. vir.

Aurea Bulla Imperialis, die 10. Ianuarij, an. 1356. de iure & ordine Principum Electorum Imperij Germanici, & aliis quę ad publicam pacem Germaniæ seruandam pertinent.

Communio bonorum Francica inter virum & vxorem est mobilium, nominum, & immobiliun simul acquisitorum.

* Mulierem nuptam quæ iuxta sacratas leges conuenisset cum viro, ei participem esse possessionum & sacrorum omnium.

Arestum die 7. Iun. 1357. Extractum ab Inuentario titulorũ Aleneoniæ Domus, quòd Malleti bona confiscata penderẽt à feudo Aleneonij Comitatus, & à Rege donata Comitissæ fuissent die 5. Iun. an. 1356. *Desquels le tiers a esté distraict pour la vefue douairiere du condamné.* De vxorio iure Doarij, seu donationis propter nuptias, nempè vsufructu certæ partis patrimoniorum mariti, vxoribus competente, Gallico more. Arestum die 13. Iun. an 1536.

Regia ordinatio Phil. Pulchri.

14 Neqve ab iis longè abest Constitutio Philippi 4. Mens. Ianuar. an. 1303. & 1304. in hanc formulam. *Item si contingat, bona alicuius, venire in commissum ratione maleficij, satisfiat vxori de dote, & alijs sibi debitis, & suis alijs creditoribus.* Quam Aufrerius Constitutionem exscripsit ad verbum, In Stylo Parlamenti, Tit. De libell. oblat. Ideóque in exemplum trahenda non est animosa quondam bonorum proscriptio Riuerij Dynastæ, Aulicis exosi Magnatibus. Quam Frossartes Historicus ita recenset, *Le Sire de la Riuiere fut trop dur mené. Verité est, que son*

son meuble (là où on le peut auoir) on luy osta tout, & les terres & heritages, lesquelles il auoit acquises & achetees: Reserué, qu'on laissa à sa femme la Dame Daunel, tous les heritages, lesquels venoient de son costé, de pere & de mere. An. 1392. Histor. volum. 4. cap. 48. Id quippè & temporum expressit iniquitas, & Procerum in nouum hominem inuidia. Quò minùs mirum, coniugis ipsius, in parte bonorum communium, nullam habitam rationem. Haud absimili corruptela seculi, Romæ contigit, fœminas periculi pœnæque virorum participes fieri, reorum maiestatis: Et quia occupandæ Reipub. argui non poterant illæ, ob lachrymas fuisse accusatas, Fusiique adeò Geminij matrem obtruncatam, quòd filij necem defleuisset. Vt Tacitus asserit lib. 5. Sed ne quod exemplo fit, id iure fieri dicatur, publicè expediret, sæua isthæc in fœminas insontes acta decretáque aboleri ex omni literarum memoria.

Hic dominus *de la Riuiere*, in summa apud Regem Karolum 6. gratia erat, eóque Procerib. aulicis inuidiosus. Vt nouæ florentísque fortunæ est inuidia comes.

Vxor Seiani perduellis damnata nō est, sed corpora liberorum in Gemoniis intuita, scripto ad Tyberium libello de Drusi nece, manus sibi consciuit. Suetonio teste in Tyberio. & Dione lib. 58.

15 PROINDE nec gratiosa, aut munifica admodùm videri debet Anglica lex, Priuilegij in speciem, vxoribus indulti Parisiensium damnatorum, quam suprà citauimus. Sed Britannis, hac quoque in parte æquiores se præbuerunt Arcadius & Honorius Impp. (l. Quisquis C. Ad l. Iul. Maiest.) Quibus tamen iustius in perduelles odium conflauerant detectæ coniuratorum insidiæ, Gildonis Comitis, Rufini, Stilliconis, & Eucherij filij, Imperium affectantium. Prætexenda autem Lex Anglorum excusatione quadam, ab vicinis Scotorum Moribus: Apud quos Mogalli Regis Edictum fertur antiquissimum, bona damnati cedere Fisco omnia, nulla coniugi, liberis, creditoribusve relicta portione. Illud Scotis hodie etiam vsitatum affirmat Boëthius, in Scotorum Reb. gest. Quòd si Alexandrum Macedonem ipsi sibi proponerent imitandum, patriæ Constitutionis rigorem temperarent. Macedonica lex erat, vt propinqui insidiatorum Principis, vnà cum ipsis necarentur. Veriti Legis seueritatem Philotæ Parmenonis filij, postquàm de ipso Philota quæstio habita est, partim se interficiebant, partim deuios in montes & vastas solitudines fugiebant: donec Alexander, tumultu audito, legem se propinquis remittere edixit, iussit. Vt est apud Q. Curtium, lib. 6. Sed quoad perduelles attinet, ipsorum ad filios proscriptorum ideò paterna veniebat pœna more Romano, vt charitas liberorum amiciores parentes Reipub. redderet: Quantùm ex Tullio didicimus, Epist. 12. ad Brutum. Neque his dissentanea fuit multarum Græciæ ciuitatum obseruatio, qua ex tyrannis nati, aut cum patribus necabantur, aut in perpetuum mittebantur exilium. Vt inquit Halycarnass.

De hac lege Anglica sup. art. 15. Qua, ob maritorum crimen vxor non perdit mediam partem mobilium, & simul acquisitorum, communium.

Post Seiani supplicium, M. Terentius ob amicitiam in ipsum reus in Senatu; Insidiæ, (inquit) aduersus Rempub. cōsilia cædis in Imp. puniantur. De Amicitia & officiis idem finis te Cæsar, & nos absoluerit. Quam ob orationis constantiam fuit absolutus. Apud Tacitum lib. 5.

16 DIVERSVM vtique probandum censeo in seditione Primôrum vrbis, contra legatum Principis concitata. Ob eam enim, singuli promiscuè ciues non sunt bonis mulctandi, nec exuendi priuilegiis: nisi occulta coniurationis tessera, omnibus ferè communicatum fuerit patrandæ cædis consilium. Eapropter Theodosij August. in Thessalonicenses seueritas dicam, an sæuitia, notatur à posteris, non sine acerba cæcæ vindictæ reprehensione. Nec minorem notam incurrit Henrici 7. Cæsaris vltio grauior in Brixianos Insubrum, & Ludouici 1. Andium Ducis, in Monpessulanos Volcarum ciues. Pari inter Ethnicos exemplo, Carya ciuitas Peloponnensi deleta fuit communi Græcorum concilio, matronis quoque in seruitutem abductis: quòd antea Persis hostibus in Græciam irrumpentibus, primates ciuitatis consensissent. Vt Vitruuius ait, De Architect. lib. 1. Peræquè Salaminiorum vrbs tota ob proditionem subuersa est decreto Atheniensium: Cuius testem habemus Pausaniam lib. 1. Ast immanis prorsus Galba Imp. qui Hispaniarum vrbes, & Galliarum, quæ sibi cunctantiùs accesserant, maioribus onerarit tributis, quasdam etiam murorum disiectione puniuerit. Id quod memorat Tranquillus in Galba. Leuis autem animaduersionis exempla in turbam Corinthiorum delinquentium voluere est apud Ælianum, lib. 2. Vtì & Atheniensium, Herodoti lib. 5. Romanæ multitudinis, apud Theodoritum, cap. 26. lib. 5. Denique Antiochensium, apud Capitolin. in Marco.

17 DE bonorum publicatione hactenùs: Lectore tamen præmonito, sancitum esse Edicto Principali, vt in primo capite Maiestatis, confiscata intelligantur non modò quæ in regia purè sunt clientela: verùm etiam inferiora prædia quæcumque, cum rebus mobilibus, oneri substitutionum exempta. 4. Iduum Sextil. an. 1539. Quod vtique Lutetiana Curia Edictum comprobauit Nono Kalend.

Regis Edictum, die 10 August. an 1539. Die 24. Mart. ann. 1539.

...priles subseq. Idipsum pariter accuratè tractat Petr. Lysetus in explicat. l. Quisquis. C. ad leg. Iul. Maiest. & disceptatum fuit in Borboniæ gentis ditionibus controuersis, post Karoli Borbonij confiscationem, de qua superiùs actum est. Prudenter herclè. Nam quod attinet ad res Domini alterius beneficiarias, expeditum est, eas Regio Fisco addici, non dominico, in crimine perduellionis. Specul. in §. Quoniam super homagiis. Tit. de Feudis. Vidus Papa, Quæst. 341. Quantumuis patronus inferior postliminio repetat sui beneficij fundum, ex lege primitùs ei imposita. Iuxta cap. 1. §. penult. De prohib. feud. alienat. per Frideric. Cæsarea enim hæc feudorum Constitutio loquitur de cliente, dominum alium offendente, quàm Principem summum. Inde & *Estrayeriæ*, speciali nota designantur in Scriniis Præfecturæ Ratiociniorum Parisien. Bona scilicet Rei Maiestatis supplicio affecti, quæ ad vnum pertinent Regem, exclusis reliquis, præcipuè in agro Campano. Rursus Francisco illo Edicto cauetur optimè, Regem substitutis in bona perduellis anteferri: quùm vnius ob noxam feudi commissoriam, retrò solutum sit ius possessorum omnium clientelarium, ab primæua vetustiorique lege feudi, quæ & consequenter retrò resoluat substitutionum onera medio tempore prædiis indicta clientes inter ipsos. Nonnunquam tamen de suo iure decedit Princeps, in gratiam regij stemmatis Procerum, qui damnati latifundia quædam sibi asserant titulo communionis, aliòve probabili. Vtputà, Franciscus 1. Rex benignè decidit cum sorore Caroli Borboniorum Ducis perduellis, Ludouica Borbonia Rupissurionæ Principe: cui fraternæ ditiones aliquot permittuntur, optima conditione possidendæ. Bino pacto, Mens. Sextili, an. 1538. & 5. Iduum Octobr. an. 1560. Quorum Literas Pactorum Senatus comprobauit, an. 1538. & Pridie Idus Quintiles, an. 1561. *sub modificationibus in registro Curiæ contentis*. volum. 3. Regestorum *Parlamenti* Parisien. fol. 124. (sub Francisco 1. Rege) cui Literæ illæ priores inscriptæ reperiuntur. Nam anteriori Conuentione, Rex dimisit Borboniæ Heroïdi, eiúsque Lodoïco filio, ac posteris, Monpenserium Comitatum, Delphinatum Aruerniæ, Turrem Bussieriam, Rupem Regnierij, aliáque nonnulla, pro qualicunque iure & actione Heroïdis in bona domus Borboniæ. Posterior autem Transactio, supplementi vice iuris eiusmodi, confert Bellilocum Baronatum, cum Dombensi Principatu: Ita quidem, vt qua, priscis ab Ducibus Boiorum, libertate dignitatéque, ab istis perpetuò retinerentur. In his enim Ditionibus nil sibi recepit Princeps, præter, honorariam fidei clientelaris functionem: Saluo etiam eo, vt Belli-Ioci Magistratus Regij permanerent, quos Regi vtique nominandi Boro ius haberet. Ex supradictis igitur durum videri non debet, quod in vetusto Codice voluitur Municipalium Legum Veromanduarum & Valesiarum manuscripto, Francicas res soli, aut se mouentes, Fisco Regio committi in crimine Maiestatis, citra onus æris alieni. Ac de hoc quidem perduellionis scelere, & pœnali in id Iudicum animaduersione, Nos, volum. 3. PARISIEN. MORVM.

> ...na... ...etibus, ...atibus, vel ...eralibus non ...plicentur, sed Fisco l. vlt. Et Authét. bona damnatorum Cod. de Bon. proscript. Ac licet feuda non veniant in confiscatione bonorũ, hoc tamen fallit in crimine læsæ Maiestatis §. Denique, Tit. Quæ sit pri. caus. benef. amitt. Bart in l. si finita §. si de vectigalibus. ff. De damn. infec.
> *Estrayeres*, In registris Cameræ Computorum.
>
> Duæ transactiones inter Regem, & sororem Caroli Borbonij Ducis, an. 1538. & die 11. Octobr. an. 1560. Registratæ in Parlamento ann. 1538. & die 14. Iulij, an. 1561.
> *Tour de la Bussiere, la Roche en Regnier.*
>
> *Beauiolois, & Dombes.*
> Duces Borbonij.
>
> *Vieil Coustumier à la main, de Vermandois, & de Vallois.* Tit. 3. art. penult. & vlt.

Tit. VIII.

DE RESTITVTIONIBVS, QVÆ DAMNATIS, EORÚMVE LIBERIS CONCEDVNTVR.

1. 2. *Publicatorum bonorum restitutione, priorem bonorum titulum non immutari.*

3 Felonia *vasallo remissa, feudum ex priore causa apud eum permanere censeri: siue ante, siue post sententiam,* felonia *remissa fuerit. Feudum, finita generis serie concessum, nouum videri.*

3 *Publicatorum bonorum restitutioni,* DOMANII *legem vnionémque non refragari.*

4 *Roman. Imperatorum clementia, in reos Maiestatis, eorúmque liberos. Maiestatis quæstio à Pertinace Imp. sublata: vt & eius metus, à Traiano. Luctatia lex, & Plotia.*

5 *Publicatorum, per Reges Gallos restitutorum exempla.*
6 *Tailburgij Comitatus, & Thoarcensis Procomitatus publicatorum restitutio.*
7 *Comitatus* de Mauleurier, *in Normania, Annetum, Nogentium* le Roy, *Armeniacus Comitatus, & Lud. Lucemburgij bona, post publicationem restituta.*
8 *Confiscatorum donatio à Principe facta, licita Aresto iudicata.*
Ob restitutionem damnati, etiam perduellis, laudimia, vel dominicà alia Feudi iura non deberi, iudicatum.
9 *Bonorum publicatio, per Ianum Regem Aquitanis remissa.*
10 *Publicationem bonorum immobilium, in Armoricis locum non habere.*
11 *Andes, Cenomani, Bituriges, Allobroges, Biarnenses, de bonorum publicatione securi.*
12 *Hannonibus bonorum publicatio ignota.*
Flandris, quinque tantum casibus nota.
Cameracensibus, Mouentium confiscatio sola recepta.
Siculis, ex omni fraude capitali, ordinaria.
13 *Restitutis mera Principis gratia, non reddi, per sententiam Domino inferiori quæsita: restitutis autem cum causa cognitione, reddi.*
14 Laïci *Ecclesiæ patroni bonis confiscatis, ipsum etiam Ecclesiæ patronatum confiscari.*
Clericorum bona prophana, Fisco Regio, vel priuati Iuridici, ex delicto confiscari.
15 *Confiscata à Tyrannis, vt ab Anglis in Gallia, an à legitimis Regibus iure teneantur.*
De Marchia Franciaca.
16 *Confiscata, liberis damnatorum restituta per Amalassuntham Gotthorum Reginam, & per Alfonsum Tarraconensium Regem.*
Capitis supplicium, & rebellionis pœna, sæpè ab aliis Principibus in aliud commutata.
17 *Bona mortem sibi ante sententiam consciscentium, ad hæredes transire.*
18 *Dominos plures, occupatis confiscati bonis, ad mulctam Principi adiudicatam, pro virili tantùm portione teneri.*
Statutum *dispositionis bonorum, reductiuum ad certam quotam & modum, non prodesse Fisco disponentis successori.*

1 NON EST perpetuò verum, publicatione bonorum *Rem Dominicam* amplificari. Princeps fundum publico commissum donat condemnati propinquis. Dubitatum est, an quia semel Fisco addictus sit, idcircò DOMANIALIS in posterum censeretur, à donatariis auocandus redhibitoria Lege Regni.

Terre domaniale, repetee sur les donataires par droict de reünion au Domaine.

INQVIES, fundum ipso iure Principis factum fuisse, citra nouæ possessionis ministerium. Vlpian. l. Commissa. De Publican. & vectigal. Igitur donationem prædij commissi, nouum ius videri, atque ideò Principalis DOMINII alienationem. Non secùs, ac si patronus, nouis tabulis confectis, agnoscat clientem, finita iam huius stirpe beneficiaria fundi, dicitur nouum feudum is concessisse, non antiquum. Vt placuit Bartolo, Bald. Angel. & Alberic. in l. 5. ꝥ. De impens. in res. dotal. Vlpian. l. 1. §. permittitur. ꝥ. De aqua quotid. & æsti. De illo paria iura dictantur, qui purè distraxit agrum paternum, deinde vltroneo Pacto redemit ab emptore, nouam esse acquisitionem, non Maiorum patrimonium. Aliter atque si redimendi lex venditioni adiecta fuisset. Quo casu, fundus in pristinum statum restitueretur, Alberici iudicio, in 1. Parte Statutorum, Quæst. 87.

Si dominus directus renouet feudum suo vasallo, finita maiorum suorum generatione, ad quam vsque limitata fuerat infeudatio prima, censetur dare nouum feudum. Albericus *de Rosate.*

2 RECTIVS autem dicetur, humanitate suggerente, restitutionem in bona publicata, non mutare priorem bonorum causam, statum, conditionem. Restitutio enim retrò fingit, bona adempta non fuisse condemnato. Tantùm abest, vt adscititium titulum introducat, nouámque possidendi causam. Haud secus, ac si patronus noxæ commissoriæ clientem eximat, seu vasallo condonet feudi commissoriam perfidiam: tunc benigniùs interpretamur, vetusti feudi concessionem esse hanc, non quasi noui iuris translatitiam. Vnde colligitur, feudo à cliente postea vendito, locum fore gentilitio ipsius Retractui, tanquam gentilitiæ, auitæ, & antiquæ possessionis. Bald. & Angel. ad l. peculium est. §. penult. ꝥ. De pecul.

Confiscatio feudi ob feloniam, vasallo remissa, non inducit omnino nouum titulum feudi in eodem vasallo.

..na-
..ctibus,
..atibus, vel
..ctalibus non
..plicentur, sed Fisco l. vlt. Et Authét. bona damnatorum Cod. de Bon. proscript Ac licet feuda non veniant in confiscatione bonorũ, hoc tamen fallit in crimine læsæ Maiestatis §. Denique, Tit. Quæ sit pri. cauſ. benef. amitt. Bart in l. si finita §. si de vectigalibus. ff. De damn. infec.
Estrayeres, In registris Cameræ Computorum.

..priles subseq. Idipsum pariter accuratè tractat Petr. Lysetus in explicat. l. Quisquis. C. ad leg. Iul. Maiest. & disceptatum fuit in Borboniæ gentis ditionibus controuersis, post Karoli Borbonij confiscationem, de qua superiùs actum est. Prudenter herclè. Nam quod attinet ad res Domini alterius beneficiarias, expeditum est, eas Regio Fisco addici, non dominico, in crimine perduellionis. Specul. in §. Quoniam super homagiis. Tit. de Feudis. Vidus Papa, Quæst. 341. Quantumuis patronus inferior postliminio repetat sui beneficij fundum, ex lege primitùs ei imposita. Iuxta cap. 1. §. penult. De prohib. feud. alienat. per Frideric. Cæsarea enim hæc feudorum Constitutio loquitur de cliente, dominum alium offendente, quàm Principem summum. Inde & *Estrayeriæ*, speciali nota designantur in Scriniis Præfecturæ Ratiociniorum Parisien. Bona scilicet Rei Maiestatis supplicio affecti, quæ ad vnum pertinent Regem, exclusis reliquis, præcipuè in agro Campano. Rursus Francico illo Edicto cauetur optimè, Regem substitutis in bona perduellis anteferri: quùm vnius ob noxam feudi commissoriam, retrò solutum sit ius possessorum omnium clientelarium, ab primæua vetustiorique lege feudi, quæ & consequenter retrò resoluat substitutionum onera medio tempore prædiis indicta clientes inter ipsos. Nonnunquam tamen de suo iure decedit Princeps, in gratiam regij stemmatis Procerum, qui damnati latifundia quædam sibi asserant titulo communionis, aliòve probabili. Vtputà, Franciscus 1. Rex benignè decidit cum sorore Caroli Borboniorum Ducis perduellis, Ludouica Borbonia Rupissurionæ Principe: cui fraternæ ditiones aliquot permittuntur, optima conditione possidendæ. Bino pacto, Mens. Sextili, an. 1538. & 5. Iduum Octobr. an. 1560. Quorum Literas Pactorum Senatus comprobauit, an. 1538. & Pridie Idus Quintiles, an. 1561. *sub modificationibus in registro Curiæ contentis*. volum. 3. Regestorum *Parlamenti* Parisien. fol. 124. (sub Francisco 1. Rege) cui Literæ illæ priores inscriptæ reperiuntur. Nam anteriori Conuentione, Rex dimisit Borboniæ Heroïdi, eiúsque Lodoïco filio, ac posteris, Monpenserium Comitatum, Delphinatum Aruerniæ, Turrem Bussieriam, Rupem Regnierij, aliáque nonnulla, pro qualicunque iure & actione Heroïdis in bona domus Borboniæ. Posterior autem Transactio, supplementi vice iuris eiusmodi, confert Bellilocum Baronatum, cum Dombensi Principatu: Ita quidem, vt qua, priscis ab Ducibus Boiorum, libertate dignitatéque, ab istis perpetuò retinerentur. In his enim Ditionibus nil sibi recepit Princeps, præter, honorariam fidei clientelaris functionem: Saluo etiam eo, vt Belli-Ioci Magistratus Regij permanerent, quos Regi vtique nominandi Boro ius haberet. Ex supradictis igitur durum videri non debet, quod in vetusto Codice voluitur Municipalium Legum Veromanduarum & Valesiarum manuscripto, Francicas res soli, aut se mouentes, Fisco Regio committi in crimine Maiestatis, citra onus æris alieni. Ac de hoc quidem perduellionis scelere, & pœnali in id Iudicum animaduersione, Nos, volum. 3. PARISIEN. MORVM.

Duæ transactiones inter Regem, & sororem Caroli Borbonij Ducis, an. 1538. & die 11. Octobr. an. 1560. Registratæ in Parlamento ann. 1538. & die 14. Iulij, an. 1561.
Tour de la Bussiere, la Roche en Regnier.

Beauiolois, & Dombes.
Duces Borbonij.

Vieil Coustumier à la main, de Vermandois, & de Vallois.
Tit. 3. art. penult. & vlt.

Tit. VIII.

DE RESTITVTIONIBVS, QVÆ DAMNATIS, EORÚMVE LIBERIS CONCEDVNTVR.

1. 2. *Publicatorum bonorum restitutione, priorem bonorum titulum non immutari.*

3 Felonia *vasallo remissa, feudum ex priore causa apud eum permanere censeri: siue ante, siue post sententiam,* felonia *remissa fuerit. Feudum, finita generis serie concessum, nouum videri.*

3 *Publicatorum bonorum restitutioni,* DOMANII *legem vnionémque non refragari.*

4 *Roman. Imperatorum clementia, in reos Maiestatis, corúmque liberos. Maiestatis quæstio à Pertinace Imp. sublata: vt & eius metus, à Traiano. Luctatia lex, & Plotia.*

5 *Publicatorum, per Reges Gallos restitutorum exempla.*
6 *Tailburgy Comitatus, & Thoarcensis Procomitatus publicatorum restitutio.*
7 *Comitatus* de Mauleurier, *in Normania, Annetum, Nogentium* le Roy, *Armeniacus Comitatus, & Lud. Lucemburgy bona, post publicationem restituta.*
8 *Confiscatorum donatio à Principe facta, licita Aresto iudicata.*
Ob restitutionem damnati, etiam perduellis, laudimia, vel dominicá alia Feudi iurá non deberi, iudicatum.
9 *Bonorum publicatio, per Ianum Regem Aquitanis remissa.*
10 *Publicationem bonorum immobilium, in Armoricis locum non habere.*
11 *Andes, Cenomani, Bituriges, Allobroges, Barnenses, de bonorum publicatione securi.*
12 *Hannonibus bonorum publicatio ignota.*
Flandris, quinque tantum casibus nota.
Cameracensibus, Mouentium confiscatio sola recepta.
Siculis, ex omni fraude capitali, ordinaria.
13 *Restitutis mera Principis gratia, non reddi, per sententiam Domino inferiori quæsita: restitutis autem cum causa cognitione, reddi.*
14 Laïci *Ecclesiæ patroni bonis confiscatis, ipsum etiam Ecclesiæ patronatum confiscari.*
Clericorum bona prophana, Fisco Regio, vel priuati Iuridici, ex delicto confiscari.
15 *Confiscata à Tyrannis, vt ab Anglis in Gallia, an à legitimis Regibus iure teneantur.*
De Marchia Franciaca.
16 *Confiscata, liberis damnatorum restituta per Amalassuntham Gotthorum Reginam, & per Alfonsum Tarraconensium Regem.*
Capitis supplicium, & rebellionis pœna, sæpè ab aliis Principibus in aliud commutata.
17 *Bona mortem sibi ante sententiam consciscentium, ad hæredes transire.*
18 *Dominos plures, occupatis confiscati bonis, ad mulctam Principi adiudicatam, pro virili tantùm portione teneri.*
Statutum *dispositionis bonorum, reductiuum ad certam quotam & modum, non prodesse Fisco disponentis successori.*

1 NON EST perpetuò verum, publicatione bonorum *Rem Dominicam* amplificari. Princeps fundum publico commissum donat condemnati propinquis. Dubitatum est, an quia semel Fisco addictus sit, idcircò DOMANIALIS in posterum censeretur, à donatariis auocandus redhibitoria Lege Regni.

Terre domaniale, repetee sur les donataires par droict de reünion au Domaine.

INQVIES, fundum ipso iure Principis factum fuisse, citra nouæ possessionis ministerium. Vlpian. l. Commissa. De Publican. & vectigal. Igitur donationem prædij commissi, nouum ius videri, atque ideò Principalis DOMINII alienationem. Non secùs, ac si patronus, nouis tabulis confectis, agnoscat clientem, finita iam huius stirpe beneficiaria fundi, dicitur nouum feudum is concessisse, non antiquum. Vt placuit Bartolo, Bald. Angel. & Alberic. in l. 5. ϖ. De impens. in res. dotal. Vlpian. l. 1. §. permittitur. ϖ. De aqua quotid. & æsti. De illo paria iura dictantur, qui purè distraxit agrum paternum, deinde vltroneo Pacto redemit ab emptore, nouam esse acquisitionem, non Maiorum patrimonium. Aliter atque si redimendi lex venditioni adiecta fuisset. Quo casu, fundus in pristinum statum restitueretur, Alberici iudicio, in 1. Parte Statutorum, Quæst. 87.

Si dominus directus renouet feudum suo vasallo, finita maiorum suorum generatione, ad quam vsque limitata fuerat infeudatio prima, censetur dare nouum feudum. Albericus *de Rosate.*

2 RECTIVS autem dicetur, humanitate suggerente, restitutionem in bona publicata, non mutare priorem bonorum causam, statum, conditionem. Restitutio enim retrò fingit, bona adempta non fuisse condemnato. Tantùm abest, vt adscititium titulum introducat, nouámque possidendi causam. Haud secus, ac si patronus noxæ commissoriæ clientem eximat, seu vasallo condonet feudi commissoriam perfidiam: tunc benigniùs interpretamur, vetusti feudi concessionem esse hanc, non quasi noui iuris translatitiam. Vnde colligitur, feudo à cliente postea vendito, locum fore gentilitio ipsius Retractui, tanquam gentilitiæ, auitæ, & antiquæ possessionis. Bald. & Angel. ad l. peculium est. §. penult. ϖ. De pecul.

Confiscatio feudi ob feloniam, vasallo remissa, non inducit omnino nouum titulum feudi in eodem vasallo.

...priles subseq. Idipsum pariter accuratè tractat Petr. Lysetus in explicat. l. Quisquis. C. ad leg. Iul. Maiest. & disceptatum fuit in Borboniæ gentis ditionibus controuersiis, post Karoli Borbonij confiscationem, de qua superiùs actum est. Prudenter herclè. Nam quod attinet ad res Domini alterius beneficiarias, expeditum est, eas Regio Fisco addici, non dominico, in crimine perduellionis. Specul. in §. Quoniam super homagiis. Tit. de Feudis. Vidus Papa, Quæst. 341. Quantumuis patronus inferior postliminio repetat sui beneficij fundum, ex lege primitùs ei imposita. Iuxta cap. 1. §. penult. De prohib. feud. alienat. per Frideric. Cæsarea enim hæc feudorum Constitutio loquitur de cliente, dominum alium offendente, quàm Principem summum. Inde & *Estrayeriæ*, speciali nota designantur in Scriniis Præfecturæ Ratiociniorum Parisien. Bona scilicet Rei Maiestatis supplicio affecti, quæ ad vnum pertinent Regem, exclusis reliquis, præcipuè in agro Campano. Rursus Francico illo Edicto cauetur optimè, Regem substitutis in bona perduellis anteferri: quùm vnius ob noxam feudi commissoriam, retrò solutum sit ius possessorum omnium clientelarium, ab primæua vetustiorique lege feudi, quæ & consequenter retrò resoluat substitutionum onera medio tempore prædiis indicta clientes inter ipsos. Nonnunquam tamen de suo iure decedit Princeps, in gratiam regij stemmatis Procerum, qui damnati latifundia quædam sibi asserant titulo communionis, aliòve probabili. Vtputà, Franciscus 1. Rex benignè decidit cum sorore Caroli Borboniorum Ducis perduellis, Ludouica Borbonia Rupissurionæ Principe: cui fraternæ ditiones aliquot permittuntur, optima conditione possidendæ. Bino pacto, Mens. Sextili, an. 1538. & 5. Iduum Octobr. an. 1560. Quorum Literas Pactorum Senatus comprobauit, an. 1538. & Pridie Idus Quintiles, an. 1561. *sub modificationibus in registro Curiæ contentis*. volum. 3. Regestorum *Parlamenti* Parisien. fol. 124. (sub Francisco 1. Rege) cui Literæ illæ priores inscriptæ reperiuntur. Nam anteriori Conuentione, Rex dimisit Borboniæ Heroïdi, eiúsque Lodoïco filio, ac posteris, Monpenserium Comitatum, Delphinatum Aruerniæ, Turrem Bussieriam, Rupem Regnierij, aliáque nonnulla, pro qualicunque iure & actione Heroïdis in bona domus Borboniæ. Posterior autem Transactio, supplementi vice iuris eiusmodi, confert Bellilocum Baronatum, cum Dombensi Principatu: Ita quidem, vt qua, priscis ab Ducibus Boiorum, libertate dignitatéque, ab istis perpetuò retinerentur. In his enim Ditionibus nil sibi recepit Princeps, præter, honorariam fidei clientelaris functionem: Saluo etiam eo, vt Belli-Ioci Magistratus Regij permanerent, quos Regi vtique nominandi Boro ius haberet. Ex supradictis igitur durum videri non debet, quod in vetusto Codice voluitur Municipalium Legum Veromanduarum & Valesiarum manuscripto, Francicas res soli, aut se mouentes, Fisco Regio committi in crimine Maiestatis, citra onus æris alieni. Ac de hoc quidem perduellionis scelere, & pœnali in id Iudicum animaduersione, Nos, volum. 3. PARISIEN. MORVM.

...na- ...ctibus, ...atibus, vel ...etalibus non ...plicentur, sed Fisco. l. vlt. Et Authét. bona damnatorum Cod. de Bon. proscript. Ac licet feuda non veniant in confiscatione bonorũ, hoc tamen fallit in crimine læsæ Maiestatis §. Denique, Tit. Quæ sit pri. caus. benef. amitt. Bart. in l. si finita §. si de vectigalibus. ff. De damn. infec.

Estrayeres, In registris Cameræ Computorum.

Duæ transactiones inter Regem, & sororem Caroli Borbonij Ducis, an. 1538. & die 11. Octobr. an. 1560. Registratæ in Parlamento ann. 1538. & die 14. Iulij, an. 1561.

Tour de la Bussiere, la Roche en Regnier.

Beauiolois, & Dombes.

Duces Borbonij.

Vieil Coustumier à la main, de Vermandois, & de Vallois. Tit. 3. art. penult. & vlt.

Tit. VIII.

DE RESTITVTIONIBVS, QVÆ DAMNATIS, EORÚMVE LIBERIS CONCEDVNTVR.

1. 2. Publicatorum bonorum restitutione, priorem bonorum titulum non immutari.

3 Felonia *vasallo remissa, feudum ex priore causa apud eum permanere censeri: siue ante, siue post sententiam,* felonia *remissa fuerit. Feudum, finita generis serie concessum, nouum videri.*

3 *Publicatorum bonorum restitutioni,* DOMANII *legem vnionémque non refragari.*

4 *Roman. Imperatorum clementia, in reos Maiestatis, eorúmque liberos. Maiestatis quæstio à Pertinace Imp. sublata: vt & eius metus, à Traiano. Luctatia lex, & Plotia.*

5 *Publicatorum, per Reges Gallos restitutorum exempla.*
6 *Tailburgij Comitatus, & Thoarcensis Procomitatus publicatorum restitutio.*
7 *Comitatus* de Mauleurier, *in Normania, Annetum, Nogentium* le Roy; *Armeniacus Comitatus, & Lud. Lucemburgij bona, post publicationem restituta.*
8 *Confiscatorum donatio à Principe facta, licita Aresto indicata.*
Ob restitutionem damnati, etiam perduellis, laudimia, vel dominica alia Feudi iura non deberi, iudicatum.
9 *Bonorum publicatio, per Ianum Regem Aquitanis remissa.*
10 *Publicationem bonorum immobilium, in Armoricis locum non habere.*
11 *Andes, Cenomani, Bituriges, Allobroges, Barnenses, de bonorum publicatione securi.*
12 *Hannonibus bonorum publicatio ignota.*
Flandris, quinque tantum casibus nota.
Cameracensibus, Mouentium confiscatio sola recepta.
Siculis, ex omni fraude capitali, ordinaria.
13 *Restitutis mera Principis gratia, non reddi, per sententiam Domino inferiori quæsita: restitutis autem cum causa cognitione, reddi.*
14 Laïci *Ecclesiæ patroni bonis confiscatis, ipsum etiam Ecclesiæ patronatum confiscari: Clericorum bona prophana, Fisco Regio, vel priuati Iuridici, ex delicto confiscari.*
15 *Confiscata à Tyrannis, vt ab Anglis in Gallia, an à legitimis Regibus iure teneantur. De Marchia Franciaca.*
16 *Confiscata, liberis damnatorum restituta per Amalassuntham Gotthorum Reginam, & per Alfonsum Tarraconensium Regem.*
Capitis supplicium, & rebellionis pœna, sæpè ab aliis Principibus in aliud commutata.
17 *Bona mortem sibi ante sententiam consciscentium, ad hæredes transire.*
18 *Dominos plures, occupatis confiscati bonis, ad mulctam Principi adiudicatam, pro virili tantùm portione teneri.*
Statutum *dispositionis bonorum, reductiuum ad certam quotam & modum, non prodesse Fisco disponentis successori.*

1 NON EST perpetuò verum, publicatione bonorum *Rem Dominicam* amplificari. Princeps fundum publico commissum donat condemnati propinquis. Dubitatum est, an quia semel Fisco addictus sit, idcircò DOMANIALIS in posterum censeretur, à donatariis auocandus redhibitoria Lege Regni.

Terre domaniale, repetee sur les donataires par droict de reünion au Domaine.

INQVIES, fundum ipso iure Principis factùm fuisse, citra nouæ possessionis ministerium. Vlpian. l. Commissa. De Publican. & vectigal. Igitur donationem prædij commissi, nouum ius videri, atque ideò Principalis DOMINII alienationem. Non secùs, ac si patronus, nouis tabulis confectis, agnoscat clientem, finita iam huius stirpe beneficiaria fundi, dicitur nouum feudum is concessisse, non antiquum. Vt placuit Bartolo, Bald. Angel. & Alberic. in l. 5. ff. De impens. in res. dotal. Vlpian. l. 1. §. permittitur. ff. De aqua quotid. & æsti. De illo paria iura dictantur, qui purè distraxit agrum paternum, deinde vltroneo Pacto redemit ab emptore, nouam esse acquisitionem, non Maiorum patrimonium. Aliter atque si redimendi lex venditioni adiecta fuisset. Quo casu, fundus in pristinum statum restitueretur, Alberici iudicio, in 1. Parte Statutorum, Quæst. 87.

Si dominus directus renouet feudum suo vasallo, finita maiorum suorum generatione, ad quam vsque limitata fuerat infeudatio prima, censetur dare nouum feudum. Albericus *de Rosate.*

2 RECTIVS autem dicetur, humanitate suggerente, restitutionem in bona publicata, non mutare priorem bonorum causam, statum, conditionem. Restitutio enim retrò fingit, bona adempta non fuisse condemnato. Tantùm abest, vt adscititium titulum introducat, nouámque possidendi causam. Haud secus, ac si patronus noxæ commissoriæ clientem eximat, seu vasallo condonet feudi commissoriam perfidiam: tunc benigniùs interpretamur, vetusti feudi concessionem esse hanc, non quasi noui iuris translatitiam. Vnde colligitur, feudo à cliente postea vendito, locum fore gentilitio ipsius Retractui, tanquam gentilitiæ, auitæ, & antiquæ possessionis. Bald. & Angel. ad l. peculium est. §. penult. ff. De pecul.

Confiscatio feudi ob feloniam, vasallo remissa, non inducit omnino nouum titulum feudi in eodem vasallo.

..priles subseq. Idipsum pariter accuratè tractat Petr. Lysetus in explicat. l. Quisquis. C. ad leg. Iul. Maiest. & disceptatum fuit in Borboniæ gentis ditionibus controuersis, post Karoli Borbonij confiscationem, de qua superiùs actum est. Prudenter herclè. Nam quod attinet ad res Domini alterius beneficiarias, expeditum est, eas Regio Fisco addici, non dominico, in crimine perduellionis. Specul. in §. Quoniam super homagiis. Tit. de Feudis. Vidus Papa, Quæst. 341. Quantumuis patronus inferior postliminio repetat sui beneficij fundum, ex lege primitùs ei imposita. Iuxta cap. 1. §. penult. De prohib. feud. alienat. per Frideric. Cæsarea enim hæc feudorum Constitutio loquitur de cliente, dominum alium offendente, quàm Principem summum. Inde & *Estrayeriæ*, speciali nota designantur in Scriniis Præfecturæ Ratiociniorum Parisien. Bona scilicet Rei Maiestatis supplicio affecti, quæ ad vnum pertinent Regem, exclusis reliquis, præcipuè in agro Campano. Rursus Francico illo Edicto cauetur optimè, Regem substitutis in bona perduellis anteferri: quùm vnius ob noxam feudi commissoriam, retrò solutum sit ius possessorum omnium clientelarium, ab primæua vetustiorique lege feudi, quæ & consequenter retrò resoluat substitutionum onera medio tempore prædiis indicta clientes inter ipsos. Nonnunquam tamen de suo iure decedit Princeps, in gratiam regij stemmatis Procerum, qui damnati latifundia quædam sibi asserant titulo communionis, aliòve probabili. Vtputà, Franciscus 1. Rex benignè decidit cum sorore Caroli Borboniorum Ducis perduellis, Ludouica Borbonia Rupissurionæ Principe: cui fraternæ ditiones aliquot permittuntur, optima conditione possidendæ. Bino pacto, Mens. Sextili, an. 1538. & 5. Iduum Octobr. an. 1560. Quorum Literas Pactorum Senatus comprobauit, an. 1538. & Pridie Idus Quintiles, an. 1561. *sub modificationibus in registro Curiæ contentis*. volum. 3. Regestorum *Parlamenti* Parisien. fol. 124. (sub Francisco 1. Rege) cui Literæ illæ priores inscriptæ reperiuntur. Nam anteriori Conuentione, Rex dimisit Borboniæ Heroïdi, eiúsque Lodoïco filio, ac posteris, Monpenserium Comitatum, Delphinatum Aruerniæ, Turrem Bussieriam, Rupem Regnierij, aliáque nonnulla, pro qualicunque iure & actione Heroïdis in bona domus Borboniæ. Posterior autem Transactio, supplementi vice iuris eiusmodi, confert Bellilocum Baronatum, cum Dombensi Principatu: Ita quidem, vt qua, priscis ab Ducibus Boiorum, libertate dignitatéque, ab istis perpetuò retinerentur. In his enim Ditionibus nil sibi recepit Princeps, præter, honorariam fidei clientelaris functionem: Saluo etiam eo, vt Belli-Ioci Magistratus Regij permanerent, quos Regi vtique nominandi Boro ius haberet. Ex supradictis igitur durum videri non debet, quod in vetusto Codice voluitur Municipalium Legum Veromanduarum & Valesiarum manuscripto, Francicas res soli, aut se mouentes, Fisco Regio committi in crimine Maiestatis, citra onus æris alieni. Ac de hoc quidem perduellionis scelere, & pœnali in id Iudicum animaduersione, Nos, volum. 3. PARISIEN. MORVM.

..na- ..cribus, ..aribus, vel ..eralibus non ..plicentur, sed Fisco. l. vlt. Et Authēt. bona damnatorum Cod. de Bon. proscript Ac licet feuda non veniant in confiscatione bonorũ, hoc tamen fallit in crimine læsæ Maiestatis §. Denique, Tit. Quæ sit pri. caus. benef. amitt. Bart in l. si finita §. si de vectigalibus. ff. De damn. infec.

Estrayeres, In registris Cameræ Computorum.

Duæ transactiones inter Regem, & sororem Caroli Borbonij Ducis, an. 1538. & die 11. Octobr. an. 1560. Registratæ in Parlamento ann. 1538. & die 14. Iulij, an. 1561.

Tour de la Bussiere, La Roche en Regnier.

Beauiolois, & Dombes.

Duces Borbonij.

Vieil Coustumier à la main, de Vermandois, & de Vallois.

Tit. 3. art. penult. & vlt.

Tit. VIII.

DE RESTITVTIONIBVS, QVÆ DAMNATIS, EORÚMVE LIBERIS CONCEDVNTVR.

1. 2. *Publicatorum bonorum restitutione, priorem bonorum titulum non immutari.*

3 Felonia *vasallo remissa, feudum ex priore causa apud eum permanere censeri: siue ante, siue post sententiam,* felonia *remissa fuerit. Feudum, finita generis serie concessum, nouum videri.*

3 *Publicatorum bonorum restitutioni,* DOMANII *legem vnionémque non refragari.*

4 *Roman. Imperatorum clementia, in reos Maiestatis, eorúmque liberos. Maiestatis quæstio à Pertinace Imp. sublata: vt & eius metus, à Traiano. Luctatia lex, & Plotia.*

5 *Publicatorum, per Reges Gallos restitutorum exempla.*
6 *Tailburgij Comitatus, & Thoarcensis Procomitatus publicatorum restitutio.*
7 *Comitatus* de Mauleurier, *in Normania, Annetum, Nogentium* le Roy, *Armeniacus Comitatus, & Lud. Lucemburgij bona, post publicationem restituta.*
8 *Confiscatorum donatio à Principe facta, licita Aresto iudicata.*
Ob restitutionem damnati, etiam perduellis, laudimia, vel dominicà alia Feudi iura non deberi, iudicatum.
9 *Bonorum publicatio, per Ianum Regem Aquitanis remissa.*
10 *Publicationem bonorum immobilium, in Armoricis locum non habere.*
11 *Andes, Cenomani, Bituriges, Allobroges, Barnenses, de bonorum publicatione securi.*
12 *Hannonibus bonorum publicatio ignota.*
Flandris, quinque tantum casibus nota.
Cameracensibus, Mouentium confiscatio sola recepta.
Siculis, ex omni fraude capitali, ordinaria.
13 *Restitutis mera Principis gratia, non reddi, per sententiam Domino inferiori quæsita: restitutis autem cum causæ cognitione, reddi.*
14 Laïci *Ecclesiæ patroni bonis confiscatis, ipsum etiam Ecclesiæ patronatum confiscari.*
Clericorum bona prophana, Fisco Regio, vel priuati Iuridici, ex delicto confiscari.
15 *Confiscata à Tyrannis, vt ab Anglis in Gallia, an à legitimis Regibus iure teneantur.*
De Marchia Franciaca.
16 *Confiscata, liberis damnatorum restituta per Amalassuntham Gotthorum Reginam, & per Alfonsum Tarraconensium Regem.*
Capitis supplicium, & rebellionis pœna, sæpè ab aliis Principibus in aliud commutata.
17 *Bona mortem sibi ante sententiam consciscentium, ad hæredes transire.*
18 *Dominos plures, occupatis confiscati bonis, ad mulctam Principi adiudicatam, pro virili tantùm portione teneri.*
Statutum *dispositionis bonorum, reductiuum ad certam quotam & modum, non prodesse Fisco disponentis successori.*

1 NON EST perpetuò verum, publicatione bonorum *Rem Dominicam* amplificari. Princeps fundum publico commissum donat condemnati propinquis. Dubitatum est, an quia semel Fisco addictus sit, idcircò DOMANIALIS in posterum censeretur, à donatariis auocandus redhibitoria Lege Regni.

Terre domaniale, repetee sur les donataires par droict de reünion au Domaine.

INQVIES, fundum ipso iure Principis factum fuisse, citra nouæ possessionis ministerium. Vlpian. l. Commissa. De Publican. & vectigal. Igitur donationem prædij commissi, nouum ius videri, atque ideò Principalis DOMINII alienationem. Non secùs, ac si patronus, nouis tabulis confectis, agnoscat clientem, finita iam huius stirpe beneficiaria fundi, dicitur nouum feudum is concessisse, non antiquum. Vt placuit Bartolo, Bald. Angel. & Alberic. in l. 5. ff. De impens. in res. dotal. Vlpian. l. 1. §. permittitur. ff. De aqua quotid. & æsti. De illo paria iura dictantur, qui purè distraxit agrum paternum, deinde vltroneo Pacto redemit ab emptore, nouam esse acquisitionem, non Maiorum patrimonium. Aliter atque si redimendi lex venditioni adiecta fuisset. Quo casu, fundus in pristinum statum restitueretur, Alberici iudicio, in 1. Parte Statutorum, Quæst. 87.

Si dominus directus renouet feudum suo vasallo, finita maiorum suorum generatione, ad quam vsque limitata fuerat infeudatio prima, censetur dare nouum feudum. Albericus *de Rosate.*

2 RECTIVS autem dicetur, humanitate suggerente, restitutionem in bona publicata, non mutare priorem bonorum causam, statum, conditionem. Restitutio enim retrò fingit, bona adempta non fuisse condemnato. Tantùm abest, vt adscititium titulum introducat, nouámque possidendi causam. Haud secus, ac si patronus noxæ commissoriæ clientem eximat, seu vasallo condonet feudi commissoriam perfidiam: tunc benigniùs interpretamur, vetusti feudi concessionem esse hanc, non quasi noui iuris translatitiam. Vnde colligitur, feudo à cliente postea vendito, locum fore gentilitio ipsius Retractui, tanquam gentilitiæ, auitæ, & antiquæ possessionis. Bald. & Angel. ad l. peculium est. §. penult. ff. De pecul.

Confiscatio feudi ob feloniam, vasallo remissa, non inducit omnino nouum titulum feudi in eodem vasallo.

illustres fœminæ illæ, tum liberi ac nepotes seriatim petiêre Comitatus partem à Iano Aureliensi notho, possessore, ex fraterno munere Karoli Aureliorum Ducis: Cuius patri in fiduciam additi fuerant Petragorij à Rege Karolo 6. post feudi commissoriam noxam Arcembaldi, an. 1399. Eáque de re interlocuti sunt Patres Conscripti, qui Pictauis ius dicebant an. 1435. Pendente litigio, Petragoricus Comitatus vænijt in Ianum Britonicum, Subcomitem Lemouicum: Cuius Francisca filia Alebretos connubio fecit Petragorios Comites. Vnde prognata Iana Alebreta Nauarrorum Regina, ab eáque Erricus Borbonius, nunc Galliæ Rex, & Petrocoriorum Comes materna hæreditate. In eos igitur contitinuò ius suum prosecuti sunt in Curia Parisien. hæredes sororum Arcembaldi, fuitque ad extremum iudicij calculum perducta hæc controuersia pridem, de parte Comitatus. At sponte transactũ est negotium à Phil. Pulchro, cum sororibus Lusiniani damnati (cuius antea memini) de sua ipsarum in Marchia & Angolismis debitáque portione: an. 1308. Lusiniani sorores, Yolantilla, domina Pontis Santonum oppidi, & Maria, Sacri-Cæsaris: quibus Rex Transactione annuos reditus adsignauit cum aliquot prædiis, in pensationem iustæ partis Marchiæ & Angolismorum. Vt priscis de eo Tabulis perspicitur, ac patriis Engolismorum Annalibus.

Yoland de Lusignan, dame de Põs en Xainctonge: & Marie de Lusignan, dame de Sancerre.

Patentes Literæ Regis Angliæ, die 26. Decembr. an. 1431. verificatæ in Curia Parisien. die 23. Decemb an. 1434. Quibus hoc quoque comprehensum est, Ciues Parisien. habere ius manus iniiciendæ in debitores suos foraneos.

Authent. Vt nulli Iudicum liceat habere loci seruatorem. L. res vxoris Cod. De donat. int. vir.

Aurea Bulla Imperialis, die 10. Ianuarij, an. 1356. de iure & ordine Principum Electorum Imperij Germanici, & aliis quę ad publicam pacem Germaniæ seruandam pertinent.

Communio bonorum Francica inter virum & vxorem est mobilium, nominum, & immobiliun simul acquisitorum.

* Mulierem nuptam quæ iuxta sacratas leges conuenisset cum viro, ei participem esse possessionum & sacrorum omnium.

Arestum die 7. Iun. 1357. Extractum ab Inuentario titulorũ Alenconiæ Domus, quòd Malleti bona confiscata penderét á feudo Alenconij Comitatus, & à Rege donata Comitissæ fuissent die 5. Iun. an. 1356. *Desquels le tiers a esté distraict pour la vefue doüairiere du condamné.* De vxorio iure Doarij, seu donationis propter nuptias, nempè vsufructu certæ partis patrimoniorum mariti, vxoribus competente, Gallico more. Arestum die 13. Iun. an 1536.

13 VNVM satis demirari non queo, Erricum 6. Anglum, Parisios occupantem, ciuibus irrogasse hoc tanquã insigne Priuilegium, ne ob maritoru mnoxam, pars vxoria cõmunium opũ publicaretur, néve res vxoribus donatæ propter nuptias, licet imminuta etiam à viris Maiestate. Rescripto 7. Kal. Ianu. an. 1431. Curiæ adprobato 10. Kal. Ianu. an. 1434. Quasi verò Britanni Francos singulari iure quodã cumularint pleniore. Quid, quòd ius Romanũ plura his largioráq; tribuebat? Nulla enim lege cauetur, vnius socij maleficium de cõmuni sarciendũ. Vlpian. l. Cùm duob. §. vlt. D. Pro soc. Sed nónne maritus, caput est magisterq; societatis? Esto, in contrahendis quidem negotiis, non autem flagitiis. Auctor huius regulæ Senatus, variis de ea Iudicatis. Ecquid speciale in Lege Iulia Maiestatis, quò minus vxorium ius incolume integrumque seruetur? Salua dos coniugi, salua donatio propter nuptias, damnato marito: ne alienæ culpę dispendium luat. l. Quisquis §. Vxores Cod. ad l. Iul. Maiest. Leg. Si quis posthac Cod. de bon. proscript. Tum Nouella Constitut. Iustin. 134. §. vlt. Secundùm Vlpiani leg. Quinque legibus. ϖ. De bon. damnat. Idem Germanica Lege aurea Karoli 4. Cęs. sancitum in crimine Maiestatis, 4. Idus Ianuar. an. 1356. Quo refertur Publij Mutij prò Licinia Gracchi coniuge sententia, occisi in seditione, viri culpa, mulierem dote non priuandam. l. In iis rebus. D. Solut. matrim. Cur diuersè in parte societatis, quæ patriis Moribus vxori competit, non viri liberalitate? Quinetiam vetustissima Romuli lege, habebat vxor Sacra omnia, opésque cum marito communes. Vt Plutarchus in Romulo attestatur, & Halycarnas. * γυναῖκα (infit) γαμετὴν κατὰ νόμους ἱεροὺς συνελθοῦσαν ἀνδρὶ κοινωνὸν ἁπάντων χρημάτων, &c. Alia causa non est τῆς ἀντιφερνῆς, seu DOARII, quod mulieri æquè debetur, Consuetudine Municipali. Atqui tale ὑπόβολον (seu dotalium) Curia vxori seruauit in bonis mariti perduellione publicatis. Vetusto Parisiorum S. Consulto, 7. Iduum Iuniar. an. 1357. secundùm viduam coniugem I. Malleti: (*dict de Granville*) Qui minutæ Maiestatis reus, fortunis, cum capite, mulctatus fuerat an. 1355. Cui Decreto consonat recentius, latum Idibus Iuniis, an. 1536. in rem Petronillæ, viduæ Martini Pedanei, aduersus Procuratorem Fisci. Ergo idem planè ius in coniugum fortunis communibus debet obtinere.

Regia ordinatio Phil. Pulchri.

14 NEQVE ab iis longè abest Constitutio Philippi 4. Mens. Ianuar. an. 1303. & 1304. in hanc formulam. *Item si contingat, bona alicuius, venire in commissum ratione maleficij, satisfiat vxori de dote, & alijs sibi debitis, & suis alijs creditoribus.* Quam Aufrerius Constitutionem exscripsit ad verbum, In Stylo Parlamenti, Tit. De libell. oblat. Ideóque in exemplum trahenda non est animosa quondam bonorum proscriptio Riuerij Dynastæ, Aulicis exosi Magnatibus. Quam Frossartes Historicus ita recenset, *Le Sire de la Riuiere fut trop dur mené. Verité est, que son*

son meuble (là où on le peut auoir) on luy osta tout, & les terres & heritages, lesquelles il auoit acquises & achetees: Reserué, qu'on laissa à sa femme la Dame Daunel, tous les heritages, lesquels venoient de son costé, de pere & de mere. An. 1392. Histor. volum. 4. cap. 48. Id quippè & temporum expressit iniquitas, & Procerum in nouum hominem inuidia. Quò minùs mirum, coniugis ipsius, in parte bonorum communium, nullam habitam rationem. Haud absimili corruptela seculi, Romæ contigit, fœminas periculi pœnæque virorum participes fieri, reorum maiestatis: Et quia occupandæ Reipub. argui non poterant illæ, ob lachrymas fuisse accusatas; Fusiique adeò Geminij matrem obtruncatam, quòd filij necem defleuisset. Vt Tacitus asserit lib. 5. Sed ne quod exemplo fit, id iure fieri dicatur, publicè expediret, sæua isthæc in fœminas insontes acta decretáque aboleri ex omni literarum memoria.

Hic dominus *de la Riuiere*, in summa apud Regem Karolum 6. gratia erat, eóque Procerib. aulicis inuidiosus. Vt nouæ florentisque fortunæ est inuidia comes.

Vxor Seiani perduellis damnata nō est, sed corpora liberorum in Gemoniis intuita, scripto ad Tyberium libello de Drusi nece, manus sibi consciuit. Suetonio teste in Tyberio. & Dione lib. 58.

15 PROINDE nec gratiosa, aut munifica admodùm videri debet Anglica lex, Priuilegij in speciem, vxoribus indulti Parisiensium damnatorum, quam suprà citauimus. Sed Britannis, hac quoque in parte æquiores se præbuerunt Arcadius & Honorius Impp. (l. Quisquis C. Ad l. Iul. Maiest.) Quibus tamen iustius in perduelles odium conflauerant detectæ coniuratorum insidiæ, Gildonis Comitis, Rufini, Stilliconis, & Eucherij filij, Imperium affectantium. Prætexenda autem Lex Anglorum excusatione quadam, ab vicinis Scotorum Moribus: Apud quos Mogalli Regis Edictum fertur antiquissimum, bona damnati cedere Fisco omnia, nulla coniugi, liberis, creditoribusve relicta portione. Illud Scotis hodie etiam vsitatum affirmat Boëthius, in Scotorum Reb. gest. Quòd si Alexandrum Macedonem ipsi sibi proponerent imitandum, patriæ Constitutionis rigorem temperarent. Macedonica lex erat, vt propinqui insidiatorum Principis, vnà cum ipsis necarentur. Veriti Legis seueritatem Philotæ Parmenonis filij, postquàm de ipso Philota quæstio habita est, partim se interficiebant, partim deuios in montes & vastas solitudines fugiebant: donec Alexander, tumultu audito, legem se propinquis remittere edixit, iussit. Vt est apud Q. Curtium, lib. 6. Sed quoad perduelles attinet, ipsorum ad filios proscriptorum ideò paterna veniebat pœna more Romano, vt charitas liberorum amiciores parentes Reipub. redderet: Quantùm ex Tullio didicimus, Epist. 12. ad Brutum. Neque his dissentanea fuit multarum Græciæ ciuitatum obseruatio, qua ex tyrannis nati, aut cum patribus necabantur, aut in perpetuum mittebantur exilium. Vt inquit Halycarnass.

De hac lege Anglica sup. art. 13. Qua, ob maritorum crimen vxor non perdit mediam partem mobilium, & simul acquisitorum, communium.

Post Seiani supplicium, M. Terentius ob amicitiam in ipsum reus in Senatu, Insidiæ, (inquit) aduersus Rempub. cōsilia cædis in Imp. puniantur. De Amicitia & officiis idem finis te Cæsar, & nos absoluerit. Quam ob orationis constantiam fuit absolutus. Apud Tacitum lib. 5.

16 DIVERSVM vtique probandum censeo in ceditione Primorum vrbis, contra legatum Principis concitata. Ob eam enim, singuli promiscuè ciues non sunt bonis mulctandi, nec exuendi priuilegiis: nisi occulta coniurationis tessera, omnibus ferè communicatum fuerit patrandæ cædis consilium. Eapropter Theodosij August. in Thessalonicenses seueritas dicam, an sæuitia, notatur à posteris, non sine acerba cæcæ vindictæ reprehensione. Nec minorem notam incurrit Henrici 7. Cæsaris vltio grauior in Brixianos Insubrum, & Ludouici 1. Andium Ducis, in Monpessulanos Volcarum ciues. Pari inter Ethnicos exemplo, Carya ciuitas Peloponnensi deleta fuit communi Græcorum concilio, matronis quoque in seruitutem abductis: quòd antea Persis hostibus in Græciam irrumpentibus, primates ciuitatis consensissent. Vt Vitruuius ait, De Architect. lib. 1. Peræquè Salaminiorum vrbs tota ob proditionem subuersa est decreto Atheniensium: Cuius testem habemus Pausaniam lib. 1. Ast immanis prorsus Galba Imp. qui Hispaniarum vrbes, & Galliarum, quæ sibi cunctantiùs accesserant, maioribus onerarit tributis, quasdam etiam murorum disiectione puniuerit. Id quod memorat Tranquillus in Galba. Leuis autem animaduersionis exempla in turbam Corinthiorum delinquentium voluere est apud Ælianum, lib. 2. Vti & Atheniensium, Herodoti lib. 5. Romanæ multitudinis, apud Theodoritum, cap. 26. lib. 5. Denique Antiochensium, apud Capitolin. in Marco.

17 DE bonorum publicatione hactenùs: Lectore tamen præmonito, sancitum esse Edicto Principali, vt in primo capite Maiestatis, confiscata intelligantur non modò quæ in regia purè sunt clientela: verùm etiam inferiora prædia quæcumque, cum rebus mobilibus, oneri substitutionum exempta. 4. Iduum Sextil. an. 1539. Quod vtique Lutetiana Curia Edictum comprobauit Nono Kalend.

Regis Edictum, die 10 August. an 1539. Die 24. Mart. ann. 1539.

Speciale est in crimine læsæ Maiestatis, vt bona damnati filiis ascendētibus, descendentibus, vel collateralibus non applicentur, sed Fisco.l. vlt. Et Authēt. bona damnatorum Cod. de Bon. proscript Ac licet feuda non veniant in confiscatione bonorū, hoc tamen fallit in crimine læsæ Maiestatis §. Denique, Tit. Quæ sit pri. caus. benef. amitt. Bart in l. si finita §. si de vectigalibus. ff. De damn. infec. *Estrayeres*. In registris Cameræ Computorum.

Apriles subseq. Idipsum pariter accuratè tractat Petr. Lysetus in explicat. l. Quisquis. C. ad leg. Iul. Maiest. & disceptatum fuit in Borboniæ gentis ditionibus controuersiis, post Karoli Borbonij confiscationem, de qua superiùs actum est. Prudenter herclè. Nam quod attinet ad res Domini alterius beneficiarias, expeditum est, eas Regio Fisco addici, non dominico, in crimine perduellionis. Specul. in §. Quoniam super homagiis. Tit. de Feudis. Vidus Papa, Quæst. 341. Quantumuis patronus inferior postliminio repetat sui beneficij fundum, ex lege primitùs ei imposita. Iuxta cap. 1. §. penult. De prohib. feud. alienat. per Fridéric. Cæsarea enim hæc feudorum Constitutio loquitur de cliente, dominum alium offendente, quàm Principem summum. Inde & *Estrayeriæ*, speciali nota designantur in Scriniis Præfecturæ Ratiociniorum Parisien. Bona scilicet Rei Maiestatis supplicio affecti, quæ ad vnum pertinent Regem, exclusis reliquis, præcipuè in agro Campano. Rursus Francico illo Edicto cauetur optimè, Regem substitutis in bona perduellis anteferri: quùm vnus ob noxam feudi commissoriam, retrò solutum sit ius possessorum omnium clientelarium, ab primæua vetustiorique lege feudi, quæ & consequenter retrò resoluat substitutionum onera medio tempore prædiis indicta clientes inter ipsos. Nonnunquam tamen de suo iure decedit Princeps, in gratiam regij stemmatis Procerum, qui damnati latifundia quædam sibi asserant titulo communionis, aliòve probabili. Vtputà, Franciscus 1. Rex benignè decidit cum sorore Caroli Borboniorum Ducis perduellis, Ludouica Borbonia Rupissurionæ Principe: cui fraternæ ditiones aliquot permittuntur, optima conditione possidendæ. Bino pacto, Mens. Sextili, an. 1538. & 5. Iduum Octobr. an. 1560. Quorum Literas Pactorum Senatus comprobauit, an. 1538. & Pridie Idus Quintiles, an. 1561. *sub modificationibus in registro Curiæ contentis*. volum. 3. Regestorum *Parlamenti* Parisien. fol. 124. (sub Francisco 1. Rege) cui Literæ illæ priores inscriptæ reperiuntur. Nam anteriori Conuentione, Rex dimisit Borboniæ Heroïdi, eiúsque Lodoïco filio, ac posteris, Monpenserium Comitatum, Delphinatum Aruerniæ, Turrem Bussieriam, Rupem Regnierij, aliáque nonnulla, pro qualicunque iure & actione Heroïdis in bona domus Borboniæ. Posterior autem Transactio, supplementi vice iuris eiusmodi, confert Bellilocum Baronatum, cum Dombensi Principatu: Ita quidem, vt qua, priscis ab Ducibus Boiorum, libertate dignitatéque, ab istis perpetuò retinerentur. In his enim Ditionibus nil sibi recepit Princeps, præter, honorariam fidei clientelaris functionem: Saluo etiam eo, vt Belli-Ioci Magistratus Regij permanerent, quos Regi vtique nominandi Boro ius haberet. Ex supradictis igitur durum videri non debet, quod in vetusto Codice voluitur Municipalium Legum Veromanduarum & Valesiarum manuscripto, Francicas res soli, aut se mouentes, Fisco Regio committi in crimine Maiestatis, citra onus æris alieni. Ac de hoc quidem perduellionis scelere, & pœnali in id Iudicum animaduersione, Nos, volum. 3. Parisien. Morvm.

Duæ transactiones inter Regem, & sororem Caroli Borbonij Ducis, an. 1538. & die 11. Octobr. an. 1560. Registratæ in Parlamento ann. 1538. & die 14. Iulij, an. 1561. *Tour de la Bussiere, la Roche en Regnier.*

Beauiolois, & Dombes. Duces Borbonij.

Vieil Coustumier à la main, de Vermandois, & de Vallois. Tit. 3. art. penult. & vlt.

Tit. VIII.

DE RESTITVTIONIBVS, QVÆ DAMNATIS, EORÚMVE LIBERIS CONCEDVNTVR.

1. 2. Publicatorum bonorum restitutione, priorem bonorum titulum non immutari.

3 Felonia *vasallo remissa, feudum ex priore causa apud eum permanere censeri: siue ante, siue post sententiam*, felonia *remissa fuerit. Feudum, finita generis serie concessum, nouum videri.*

3 *Publicatorum bonorum restitutioni*, Domanii *legem vnionémque non refragari.*

4 *Roman. Imperatorum clementia, in reos Maiestatis, eorúmque liberos. Maiestatis quæstio à Pertinace Imp. sublata: vt & eius metus, à Traiano. Luctatia lex, & Plotia.*

5 *Publicatorum, per Reges Gallos restitutorum exempla.*
6 *Tailburgij Comitatus, & Thoarcensis Procomitatus publicatorum restitutio.*
7 *Comitatus* de Mauleurier, *in Normania, Annetum, Nogentium* le Roy; *Armeniacus Comitatus, & Lud. Lucemburgij bona, post publicationem restituta.*
8 *Confiscatorum donatio à Principe facta, licita Aresto iudicata.*
Ob restitutionem damnati, etiam perduellis, laudimia, vel dominica alia Feudi iura non deberi, iudicatum.
9 *Bonorum publicatio, per Ianum Regem Aquitanis remissa.*
10 *Publicationem bonorum immobilium, in Armoricis locum non habere.*
11 *Andes, Cenomani, Bituriges, Allobroges, Biarnenses, de bonorum publicatione securi.*
12 *Hannonibus bonorum publicatio ignota.*
Flandris, quinque tantum casibus nota.
Cameracensibus, Mouentium confiscatio sola recepta.
Siculis, ex omni fraude capitali, ordinaria.
13 *Restitutis mera Principis gratia, non reddi, per sententiam Domino inferiori quæsita: restitutis autem cum causæ cognitione, reddi.*
14 Laïci *Ecclesiæ patroni bonis confiscatis, ipsum etiam Ecclesiæ patronatum confiscari.*
Clericorum bona prophana, Fisco Regio, vel priuati Iuridici, ex delicto confiscari.
15 *Confiscata à Tyrannis, vt ab Anglis in Gallia, an à legitimis Regibus iure teneantur.*
De Marchia Franciaca.
16 *Confiscata, liberis damnatorum restituta per Amalassuntham Gotthorum Reginam, & per Alfonsum Tarraconensium Regem.*
Capitis supplicium, & rebellionis pœna, sæpè ab aliis Principibus in aliud commutata.
17 *Bona mortem sibi ante sententiam consciscentium, ad hæredes transire.*
18 *Dominos plures, occupatis confiscati bonis, ad mulctam Principi adiudicatam, pro virili tantùm portione teneri.*
Statutum *dispositionis bonorum, reductiuum ad certam quotam & modum, non prodesse Fisco disponentis successori.*

1 NON EST perpetuò verum, publicatione bonorum *Rem Dominicam* amplificari. Princeps fundum publico commissum donat condemnati propinquis. Dubitatum est, an quia semel Fisco addictus sit, idcircò DOMANIALIS in posterum censeretur, à donatariis auocandus redhibitoria Lege Regni.

Terre domaniale, repetee sur les donataires par droict de reünion au Domaine.

INQVIES, fundum ipso iure Principis factum fuisse, citra nouæ possessionis ministerium. Vlpian. l. Commissa. De Publican. & vectigal. Igitur donationem prædij commissi, nouum ius videri, atque ideò Principalis DOMINII alienationem. Non secùs, ac si patronus, nouis tabulis confectis, agnoscat clientem, finita iam huius stirpe beneficiaria fundi, dicitur nouum feudum is concessisse, non antiquum. Vt placuit Bartolo, Bald. Angel. & Alberic. in l. 5. ꝟ. De impens. in res. dotal. Vlpian. l. 1. §. permittitur. ꝟ. De aqua quotid. & æsti. De illo paria iura dictantur, qui purè distraxit agrum paternum, deinde vltroneo Pacto redemit ab emptore, nouam esse acquisitionem, non Maiorum patrimonium. Aliter atque si redimendi lex venditioni adiecta fuisset. Quo casu, fundus in pristinum statum restitueretur, Alberici iudicio, in 1. Parte Statutorum, Quæst. 87.

Si dominus directus renouet feudum suo vasallo, finita maiorum suorum generatione, ad quam vsque limitata fuerat infeudatio prima, censetur dare nouum feudum. Albericus *de Rosate.*

2 RECTIVS autem dicetur, humanitate suggerente, restitutionem in bona publicata, non mutare priorem bonorum causam, statum, conditionem. Restitutio enim retrò fingit, bona adempta non fuisse condemnato. Tantùm abest, vt adscititium titulum introducat, nouámque possidendi causam. Haud secus, ac si patronus noxæ commissoriæ clientem eximat, seu vasallo condonet feudi commissoriam perfidiam: tunc benigniùs interpretamur, vetusti feudi concessionem esse hanc, non quasi noui iuris translatitiam. Vnde colligitur, feudo à cliente postea vendito, locum fore gentilitio ipsius Retractui, tanquam gentilitiæ, auitæ, & antiquæ possessionis. Bald. & Angel. ad l. peculium est. §. penult. ꝟ. De pecul.

Confiscatio feudi ob feloniam, vasallo remissa, non inducit omnino nouum titulum feudi in eodem vasallo.

Les profits de fiefs tanquam ex noua inuestitura vasalli.

Hæc decisio Aluaroti intelligitur, nisi offensæ in dominũ genus induceret ipso iure feudi priuationem. Nempè si vasallus alienasset, vt ibidẽ Aluarotus.

Feudorum interpretes in cap. 1. De vasallo decrepitæ ætat. Hinc quoque ob culpam à Domino superiori remissam, nulla debentur Dominica prædij commoda & emolumenta, tanquam ex noui vasalli cooperatione, seu Vestitura. Multò minùs à clientis filio auelli poterit res clientelaris, cuius nomine viuum clientem patronus minimè inquietarit ex patrata in eum noxia ac perfidia. Vt sensit Aluarotus in §. Insuper. De prohib. feud. alienat. In Feud. Non idem planè responderis, si ob consumptam generis seriem, denuò attributum sit feudum. Qua in specie, probabiliùs fingitur, beneficiarium clientem nullum in feudo ius vnquam habuisse: Cùm feudum sui natura tunc, non culpa resolutum sit, & à patrono receptum.

Placitis Feudalibus feuda aperiuntur, vel amittuntur quadrifariam, delicto, morte, refutatione, & defectu: Vt si quis mutus, surdus, &c. In Gallia autem non nisi delicto amittuntur, & refutatione, de qua in cap. 1. De vasallo qui contra Constitut. Lotharij Feud alienat. In aliis quoque delictis, præter feloniam in dominum directum, feuda Franciæ confiscatione quæruntur Iuridico territorij, non autem Domino directo.

3 AC in totum hanc adhibent distinctionem Legum Antecessores suprà citati: Ante priuationis sententiam necne indulta sit commissorij facinoris venia, vt antiquumnè perstet clientelare prædium, an nouum fiat, diiudicetur. Sicuti enim priuationis sententia exigitur ad clientem feudo mulctandum. Bald. & Præpos. in §. callidis. De prohib. feud. alienat. Ita hac in parte Fisco ius quæritur tantùm à die Sententiæ, in aliis non item. Bartol. ad l. Post contractum. ff. De donat. Sed quia hæc restitutionis quæstio, est de bono & æquo, in quo genere erratur perniciosè nonnunquam sub auctoritate Iuris scientiæ: Ego puto, indiscriminatim valere bonorum commissorum restitutionem, nec ei *Sacri Census* legem vnionémque refragari: Fretus opinione Baldi ad l. vlt. in fi. Cod. de reuocan. donat. Vbi, si actum sit, vt ipso iure res ad dominum redeat, intelligitur, si dominus velit, & sententiam priuationis ad effectum omninò perduxerit. Accurs. & Bartol. in l. 2. D. Si ager vectigal. Immol. ad cap. 2. De Feud. Decius Consil. 258. Ponamus, ad hæc, feudum patrono cõmissum non numerari in albo acquisitorum, sed patrimoniorum eiusdem, nec leuiùs, quàm patrimonia, alienabile dici à Socyn. & Iason. in l. 3. §. Nerua. ff. De acquir. possess. Haud ideò minùs patrono libera est potestas Indulgentiæ gratiæque clienti dandæ, feudo in eum renouato, antequàm inferius prædium ille cum suo coniunxerit superiori, promiscua possessione certorum annorum.

4 HVMANIOR igitur sumenda est interpretatio, vt, quæ Fisco adiudicata, dãnatis condonantur, reddita potiùs pristino iuri priuatæ substãtiæ videantur, quàm semel in Regiæ Franciæ Patrimonium perpetuò redacta. Quinetiam, melius esse aiebat Cõstantius Imp. publicas opes à priuatis haberi, quàm intra vnum claustrum reseruari, Auctore Eutropio. Vnde Iustinianum nostrum commẽdat Procopius, quòd Hypatij, Pompeiique liberos in paterna bona, dignitatémque restituisset: Tametsi Hypatio, Pompeióque, iam non modò Maiestatis crimine damnatis, ac occisis, & cunctis opibus Fisco publicatis: lib. 1. De bell. Persico. Comparemus Iustiniano, si placet, Marci Cæsaris clementiam, verè Philosophi. Nam in liberos Auidij Cassij, qui minutæ Maiestatis conuictus fuerat, egit clementissimè. Eum quidem monuerat Faustina vxor, vt in liberos sæuiret: Ego verò (infit) & eius liberis parcam, & genero, & vxori, tùm ad Senatum Scribam, ne aut proscriptio grauior sit, aut pœna crudelior. Vt de eo narratur à Vulcatio Gallicano. Quin & vnus tantùm, sub Pio Imp. proscriptus est Maiestatis reus Attilius Titianus, Senatu puniente, à quo conscios requiri vetuit. Sed de Prisciani quoque in Pium coniuratione idem ipse quæri prohibuit. Vt est apud Capitolinum in Pio. Cæteros planè superat Octauij Augusti, planè augusta mansuetudo, & in L. Cinnam indulgentia. Sciebat, Cinnam in se struxisse insidias: solum ad se accersit, ac expositis in eum beneficiis, locum, socios, diem, ordinem insidiarum adiecit, & cùm defixum videret, quo (ait) hoc animo facis? Malè, mehercule cum Repub. agitur, si tibi ad imperandum, nihil præter me, obstat. Vitam tibi, Cinna, iterum do, priùs hosti, nunc insidiatori, ac parricidæ. Ex hodierno die inter nos incipiat amicitia: contendamus, vtrum ego meliore fide vitam tibi dederim, an tu debeas. Posthac detulit vltrò Consulatum, amicissimum habuit fidelissimúmque, hæres solus fuit illi, nullis ampliùs insidiis ab vllo petitus. Vt Seneca memoriæ prodidit lib. 1. De Clementia, Dion, & Suetonius in Augusto. Sic Augusti decessor Iulius, ciuili animo tulit Pitholai carminibus laceratam existimationem suam (teste eodem Suetonio.) Etsi minimè tutum sit eum scribere, qui potest proscribere. Hæc peculia-

Marcus Antoninus.

Iulius Cæsar.

ria sunt Cæsarum iudicia. In vniuersum autem, Pertinax Imp. sustulit Maiestatis quæstionem, cum iureiurando, & reuocauit eos; qui deportati fuerant crimine Maiestatis, eorum memoria restituta, qui occisi erant. Vt Capitolinus tradit. Eleganter verò Plinius in Panegyrico Traiani; Maiestatis crimen singulare esse, ac penè vnicum crimen eorum qui crimine vacarent: ideóque huius metum fuisse à Traiano sublatum, contento magnitudine, qua nulli magis caruêre, quàm qui sibi maiestatem vindicarent. Porrò de Legum publicarum indulgentia constat, Romæ quidem olim Luctatiam legem de vi, aduersus eos, qui Lepidi partes secuti erant, fuisse seuerissimam: Sed postea lex Plotia, de iis exulibus restituendis, fuit indulgentissima.

5 At Romanis tum Impp. tum Legibus non cessit Regia Francorum in suos clementia. Karolus 7. reddidit Lodoïco Iani Lucemburgij ex fratre nepoti latifundia patrui omnia (dempto Guisiæ Comitatu) quæ perdiu iam in Fiscum relata erant, perduellionis nomine. Pari benignitate vsus ipse est in Ianam Betunam, Lucemburgij illius viduam mulierem, libera huic possessione derelicta mouentium se bonorum defuncti, quæ perduellis alioquin vxori legare non potuerat in fraudem Fisci: Mense Aprili, an. 1441. Ex Monstreleto eius seculi scriptore non contemnendo, Histor. lib. 2. Ne quis autem demiretur, Principem munifica illa bonorum restitutione exemisse Guisianum dominatum, scire oportet, hunc tùm Renato Andegauo, Ambarrorum Duci competiisse auita hæreditate Mariæ Blesensis (aliàs Britonicæ) cuius Maiores, Blesorum Reguli fundo eo potiti erant, multò iam ante annum 1338. Vt Frossartes animaduertit, de Guysia, eiúsque domino Ludouico Blesensi Comite scribens, Hist. Volum. 1. cap. 40. Sed enim Lucemburgius Guisiam armis suæ ditioni adiunxit, rebus in Gallia turbatis, an. 1423. Vsqueadeò, vt post diuturnum huius bellum cum Renato Andegauo, manserit Guisia penes Lucemburgium. Transactione inter ambos Proceres inita, an. 1432. quam recenset Monstreletus Hist. Volum. 2. Haud abs re igitur, Princeps Guisiam excepit Rescripto illo bonorum restitutorio, vt vi extorta ad veteres dominos reuerteretur. Nec tamen priùs conquieuit Ludou. Lucemburgius fratris filius Ioh. Lucemburgij. quàm Rex ipsi fidem dedisset, aliis se fundis ablatam Guisiam pensaturum: an. 1474. Vt tradit Phil. Comminius in Ludouico XI. cap. 71. De Guisiano dominatu; reliqua inferiùs, lib. 3. Tit. 6.

Comté de Guyse. Ioh. Lucemburgius maritus Ianæ *de Betune*, Gallici generis Dynasta, sed partiū Anglicarum, in Principem suum arma induit, atque fidem viuēs moriēsque fefellit.

Maria Blesensis, filia Caroli Castillionei Blesensis, ideò Britonica est cognominata, quia nuptialibus tabulis Caroli cum Iana *de Bretagne* cautum fuit, vt liberi, nepotes, &c. Britanniæ cognomen ferrent.

6 Tailbvrgivm Comitatum nemo dubitat Regi quæsitum fuisse, Mauritij bonis, Karoli, & Hilermi Plustalleti, Fisco commissis, an. 1444. Haud ideò Princeps Tailburgum, Santonicæ oræ oppidum redegit in formam Patrimonij, sed Pregentio Coïttiuyo donauit, Tribuno maritimorum Galliæ, 4. Idus Maias 1444. Nec multò pôst, ditio isthæc lege obuenit Coittiuij successori, Tremolio Regulo, vtraque familia affinitatibus nexa. Item Ludou. Ambosius punitus fuerat publicatione bonorum, Regia sententia, in Senatu Pictauen. prolata, Rege Præside, 8. Iduum Maiar. an. 1432. Secundùm quam, Princeps, quasi rerum dominus Ambosij, decidit cum eius sorore Iacoba Ambœsia & Iano Tremolio marito, parte bonorum his relicta cohæredibus iudicio familiæ herciscundæ: Februar. Mense, an. quo suprà. Ast triennio pôst, Rex damnato reddidit Thoarcium Subcomitatum, prædiáque alia: dempto Ambœsiæ oppido, quod huius sororio cesserat lege diuidundæ hæreditatis cum Principe, simul & Mons-Ricardi, ac Blereum, in Turonibus, oppidula. Rursùm tamen Rex patrimonialem sibi asseruit Thoarcium Subcomitatum, Domanioqve sacrauit Ludouicus 11. Vnionis diplomate, quo regia itidem iurisdictio attributa est Thoarciæ vrbi ac Territorio 4. Kal. Ianuar. an. 1478. Haud ea quidem ratione, quòd semel in publicum redactus fuisset is Procomitatus, an. 1432. Sed quia eundem Ambosius Regi vendidisset, sororibus infensus, quarum alteram Tremolius habebat vxorem. Verùm Karolus 8. Procomitatum Tremolio restituit, Ambosij hæredi, iure antiquo & gentilitio possidendum. Nec eò seciùs Procurator Fisci manum inuexit in Thoarciam ditionem, (an. 1531.) tanquam Regis Dominicvm fundum. Ast intercedente Tremolio, statim tollitur manus Regia, & Thoarcium ipsi adiudicatur. Vt perspicuè explanat Ioh. Bouchetus in Aquitan. Chronicis. Subnecte

Comté de Taillebourg en Xainctonge, donné à l'Admiral de Coitiuy.

Die 12. Maij, 1444. Dom *de la Trimoille.* Arestum die 8. Maij, an 1432. quo Parlamentum sedebat Pictaui, propter Anglos, tum Parisiis incubantes.

La Vicõté de Thouars, in Pictauen. agro.

Amboise, Mõtrichart, & Bleré, en Touraine. Vnio Vicecomitatus Thoarcij (apud Pictones) cum Domanio Regio, die 29. Decemb. an. 1478. Arestum *de mainleuee* Vicecomitatus *de Thouars*, pro Domino *de la Trimoille.* De antiquis hisce Comitibus *de Ponthieu*, Nos inf. Tit. vlt lib. 2. art 3. Et lib. 3. Tit. 10. art. 3.

his Pontiuensem, Ambianorum, Comitatum, qui è priuato Magnatum quorumdam dominio, in Fiscale conuersus est olim, Symonis Comitis perduellione: Eius tamen viduæ coniugi liberísque redditus, demptis Monstroliensi ad mare, & Centulensi oppidulis, cum adiacentibus paucis. Circa annum 1230. Sicuti ex Archiis dignoscitur Ædilitiæ domus Pontiuensium Abbæuillanæ.

Monstreul sur la mer, & S. Riqu er. Ex Thesauro Chartarum *de la maison de ville d'Abbeuille.*

7 PRÆTER hæc, Bræzeo Dynastæ reddidit Ludouicus XI. Comitatum Malleporianum, Normanici agri, Annetum, Nogentium (in finibus Carnutum) & alia pleraque, an. 1480. Quæ Brezæi patri ideò adempta fuerant, quòd Karolam coniugem interemisset, Regis sororem notham. Nec obscurum est, Renatum Alenconiensem, Maiorum ditiones tenuisse solo Principis Diplomate, earumdem cōmissarum reuocatorio. Quandoquidem Renati pater Iohannes bis impegerat in crimen minutæ Maiestatis: Gemino in eum *Parlamenti* iudicio capitali dicto, veréque Cassiano, cuius Diem & Consulem notauimus Tit. præcedenti, art. 3. Eadem fermè tempestate, Princeps si exequi pro suo iure voluisset publicationem Armeniaci Comitatus perduellione commissi, nunc Rex Cantabrorum, gentili Comitatu non potiretur, abauiæ hæreditate veteri, Mariæ Armeniacæ: quæ Iano Alenconio nupsit, (an. 1451.) auo Franciscæ Alenconiæ, Vindocinensis Heroïnæ, paternæque auiæ Nauarri Regis. Nam antea edocuimus, Armeniacum dominatum, Iani Comitis scelere Fisco addictum fuisse, ciuili formula iudiciorum, an. 1469. At Karolus Alenconiorum Dux, qui ex Maria Armeniaca descenderat, Iani sorore, defendit initio, Principatum hunc, longa serie auitarum substitutionum ad se redire, nec vnius delicto reliquos gentis Proceres re priuari debere, in eos restitutioni subiecta. De quo interlocutus est Senatus, Alenconio liberum fore, contumacis Armeniaci purgare innocentiam, vitæque eius rationem adprobare, sed Regem interim Comitatus possessione non decessurum: Circiter annum 1503. Alenconius insuper causam suam tuebatur peculiari in Renatum patrem donatione Karoli Armeniaci, auunculi, 13. Cal. Decemb. an. 1484. Qua donatione, Armeniacus sororis filio suum Legitimæ ius erogarit in omnia Armeniacæ gentis patrimonia. Cuius nomine Legitimæ, donator iam ex primigenij fratris noxa publicatis bonis iudicio abstulerat Subcomitatum *Faysansaguel*, Baronatum *de Roquefueilh*, aliaque nonnulla Armeniaci Comitatus latifundia. Tandem Franciscus 1. fœlici auspicatu Regni, transegit negotium cum Alenconio sororis viro, liberalitérque ei transcripsit suum omne ius in Armeniacam Dynastiam: cum eo pacto, vt amborum filij, vel alterutro præmoriente, superstitis liberi fundum hunc obtinerent hæreditarium. Codicillis Mens. Februar. an. 1514. quos propalam legi, recitarique iusserunt Senatores Prætoriani, Postridie Kalend. Mart. an. 1516. Itaque Francisci Regis soror, mortuo absque prole Alenconio, Comitatum detulit ad Erricum Alebretum Nauarræ Regem, nouum coniugem: ex quibus Iana orta transmisit eundem ad Henricum Borbonium filium, simul & Franciscæ Alenconiæ nepotem, quæ soror hæresque Caroli Alenconij exstiterat. Pari antea humanitate, Karolus 8. reddidit Mariæ Lucemburgiæ, quæ auus cumque perduellis in publicum bona commiserat. Subscribente Principis muneri Ordine Amplis. 15. Calend. Ianuar. an. 1486. Donatariæ nimirùm auus extitit Ludouicus Lucelburgius, MAGIST. EQVIT. Francicorum, de quo capitis supplicium sumptum est. Decreto Curiæ *Parlamentaris*, 14. Cal. Ianuar. an. 1475.

Mauleurier, Annet, & Nogent le Roy. Haud licuit Brezæo vxorem necare, sed tantummodò mœchum ipsum in rebus venereis cum ea deprehensum: Lege Solonis apud Plutarchum Hoc etiam patri soli in filiam licebat iure Roman. Sic & Hippomenes Atheniensis filiam Limonem cum adultero deprehensos interfecit: ex Heraclide in Politiis. *Alençon & le Perche. Comté d'Armagnac.* Ex authentico titulorum Alenconiæ Domus Inuentario, sumpto è Camera Computorum Alencon. ab Anton. Burgo, magni Consilij Consiliario, ad id delegato, Die 6. Ianuarij 1515. Donatio, die 19. Nouemb. 1484. Huius legitimæ in bona priuata Alenconio vltimo successère Francisca & Anna sorores. Anna autem iunior in seniorem Franciscam obtinuit Parisien. Arestum prouisionale æqualis partitionis Die 8. Febr. 1539 & definitiuum. 4 April. 1579. Quorum in executione, Erricus 4. rex Franciscæ nepos promisit Ludou. Gonzagæ, Duci Niuern. Annæ nepoti summam 80. millium aureorum Die 1. Febr. 1594. *Et pour les 74 mil restans, le 29. Mars 1595. il les assigne en rente sur les Tailles de Clamecy & de Donzioys,* Arestum Magni Consilij Regis die 2. Mart. an. 1516. Verificantis literas patentes Regias Mens. Febr. an. 1514. Ex Regesto Curiæ die 18 Decemb. 1486. Comestabilis Franciæ. Arestum Curiæ Parisien die 19. Decemb an. 1475.

8 PLENÆ sunt huiusmodi exemplorum nostrates Historiæ, monumentáque Francica: quibus, tanquam cumulus, iam accedat Iudicatorum auctoritas. Licitam esse confiscatorum donationem Senatus pronuntiauit. Arestis Pentecostes an. 1542. secundùm dynastam Doartium. Huc spectat Curiæ decretum alterum, ex plena restitutione damnati, etiam perduellis, non deberi laudimia, vel dominica alia feudorum commoda. Pridie Idus Iunias, an. 1542. litigatorum altero, filio Magnatis San-Valieri, Prætore Normaniæ. Quibus consonat Boërij Decisio Burdigalen.

Placitum Curiæ solemne pro Domino *Doarty.* Die 12. Iunij, an. 1542. Domini *de sainct Valier*, filius, Magnus Seneschallus Normaniæ.

digalen.279.& Phil.Probi sententia in Addit.ad Iohan.Monach.in cap.1. De restit.in integ.lib.6.

9 Qvinimò permulta Galliæ Municipia non admittunt probrosam hanc rerum soli proscriptionem: Aquitania, Britannia continens, Bononia Belgica, Pictones, Andes, Cenomani, Turones, Bituriges. Aquitanis remissam fuisse à Iano Rege bonorum publicationem ex quocunque, vel Maiestatis crimine, documento sunt Tabulæ authenticæ Idibus Maiis, an. 1353. Quas legisse memini inter forenses Petragoricæ litis commentarios, de qua superiùs. Adeóque secundùm illas iudicasse Patres Tholosanos, refert Benedictus, eiusce collega Ordinis, in Repetit.Cap.Raynutius. De Testam. De primo autem capite Maiestatis, ambigit Ferronus in Consuet. Burdigal. nûm Princeps in eo cessisse Confiscationum iuri videatur. Atqui cum isto Regij corporis vncti sacrosanctíque velut tutelari præsidio coniuncta est Regni tutela ac Reipub. salus. Vnde verius putarim, illud, nec si voluisset, à Rege remitti abdicarique potuisse. Ob id Karolus 7. recepta Burdegala Vibiscorum, cum intellexisset Lesparrum, in Angliam profectum, contra fidem Karolo præstitam, auctorem fuisse Anglo, vt classe in Aquitaniam traiiceret, eum exilio boníſque mulctauit: disertéque hoc adiecit Carolus, subacta iterum Burdegala, ius sibi fore exilij Lesparro indicendi. Huic paulò pòst, cùm apud Pictones res nouas moliretur, coniecto in carcerem, ceruices abscissæ: publicata latifundia, renitentibus frustrà legitimis hæredibus, minui Aquitaniæ iura & receptos Mores, quibus confiscatio excluderetur. Regio Actore, contrà, Perduellionis crimen semper exceptum, defendente. Aquitanum illud Priuilegium descripsimus ad literam, infrà lib.3.Tit.12. quo perspicuè (saltem quoad reorum capita) continetur exceptio primæ partis læsæ Maiestatis.

Boloniens. Consuet. art.5 Pictauen. 209. Bituricæ Cap.2.art. 1.2.3. Cenomanæ art.157. Andeg.142. Turon. 378.

Priuilegium Iohãnis Regis, datum die 15. Maij, an. 1353. Aquitanis subditis, ne eorum bona possint ob crimen confiscari.

Insigne, eximiúmque crimen est proditionis Patriæ, cuius damnatus est Athenis Timotheus Cymonis filius, & centum talẽtis mulctatus. Vt ait Probus in Timotheo.

10 De Britonibus, testatum habemus, res prædiarias Fisco non applicari abs quouis, etiam Maiestatis crimine. Ex capitali Sententia lata in Ægydium Baronem Radesiarum. Cuius nempè supplicio affecti, hæreditas controuertitur propinquos inter ipsos, ab Anno 1440. in hanc vsque lucem, apud Patres Parisienses. Baro enim Raysius cæsorum infantulorum sanguine Magicos scribebat characteres, quibus Dæmonas Orco euocaret, infœlix sacræ Maiestatis reus. Vt est apud Bocardum in Britonicis Annalib. & Molineum in Annotat. ad Consuetud. Armoricas, art.617. Quod enim vulgò tritum est Armorici *Parlamenti* decretum in Regulos Pentebricæ domus, id magis pertinet ad legem commissoriam feudi ex perfidia clientis in patronum Ducem, quàm ad bonorum publicationem. Comites enim Pentebriæ, insidias struxerant in caput salutémque Iani Ducis Celticæ Britanniæ, recti domini sui: Februar. Mens. an. 1419. Ex quo, insidiatorum feuda declarantur Ducali Fisco commissa. Aresto 14. Cal. Martias, an. 1424. quod, cum aliis Britonicæ vetustatis Tabulis, conditum extat Nannetibus, apud Præfecturam Ratiociniorum minoris Britanniæ. Huic affine decretum Rhedonensis Curiæ profertur aduersus Rollandum Cusseum, ab Argentræo in Tractatu de Juribus Nobilium virorum Gallicę Britanniæ. Eòdem refertur vetus Britonum Lex Municipalis. §.620. de feudali in clientem commisso fundorum: Denique constitutum est à Principe, res delinquentium neutiquam confiscatum iri in citeriore Britannia, extra casus patrio More definitos. Edicto perpetuo, quod Armoricus Senatus comprobauit, 3. Cal. Nouemb. an. 1557. Vt memorat Natalis *du Failh*, eiusdem Senator Collegij Ornatiss. in Collectaneis Decretorum Armoricæ Curiæ Max.

Messire Gilles de Laual, Baron de Rays, en Bretagne, reus peractus læsæ Maiestatis diuinæ.

Poinctieure en Bretagne.

Vetus Arestum Parlamenti Ducalis Britanniæ, die 16. Febr. an. 1424. quod est in Camera Computorum *de Nant es en Bretagne.*

Arestum Parlamenti *de Rennes en Bretagne contre Rolland de Cussé.*

Verificatio Edicti in Parlamento Britãniæ, die 30. Octo. 1557.

Natalis *du Failh* in lib *des Memoires & meslanges des Arrests de Bretagne.*

11 Andegava vtique, & Cenomanorum Lex Prouincialis excipit vtriusque Maiestatis crimen, diuinæ & humanæ: vt talium reorum bona redigantur in Fiscum, alioquin minimè confiscationi obnoxia. Apud Bituriges verò, nullus relinquitur bonorum publicationi locus, ne quidem ex lege Iulia Maiestatis, præterquàm in primo capite §.2.Tit. De Iudicibus & Iudiciis. Nec enim hoc casu explosam esse bonorum relationem in Fiscum, arguit decretum *Parlamenti*, aduersus Iacob. Cordium, Biturigem, qui regia in Aula argentariam exercebat, 4. Cal. Iunias, an.1454. Allobroges necnon seruant Nouellam Iustiniani constitutionem in ratione bonorum publicandorum: Authen. Bona damnatorum. Cod. De bon. proscript. Teste Ozasco, Subalpini Senatus Decisione 94. Eadem planè Biarnen-

Bourges. Arestum die 29. Maij, an. 1454. *contre Iacq. Cueur.*

Les Fors & Coustumes du pays de Bearn.

sium Instituta Prouincialia, quæ in scriptum Volumen cogi iussit Princeps Erricus Alebretus, an. 1552. Duplici videlicet specie probari bonorum proscriptionem ignominiosam, in vtriusuis duntaxat crimine Perduellionis.

Hannoniæ Prætor, vulgò Magnus Balliuus *de Haynaut*, solus concedit literas Remissionum, non Comes: nec vlla ibi est Officina Diplomatica, seu Cancellaria quæstuaria.

Cap 8. Consuet. Hannoniæ.

Die 28 April 1574. omologatæ fuerunt Consuetudines, *de la Cité & Duché de Cambray, & du pays & Comté de Cambresis, Par Loys de Barlaymont, Archeuesque & Duc de Cambray, Prince du S. Empire, Comte de Cambresis, &c.*

12 IGNOTÆ Pariter Hannonibus sunt confiscationes, auctore Butelerio, Karoli 6. Regis Consiliario, lib. SVMMÆ RVRALIS. In Flandria, non æquè. Nam eiusdem testimonio, bona quinque casibus publicantur, proditione in patronum ὁμόλογον seu ligium, concitata in vrbe seditione, hæresi, suiipsius parricidio, & effusa fuga ex acie in communes Christi hostes. Cameracensi autem Ritu patrio, non admittitur confiscatio rerum soli, at mouentium duntaxat. In lib. Consuetudinum Samarobrinæ vrbis, & Ducatus Cameracensis. Quas scriptis mandari Consuetudines præcepit Ludouicus Barlaymontius, Pontifex, Dúxque Cameracensis 4. Kal. Maias, an. 1574. Sicula lege indicta est fortunarum omnium publicatio; quauis ex fraude capitali. Vt sancitum fuit à Karolo 1. Andegauensi, Neapoleos Rege. Afflictus in Constitut. Neapolitana, De accusato coram Iustitiario, & in Tit. De Fisco succedendo foriudicatis.

Literæ remissionis, & abolitionis criminis.

13 ILLVD quæsitum est, nûm restituente in integrum Principe, damnatus res suas recuperet, Fisco iam Domini inferioris adplicatas. Siquidem gratiosum sit Diploma restitutorium, legis venia, quam dederit Princeps, nil obest inferiori Magnati, cui semel ius partum sit publicatione bonorum. Veluti, & si mulcta Regio addicta sit Fisco, & priuato litigatori, non licet Regi mulctam priuati reo condonare. Abbas, Consil. 6. Volum. 2. Accurs. ad l. 2. Cod. De in ius voc. Prodest igitur damnatis restitutio illa, ad pœnam capitis solummodò vel abolendam, vel minuendam. Bartol. in l. Gallus, §. & quid si tantùm ff. De liber. & posth. l. vlt. §. vlt. C. De sentent. pass. & restit. Bald. ad Cap. Domino guerram. Tit. Hic finitur lex. In Feud. Vice versa, si eiusmodi veniales Codicilli versentur in causæ cognitione, & ad Legum præscriptum reuocentur (quales *Remissionis literæ*, vulgò nuncupatæ) ne audiendus quidem est Iuridicus dominus, in veniali Rescripto oppugnando, mulctæ Fiscalis obtentu, seu bonorum publicationis. Complura ad hunc sensum, rerum iudicatarum exempla promuntur à Ioh. Gallo, Regio quondam in Senatu causidico, Quæst. 284. & 312. Ex quibus apparet, reos liberè, Principis indulgentia noxæ eximi, in dispendium Fisci inferioris. Ad hæc, publicæ Pacis ergò, si emissum sit Diploma restitutorium, porrigitur tunc ad iura etiam, in tertium alienatione translata. Quod Perusinam ciuitatem seruasse (ineunda Pace cum Ecclesia Rom.) produnt Bald. & Angel. in l. Conuentionum. ff. De Pact.

Dominus altæ Iustitiæ loci, vbi delictū admissum sit, non potest impedire effectum regiarum Literarum remissionis criminis, quasi suum ius tollentium confiscationis bonorum delinquentis.

14 LONGIVS necnon gratiosa est producenda Restitutio aduersus Magnates, in casibus à Iasone notatis in cit. §. & quid si tantùm. Vtpotè, si Princeps restitutionis plenissimæ verbis vtatur: motus potissimùm, meritorum ratione in Rempub. collatorum, aut similibus circunstantiis, ad dandam flagitij veniam, & integram reo existimationem. Alioquin * παράδοξον arbitrarer Lutetianæ Curiæ Decretum, restitutos à Principe, Fisco Procerum commissa recuperare. 3. Nonas Septemb. an. 1527. Francisco Mesnagio, & Dn. Raqueuilla disceptantibus. Nam & Gallicæ praxeos peritissimus censuit Faber, Rescripto auferri non posse bonorum confiscationem, Iuridico delatam inferiori. Ad §. cùm autem. Institut. Quib. mod. ius patr. potest. sol. Chasseneus in Consuet. Burgund. Tit. De Iurisdictione. Eòdem refertur Iudicatum Curiæ vetus, hoc verborum tenore. *Cùm Guerardus de Longauena, scutifer, pro quibusdam excessibus sibi impositis fuisset per Baillium Syluanectensem secundùm consuetudinem de Regno nostro bannitus, & propter hoc Iohannes* Derquinuille *scutifer ad bona, quæ sub eo dictus Guerardus tenebat, assignasset, & ea tanquam sibi commissa teneret, nósque postmodùm eidem Guerardo, ad quorundam suorum instantiam amicorum, de gratia speciali remisissemus bannitionem prædictam, idem Guerardus virtute remisionis prædictæ, in Curia nostra petiit, dictum Iohannem compelli ad amouendam manum suam de bonis prædictis, & ea dimittenda Guerardo: Prædicto Iohanne plures rationes econtrariò proponente. Tandem auditis hincinde propositis, & visa gratia remissionis prædictæ, Per Arestum nostræ Curiæ dictum fuit, quòd dicta remissio non extendit se ad bona, quæ dictus Guerardus sub eodem Iohanne habebat,*

* Præter communem opinionem.
Arestum Curiæ, die 3 Septem. an. 1527.

nec compelletur

nec compelletur Iohannes amouere manum suam de bonis prædictis. In Parlamento, Octaui Brandonum, anno 1311. Vt est in Curiæ Regesto, OLIM, fol. 149. vers.

15 DE Templorum patronatu disputatum est, nûm feudo annexus deuolueretur ad Fiscum, cui bona patroni profani vindicata essent. Æquius nonnullis visum, ius istud *Feudary* patronatus tum extingui, sanctæ Ecclesiæ fauore, iuripatronatus subditæ: vt postmodùm libera immunisque maneret profano iure nominandi sacerdotis, in eam antea, quasi seruam, Dominis feudi competente. Cardinal. ad Clement. Plures. De iur. patron. Argum. cap. Fœlicis. De pœnis. Apud Bonifacium 8. P. P. Immol. ad cap. vlt. De reb. Eccles. non alienan. Iohan. And. in cap. Quanto. De Iudic. Summa enim ratio est, quæ pro religione, quæ pro ipsius causa liberali facit. Quùm alioquin sacrarum ædium patronatus singulari tantùm iure indultus sit profanis hominibus, vt ad fundandas illas propensiùs allicerentur. Per contrarium, necessariò tenemus, Ecclesiæ patronatum confiscari. Quemadmodùm enim is cum vniuersitate transmittitur in extraneum, ita generali bonorum publicatione transit ad Fiscum. Abbas in cap. Nobis. & cap. Cùm laïci. De iur. patron. Curtius copiosè in Tract. De iur. patronat. Idem de patronatu libertorum, in quem succedit Fiscus Imperialis l. 1. Cod. De bon. libert. & ibi Bartol. Imò etiam Clericorum prophana prædia committuntur Fisco regio, vel priuati Iuridici, ex delicto, non autem sacræ Ecclesiæ, vel Episcopo, Francica Consuetudine. Secundùm quam, Sententia lata in Aquensi ciuitate enarratur Oldradi Responsis 4. & 17. Benedict. in Repetit. cap. Raynutius. Ad verb. Et vxorem nomine Adelasiam Vers. Successio abintestato. De Testam. Iure Pontificio, secùs, quo res Clerici, à suo Præsule condemnati, pertinent ad Fiscum Ecclesiæ. Andr. in Addit. ad Speculat. De Feudis §. penult. Glos. in cap. Quia diuersitatem. De concess. Præb. Cum multis Pontif. Max. Rescriptis, quæ eam in partem citauimus in nostro Opere DE SACRA POLITIA FOREN. lib. 3. Quò Lectorem auidum reiicimus, ne in ταυτολογίας crimen vocari possimus.

> An beneficiorum patronatus laïcus, qui ratione fundi competit, transeat cum fundo confiscato, ad Fiscum, An verò per confiscatione extinguatur, in fauorem & libertatem Ecclesiæ.

> *Rochus de Curte.*

> Tit. 1. artic. 24.

16 AGEDVM, quid de confiscatione, Tyranni sententia, dicta? Anglis, putà, Gallias occupantibus, haud leuis coorta est deinde in Senatu dubitatio, an Princeps, ab iis publicatas reorum opes ritè vindicet, tanquam DOMINICIS fundis vnitas, iure publicationis. Regius Actor manum inuexit in Fronciacum Marchionatum, vti patrimonialem Gallici Sceptri: non ob id solùm, quòd arx Fronciaca, opus fuerit Caroli Mag. (quasi frons Sarracenorum, auctore Aimoyno:) sed quòd olim iuncta fuisset Aquitano DOMANIO, confiscatis Vuilhelmi Xantij Pomerij ditionibus, qui Burdigalæ, causa capitis dicta, fuit securi percussus, Anglo Aquitaniæ Duce, anno 1375. Sicuti ex Regio Burdigalæ Tabulario liquebat. Quando & à Frossarte Historico frequens est illata mentio Dynastarum Pommeriorum. Stabat alter à partibus Anglorum in prælio Pictauensi, anno 1356. Alter Aymo Pommerius, ne in Gallum arma ferre cogeretur, sacram peram scipionemque sumpsit viator in Asiam, ad sanctum Monumentum inuisendum, anno 1369. Frossarti lib. 1. cap. 162. 223. 278. ac lib. 2. cap. 1. Ex diuerso autem, defendit Margareta Albonia Fronciaci Marchionis soror hæresque, Fronciacum olim, priuatum extitisse Raymundi Fronciaci patrimonium: Huius Vuilhelmum generum successoremque (de quo suprà) ceruice luisse hac vna de causa, quòd Gallicas partes tutandas suscepisset aduersus Britannos, Gallici nominis hostes antiquissimos. Meram hanc istorum fuisse vim, prætextu legum armatam. Non esse ipsa re publicanda bona, sed merita Vuilhelmi, qui pro Patria, & Rege Franco mortem oppetiisset. Quo modo Heroës quidam, Reipub. salutem redemêre certissimo capitis sui periculo, Leonidas Lacedæmonius, ambo Decij, Curtius, aliique non pauci. His subdebatur, Carolum 7. recepta armis Aquitania, restituisse postliminio Aquitanos in pristina iura, quæ bellorum occasione, cum fortunis, amisissent, ann. 1453. Anglis nunquam competisse Aquitaniam, nisi fortè illicitis nuptiis Leonoræ Aquitanæ: cui, quùm Ludouicus Iunior Francorum Rex misisset libellum

> *Marquisat de Fronsac, en Guyenne.*

> Aimoynus de Gest. Francorum, lib. 4. cap. 68.

> *Guillaume Xants de Pommieres.*

> Margareta *d'Albon* Domina *d'Apchon* soror Iacobi *d'Albon*, Domini à S. Andræa Mareschali Franciæ, qui emerat Castrum & ditionem *de Fronsac*, Circiter an. 1550. Pro qua Auctor isthic suo Marte meditatus est ex veteri Historia quædam causæ argumenta.

> Alienora Aquitana, Guillelmi Aquitaniæ Ducis filia nupsit Ludouico 7. Gallorum regi, qui eam postea iudicio Ecclesiæ repudiauit.

Arestum Parlament. cõtrà regem Angliæ, de Vicecomitatu Fronciaci, per eum reddendo Vicecomiti.

repudij, eo viuo, non licuerat in alterius manum viri conuenire: anno 1152. Ad hæc, Aquitaniam Gallico Fisco commissam, an. 1370. Regio Caroli 5. Decreto. Nullum saltem Aquitaniæ Duci, Britanno ius fuisse imperij summi in Fronciacum Procomitatum. Veteri S. C. Gallico, an. 1277. quod extat in *Parlamentari* lib. 3. OLIM. Posteriorem ergo Anglicam bonorum publicationem Vvilhelmi Pomerij, Franciaci toparchæ, iniquam fuisse, violentam, SCOPVLVM REORVM FRANCORVM, si quando ab Anglis interciperentur, Tyrannicis Aquitaniæ possessoribus, tabulamque proscriptionis, veriùs quàm publicationis. Ideóque gesta à Tyrannis in irritum recidere omninò debere l. 16. Cod. De sacrosanct. Eccles. & Tit. De infirmandis his quæ à tyrannis vel barbaris gesta sunt, Cod. Theodos. Item Constitut. Neapolit. De reuocat. priuileg. Bartol. in Tract. De Tyrannide. Matthęus Afflict. Decis. Neapolit. 77. vbi ait, acta à Tyranno Parthenopei regni, an. 1494. rectè fuisse rescissa à Ferdinando, legitimo Neapolis Rege: sed acta à Baronibus Iuridicis suo in territorio, stante illa Tyrannide, valuisse. Quamuis ea verè Tyrannis non fuerit, at reliquię veteris controuersæ Neapolitani regni, inter Andegauos, Galliæ, & Tarraconenses, Hispaniæ proceres. Porrò de tanta illa quęstione Fronciaca, quæ indecisa hactenùs, non nostrum est aliquid afferre præiudicij: cùm ambæ partes, maximis vtrinque rationibus innitantur. Isthîc obiter ingratum non erit forsitan, obseruare de Fronciaca arce, dictata Historico Engerrani Monstreleti Volumine, eius seculi, an. 1451. in hunc modum. *Ce Chasteau de Fronsac, est le plus fort Chasteau des marches de Guyenne, lequel a tousiours esté gardé d'Anglois natifs du pays d'Angleterre, pource que c'est Chambre Royale, & la clef de Guyenne, & de Bourdelois; &c.* Rerum Francicarum Volum. 2. cap. 2.

Neapolitanum regnum.

Antiqua de Neapolitano regno contentio *des Maisons royales d'Anjou & d'Aragon.*

PIVM sanè ac Regium fuerit, minùs iustas reorum damnationes, liberis saltem bonorum restitutione lenire. Theodoricus Gotthus Boëtium proscripsit, Symmachum ferro necauit, Patritios integertimos. At eorum liberis bona reddita, post Theodorici obitum, à Regina clarissima Amalassuntha. Vt Procopius in literas retulit, Belli Gotthici lib. 1. Nec minori pietate vsus est Alphonsus Tarraconensium Rex in coniugem & liberos Antonij Candolæ, Siculi magnatis, circiter annum 1440. In Candolam perduellem capite est animaduersum: Sed vxore, filio, amplisque facultatibus in Regis potestatem redactis, omnes in libertatem restituit pro suo more incolumes, thesauros vxori dedit: sibi ex pretiosa & diffamata supellectile, nihil præter vitream pateram, assumens. Vt narrat Anton. Panormita. De Alphonsi reb. gest. lib. 3. Principes alij, ne non Legum pœnam exercere dicerentur, capitis supplicium commutarunt in operarum ciuitatibus præstationem: vt Sabacus Æthiopum Rex, auctore Herodoto, libro tertio. Alij pœnam rebellionis ciuium in ipsa Vrbis mœnia conuertebant, vita seditiosis ciuibus condonata. Vt Fridericus Cæsar, Mediolani, quæ vrbs etiam aratrum passa est, ann. 1163. Sicuti Insubrum Annalibus fertur à Donato Bossio, Merula, & P. Iouio. Quantò durior Romana illa Bonorum publicatio Seruilij Cepionis, ex sola temeritate prælij infœliciter cum Cymbris conserti? Liuio teste, libro 67. Franci certè, perduellionis etiam iudicia sic moderantur, ne Principi ius sit, penes se damnatorum fundos retinere, alterius beneficiarios: sed teneatur eos in priuatum deferre, seruiturum, vt priùs, patrono dominoque fundi superioris. Decreto Curiæ lato in Dynastam Bieum, Tribunum militarem Galliæ, perduellionis reum, 3. Nonas Sextiles, ann. 1551. Iuxta Cæsaream legem, Forma est, quoties ad Fiscum vel minima portio rei pertinet. De vendit. rerum Fiscal. lib. 10. Cod. Imò & proximè pendentia à Fundis AVGVSTIS, censentur in re priuata, non publica, licet publicata iudicio Maiestatis, donec illa Fiscali Patrimonio à Rege annectantur. Hinc tantùm demuntur fiduciariæ Ditiones regij generis Procerum, seu, quod aiunt, in *Appennagium* datæ Regiis: quarum ita subinde soluitur Fiducia publicatione, vel morte, vt citra solennem Vnionis formulam re ipsa copulentur cum sacro DOMINIO. Vtì disertè sensit Molineus in Annotat. ad veterem Parisiorum Consuetud. Titulo primo, §. 30. Numero 185.

17

Aragoniæ regis clementia.

Arestum Curiæ Parisien. contra Dominum *du Bié*, Mareschalum Franciæ, die 5. Augusti, an. 1551.

QVID

18 QVID de eo existimandum, qui in media causæ capitalis dictione, sibi indemnatus necem consciuerit, seu tædio vitæ, aut tormentorum impatientia? An tùm hæres ordinarius sit à Fisco priuandus? Priuandum non videri, scitè respondit Paulus, Recept. Sentent. lib. 5. De iur. Fisc. & Popul. Namque illorum sic mortuorum, Romæ humabantur corpora, manebant testamenta: Verbis Taciti, libro 5. In hunc fermè sensùm congessimus exempla aliquot, & sua manu cæsorum mortalium, rerumque de eo Iudicatarum. Lib. 1. nostri Tractatus De *Legibus Andegaui Municipij*. Rubrica De sublimi iurisdictione, capite 42.

Tit. 4. de alta Iustitia.

19 QVÆRITVR vltimò, Triphonij bona, qui capitali fraude alligatus fuerat, commissi nomine addicuntur trium Dynastarum Fisco, Regionibus vtpote distincta: An eorum singuli, solidam æris mulctam, quæ criminoso eodem iudicio Regi adscripta sit, exoluere teneantur. Pro Rege dici poterit, mulctatitios nummos ab vnoquoque deberi insolidùm, saluo in correos soluenti ipsi regressu. Quæ mihi sententia non probatur. Latissimum enim discrimen est inter obærati hæredem, & Fiscum, bonorum damnati possessorem. Cohæredes enim, etsi non æquis partibus, æquale æris alieni onus agnoscunt. Vlpianus l. Ex facto. ϖ. De hæred. instituen. Fiscus autem non obstringitur æri alieno defuncti, nisi pro modulo eius fortunarum, seu pro rata emolumenti portione. Adeò, vt minimè egeat Codicillari beneficio hæredum ex Repertorio. Callistratus I.C. l. 1. §. an bona l. Non intelligitur §. cùm ex causa. ϖ. De iur. fisc. l. Tutoris. C. Ad L. Iul. de vi publ. Masuer. in Tit. De succession. §. 1. in fi. Benedictus ad cap. Raynutius. In verb. Vxorem nomine Adelasiam. num. 851. Quoniam igitur mulcta illa, velut æs alienum, minuit damnati patrimonium totum, non certi loci facultates, totius Assis diuisio est inter Fiscales huiusmodi proceres ineunda, διὰ χαλκοῦ καὶ ζυγοῦ. i. per æs & libram: Ne eorum quisque, insolidùm conueniantur mulctæ nomine, sed viritim pro modo bonorum in contributionem vocetur. Atque ita Senatus faciundam pro rata distributionem pronuntiauit, an. 1568. secundùm Dn. *De Rasse*, Præfectum Syluanectensem. Cui Decreto prorsus conuenit elegans Alexandri Imolens. responsum 31. Volum. 1. Et Respons. 111. Lib. 4. Consiliorum. Quid autem de Fisco Florentino, an luere cogatur æs debitum Florentini damnati creditoribus Perusinis, vbi pars bonorum sita, Moribus non publicatur? Baldus de eo in l. Tutoris. Cod. Ad l. Iul. de vi publ. Credo equidem, Fiscum pro rata bonorum Perusinorum non teneri, sed aliorum, in quibus creditores pari hypothecæ vinculo suffulti sunt. Argumento Gaij I. C. in L. Si certarum §. 1. ϖ. De testam. milit. Guilelm. Cuneus ad l. 2. ϖ. De capit. diminut. Et ex eius opinione, Alexander Imolens. in d. Consil. 31. in fi. Volum. 1. Vnde planum fit, quatenùs defuncti propinquus hæres discrepet à Fisco successore. Vnum hoc subdam vtriusque discrimen memorabile. Ius Municipij Turonens. donari vetat vltra trientem patrimoniorum, eius damno fraudéve, cui legibus obuentura sit donatoris hæreditas. Mortuó donatore omnium bonorum, iacet hæreditas ipsa. Fiscus, quasi in vacua veniens & succedens, iudicio experitur donatorum reuocatorio ad legitimum modum, & patria Lege præscriptum. Primo intuitu videbatur audiendus, cùm subeat vicem hæredis, cui iusta bonorum portio seruatur More scripto Prouinciæ, detrahenda ex profusiori & inofficiosa liberalitate defuncti. Sed, econtrariò, allegabitur, detractionem Legitimæ partis bonorum, quæ Consuetudine sancita est, pertinere tantùm ad agnatos & gentiles, seu gentilitios hæredes sanguinis, non ad Fiscum hæredem * ἀνώμαλον, aut veriùs in vacantia, si qua residua sint, successorem. Baldus nuncupatim, ad l. Si qua pœna. ϖ. De his qui sunt sui, vel alien. iur. Vbi querela inofficiosi, quæ filio competeret, paternis tabulis prætérito, non competit Fisco in filij bona succedenti. Argum. l. Si necem. §. si deportatur. ϖ. De bon. libert. Benedict. ad cap. Raynutius In verb. Et vxorem nomine Adelasiam, numer. 845. De Testam. His suffragatur Cæsarea de Fisco sententia, in l. Vacantia In ver. intestatus, & In vers. si nullum ex qualibet sanguinis linea, vel iuris titulo, &c. Cum l. Si vacantia In vers. cuius vacans cadensque fuerit patrimonium, quantumq; vel quale videatur.

Fiscus quilibet, siue regius, siue inferioris Iuridici, non eget literis beneficij Inuentari, vt tanquam successor teneatur solùm pro rata bonorum in inuentario descriptorum. Quod tamen Inuentarium necessarium est, Picton. Consuet. Artic. 101.

Vtrum etiam fiscus sit à creditoribus cōdemnati primùm excutiendus, antequàm extranei possessores, Angel. & Immol. in l. Ex facto D. De hæredib instit. Putò vel priùs excutiendum, vel tertios possessores singulares antea conuentos, in eum habituros regressū, tāquam vniuersalem successorem.

Alexād. Consilium, an bona confiscata, quæ sint in diuersis Territoriis, omnia spectēt ad dominum domicilij defuncti, An etiā ad alios dominos, in quorū territoriis defunctus habebat bona.

Fiscus successor ex delicto, seruat libertates, & soluit legata: sed successor in bona tanquam vacantia, tantùm æris alieni nomine tenetur Fabri iudicio, in § & ne huius Institut De eo cui libertat. causa bon. addic.

* Irregularem

Statuta locorum restrictiua libertatis disponendi de bonis ad certum modum, intelliguntur tātùm fauore hæredum sanguinis, non autē Fisci successoris.

Arestum Curiæ, die 8 Iunij, an. 1576. aduersus Francisci 1. Regis viduam Doariam Franciæ in Turonia, cuius patrio Statuto valde arctata est donãdi potestas, fauore hæredum.

De bon. vacant. Lib. 10. Cod. Addatur his, alienari prohibita in extraneum, nec ad Fiscum posse transmitti, qui exteri vice successoris habeatur. Leg. 2. l. vlt. §. si in libertinum. π. de bon. damnat. l. Iura libertorum, & ibi Bart. π. De iur. patron. Idem Bartol. ad l. Si finita §. si de vectigalibus. π. De dam. inf. Cum glossemate Accursiano In l. 1. Cod. De bon. libert. Eandem in sententiam plura Boërius, Præses, Burdigalen. Decis. 278. Quocirca ex simili facto proposito, Fiscus actione summotus fuit. Decreto Ordinis Ampliss. conspicua purpura recitato, in peruigiliis Pentecostes, an. 1576. secundùm adoptatam in vniuersa, à Ioh. *Lamiraut*, Germano homine, Gallicam in ciuitatem allecto: Contra Scoticam reginam, Turonum Ducem fructuariam.

Tit. IX.

DE VECTIGALIBVS.

1 *Vectigalia imponere, solius Principis proprium.*
Isagogica, & Exagogica.
Triplici casu vectigalia dominis Rege inferioribus licet exigere.
Leudæ vectigal.
2 *Vectigalium causa prima, impensa ob tutam mercium conuectionem.*
3 *Allobrogum Ducem, iure Imperiali in sua prouincia.*
Item Mediolanensem, Mantuanum.
De vectigali, Niceno mari imposito.
4 *Vectigal, pro vectura, Francicis Magnatibus persolutum.*
Donatio portorij per Carolum magnum.
5 *Vectigalis antiqui omnes partes ad Regem Hispanum pertinere.*
De vectigalibus Centesimæ, & Eduliorum, Romæ institutis.
6 *A vectigalium perceptoribus, itinera tuta planáque præstanda.*
7 *Mercatorum Ligerim fluuium frequentantium immunitates.*
Vectigalium in Ligeri solutorum dominos, alueum fluminis purgare debere.
Tabella vectigalis, à Iuridicis, aut bino Notario obsignata, palàm proscribenda.
Aresta Curiæ in rem mercatorum, Ararim amnem frequentantium.
Mercatores, Garumnam flumen frequentantes.
8 *Mercatores, Parisiorum annonæ seruientes, vectigalibus immunes.*
Mercatorum Romanorum annonæ seruientium immunitas.
Aduenarum nauibus frumenta, aliósque commeatus, Venetias inferre non licet:
Corporatorum Romæ negotiatorum immunitas.
Mercatores (apud Hispanos) mercium octauam partem pendunt, exceptis regijs, & ijs quæ in vsum Clericorum, Militum, & Scholasticorum importantur.
9 *Lustralis auri collatio improbata.*
Auri negotiatorij seu Coronarij collatio, ab Alexandro Seuero, & alijs Rom. Impp. remissa.
Imperatoribus aurum coronarium, nisi decreto triumpho, accipere, prohibitum.
10 *Monopolium, Auraria pensio, Siliquaticum, abrogata.*

Hoc loco Vectigal, quod DOMANIALE dicimus, strictim & angustè est intelligendum de antiquis & receptissimis portoriis, pedagiis, *peages, preuostez, & barrages anciens, comme droicts tresfonciers.*

INTELLECTA RATIONE constituendi DOMINII SACRI, nunc singulæ eius partes nobis sunt discutiendæ.

1 VECTIGAL, origine ipsa ius est Cæsarum, seu Regum patrimoniale, non priuati cuiuspiam: Propriè dictum, quod Fisco Principali, vel Reipub. præstatur pro mercibus ciuitati inuectis vel euectis. Hoc ipsum Iustinianus ἐξαγώγιον vocat in Edicto de Alexandrinis. Sic Strabo Cæsarum vectigalia, in Alexandrina vrbe, alia facit ἐξαγωγικὰ, alia εἰσαγωγικά. Libro 17. De quibus, & Dinumo vectigali, ambo Valens & Valentinianus sacram ediderunt Constitutionem, De Alexandriæ primatibus, libro 11. Cod. Enimuerò de Regia apud Gallos potestate Bohicus

Bohicus multa præfatus, hôc censuit Regij tantùm iuris esse ac muneris, vectigalia populo indicere. In Commentarijs ad Leges Pontificias, cap. Cùm te. De reiudic. Vnde tamen excipe triplicem casum: Si nempè inferior Dynasta, priuilegiario fultus sit Principis diplomate, aut Legis Municipalis permissu vectigal exigat, vel possessione nitatur, mortalium memoriam superante. Cap. 1. Quæ sint Regalia. In Feudis. & ibi Bald. Cui consentaneum est Innocentij 3. Rescriptum, ad Raymundum Tholosatem. Qui, Principem cùm agnosceret superiorem, ausus sit *Leudam* instituere, vectigal in singulas merces duriusculum. Cap. Super quibusdam. De verb. significat. *Leudæ* huius partes iuraque excussimus lib. 3. De SACRA POLITIA FORENSI, Tit. 2. art. 15. Eiusdem mentio habita est, Philippina Pulchri Constitutione, an. 1304.

Henricus Bohic. Iuris Canonici interpres.

Le Comte Raymond de Tolose.

LEVDA, i. à laudanda venditione rerum publicè venalium: Eóque venalitij loco est, atque vectigal.

2 PRIMARIAM enim vectigalium causam indaganti, proponetur illud Plinij (lib. 19. cap. 4.) Merces pretiosæ vt ex India, Arabia, Æthiopia, tutò in Europam conueherentur à Mercatoribus, necessariò classem parandam fuisse aduersus Piraticas incursiones. Inde maritimi exercitus alendi causa, vectigal Erythrei maris institutum. Quin & Britanni, vectigalia tollebant grauia earum rerum, quas in Galliam, tametsi breui maris traiectu, importabant. Id quod auctor est Strabo. Constituta autem erat omnis impensę ratio exercitui, pro modo tributorum. Quod Siculi Regni optimates initio obseruasse, credendum est, cùm apud eos, lege Censoria portus Siciliæ, portorium publico solueretur, *Pedatica, Nauigia.* Hincque sensim, pro transitu pontis, *Pontenage*, vectigal Labeoni dictum l. Cùm in plures §. vehiculum. D. Loc. De quo etiam Seneca lib. 2. ad Serenum, cap. 14. Mercium vectigales species numerat Martianus I.C. l. vlt. §. species De publican. Vectigal porrò, octaua rerum pars erat: vnde Octauarij exactores vocati, sicut & Vicesimarij, Ducennarij, & τὸ τελώνιον. i. mensa Publicanorum, in qua vectigal colligebatur. l. Ex præstatione. Et seq. Cod. De vectigal. & commiss. l. Si cùm Hermes Cod. De loc. Babylonij verò decimam omnium, quæ inferebantur, exigebant. Teste Arist. lib. 2. Oeconomic.

Mare rubrum.

3 PRÆMISSA igitur eximia Principis in vectigalibus prærogatiua, reuocatum est in quæstionem, liceretnè Alpinarum gentium Regulo, vectigal mari Niceno imponere: Quippè qui Romani Imperat. beneficiarium se negare non possit. Hic tamen Allobrogum Dux Vicaria defungitur Roman. Cæss. potestate in Sebusiano Ducatu, & Subalpinæ regionis Principatu: Quò liberiùs, nec patroni cuiusquàm auspiciis, suo Territorio iura præscribat. Sicuti enim Amedeum 4. Sabaudiæ Comitem Erricus 7. Cæs. appellari voluit, sacri Imperij Principem, sub Annum 1306. Ita Amedeum 6. Germanici Imperij Vicarium Karolus 4. Augustus. Ex Allobrogica Paradini Historia, lib. 1. cap. 26. & lib. 2. cap. 114. Quam vtique Vicariam prærogatiuam Sabaudorum Procerum notarunt Itali Iurecoss. Socynus, Iuris Responso 4. Volum. 3. Iason. Responso, 227. lib. 2. Castrensis in Respon. 196. Brunnus, loquens de Comitatu Astæ Coloniæ, Respon. 45. Eamque in partem Allobrogicum Senatum iudicasse, scriptum accepimus ab Ozasco Præside Subalpino, Decis. Pedemontana, 88. & 155. Insubrum, ac Mantuano Ducibus eadem tribuitur auctoritas, cum titulo Vicarij Imperialis. Qua dignitate, Mediolani præsertim Vicecomites priscos Germanici Augusti decorarunt. Consil. 25. & 61. Curtij Iunioris lib. 1. & Socyni Responso 92. Post consimilem Baldi sententiam, in Respon. 359. Volum. 3. Et Alexandri Imolens. in Consil. 12. Volum. 7. Sed vnus hîc me angit scrupulus de Sebusiano illo Duce, vectigal indicente mari Niceno: quùm Nicia vsquequaque fuerit Narbonensis prouinciæ ciuitas, Gallico imperio obnoxiæ. Vt Aimoynus refert, (De Gest. Francor. Libro 4. capite 101.) & Principali Ianæ Comitis Prouinciæ Edicto, in Nicienses subditos, expressum est, lato Nonis Iuniis, anno 1366. Verùm anno 1384. ingens dissidium fuit Ludouici 1. Andegauensiú Ducis, Siciliæque Regis, cum Vvenceslao Durazio, Regni æmulo, simul & Comitatus Massiliensis prouinciæ, Phocensium coloniæ. Quo in dissidio, velutique Interregno, Nicienses se subiecerunt Amedeo 7. Allobrogum Comiti, instigante Barone *de Buel*, qui Durazij tùm nomine Nicæam occupabat.

De Sabaudiæ Duce, Pedemontis Principe, qui tanquam Vicarius Imperij, exercet Iura Imperialia in suis Ditionibus.

Prince d'Empire.

Amedeus 6. *dict le Comte-verd*, intra suas ditiones Vicarius Romani Imperij. Ex Chronicis Sabaudiæ.

Le Comté d'Ast.

Ducs de Milan. Mantoue.

Dux Mediolani habet omnia iura in terris Ducatus, quæ Imperator in terris Imperij.

Nice, ville de Prouence, ab antiquo.

Lancelotus *de Duraz*, competitor Regni Neapolitani, & Comitatus Prouinciæ, Galliæ.

Lib. Statutorum Prouinciæ illud inscribitur, die 5 Iun. 1366. editum à Iohanna regina Siciliæ, &c in suos Niciæ Ciues: Ne ab vrbano suo Iudice appellent ad Vicarium eiusd Ciuitatis, sed ad Iudicem appellationum ipsius Comitatus immediatè.

Vt Sabaudiæ Annalibus traditum est. Atque ex ea iam inde tempestate, Nicæam tenuerunt Allobrogum Duces summo quodam imperio ac dominatu. Quorum & præcellens DOMANIVM in suis quibusque regionibus, prædicat Socynus I. C. Consil. 4. Volum. 3. Interim tamen Ducali Andium Tabulario liquet, Andegauum Ducem Ludouicum 2. qui illi etiam, Galliæ Narbonensis, Prouinciæ dominabatur, de erepta Nicæa in Allobrogem expostulasse, & procuratores sigillatim constituisse ad transigendam huiusmodi cum eo controuersiam, 8. Calend. Sextiles, an. 1409. Quùm autem ita perdiu surdo cecinissent fabulam Andegaui Principes, testatò conuenit eum solenniqúe Chartula interpellauit successor Andium Dux, vt Nicæam restitueret, quam nefariis technis, insidioseque ipsius maiores inuasissent. Tertio Calendas Decembr. anno 1464.

Indentarium Chartarum Ducalis Andegauæ Domus, mortuis Ducibus, translatum in Cameram Computorum Parisien.

Literæ Procurationis, die 25. Iul. 1409. Et Acta summationis 19. Nouemb. 1464.

Renatus, Siciliæ rex, Dux Andegauiæ.

4 PRÆTEREA Gallici sparsim Magnates vectigalia percipiunt pro vectura mercium, seu patria Lege suffulti, seu perantiqua exigendi possessione. Cuiusmodi vetustam nobilium virorum consuetudinem probat regia Constitutio lata an. 1338. & 1408. Exempli vice sit ciuicus Andium Mos & Cenomanorum, Tit. De Baronibus, queis vectigalium ius est in mercatorem quemque, per suum Territorium cum mercibus commeantem. Adducuntur in hanc rem à Ioh. Gallo Curiæ decreta pluscula, secundùm Baronem Montmorantium, Pontificem Bellouacorum, Cœnobitas D. Genouefes, nec paucos alios. Quæst. 108. 214. & 384. Sed ibi nominatim agitur de iure prehensionis piscium venalium, pretio ipsorum mercatori transeunti offerendo. Quod quidem ius longè tolerabilius est eo Miris Ægyptiorum Regis vectigali piscium, qui in fluuiis capiebantur, ab eodem Rege vxori concesso in vsum vnguentorum: Diodori libr. 2. Priuatis necnon portoria Regio munere acquiri, ostendit beneficium Caroli Mag. in cucullatos sacerdotes Fani Vincentij & Germani ad Lutetiam, apud Aimoynum huius Templi cœnobitam. *Portum* (infit) *donamus, qui est inter pagum Senonicum & Milidunensem, ita vt nullus alius ibi portum habeat, neque telonium, aut rotaticum, seu vultaticum, seu pistaticum, ripaticum, vel salutaticum.* De Gest. Francor. lib. 5. cap. 2.

Religiosi S. Germani de Pratis, Lutetiæ suburbani.

Telonij species, quale etiam Pontaticum, *droit de Pontenage*, cùm in pontis transitu aliquid datur.

5 VETERA hæc erant, similiaque Francorum DOMINICA vectigalia, quibus vtinam Reges contenti, aures non præbuissent Aulicis nouorum inuentoribus. Qualis Parthenius ille, qui quòd apud Theodobertum Franciæ Regem nouorum auctor foret Tributorum, à Pop. lapidibus obrutus est. Vt memoriæ prodidit Gregor. Turonen. Hist. lib. 3. cap. 36. Imò & tributi odio, solum vertêre Galli, Chilperico Rege: Si Aimoyno fidem habemus, lib. 3. cap. 32. Sanè Hispanica lege, antiqui vectigalis partes omnes ad Regem pertinent, noui verò duæ ad eundem, tertia pars ad ciues in Vrbis refectionem. Ex Codice Alphonsi. *Partida*. 5. Tit. 7. leg. 7. Specie autem mœnium reficiendorum, publica auxit tributa Leo Isaurus Græcorum Imperator: scriptore Zonara. Subiicerem his centesimam rerum venalium, post Bella ciuilia Romæ institutam, quam deprecante Pop. edixit Tyberius Cæsar militare ærarium eo subsidio niti: Vt ait Tacitus, annal. lib. 1. Subderem & Caligulæ vectigal certum statumque pro eduliis, quæ tota Vrbe vænirent, apud Tranquillum. Sed hæc taliaque, πάρεργα sunt quodammodò, & à DOMANII natura, seu verè DOMINICI vectigalis, quode agimus, alieniora. Vt nunquam Principibus defuerunt, qui fronte graui, & tristi supercilio vtilitatibus Fisci contumaciter adessent. Et erant Principes ipsi sua sponte auidi & rapaces, quique magistris non egerent. Pliniana sententia in Panegyrico Traiani. Atqui Regnum, possessio est Reipubl. & non Respub. Regni possessio, vt inquit Suidas. Quarè violentæ exactiones, (apud eundem,) odio dignæ sunt, quasi Tyrannicæ grassationes. Tributorum verò necessaria postulatio, quæ humaniter fit, magni facienda est, tanquam curatio & tutela ciuitatum. Onera enim Imperij pleráque vectigalia imponi coëgerunt, vt singulorum iniuriis, ita pro vtilitate communi. Plinij verbis, vbi suprà. Nunc institutum prosequamur.

6 INCVMBIT Regij cognitoris officio, Magnatísve iustum vectigal capientis, facere, curare, vt plana tutáque itinera præstentur transeunti mercatori.

Archidiac.

Archidiac. in Can. Si quis Romipetas & peregrinos. Cauf. 24. Quæst. 3. Bald. ad cap. 1. §. conuenticula. De pace iuram. firman. Hostiens. ad cap. Postulati. De foro compet. Hinc publicæ viæ dicuntur ὁδοὶ βασιλικαὶ; viæ Regiæ, olim Prætoriæ, Consulares. Vlpian. l. 2. §. viarum. Ne quid in loc. publ. A quibus haud longè dissidet Francica sanctio Ludouici Pij, vt pontes publici, imprimisque duodeni pontes super Sequanam flumen instaurarentur. Quoniam verò negotiatorum frequentia Liger fluuius nobilitatur, aliorúmque Ligerinum littus legentium, subnectere visum est Legem Francicam, *De aggeribus iuxta Ligerim faciendis*, cap. 10. Eadem sanè prouidentia, qua Theodosius Augustus edixit, *De Nili aggeribus non corrumpendis*. Cod. Theodosiani lib. 9. Tit. 32. Nilus quidem ante ortum Caniculæ augeri solitus, mediis æstibus inundat Ægyptum, & quantùm is creuit, tantùm spes fructuum arui in annum est, nec pluuias supplicat herba Ioui. Ex Senecæ lib. 4. Natural. Quæstion. At placidissimum Ligeris flumen esse, Andibúsque commodissimum, admonuit Lucanus lib. 1. vti in emendatis quibusdam Codicibus lectitatur.

In ripis Meduana tuis marcere perosus
Andus, nunc placida Ligeris recreatur abvnda.

Vt interim premam silentio, quod de Ligeri, fusiùs Strabo, Geographiæ, lib. 4.

7 CÆTERVM mercatores Ligerim amnem frequentantes, impetrarunt à Principe, nouorum Immunitatem vectigalium, aliáque liberi commercij priuilegia: horum Iudice vnico, Senatu Parisien. designato. Codicillis Idibus Mart. an. 1430. 6. Calend. Iunias 1448. Pridie Idus Martias, an. 1468. 13. Cal. April. 1547. Pridie Calend. Ianuar. an. 1559. 7. Idus Octob. an. 1570. 6. Calend. Ianu. an. 1577. Quibus Principum Rescriptis vicissim calculum addidit Senatorius Parisiorum Consessus 5. Idus Maias, an. 1431. 13. Calend. Ianuar. an. 1548. Nonis Martiis, an. 1559. Postridie Iduum Decembr. 1570. & 4. Idus Februar. an. 1578. Sed hoc ita, vt Regiam immunitatem PATRES declararint inferioribus Dominis non obfuturam, qui vectigalium occupationem probarent, humana memoria superiorem. Eius verò, cùm minùs plenè fidem fecisset Baro Treuesia, vicêre negotiatores, dictique * ἀτελῶνητοι absolutorio Curiæ iudicio. Postridie Calend. Sextiles, an. 1564. & 5. Idus Mart. an. 1567. Neque in ea causa Baroni quicquàm profuit exhibitum in iure, Portorij diploma Regium, pro Roberto Massonio, Barone instituti, qui in flagrantissima Caroli 7. gratia erat, Galliæ Nomophylax, seu Cancellarius, an. 1425. Priuilegiarias quippè Literas Cancellario potiùs datas, quàm Baroniæ fundo, Senatus est interpretatus. Cæteroquin vectigalium possessionem immemorabilem admisit Curia Summa, eiúsque fidem testibus ac tabulis adstruendam decreuit. Interlocutione 8. Calend. Iunias, an. 1554. pro Sodalibus Templi Martiniani Turonum: Contra huiusmodi secundo Ligeri negotiantes. At vice versa, iudicio obtinuerunt isti, dominos vectigalium, quæ ex mercium per Ligerim transitu & traiectu soluuntur, teneri, si quid in alueo fluminis ripáve ita factum sit, quo deterior statio & nauigatio reddatur, tollere, purgare, restituere. Aresto Calend. Decemb. ann. 1528. aduersus Collegium Canonicorum Ædis Martini Turonen. Aliis item latis 7. Kalend. Februar. eod. an. in viduam mulierem Philip. Molinei, & 9. Kal. Quintiles, an. 1576. contra dominam Portorij Chaumontis ad Ligerim amnem. Sicut etiam perpetuo Edicto statutum fuit Aureliæ, coacto Gallicæ gentis Concilio, an. 1560. vt quibus Vectigalium ius sit, ij terrestres reficiant, aut fluminum vias, Artic. 107. Eadem Sanctione cautum, vt qui talia iura sibi asserant ex mercium vectura per suum territorium, palàm proscribant tabellam vectigalis, à Iuridico loci, aut bino Notario obsignatam. Artic. 138. & Blesensis Edicti Artic. 282. Qua de re antea factum fuerat celebre Patrum Consultum, Regio Actore postulante, 5. Iduum Martiarum, an. 1539. At Caligula Imp. vectigalia, quæ indicebat noua, minimè proponebat, vt per ignorantiam scripturæ multa commissa fierent. Suetonij testimonio, cap. 41. Reliqua ad mercatores spectantia, qui per Ligerinum amnem negotiantur, vide lib. 3. nostri Tractatus DE SACRA POLITIA FORENSI, Tit. 8. artic. 9. 10. 11. & Volum. 1. nostri Operis DE LEGIBVS ANDIVM MVNICIPAL. cap. 59. Quòd autem attinet ad mercatores Atarim

Priuileges Royaux des marchands frequentans la riuiere de Loire, die 15. Mart. ann. 1430. die 17. Maij, 1448. die 14. Mart. 1468. 20 Martij, 1547. vlt. Decemb. 1559 die 9. Octob 1570. die 17. Decemb. 1577.

Verificatio huiusmodi Priuilegiorũ in Curia Parisien. die 11. Maij 1431. die 20. Dec. 1548. die 7. Mart. 1559. die 14 Decem. an. 1570. & die 10. Febr an 1578.

* Vectigali non obnoxij.

Binum Arestum Curiæ contra Baronem *de Treues en Anjou, sur la riuiere de Loire*, die 2. Augusti 1564. & die 11. Mart. 1567.

Item in magna Curiæ Camera iudicatũ, die 25. Dec. 1587. in nouũ Pedagium *par eaue*, exactum à Ioh. *de Leuis* (domino *de Rochefort & de la Possonniere*,) saluis antiquis.

Arestum interlocutorium Curiæ, die 25. Maij, 1554. *en plaidant.* Cum Canonicis S. Martini Turonen.

Baillixer, & nettoyer la riuiere.

Placita Curiæ, die 1 Decemb. & 26. Ianuar an. 15.8.

Decretum Senatus, die 23 Iun. an. 1576.

Le peage de Chaumont sur Loire.

La Pancharte, ou tableau des droicts de peages & Preuostez des marchandises passans.

Senatus consultum die 11. Martij, an. 1539.

Marchands frequentans la riuiere de Saone, litigantes nuper in Magno regis Consilio.

Duo Aresta Magni Cōsilij, die 21. Mart. an. 1578. & die vlt. April. an. 1584.

Marchands frequentans la riuiere de Garonne.

Patentes Ludouici 11. regis, die 25. Maij 1462. renouantes, *l'ancien Peage du lieu du Caberot, ruiné par les guerres des Anglois*, illiúsque solutionem transferentes *au lieu de S. Macaire* pro Archiep. Burdigalæ, Domino pedagij.

Marchands pouruoyeurs & vinandiers de la ville de Paris.

flumen frequentantes, merciúmque nomine petitum vectigal, instituta est ab iis nuper controuersia in Senatu Prætoriano aduersus Pontificem Collegiúmque Lugdunense sacrorum maximum, quod merces illas variè sibi vectigales intendebat. Vnde binum Decretum interuenit Prætoriani Consilij, priùs fiduciarium, seu vulgi vocabulo, *prouisionale*, 11. Kalend. April. an. 1578. Posterius, litem definiens, ciuili quodam modo, formáque decenter adhibita præstationi vectigalis. Pridie Kalend. Maias, an. 1584. Dn. Ruzæo Consiliario litem collegis referente. Similiter in Nouempopulania Vasconum, degunt Negotiatores ad Garumnam fluuium, eximia mercimoniorum libertate suffulti. Quam & ipsorum Syndicus, nuper in Burdigalen. Antistitem mordicùs asseruit apud PATRES Prætorianos. Tametsi enim is inueteratum sibi mercium portorium arroget, Rescripto etiam probatum 8. Kalend. Iunias, an. 1462. Mercatorum tamen Collegium longissima se tuetur Immunitatis possessione, præscriptionéque in Tributariam hanc seruitutem, ad Annum vsque 1601. quo liberalis causa isthæc Prætorianum in forum delata sit.

8 AC ne singula, quæ sunt innumera, consecter immunitatum Diplomata, obseruate mecum negotiatores, qui annonam vrbis Lutetianæ adiuuant, speciatim vectigalibus eximi. Lege perlata, à Ludouico 11. an. 1474. repetita à Francisco 1. Rege, Martio Mense, an. 1531. Haud secus atque Alexander Seuerus, mercatoribus, vt Romam concurrerent vltrò, omnium vacationem munerum dedit. Ex Lampridio. Nam alienum non est dicere, hos Reipubl. causa, dum annonæ Vrbis seruiunt, abesse, & remuneranda pericula eorum, quinetiam hortanda præmiis, meritò placuit Callistrato I. C. l. Semper §. Negotiatores. ff. De iur. immunit. Hisdem vestigiis insistit hodierna Romanorum ciuium Constitutio, cap. QVÒD ANNONA AD VRBEM ROMAM LIBERE DEFERRI POSSIT. In lib. Statutorum almæ vrbis Romæ, quæ à S.P.Q.R. restituta sunt auspiciis Gregorij 13. Pontif. & edita 8. Cal. an. 1580. Venetis, contrà, Legibus prohibitum est, ne aduenarum nauibus frumenta, reliquique commeatus Venetias adferantur: quò ciuium naues maiora lucra faciant. Histor. Venetæ lib. 8. Pet. Bembi. Nec verò istic commemorare necesse est corporatorum Romæ negotiatorum immunitatem ab equorum collatione, & aliis oneribus, quam enarrat Symmachus Epist. 13. Planè Hispanorum Iure, mercatores, nisi apud Publicanum merces profiteantur, & octauam partem appendant, in commissi causam incidunt, & soluere coguntur: exceptis iis, quæ ad Regem deferuntur. Soli item Clerici, Milites, & Scholastici, portorium non dant (lege Hispanica) pro his quæ ducunt vsu suo. Vt Cod. Hisp. Parte 5. scriptum comperimus.

Statuta vrbis Romæ emendata & publicè impressa, auctoritate Gregorij 13 P.P. die 25. Maij, an. 1580.

9 HAVD probo aliud tributi genus, quondam negotiatoribus indictum, quod lustrale aurum, χρυσάργυρον vocabatur. Nam singulo lustro, aurum hoc negotiatorium percipiebant Romani Cæsares, ex lucro, & corrogata stipe mercatorum. Quod eleganter describitur, non ab Euagrio tantùm, & Zonara, sed etiam à Valente & Valentiniano Impp. l. Negotiatores. De Lustralis auri collatione, in Cod. Theodos. Eiusmodi autem negotiatorium aurum, & Coronarium Romæ remisit Alexander Seuerus, auctore Lampridio. Quo de auro coronario hîc plura non eloquar. Seu quòd talis * στεφανητικὸς χρυσὸν minimè pensitaretur à mercatoribus, sed à Iudæis, l. penult. Cod. De Iudæ. vel à Satrapis Cæsari, l. vlt. De auro coronario. In Cod. Theodos. Vel à Decurionibus vrbium offerri solitum Principi sub coronarum specie, seu amore proprio, indulgentiarúmve lætitia, aut rebus prosperè gestis. Theodos. & Valentin. Impp. l. 4. Cod. Theodos. De auro coronario. Non aliter ac Patriarchas ferunt olim coronarij auri nomine, certum canonem postulare consueſſe: quem & anniuersarium, Hebræi Cæsaribus, ad eandem auri coronarij formam præstiterunt. Vt Dion Nicæus asserit lib. 4. Mitto, quòd lege Iulia cautum attestatur Cic. in Pisonem, ne Imperatoribus aurum coronarium liceret accipere, nisi decreto iam triumpho. Romani demùm Principes sustulerunt necessariam auri coronarij collationem, voluntaria manente: qualis Pio oblata fuerat adoptionis suæ causa. Vt est apud Capitolinum.

Aurum negotiatorium.

* Tributum in coronis aureis oblatum Principi.

10 CVM vetustate item consenuerunt Monopolium, Auraria pensio, Siliquaticum,

ticum, Κερατισμὸν, in nundinis à mercatoribus exigi solitum ob venditionem proponendam. Quæ quidem Cassiodorus confertim accumulat, Variarum lib. 2. & 4. l. 1. Cod. de Veteranis. Monopolium ab eo exactum fuit, qui monopolium beneficio Principis exerceret. Id quod Zeno Augustus indicat l. vn. Cod. De monopoliis. Legimus item, negotiatoribus indultum Apuliæ seu Calabriæ, vt Monopolium exequerentur, pensione huius tituli Siliquatario præstita. In Cassiodori Epistol. 26. & 30. Sed hæc diuinitùs quodammodò antiquata. Sicuti & aurariam collationem abrogauit Anastasius Imp. Vt ab Euagrio & Zonara perhibetur.

Siliquatici etiam fit mentio in Nouella Maioriani, De Curialibus.

Tit. X.

DE NATVRALIBVS LIBERIS.

1 *Nothorum, peregrinorum,* manusmortuæ, *ac merè vacantibus bonis, Fiscum succedere.*
Nothi, licet nobilibus prognati, plebeijs tamen Indictionibus obnoxij.
Atheniensium, & Phrygum leges de Nothis.
2 *Nothos testari posse, peregrinos non posse.*
Spurij & adulterini intestabiles, Meclinienfi Iure: naturales, contrà.
3 *In Nothorũ hereditatibus, Fiscum Regium inferioribus Dominis aliquando præferri.*
4 *Collectores* Manuummortuarum, Albanorum, *&* Bastardorum.
Martinianorum Monachorum ius in bonis nothorum.
Nothis, Neapoli, Fiscum Regium non succedere.
Exterorum, ac illegitimorum bona ad altum Iuridicum spectare, apud Hannones.
5 *Professionis natalium libri desiderati.*
6 *De succedendi capacitate, & incapacitate nothorum, ac spuriorum.*
7 *Naturales, ducta matre, factos legitimos, nihilò deteriore conditione esse, quàm legitimos ex alio priore matrimonio.*
8 *Ambiguæ liberorum* legitimationis *definitio.*
9 10 *Nothis ad Principatum aditus sæpiùs interclusus, raròapertus.*
Nothi inclytæ gentis, nobiles sunt, & ipsius honorifica gerunt Insignia.
11 *Naturales* legitimatos, *iure Longobardiæ, in feuda non succedere: vsu Francico, succedere, & de inofficioso queri.*
Rescripto legitimati *liberis legitimis succedunt* collaterales *propinqui patris, matrisuè naturalis ipsorum: licet illi Rescripto non consenserint, nec horum successionem* legitimatus *capere potuisset.*
12 *Spurios ex Presbyteris, ad munera tantùm publica fieri rescripto Principis legitimos: Bulla Pij 4. Pont. in spurios.*
13 *Legitimos rescriptò facere, Cæsarum Regúmque esse.*
Legitimandi *potestatem Duces Mediolani, & Allobrogum, tanquam Romani & Germanici Imperij Vicarij, sibi arrogant.*
Idem de Marchione Montisferrati.
14 *Apostolica matrimonij dispensatio in gradibus etiam Diuina lege prohibitis, valeat necne pro liberis, tam antè quàm post matrimonium ex illa dispensatione contractum genitis.*

1 QVADRVPLEX deinde priuatarum successionum genus computatur in Coronæ Patrimonio. Nothorum bona, qui absque iusta prole excesserint è viuis. Tum aduenarum. Tertiò, libertorum, seu manus emortuæ. Postremò, eorum qui nullum cernendæ hereditatis capacem agnatum reliquerint.

Bona vacantia bastardorum, albanorum, *aubeins*, hominum manus mortuę, *des mainmortes*, & sine hærede sanguinis morientium.

ORDIAMVR à Nothis. Censentur enim hi peregrinæ conditionis, neque genus, neque gentem habent, nec vllo nobiscum necessitudinis iure coniunguntur, aut propinquitatis gradu. Dyn. ad l. Cùm pater §. mater. D. De legat. 2. Bartol. ad l.

Bastardi nobilium ignobiles reputantur, & taillabiles, nisi fuerint legitimati, *Par arrests de la Cour des Aydes.*

Regia Cõstitutio *du reiglement des Tailles*, Registrata in Curia Iuuaminum die 21. April. 1600. *Que les Bastards des Nobles sont reputez purs roturiers, s'ils n'obtiennent lettres d'Anoblissement sur leurs merites, ou de leur pere, verifiées où il appartient.*

Tutelas. π. De capit. diminut. Idem in Tractat. De Insignibus & armis. Baldus eodem ex facto consultus ita respondit, in l. filium. π. De his qui sunt sui vel alien. iur. Ac propterea illegitimos, qui nobilibus viris orti sint, plebeiis subiici Indictionibus, sæpè iudicatum est à suprema regiorum Vectigalium Curia. Quod Principali item Edicto sancitum fuit Mart. Mens. an. 1600. (Artic. 26.) Cui, Indictionum Magistratus summi calculum suum adhibuêre, 11. Kalend. Maias subseq. Eoque spectat propemodùm Attica lex à Pericle lata, Ne pro ciuibus nothi haberentur, & de stemmate parentum. Quam tamen ipsemet refixit Pericles, mortuis filiis suis legitimis, & naturalibus tantùm superstitibus. Vt à Plutarcho literis proditum est. Pari apud Phryges instituto, nullus dicebatur Regum agnatus aut propinquus, nisi quem ex iusta vxore vir sustulisset: si Dareti Phrygio credimus. Ea propter Fiscus licitè in nothorum bona succedit. Constantiniana lege 1. De natural. liber. Cod. Bald. ad l. Certum. Cod. Vnde cognati. Cui adstipulatur Francicæ ciuilis Politiæ Mos inueteratus, ex Ludouici 9. Codice Legum, sic inscripto. *Cy comence li establisement le Roi de France selon l'vsage du Chastelet de Paris & d'Orliens. De Aubains & de Bastards, qui muerent sans oirs ou san lignage, li Roys est oirs, ou li sires, souz qui il est, s'il muert ou corps du chastel.*

Normaniæ tamen bastardi, testari nequeunt de re soli, sed de mobili tantùm De dispositione inter viuos, seeus, instar liberæ personæ cuiusuis: ex More Norman. Art. 276. & 416.

Arestum Curiæ, die 6. Iul. ann. 1545. pro testamento Gabriel. *de la Fons*, Bastardi.

Coustumes de Haynaut.

Coustumes de Malines, en Brabant.

2 INTER nothos autem, & omninò peregrinos hoc interest, quòd hi viui donare quibusuis possint, legare non possint, quo Principis ius minuant. Sumpta ratione Iuliani I. C. l. Viuus. D. Si quid in fraud. patr. Illi verò habent testamenti factionem, vt si de familia pecuniaque sua legassint, hæredémve scripserint, ratum sit supremum eorum iudicium. Decreto CLARISS. ORDINIS, an. 1283. quod recitat Ioh. Gallus, Quæst. 81. Quid ergo, si Princeps illegitimi viui hæreditatem dederit? Dicemúsne, eius testamentum valere, qui coruum delusit hiantem? Rectè, auctore Senatu Pridie Non. Quintiles, an. 1545. Libertas enim vltimarum voluntatum præripienda non est, intempestiua ac præfestinata bonorum petitione. Sed ridendus hæredipeta, quasi bonorum sector, cui bolus quodammodò è faucibus ereptus sit. Hannonum vtique Moribus adempta est illegitimo testandi potestas, in fraudem aut detrimentum Domini Iuridici. Hannoniæ Consuet. cap. 85. Quam Carolus 5. Cæsar Consuetudinem iussit mandari publicis chartis, Mart. Mense, an. 1533. Æquius verò, ni fallor, Mechliniensium Ius patrium, quo spurij, & adulterini, intestabiles sunt: naturales, contrà. Vti apparet ex Lib. legum Municipalium ciuitatis Mechliniensis, quas è Teutonica in Latinam linguam transtulit Petrus Nannius Alcmarianus, Louanij, an. 1552.

L'escheance des Bastards est droit de haute Iustice, & alto Iustitiario competunt Bastardorum bona vacantia.

Municipes Regii, *les Bourgeois du Roy.*

Edictum, die 5. Septemb. an. 1386.

* Multæ Regum aures, & oculi.

3 ENIMVERÒ multorum ingenia torsit hæc quæstio, vter in nothorum successione præferatur, Regiúsne, an Magnatum Fiscus inferiorum. Paul. Castrensis Dynastas recenset nonnullos, sibi hoc successionum genus asserentes. Consil. 34. Nec difficulter Gallicæ Campaniæ proceres obtinuerunt ab Hutino Ianæ Campanæ filio Rege, vt iuri renuntiaret petendæ bonorum possessionis spuriorum, simul & Iuridicæ causarum notioni in finibus minorum Toparcharum, litibus Municipum regiorum exceptis. Rescripto Mens. Maio, an. 1315. quo pariter Campana Nobilitas liberè finitur, prisco iure suo vti Manus emortuæ in seruos, suæque adscriptos glebæ. Posteriori autem Edicto cautum est, non ferendum Campanum quenquam, qui possessionem allegarit hæreditatis capiendæ seu nothorum, seu aduenarum: Nonis Septembr. an. 1386. An nescis longas Regibus esse manus? * Ὦτα, καὶ ὀφθαλμοὶ βασιλέων πολλοί. Controuersiæ tandem nodum soluerunt Campanæ Prouinciæ leges, Regiis auspiciis, emendatæ, an. 1509. (quoad ius præsertim Manus emortuæ) Tit. De Statu hominum, seruorum, & ingenuorum. In spurij quoque bonis, præualuit causa Domini cuiusque Territorij, ab recepto vniuersæ ferè Galliæ vsu ac instituto. Quod nec obscurè indicat Optimatum Regni sententia vetus, Tabulario Parisien. Ratiociniorum inserta, hoc modo. BONA BASTARDORVM DECEDENTIVM IN TERRA ALIORVM IVSTITIARIORVM NON CAPIANTVR PER OFFICIARIOS REGIS, NISI PER INFORMATIONEM LEGITIMAM CONSTET, REGEM ESSE IN POSSESSIONE CAPIENDI IN ILLO LOCO, ET SI QVOD SIT SVPER HOC DVBIVM INTER OFFICIARIOS

Vvalterus, seu Galterus, Athenarum Dux, Brênæ Comes, Magister Equitum Galliæ, *Connestable*

Officiarios Regis et Domini, Inventarivm debet tradi in manv secvra. In Rubrica lib. 2. Cameræ Rationum Regiarum, fol. 320. Antiquitùs tamen ex peculiari causa, incidit contentio Regij Procuratoris cum Brennæ Comite, agri Campani, de bonis vacantibus nothorum, & peregrinorum. Hoc quidem altiùs tollente sublimem suam Iurisdictionem, qua sibi arrogabat successorium omne ius in res eiusmodi. Illo, contrà, nitente, quòd multi, Regios se ciues proclamassent, Comitatus populares, & abnegato aut detrectato Comitis imperio, se Regios municipes professi essent. Testibus inquisito negotio, pronuntiatum est, talem vacantium successionem purè Regiam fore, donec Comitem dominum agnouissent subditi illi, eaque in agnitione & submissione anno integro perstitissent. Principali Sententia in cognitionibus prolata, communi Aulicorum Procerum suffragio, Octobr. Mense, an. 1351. Quæ extat in publicis Regni Commentariis.

de France, cæsus acie Pictauensi cum Anglis depugnata Mens. Septemb. an. 1356.

Hi subditi Comitis *de Braine, apres s'estre desaduoüez du Comté, s'estoient faits bourgeois du Roy.*

Au Thresor des Chartes, Layette cottée 70.

4 Plane in Galliarum partibus compluscculis Quæstores institutos legimus à Principe, quos prisca ætas vocabat *Collectores Manuummortuarum, Albanorum, & Bastardorum.* Lege edita an. 1302. & 1328. Sed hoc, in Regis Territorio, tanquam sublimis Iuridici, intelligendum ostendit vetustius Parlamenti Decretum, an. 1226. inter Procuratorem Fisci Regij, & Cathalaunensem Antistitem, de cognitione ac successione nothorum & aduenarum, 8. Kalend. Mart. an. 1226. Prisca necnon Curiæ Regesta produnt, bonorum possessionem nothi & *albani*, Patr. Consc. addixisse Lutetianis Monachis templi Martini Campestris. Cuiusmodi Regium successionum ius, Neapoli insolens inusitatumque, docet vetus Ferdinandi 1. Regis sententia, de tali spuriorum successione cognoscentis. Itemque Neapolitani Senatus decretum 3. Nonas Februar. anno 1494. Quod pleniùs refertur Decisione Neapolitan. 96. Similiter apud Hannones, exterorum bona peræquè, ac illegitimorum, spectant ad dominos iustæ plenæque Iurisdictionis, posthabito Principis Fisco. Hannoniæ Consuet. Tit. De Albanis, & Tit. De Bastardis. Ponamus autem, spurium vita decessisse, relicto fratre spurio: hic quidem illi succederet in bona materna Iure Romano, tametsi ex nefario vterque congressu: modò & vtrinque ambo coniuncti fuissent l. Si spurius l. Hac parte D. Vnde cogn. Decis. Neapolit. 96 Nec dispari ratione, mater naturalis adibat filij hæreditatem S.C. Orphitiano. l. Si qua illustris. Cod. Ad Orphitian. Sed eiusmodi hæreditatum genus explosum est Christiana disciplina, & Obseruatione Francica, non minùs quàm ipse concubinatus. Ioh. Fab. ad cit. l. Si qua, Masuerius in §. Item & si defunctus. De probat. & §. Item naturales. Tit. De success. testam. Post. Bald. in l. Eam quam C. De fideicom. Benedict. ad cap. Raynutius in ver. Et vxorem nomine Adelasiam. Num. 708. 709. 710. Quid si vulgò quæsitus nothum pariter hæredem nuncupassit cum legitimo fratre, huicne liceat illum admittere, dispendio Fisci: an verò iste legitimum ritè compellat, vel ad nothum hæreditate arcendum, vel sibi Fisco cedendum? Fiscalem causam iuuare videtur Cæsarea lex 1. De natural. l. 1. Cod. De secund. nupt. Sed mea fert opinio, liberum fore iusto hæredi, sua de re quiduis statuere: secundùm Bald. ad l. vlt. Cod. Vnde legit. Neque hac in parte, Fisci habendam rationem arguit Iuris Ciuilis axioma, incapacis portionem hæreditariam accrescere capaci, non Fisco l. Edicto Prętoris. D. De bonor. possess. l. 3. π. De his quæ pro non script. haben. §. penul. Institut. De legit. agnat. success.

Vulgari nomine Gallico *de Aubains & Aubeine*, intelliguntur sæpius bona generaliter vacantia hæredibus sanguinis non autem strictè, propriè & specialiter bona alienigenarũ, quæ regulariter soli Principi competunt, non autem minoribus Dominis Iustitiariis.

Die 22. Februar. an. 1226.

Die 3. Februar. an. 1494.

5 Qvoniam autem in hoc iudicio petendæ nothorum successionis, emergunt sinuosi liticularum anfractus, de statu hominum præiudiciali: Palmarium hoc, ex ritu Romano, inuentum est ad vitandos hosce Forenses scopulos, vt liber natalitius maiore auctoritate conscribatur, cui libro seorsim naturalium liberorum perinde intexantur nomina, ac de legitimis antehac eorumque parentibus statutum fuit à Principe, ann. 1539. & 1579. Alioquin publicè expediret, improfessos, quorumque nomina in Tabulis non reperiantur descripta, extraneos quodammodò censeri. Sic M. Antonius Philosophus, liberales causas ita muniuit, vt primus mandaret, apud Præfectos Ærarij Saturni, vnumquemque ciuium natos liberos profiteri, intra tricesimum diem nomine imposito. Vnde etiam per prouincias vsum instituit Tabulariorum publicorum. Apud quos idem

Regia Ordinatio facta, an. 1539. & Blesense Edictum, anno 1579 *du Registre des Baptesmes.*

de originibus fieret, quod Romæ apud Præfectos Ærarij: vt si fortè aliquis in prouincia natus, liberalem causam diceret, testationes inde ferret. Atque hanc totam legem de assertione firmauit. Quinetiam, ne diu suspenderetur dubius hominum status, intra quinquennium quæri iussit de statu defunctorum. Vt ait Capitolin. in Antonino. De natorum vtique liberorum nominibus in Acta referendis, scitum est Satyricum istud,

Iuuenalis Satyr. 9.

Tollis enim, & libris actorum spargere gaudes
Argumenta viri, foribus suspende coronas:
Iam pater es.

Huc pertinet Sceuolæ responsum l. antepenult. π. De probat. Mulier grauida, & à marito repudiata, enixa filium, absente marito, vt spurium in actis professa est. Ætatis necnon probatio eruebatur ex publica huiusmodi professione, quæ semper addito Die & Consule fiebat, Actisque ita consignabatur l. 1. C. Si min. se maior. Ac vniuersim Romanum hunc possessionis morem in publicis Monumentis, exequitur Capitolinus in Gordiano.

6 De successorio iure in bona nothorum diximus, nunc econtrà, videndum, nothinè sint hæreditatum incapaces. Quod verum arbitror. Sed iis aliquot hæreditarij Assis vnciæ relinqui possunt supremo elogio: variantibus de eo multorum Cæsarum constitutionibus, l. 1. 2. l. Diui, l. Cùm quis. De natural. liber. Extantibus scilicet legitimis, vncia, alioquin vel totum: vt Iustiniano placuit, Constantin. & Valentinian. legibus deroganti. Nouella Constitut. Licet. Cod. De natur. liber. Proin gemini Baronatus in nothum donatio Armorici Ducis, probata est AMPLISS. ORDINI Parisiorum, victo procuratore Fisci. Decretis pridie Calend. Ianuar. anno 1535. de Clissonio Baronatu, Et postridie Iduum April. an. 1540. de Auaugurio, Celticæ Britanniæ. Quæ res in proposito quoque suggerit, vt à nothis istis spurios discernamus & adulterinos: quibus ne minimum quidem largiri, parenti ius est, tanquam lege damnato coïtu progenitis. Authent. Ex complexu nefario. Cod. De incest. nupt. Res soli præsertim capere, vetantur illi paterno Munere iuris perpetui translatitio. Vt Gratianopolitana Delphinatium Curia iudicio decidit an. 1439. Vido Papio scriptore, in Delphin. Decis. 280. At Pontificia æquitate receptum, iis alimenta præstari oportere. Clementis 3. Epistola Decretali, Cùm haberet. De eo qui dux. in matrimon. quam pollu. Itaque huiusmodi liberorum status confirmari nequit Principalibus codicillis ad hæreditates capessendas. Celebri S. Consulto 4. Calend. April. an. 1563. Cui dissentaneum non est Alexandri 3. Rescriptum, in cap. Tanta vis. Qui fil. sint legit. Amplius dico, licet prohibita in nothum donatione, non improbetur facta nepoti. (l. vlt. Cod. De natur. liber.) Si tamen sacerdotos, nepoti ex filia legasset, post dotem filiæ datam, nullum legatum esse, à Senatu iudicatum. Præclara Sententia, quam pro tribunali recitauit Curiæ Præses Harleyus, die profesto Assumptionis almæ Virginis, an. 1570. Quibus congruit Bartoli opinio, ad l. Gallus §. quid si is π. De liber. & posthum. Pauli Castrens. in Respon. 173. & Benedicti in cap. Raynutius, donationem non valere in nepotem ex filio incestu concepto, vel ex spurio alio, si spurij intuitu donatum sit. Idemque obseruandum, de sacerdotij cessione per beneficiarium ipsius auum, putat Gloz. cap. Ad extirpandas. De fil. presbyter. In Antiq.

Placita Curiæ, die vlt. Decembr. 1535. & 14. April. 1540. *de mainleuée à Franç. Dauaugour, des Baronnies de Clisson, & Dauaugour, suiuant le don faict à son pere, bastard de Bretagne, par le Duc son pere naturel, nonobstant la Reünion au Domaine requise par M. le Procur. general du Roy.*

Delphinale Arestū. Immobilia quoque bastardis donari à patre matreuè naturali, vetat Neustriæ Mos, art. 423. 424. Et Pictonicus, art. 297.

Arestum solenne, diebus profestis Paschæ, publicè pronuntiatum, 19. Maij, an. 1563.

Cap. Raynutius In ver. condidit, Num. 15. De his etiam volue scripta nostra lib. 2. De Morib. Paris. Tit. 5. art. 13.

Si presbyter resignatit beneficium suum nepoti ex bastardo suo, nulla est resignatio.

7 PROPONAMVS iam, de Diplomate nothorum *legitimatorio*. Ex facto species incidit huiusmodi. Filia Pollioni nascitur ex primis nuptiis. Pollio vxori superstes, marem ex concubina suscepit, quî cum postea initum matrimonium. Pollione defuncto, masculus lege experitur in filiam de paterna hæreditate, qua fœminæ prohibentur, maribus liberis stantibus, Bononiensi Belgico More. Filia, post acceptum petitionis hæreditatis iudicium, fatetur marem natalibus restitutum Principali Rescripto, tum sequenti coniugio. At posteriorem legitimæ ingenuitatis restitutionem, retrò agi in dispendium filiæ priùs natæ non debere. Vt notat Bartol. ad l. Si is qui pro emptore. π. De Vsucap. & ad l. Gallus §. & quid si tantùm. π. De liber. & posthum. Ego, contrà, masculi Aduocatus in Senatu,

Lettres Royaux de legitimation des Bastards.

Coustumes de Boulenois.

Senatu, natalibus restitutum perinde haberi, atque si ingenuus & legitimus natus, medio tempore non sustinuisset maculam illegitimæ conditionis. Vt Herennius Modestinus respõdit, l. vlt. ff. De natal. restit. Legitimos factos sequẽtibus nuptiis: aut nihil aut parum à iustis liberis discrepare. Morem quidem scriptum Bononiæ maritimæ (de quo suprà) strictim esse interpretandum, de legitimi masculi prærogatiua: quùm patriæ Constitutiones, stricti iuris habeantur, Decij Responso 383. Barbat. in l. Cùm acutissimi. Cod. de fideicomm. Sed illud tamen ad legitimos factos produci vetusto Curiæ decreto, secundùm *legitimatum* Karoli Hispani filium, Præfecti Gallicæ equestri militiæ. Cui filio adiudicata possessio est, de paterna hæreditate Interdicto contendenti, an. 1392. Vt temporum illorum æqualis prodidit Ioh. Gallus, Quæst. 298. Magis est enim, vt statuere debeamus, ex iure pendere, non ex natura, quis sit legitimus. Verbum enim hoc semper sonat in ciuilem intellectum. Ancharan. Consil. 225. Iason. ad cit. l. Si is qui pro emptore. Num. 229. post Iulium Paulum I.C. l. Legitima ff. De pact. Papinianum, l. Testamenti, & Caium, in l. Si quæramus. D. De testam. §. licet autem patri. Nouell. Constitut. Quib. mod. natural. effic. sui. Replicat filiæ patronus, legitimos factos per subsequens connubium, iustorum quidem albo liberorum adscribi, aliorum intuitu, qui deinde sint ex eodem procreati thalamo, quibus nimirùm priores illi nascendi causam præbuerint: At non eorum, qui ex anteriore coniugio suscepti essent. Nec enim obscura Fabij Quintiliani sententia est, nothum, qui ante legitimum natus sit, legitimum filium esse: qui post legitimum natus sit, tantùm ciuem. Cap. 8. lib. 3. Institut. Orator. In media autem forensi Actione, cùm filia causæ diffidens, mouisset incidentem status secundi matrimonij controuersiam, in eóque palinodiam cecinisset, Senatus pronuntiauit non liquere, ac litem inficialiter constituit, vt rei fides veritásque testibus indagaretur 16. Kal. Februar. an. 1569. in Catalogo causarum Ambianarum.

Statuta sunt stricti Iuris, & in naturali suo ac proprio significato accipienda, non autem ficto ac ciuili l. 3 §. hæc verbá ff. De negot gest.

Arestum *de maintenue possessoire de succession* pro bastardo legitimato Caroli Hispani Comestabilis Franciæ.

Arestum Curiæ *d'informer des faicts. En plaidant au Roolle d'Amiens*, Die 17. Ianuar. an. 1569.

8 Summa igitur hæc esto, de ambigua *legitimatione* liberorum, definitio, velutique Analysis. Nothus si natalibus restituatur iure speciali tantùm, vtpotè Principis indulgentia, tunc is non excludit filiam naturalem & legitimam: posito *Statuto*, vt mares liberi fœminas hæreditate summoueant. Sin nothus fiat legitimus Iure communi, per consequentes nuptias, is filiæ omninò antefertur. Bald. ad l. Cùm acutissimi. Cod. De fideicomm. Idem in Responso 214. Volum. 2. Anton. Butrius ad Cap. Per venerabilem. Qui fil. sunt legit. Benedict. in Repetit. Cap. Raynutius. De testam. Iuxta hæc, naturalis qui Diplomate adscitus est in legitimorum ordinem, minimè vtitur iure primigeniorum, Iohan. Ciri. in Tract. Primogenituræ. Post Bald. in cap. Per tuas. De maiorit. & obedien. Quod æquè procedit in adoptiuis, & arrogatis, ad quos velut ciuiles tantùm & fictos liberos, non porrigitur Lex Municipalis. Argum. l. vlt. Cod. De his qui ven. ætat. impetrauer. l. fideicommissum. ff. De condit. & demonstrat. Molin. in 1. Parte Consuet. vetustæ Parisiorum. Propter eandem rationem, decretum est ab Ordine Ampliss. fictionem legitimi status liberorum, quæ Rescripto inducitur natalibus restitutorio, non retrò ferri ad diem paterni obitus, vt illos paternæ hæreditatis capaces faciat, si tale Rescriptum, mortuo demùm patre Rationalibus probatum, ostendatur. Nec enim hæc, quasi ratihabitio Præfectorum ratiociniis Principalibus, retrò flectitur ad diem impetrati viuo patre Diplomatis: quùm medius paternæ mortis interuentus præpediat coniunctionem extremorum. l. Bonorum. & ibi Bartol. D. Rem rat. hab. Ita Curiæ iudicio decisum, 11. Kal. Ianuar. an. millesimo quinquagesimo octuagesimo quarto. Ex Bartoli sententia, ad leg. 29. §. & quid si tantùm. Versic. In contrarium videtur. ff. De liber. & posthum. Nam & fictio postliminij non retrò ducitur, vt tollere possit iura interim alteri quæsita præscriptione temporis, alióve modo. l. 1. D. Ex quib. caus. maior.

Baldi Consilium, an filius naturalis vel spurius possit, viuente filia legitima & naturali, legitimari, vt succedat tam in feudis, quàm in aliis bonis.

Legitimati per matrimonium, ius primogenituræ consequuntur etiam aduersus fratres iustis postea nuptiis editos. Gottoffred. ad Cap vlt Quib. mod. natur. effic sui, & in l Cùm quis C. de natur. lib.

Arestum Curiæ solenniter recitatum die 21. Decemb. profesto Natalis Christi, an. 1584. quòd literarum legitimationis verificatio facta in Camera Computorum post mortem patris nil confert, nec retrotrahitur ad diem literarum, ad paternam hæreditatem consequendam.

9 Sed quid tandiu forum, curiam, rostra meditamur? Consulendi etiam nobis sunt rerum antiquarum scriptores de iure liberorum vulgò conceptorum. In Vvittikindi Saxonis historia, cùm Hugo Francorum Rex obiisset, superstitibus modò Amalberga ex iustis nuptiis nata, & Theodorico, quem ex

concubina sustulerat, isque Regnum inuadere vellet, responsum accepit ab Herminfrido sororis marito, priùs sibi de libertate, quàm de Regno quærendum. Cùm enim ex concubina natus esset, seruili conditione maculatum esse. Per hunc modum, Franciæ Vsu prisco, donari non poterat iure legitimorum à Principe, quisquis ex serua, nec ingenua muliere editus esset. In Codice autographo Petri Fontani, Magistri quondam Libellorum supplicum in Regia Diui Ludouici. Interdum autem euenit, naturales liberos ad imperia vocari, quæ non hæreditate deferantur, sed allectione & Optimatum suffragiis. Cuiusmodi Timotheus ille Atheniensium Imperator, qui ex meretrice Tressa Cononis filius erat. Verùm obiecto ei materno probro, Maximam (inquit) matri gratiam habeo, quòd per eam Cononis filius existam. Vt Athenæus & Suidas tradunt. Themistoclem pariter, qui Atheniensium Imperator effloruit, ex non iusta matre natum perhibent Plutarch. & Athenæus. A notho deinde, Romana & ciuitas condita, & Monarchia inchoata. Herculem prætereo, Theseum, & nothos alios, qui bellica fortitudine sibi noua Regna quæsiere, gentilitiis exclusi. Quidam etiam ad Principatus eucheuntur magis ambitiosa suffragiorum petitione ac fautoribus, quàm commendatione virtutis. Cui rei non tenue argumentum est, Arnulphi Cæsarea celsitudo, qui Karlomani nothus eluxit, an. 890.

M. Pier Fötaine Magister Requestar. S. Ludouici, cuius meminit Ioh. Ioynuilla in Hist eiusdem Ludou. Regis.

Arnoldus Imp.

IN Regnis verò hæreditariis, quotusquisque ancillæ filius, hæres cum filio liberæ? Iugurtha nothus, Numidiæ Regnum, cum vita, fratribus eripuit legitimis. Quas autem fratricidij, quas etiam præposteræ alienorum Sceptrorum ambitionis pœnas luerit, declarat Iugurthinus triumphus, finísque vitæ miserrimus. Vt est apud Salust. in Bello Iugurth. Planè iniqua Vandalorum sententia, prælatus fuit in Regno Gisericus nothus Gontaris Regis Gogydisco filio legitimo. Apud Procopium lib. 3. belli Vandalici. Sed mittamus Vandalos, non tam Reges, quàm Regnorum prædatores. In Gallia, Rex salutatur aliquandiu Ludouicus Balbi filius naturalis. Sed qui, vt initium, sic finis familiæ suæ fuit, ac paulo momento Diadema ad Karolum Simplicem suásque origines retrò translatum. Nec verò prosperos bellorum successus demiremur Errici Castulonensis nothi, qui de Hispanico Solio ad Martis iudicium Petrum vocarat, fratrem legitimum. Ita Superis placuit, natalitiæ notæ vitium, in regendis populis, sceleratæ Petri vitæ anteferri. Hic enim sæuè cùm trucidasset Borboniam coniugem, indignus erat foris imperio, qui honestè domi non præesset familiæ. Quid de propinqua Lusitania, veterúmque adeo parte Hispaniarum? Sublato è viuis Ferrando rege, qui in Sceptra Petro, iusta stirpe, successerat, lectus fuit Pop. suffragiis, inauguratúsque Rex an. 1383. Dionysius, Petri illegitima proles: Iano Castulonensi rege posthabito, qui Ferrandi Beatricem filiam habebat vxorem. Regios itidem Neapolis & Siciliæ Fasces adeptus est, post Alphonsum 1. Ferdinandus Tarraconensis, nothus, & Alphonsum 2. reliquit, pacata in Regna successorem. Peræquè Cyprio in Solio consedit Iacob. Lusinianus Regis vltimi nothus, auspiciis Memphytici Principis: depulsa inde Karola Lusiniana, sobole defuncti legitima, eiúsque marito Ludouico Allobrogum Duce, an. 1463. Quod Pius 2. Pontifex in sua Geographia refert. Cæterùm Nothi inclytæ gentis principísque familiæ, sunt Nobiles, & honorifica illius gerunt Insignia, pro variis Regionum moribus ac institutis. Auctore Rayner. De Nobilitate, vbi loquitur de Notho Sabaudiæ. Idem in Hetruria seu Tuscia, Bartoli opinione in Tract. De Insignib. & arm. Nec diuersè in Neapolitano regno, vt ait Afflictus in Tract. Protomiseos. In Francia vtique, expeditum est, de Notho Aureliano, quem Aureliæ Dux Karolus fratrem agnouit, deditque ei Dunensem Comitatum, Blesensis suæ Ditionis beneficiarium, 12. Kal. Sextiles, an. 1439. Quinetiam Aureliorum Reguli assensu, Carolus 7. Rex indulsit Dunensi illi Comiti, vt deficiente Aurelianensi Blesensium Comitum stemmate, patronorum Dunensis Comitatus, hic Regia purè clientela teneretur ex Lupara Arce Parisiorum, ac Senatoria modò Lutetiæ Iurisdictione superiori. Epistola aperta Nouemb. Mens. an. 1446. Deinceps quoque Aurelianen. Karoli filius Ludouicus duodecimus Rex, Diplomate professus est, se Nothi posterorum impuberum tutorem iure sanguinis, & agnationis, an. millesimo quadragesimo nonagesimo nono.

Bastardus Ludouici *le Begue* Franciæ Regis.

Henricus bastardus, Castellæ Rex in Hispania.

Portugallia.

Ferdinand d'Arragon.

Bastardus *de Lusignan*, Rex Cypri, tributarius Sultani Ægyptij.

Iohannes Bastardus Aurelianensis, Comes *de Dunois*, Fraterna donatione, die 21. Iulij, an. 1439. De qua donatione Nos amplius infrà lib. 2. Tit. penult.

Literæ patentes, expeditæ *à Maille en Touraine, pour la feodalité, & ressort du Comté de Dunois cõposé du Vicomté de Chasteaudun, Marchesnoir, Freteual, l'Afferté Villenueil, Frounmenteau, & autres terres annexées audit Comté.*

SATIS

11 SATIS historiæ & factorum, ad ius redeamus. Naturales in feuda non succedebant Lege Langobarda, nec soli; nec cum aliis: Tametsi natalibus restituti essent, seu vulgò *legitimati*. Cap. Naturales. Tit. Si de feud. fuer. controuer. Et ibi Bald. Aluarot. Cardinal. Alexan. In Feudis. Id quod pariter in adoptiuos statutum erat, Cap. 1. §. adoptiuus. Eod. Tit. Sed Feudisticum hoc Ius in spurios, antiquatum est Francico vsu; nec res beneficiarias Franci secernimus à vulgari reliquorum conditione patrimoniorum. Decis. Gratianopolit. 59. 227. ac Decis. Burdegalen. 123. Quinimò Feudisticæ Legis Interpretes tùm Nothos admittunt ad clientelaris fundi successionem, quùm ad eam nominatim Rescripto legitimi fuerint facti. Aluarot. & Doct. in cap. 1. An maritus, &c. In Feud. Benedict. ad Cap. Raynutius. In ver. legitimatio. Atque in hoc genere illud diligenter animaduerte, Nothum, qui à Rege allectus sit in iura legitimorum, si hæres alius paternis tabulis adscriptus sit, vti posse inofficiosi querela, licet ei pater legatum reliquisset, integrúmque ipsi, tanquam verè legitimo, portionis debitæ ius supplendum. Vt celeberrimo Curiæ iudicio definitum est postridie Idus Sextiles, an. 1565. secundùm Vvilhelmum Caluimontem, Dn. Perrotto litis enarratore. Ponamus verò, nothum, patre curante, legitimum factum regiis Codicillis, nec diu pòst ab illo, ex asse hæredem nuncupatum. Hæsitatur, patrisnè soror hæresque legitima ius habeat reducendæ illius institutionis hæredis ad trientem patrimoniorum. Ita videbatur specie ipsa prima, cùm soror veniat ad fraternam hæreditatem Iure, natura, Moribúsque sancito: scriptus autem hæres, ciuili tantùm fictione, quam induxerit diploma natalibus restitutorium. Cuiusmodi fictionem, Municipiorum Leges non admittunt. Proin institutio illa, velut ficti & ciuilis hæredis, censebatur iure legati & relicti extraneo, quod ideò tertia hærediorum parte esset moderandum. Nihilominùs Burdigalensis Curia secundùm testamentum pronuntiauit, Decreto 7. Idus Septemb. an. 1579. Nec iniuria sanè, quùm & intestati *legitimata* proles solidam hæreditatem à consanguineis euicisset, quàmlibet spretis, nec accitis ad Codicillare illud legitimi status beneficium. Ex Cap. 9. Iustinianeæ Nouellæ Quib. mod. natur. effic. sui, Et Cap. 2. Quib. mod. natur. effic. legit. Nam de contemptu queri hoc nomine neutiquàm licet propinquis transuersa linea, quòd insalutatis ipsis, nothus iure legitimorum donatus sit à Principe. Vt eleganter censuère Baldus, & Alexander, secundùm Bartolum, ad leg. 29. §. 5. ϖ. De liber. & posthum. Quod Alberico simul Rosati placuit, in l. 39. ϖ. De adopt. Ac Boërio Aquitanicæ Curiæ præsidi, Decisione Burdigalen. 122. Sed longè aliter de laterali agnatorum hæreditate dicendum; ad quam legitimis Rescripto factis non patet accessus, nisi illorum vocatu assensúque, quorum de bonis agitur, natalibus restituti sint isti. Exprompta Martiani leg. 2. & penul. ϖ. De natal. restit. Iustinianea item Constitut. vlt. Cod. De natur. liber. §. vlt. In ver. vel eius cognationis. Nec enim inuitis nobis alienum hæredem præscribi, æquum videtur Romanis IVRECOSS. l. 12. §. 3. ϖ. De captiu. Ecquid autem, versa pagina, si præmortui filij hæreditatem petat paternus consanguineus, qui Regio illius muneri Ingenuitatis non consenserit? Idem quod suprà, senserint nonnulli, fortissimo ducto à Contrariis argumento, quorum eadem vulgò disciplina statuitur. Papiniani leg. 1. D. De offic. eius cui mand. Quin & mutuæ æquitatis ratione mouetur Iustinianus, vt agnatum, *legitimati* perinde, atque hunc illius hæreditate summoueat. Cap. 4. Nouellæ præd. Quib. mod. natur. effic. sui. Vers. æquum etiam ei dantes priuilegium, vt sicut nec cognatis patris sit iste successor, sic nec illi ad eius vocentur successionem. His accedit Iuris regula, per iustas modò nuptias agnationem contrahi. §. si aduersus Institut. De legit. agnat. success. Et §. quapropter Authent. Quib. mod. natur. effic. legit. DIVERSÆ tamen partis sententiam fulcit diuersa causa ratióque Contrariorum inuicem obiectorum. Exempli vice, patrius Mos, sororum nominatim exclusorius fraterna hæreditate, non retorquetur in fratres, quo minùs superstites hi illarum bona Tit. pro hærede possideant. Fauore nimirùm agnationis conseruandæ: Quæ priori illa scriptæ Consuetudinis specie prorsus expirat. Baldi

Feuda Gallica, instar cuiusuis alterius patrimonij.

Arestum Parisiense solenni ritu pronũtiatũ *à la my Aoust, le 14 Aoust, 1565 au rapport de M. Perrot Conseiller.*

Placitum supr. Curiæ Burdigalen publicè recitatum à D. *de Largebaston*, Præside primario, die 7. Septemb an. 1579. pro Iohanne *d'Aspremont* filio legitimato Adriani *d'Aspremont* Vicecomitis *d'Ortez*, contra Margaretã *d'Aspremont*, Adriani sororem.

Quod fauôre alicuius introductum est, in eius iniuriam retorqueri iniquum fuerit l. 6 Cod De legib. Volẽs tamen, ei renunciare potest. l. penul C. De pact. Lib 1. Cap. 41. art. 5. & 6.

iudicio, & Castrensis expressim, ad leg. Lege 12. Tabul. Cod. De legit. hæred. Similiter propinquorum in odium reflecti non debet quæ fauorabili ipsorum gratia in nouos homines nothósque inducta sit Hæreditarij iuris abrogatio, nec impedit, quò minùs consanguinei illi, quibus inconsultis, isti in ordinem Legitimorum redacti sint à Principe, eorumdem bona sibi hæreditate vindicent. Pomponiana Leg. 2. ꝟ. De leg. commiss. Sicuti à Nobis de eo accuratiùs disceptatum est, Andegaven. Leg. Volum. 1. Neque huic parti obest suprà relatum Nouellæ Iustin. Cap. 4. Quo, minimè agitur de Principis diplomate *legitimatorio*, quod Gallis solum extra nuptias vsurpatur, sed de Oblatione Curiæ nostris hominibus inusitata, per quam antiquitùs legitimi facti, multò infirmiore iure præditi erant. Quippè qui nec viui Curiæ munus possent effugere, etiam si patrum qui eos oblatione Curiæ legitimos fecissent, hæreditate abstinerent, nec mortui alium ferè, quàm Curiam ipsam, in bona successorem relinquerent. Cap. 3. & 5. eiusdem Constitut. Iustin. Itaque sancita, de legitimis Oblatione Curiæ, (d. Cap. 4.) ad propositam hypothesin non sunt producenda. Secundum quæ, ex Atrebatibus consulti, respondimus de controuerso nobilis prædij iure, incidentique status quæstione, in Iuridico Atrebatum Consessu maiori, 3. Non. Nouemb. an. 1604.

Legitimatio per Rescriptum, plenior est efficaciórque Legitimatione per Oblationem Curiæ. Ex Authent. Quib. mod. natur effic. legit.

Conseil d'Artois.

Die 3. Nouemb.

12 Cessant porrò antedicta in sacerdotis filio, qui nullatenùs Rescripto vocari potest in iura legitimarum hæreditatum. Senatu Parisien. ita decernente aduersus spurium Protonotarij *Do*, 6. Kalend. April. an. 1562. Quoad publica tamen munera, ritè conceditur huiusmodi spuriorum seu Pontificia, seu Cæsarea *legitimatio*. Hostiens. in Summa, Qui filij sunt legit. §. qualiter. Versic. Nunc ergo. Rursus bonorum quanta portio dari posset extraneo, tantam spurio capere licet paterna donatione, statim ac illum Princeps natalibus restituerit. Sic Regia sententia decisum est in Senatu prolata, secundùm liberos Canonici Ædis sacratiss. Laudunensis, quos legitimorum ordini Princeps adscripserat, vt patris testantis rebus mouentibus & acquisitis liberè potirentur. Quales Veromanduis Moribus cuique dare, legare permissum sit: 15. Cal. Octob. anno 1573. Extant autem in spurios Bullatæ tabulæ Pij 4. Pontif. ita summatim conceptæ: *Reuocatio legitimationum, naturalium, spuriorum, ac Facultatum legitimandi in præiudicium vocatorum ex fideicommisso, aut testamento, vel quauis alia dispositione.* Kalend. Ianuar. an. 1562. Ex Collectione diuersarum Constitutionum & Literarum Rom. Pontif. à Gregorio 7. vsque ad Gregorium 13. quæ typis excusæ lectitantur. Atque hinc facilè elicias, spurios nihilò magis habiles esse ad retractum linearem exercendum, seu actionem distractorum reuocatoriam in familiam, quàm ad familiarium & auitorum hæreditatem fundorum obtinendam. Quùm pari modulo Franci metiantur Hæreditatum iura, & gentilitiæ redemptionis patrimoniorum. Faber ad §. si plures. Instit. de legit. agnat. success. Illinc prodiit vetus acroama Francicum, *Bastars ne pot rescourre, car il n'est pas de lignage.* In forensi Volumine, *Des Coustumes & des Vsages de Biauuoizins, selon che que il couroit en l'an* 1284. Cuius Volum. chirographum exemplar habemus.

Decretum Senatus contra spurium Protonotarij nobilis domus Do, die 27. Mart. an. 1563.

Placitum Regis sedentis in Parlamento suo Parisien die 17. Septẽb an. 1573.

Bulla Pontificia Pij 4. die 1. Ianuar. an. 1562.

Les retraicts lignagiers se regissent, comme les successions.

Huius libri scriptor Philippus *de Biaumanoir, Bail'li de Clermont en Beauuoisis.* an. 1284.

13 Regalis demùm fastigij symbolum est, Nothos in ordinem cooptare legitimorum. Quam tamen prærogatiuam Regibus negare videtur Innocentius 4. Pontificiæ Legis Interpres (ad Cap. Cùm te. De re iudic. & ad Cap. Per venerabilem. Qui filij sunt legit.) Imò & Cæsaribus ipsis, hoc prætextu, quòd sacri matrimonij status, potissimùm sit iuris, muneris, ac fori Pontificij. Sed in hanc fermè sententiam coëunt omnes, velut per discessionem, summo cuique Principi fas esse, Indulgentia vti natalibus restitutoria, quoad res profanas, & qui intra Regnum fundi continentur. Decretali Epistola Innocentij 3. Per venerabilem (quæ paulò antè citata est,) Versic. Insuper cùm Rex Franciæ superiorem in temporalibus minimè recognoscat, sine iuris alterius læsione in eo se iurisdictioni nostræ subiicere potuit, in quo videretur aliquibus, quòd per seipsum (non tanquam pater cum filiis, sed tanquam Princeps cum subditis) potuit dispensare, &c. Qui fil. sunt legit. Faber copiosè, ad l. Imperialis. Cod. De nupt. Siue etiam alios actus intueamur ciuilis politicæque administrationis,

strationis, eorum respectu, valet regium Diploma *legitimatorium*. §. vlt. Authen. Quib. mod. natural. effic. sui. Baldus ad l. Imperium. ff. De iurisd. omn. iud. Ylern. in Cap. 1. De vasall. decrep. ætat. Ast Regibus obnoxij Proceres, non sunt eo iure prædìti, vt nothos ab illegitimo vitæ ortu conditionéque asserant in statum legitimorum. Sicuti à Iurisperitis responsum est, Nothis status sui gratiam facere Burgundo Duci non licere, quùm Franco Regi subesset. Chassen. in Consuet. Burgund. Ducat. Tit. De succession. Bastard. Et Steph. Bertrandus, in Consil. 116. lib. 3. Consil. Quoniam verò Insubrum Reguli iura Imperialia sibi arrogant Vicario quodam Germanici Imperij titulo, Mediolanen. Dux passim auctorem se præbet restituendi natalibus, quicunque se offerant illegitima nascendi sorte progeniti. Quemadmodùm de eo Felynus tradit, in Cap. Quæ in Ecclesiarum. De Constitut. Iuxta Angeli I.C. responsum 117. ac P. Castrensis 225. Mediolanen. Principem sacra CÆSS. vice defungi liberè in suo Principatu. Idem iuris Duci Allobrogum tribuit Baldus, tanquam Romani Imperij Vices gerenti, in Responso 146. Volum. 1. Marchio pariter Montisferrati, vulgò iactatur & scribitur Vicarius perpetuus sacri Imperij, omniáque fertur suo in Territorio posse, quæ Imperator in vniuerso Dominio. Rollandi Vallæ phrasi, Casalensis in Marchia ipsa Senatoris, Consil. 29. Tantumdem certè illi tribuunt Curtius iunior, in Iuris responso 61. & Iason. 235. Volum. 2.

Dux Sabaudiæ etiam adulterinos legitimare potest, inquit Baldus.

Alexander quoque ait lib. 7. Consil. 12. Num. 9. Mediolani Ducem non recognoscere superiorē, & habere Iura Imperialia in terris suis, & in eis exercere illam Iurisdictionem, quam facit Imperator in terris Imperij. Marchio *de Montferrat*.

14 HACTENVS de Regio in profanis, nunc de Pontificio in sacris Diplomate, natalibus restitutorio. Iulius 3. Pontif. Max. Hispanico magnati indulsit, Ioh. Friderico Areyræ, Foüentis Comiti, vt amitam prioris suæ coniugis, vxorem duceret: cum elogio professionéque legitimi status communium liberorum, qui vel suscepti essent antea, vel in posterum ex iis susciperentur. Venialibus Codicillis Nouemb. Mens. an. 1554. Quo anno, Didacus amborum primigenius, iam anniculus erat. Sed alterius maris exortu intra quadrienne spatium à solennibus nuptiis, mota est status controuersia antiquiori, iuniórque pubes factus obnixè contendit, illum Bullato rescripto legitimum fieri nequiisse, qui tale Connubium nascendi conditione hac præiisset. Vix enim esse, vt gemina simul Legum solutio gratiosa admittatur, odio quàm fauore dignior (ex Glossemate Cap. 2. De fil. presbyt. In 6.) Nempè vt illicita Nuptiarum coitio maneat, pariter & qui ante huiusmodi coniugium procreatus sit, iustus filius habeatur. Quippè quùm vel in eo quidem affinitatis genere primo, quo de agebatur, rarum foret Pontificiæ indulgentiæ exemplum, tanquam cœlesti Interdicto contrariæ. Ex Leuitici cap. 18. ac Laterana Synodo œcumenica in Cap. penul. De consang. & affin. Id quod Apostolicus etiam Romanæ Ecclesiæ Præses candidè agnouit Innocentius 3. Decretali Epist. 13. ad Biturigum Præsulem. De restit. spoliat. Vers. *vt in gradibus consanguinitatis Diuina lege prohibitis restitutioni aditus præcludatur*. Et in Vers. *quando aliquis consanguinitatis gradus obijcitur, in quo Sedes Apostolica dispensare non potest*. Cùm sacro Can. Pitacium Caus. 30. Quæst. 3. Ac Can. si Paulus Caus. 32. Quæst. 5. Quanto minùs igitur à Sede Petri restituatur natalibus proles nefariè edita ante hoc matrimonij genus, pura putaque miseratione contracti. Verùm ad ea reus defendit, Romani Solij Antistitem supplicibus vsquequaque Legum gratiam ac veniam facere posse, quæ statis Christianæ fidei capitibus, perpetuisvè Regulis Ecclesiæ non refragetur. Can. sicut Distinct. 15. Can. sunt quidam Caus. 25. Quæst. 1. Hinc Petr. Ancharanus, Iuris responso 350. censuit, nepoti ex fratre, Pontificio permissu fas esse, patrui sui viduam coniugem sibi connubio sociare. Quo itidem nomine Insubrum Dux fertur, Apostolica venia, neptem ex sorore patris sui vxorem duxisse. Addition. ad Panormit. in Cap. Literas De restit. spol. Ac vniuersim adeo obseruauit Iohan. Andræas, summum Pontificem, futuros coniuges, adiecta causa, licitè Diuinis legibus soluere, intra certos propinquitatis gradus prohibitorios. Contrà autem, replicat Actor, istam Diuini præcepti veriùs dissipationem esse, quàm dispensationem coniugij cœlestibus Oraculis vetiti, quoad priùs genitam sobolem. Vt ipsemet Andræas perspicuè distinxit (ac secundùm eum, Panormit. vbi suprà) talium coniugum liberos matri-

Dispensationes Apostolicæ matrimoniorum, in primo genere affinitatis, vel intra gradus consanguinitatis, prohibitorios.

Duo singularia, seu fictiones duæ, simul concurrentes non recipiuntur.

Papa liberè dispensat contra Ius positiuum ex causa maxima. Cap Proposuit De concess. præben. Cap. Innotuit De elect. Non autem de iis quæ sint contra Articulos Fidei, vel contra generalem statum Ecclesiæ.

monium præcedentes ab aliis, constante eo, progenitis. Cuiusmodi tamen argutula distinctio Nobis parùm placuit, sententiam rogatis ex facto in consultationem ita collato ab Hispanis proceribus, qui de eo apud suos litigant, indigenásque Magistratus, an. 1604. Nec enim propitiis auribus Viri boni audierint secundogenitum, qui, obiecto natalitiæ primigenij maculæ probro, vellicet communium parentum existimationem, ac in patrios cineres iniurius, turpem obscœnámque Maiorum coniunctionem odiosè refricet, ex qua subortus maior natu, ipsi etiam vitæ ortúsque sui causam præbuerit. Iustinianea ratione §. cùm enim Leg. cùm quis Cod. De natur. liber. Tum Cap. 8. Authent. Quib. mod. natur. effic. sui. Et Alexandri 3. Epistola Decret. Tanta vis Qui fil. sint legit. Nullum præterea absurdius videtur sophisma, quàm indiuiduam Rom. Pontificis gratiam connubialem, membratim sic discerpere, vt partim ratam, partim irritam iudicare liceat, & germanos fratres sororesque ex eadem parentum stirpe profectos, varia natiui Status conditione disiungere, lacesseréque se inuicem famoso libello.

IMMENSA alia, huc velut in syluam, coniicere possemus: sed Censores nostros velim illius meminisse, quod olim Polybius grauiter censuit, scriptorem æstimandum, non ex iis quæ prætermisit, sed ex iis quæ dixerit. Vt si hæc ab eo rectè dicta sint, illa videatur iudicio magis, quàm ignorantia omisisse. Reliqua deinde huius argumenti propria, quæ mereantur obseruationem, euoluere operæpretium est lib. 1. nostri Tractatus de LEGIBVS ANDIVM MVNICIPAL. Cap. 41. vbi pauca admodùm (ni fallor) in hoc negotio desiderantur.

De Bastardorum successorio iure.

Tit. XI.

DE BONIS ADVENARVM.

1 *Peregrinorum, in ius ciuitatis Gallicæ allectio, & in eorum bona successio, Sceptro reseruata.*
Aduenæ, sacerdotiorum incapaces, vt & publicorum officiorum.
2 *Eleusiniis sacris quenquam aduenam initiari, prohibitum.*
Extraneis Præfecturæ militares Arcium non mandantur.
Aduenæ, in Equestris militiæ S. Spiritus ordinem non cooptantur.
3 *Aduenarum, apud Anglos, Hispanos, Hungaros, Longobardos, Neapolitanos, Romanos conditio.*
4 *Ciuis, & incolæ differentia.*
Solonis lex, de Atheniensium inquilinorum opificio, & tributo.
Atheniensis ciuitas, non, nisi magna de causa, data.
5 *Aduenis, Romæ magistratum gerere, & prædia hæreditate possidere, non licuit.*
Peregrinus, peregrinitatis reus, quis: & Prætor peregrinus.
Romanæ Ciuitatis concessa iura.
De veteri Applicationis iure.
6 *Aduenarum, apud Mediolanenses, Ferrarienses, Venetos, conditio.*
Ciuitas, & ius Comitiorum, à Venetis quibusdam concessa.
Domus ab Armeniis apud Venetos empta, & habitata.
Albinatus *ius apud Allobroges, & Britones.*
7 *Negotiator extraneus Mensam instituere volens in Gallia, prædibus datis, cauere tenetur.*
Mercatores peregrini, mandata noménque mandatoris, in Tabulario Iurisdictionis ordinariæ, edere tenentur.
Ius nominandi administratoris Hospitalis, seu huius conferendi, præter regnicolas, vetitum.
Aduenis, cessionis bonorum beneficium in Gallia negatum: olim Romanis ciuibus solis indultum.

Albinatus

8 Albinatus *Lex, in quadruplici Aduenarum serie, restricta.*
Tornacenses, ciuitate à Regibus Francorum donati.

9 *Sequanis, Alexiis, ciuitas Gallica data.*
Burgundiæ Comitatus, olim Gallico Imperio contributus.

10 *Flandri, Atrebates,* Albinorum *incommodo exempti.*
Flandriæ, & Artesiæ, Comitatus, antiquitùs Francici diadematis beneficiarij.
Comitatus S. Pauli dominium summum, inter Reges Galliæ & Hispaniæ controuersum.

11. 12. 13. *Biarnenses, pro ciuibus Gallis habiti: eorúmque historia.*

14 *Allobrogibus, Franciæ partes secutis, ius ciuitatis datum.*
Sabatiorum ager, Imperiale beneficium.
Subalpini, Francigenæ nuper dicti.

15 *Mediolanenses, in Gallia ciues certo casu iudicati.*

16 *Auenionensium ciuitas, Gallica.*
Auenionensem ciuitatem à Iana Sicula Clementi 6. addictam tradunt.
Lugdunenses, Viennenses, Agrippinenses, Tyriorum ciuitas, Carthago, Pacenses, Emeritenses, olim Iuris Italici.

17 *Britones, & apud Gallos, & apud Anglos, pro ciuibus habiti.*

18 *Lotharingi, Germani, Ambarri, Brabantini, à Victriacis municipibus in societatem adscripti, proque ciuibus Gallis habiti.*
Bythinicis ciuitatibus, ex tota Bythinia asciscendorum ciuium potestas facta.
Lotharingia, vetus regiæ prolis Franciæ Panagium: & vnde sic dicta.

19 *Ambarri, Gallicæ ciuitatis munere donati.*
Transactionis, inter Regem Galliæ, & Barrensium Ducem, summa.
Sedaniæ ius ciuitatis, consanguineis ciuium datum, addita conditione.
Mousonij Cœnobiarchæ, cum Rethelensi Comite, pactum.

20 *Cameracenses, inter indigenas Gallos numerati.*
Cameracensis vrbs, olim Regibus Francis subdita: ciuitas Imperialis.
Heluetij stipendijs Francicis militantes, ciuitate donati.

21 *Scoti, indigenæ & municipes Franciæ nuper habiti.*
Scotorum merces, nouis vectigalibus liberæ.
Ætoli ciuitate Romana donati.

22 *Lubecensis, Teutonicarúmque vrbium quarumdam priuilegia.*

23 *Mercatores in nundinis Campaniæ & Lugduni agentes, ciuium iure gaudere.*

24 *Mercatorum Hispanas nundinas adeuntium priuilegia.*
Nundinarum duplex, apud veteres Romanos, vsus.
Viatores, qui.
Solonis constitutio, de Legis ferendæ ratione.

25 *Heluetij, Lugduni, & Turonum incolæ serici Operarij, ciuitatis iure donati.*
Aduenis certarum Vrbium incolis, Gallica ciuitas data, vt Burdigalæ, Tholosæ.
Sacerdotibus Rhemensi Ecclesiæ inseruientibus, ius Gallicæ ciuitatis concessum.
Londinensibus incolis à Ricardo 1. R. ius ciuitatis indultum.
Ciuis, incolæ, aduenæ, conuenæ, & accolæ differentia.

26 Albinatus *lex Francica, ad peregrinos transeuntes cum sarcinulis non spectat.*
Apud Indos etiam, morientium exterorum bona hæredibus reseruabantur.
Lex Hippodami, de Magistratibus, peregrinorum res curantibus.

27 *Scholastici aduenæ, iuri* Albinatus *minimè subditi.*
Medici, artiúmque liberalium Professores, Romæ à I. Cæsare ciuitate donati.
Scholastici priuilegij causa temporaria.

28 *Legati externorum Principum, liberi & immunes à iure peregrinitatis.*

29 *Natiua ciuitas atque primaria, adscititiæ interuentu tollitur.*
De iure migrationis, Abzug, *dicto, in Germania.*
Mechliniensium lex Municipalis.

30 *Prouida cautio ei, qui ex causa originarium Patriæ domicilium relinquit, vt extraneum incolat, Literas à Rege obtinendi, ciuilis sui iuris natiuíque seruatrices.*

31 *Gallus in Hispanias à patre translatus, deinde rediens in Franciam, Regnicolæ priuilegiis vti debet.*

32 *De ciuitatis data Rescripto, cum clausula, Modò impetrantis hæredes sint regnicolæ.*
Extranei viui, sua donare possunt: morientes, non.
33 *Aduenarum, in quos ciuitatis ius conferatur, delectus habendus.*
Lacedæmoniorum, & Atheniensium prudentia.
Gallorum quondam cum Romanis fœdere cautum, ne Galli, ciues essent Romani.
Scæuolæ lex, de redigendis in suas ciuitates sociis.
Augusti Cæs. in ciuitate donanda, parsimonia.
Mediomatrices, in ditionem Gallicam redacti, ciues Gallici effecti.
44 *Iure* Albinatus *modestè vtuntur Francorum Reges.*
Lusitanorum, ab Errico 2. impetratum, Priuilegium.
35 *Iudicatum solui, ab aduenis caueri.*

Aubains i. estrangers residans & decedez en France.

1 RES ADVENÆ demortui, quæ in Gallia sitæ sunt, pertinent ad Principem Lege DOMINICI Patrimonij. Atque vt Romanis primùm fuêre pro legibus Regum Arbitria (Halycarnass. lib. 13.) sic inueteratum hoc Coronæ ius in bona exterorum, videtur primitùs ortum ex Decreto Regum, Edictóve peculiari. Vnum præ aliis extat Karoli 6. Regis, luce 5. Septemb. an. 1386. Quo Edicto, nominatim Sceptris reseruauit hic & peregrinorum allectionem in ius Gallicæ ciuitatis, & in eorum bona successionem: inferioribus Dynastis exclusis. Protenditur regula ad nostratium Sacerdotiorum collationem, quorum incapaces sunt extranei. Regia Constitutione 6. Iduum Martiarum, an. 1431. quam Senatus Pictauis sedens comprobauit, 6. Idus Aprilis, eod. anno. Planè idem de publicis Officiis statutum fuerat antea à Principe, ex communi Regiorum Optimatum sententia. Sanctione Andibus lata Mense Nouemb. an. 1323. Articulo infrascripto, *Que nuls Receueurs du Roy soyent Oultremontains, ne de Lombardie.* Sed quùm Regiæ legi fieret fraus identidem à priuatis singularia Francicæ prouinciæ Rescripta clanculum exorantibus, rescidit Ludouicus 12. talia Rescripta Karoli 8. decessoris sui, cauitque, alienigenam, qui extra Gallias degeret, sacris profanisve Muneribus fruiturum neminem, Idibus Iuniis, an. 1499. Paulatim deinde irrepentibus ad sacras Præfecturas aduenis, prouisum est à Rege, ne Vicarios saltem ipsi præponerent Ecclesiis, seu fiduciarios Sacerdotij sui procuratores, nisi Gallos ciues. Edicto Mens. Septemb. an. 1554. quod regestum est in monumenta Curiæ, Postridie Nonas Octobr. eod. anno. Vetitum etiam posteriori Francica Lege apud Aureliam edita, profanos Sacerdotiorum reditus peregrinis locari, nisi ciuitate donatis à Rege, & Gallicam ciuitatem, Prouinciámque ipsâ re incolentibus. art. 17. Edicti Aurelianen. an. 1560.

Edictum Regis Caroli 7. die 10. Mart. verificatum in Parlamento, die 8 April. an. 1431.

Ordinatio Ludouici 12. die 13. Iunij, an. 1499.

Regia Ordinatio registrata in Parlamento, die 8. Octobr. an. 1554.

Aux Estats Generaux tenus à Blois.

2 BLESIS item, in Conuentu Pop. Francici, non modò repetitæ sunt paulò anteriores leges de Vicariis, & conductoribus sacerdotalium prouentuum, sed vetustiores pariter, ne Ecclesiast. Dignitates mandentur alibi natis: vtpotè Episcopia, Archiepiscopatus, & Cœnobierchiæ, quæ Monastici Ordinis caput præferant. §. 4. Blesens. Constitut. scriptæ an. 1579. quæ Senatus iussu promulgatur 8. Kal. Februar. an. 1580. Pari modo, Ciuitatum Politiæ priscæ non siuerunt, externis hominibus sacros deferri Magistratus. Relatum est enim apud A. Hirtium, hybernis in Gallia à Cæsare peractis, cum venisse in Italiam, vt municipia & colonias appellaret: quibus M. Antonij Quæstoris sui commendarat sacerdotij petitionem. Quod idcircò factum est, quia ius suffragiorum habebant, & vnà cum Pop. Rom. Magistratus creabant. Legimus, ad hæc, Eleusinia sacra ab Eumolpo primo instituta in honorem Eleusinæ Cereris, prohibitúmque ab eo, ne aduenam quenquam initiarent. Vnde propter Herculem admitti petentem, cui negare non decebat, Eleusinij statuêre nouum mysteriorum genus, quæ parua vocarunt. Quibus ille est initiatus, putans vetera esse & legitima, quorum Eumolpus auctor extitisset. Insuper Gallica lege Blesensi (de qua prædictum) arcentur extranei à militaribus Præfecturis arcium & fortium castrorum Regni, art.

Blesense Edictum in Curia Parisien. publicatum, die 25. Ianuar an. 1580.

Eleusinij.

Capetaineries des places fortes.

art. 276. Nec multò antea Princeps edixit, in Equestrem suum ordinem Almi Spiritus haud alios cooptari debere, quàm Galliarum ciues, vel natos, vel factos beneficio Principali cap. 32. *Statutorum* Equestris militiæ S. Spiritus, quæst. 87. capitibus constantia sanxit Erricus 3. Rex, Mens. Decemb. an. 1578. Ad hæc, præcluditur extero aditus ad Magisteria & præfecturas Regiarum monetarum. Edicto Henrici 2. lato 5. Nonas Mart. an. 1554. art. 5. Quod Monetalis Curia publicauit 6. Idus Apriles consequentes. Ne præterea isthuc, velut in aceruum, congeramus nostratium Iurecoss. scripta de vsu Regij *Albinatus* Gallici, Guimier. in Procemio Pragmat. Sanction. Ad verb. exterorum, Benedict. in cap. Raynutius. Vers. Et vxorem. Chassan. in Consuet. Burgund. Tit. De Confiscation. §. 1. Cum Boërio, in Burdigalen. Decis. 13. Imo & peculiaribus multarum Galliæ Vrbium Plebiscitis disertè cautum est, ad ciuilia ipsarum Munera exterum adsciscì neminem. Id quod, ex Rupellanis veteribus Priuilegiis, decretum fuit à Lutetianis publicarum Rationum Magistris. Februar. Luce 28. ann. 1519. In eas quoque leges coiit Arelaten. ciuitas cum Lodoïco 2. Siciliæ rege, & Phocensis prouinciæ Comite, ne vrbanum quenquam Magistratum agnoscere teneretur, nisi indigenam, & originarium ciuem modo infranotato cap. 7. Pacti conuenti 4. Idus Decemb. an. 1385. in hanc formulam. QVÒD COMES, AVT EIVS SENECHALLVS NON POSSIT CREARE ALIQVOS OFFICIALES IN D. VRBE, NISI SINT ORIVNDI VEL INCOLÆ COMITATVS PROVINCIÆ, FORCALQVERII, VEL PEDEMONTIS, AVT COMITATVS VENAYSSINI, SEV PRINCIPATVS AVRENGIÆ.

Cheualiers de l'Ordre du S. Esprit.

Edictum *des Maistrises de monnoyes*, die 3. Mart. 1554. verificatum in Curia monetarum die 8. April. sequent. Num. 1042. 1043. &c.

In Camera Computorum Verificatio Literarum confirmationis Priuilegiorum *de la Rochelle.*

Conuentio inita *entre la ville d'Arles & le Comte de Prouence*, die 10. Decemb. an. 1385.

3 AC ne quis ius *Albinatus* purè Francicum existimet, nec alij vsitatum Monarcæ, vllum vix ciere possis, quin suo in Regno, summóve Principatu, idem iuris patriis Constitutionibus sibi vsurparit, longissimáque possessione. Nota est Eduardi 3. leg. Anglica, ne alibi nati, quàm in Britannia Insula, admitterentur ad fundorum hæreditates, an. 2. Regni. Vt Angliæ Chronicis memoratur, ac Lib. Iohan. Leslæi, De successione Regnorum Angliæ & Hiberniæ. Eadem de causa Britannico Iure prouisum; SACERDOS GALLICVS SACERDOTIVM IN ANGLIA NE OCCVPATO. Et aliud rursus, *Aurum in continentem non effertor.* Allobrogicò item Edicto vetita fuit Monetalis cuiusquam speciei transuectio extra Patriòs Sabaudiæ fines. Postridie Iduum Octob. an. 1576. Ibidem quoque antea sacris Beneficiis arcebantur extranei. Vtì narrat Francis. Marcus, apud Gratianopolim Senator, Delphin. Decis. 1371. Parte 1. Nec absimilis est Hispanica de Sacerdotiis obseruatio vetus, ne ea teneant aduenæ, prohibitoria (ex Pontificiis codicillis Sixti 4.) nisi auctore Principe. Vt inquit Benedict. ad cap. Raynutius. Haud diuersum in Pannonia retentum morem subnotat Innocentius 3. Rom. Pontif. cap. Bonæ. De Postul. prælat. Imò & Hungariæ Ritu scripto comprehensum est vniuersim, ne in peregrinæ conditionis homines vlli conferantur honorum ciuilium tituli, nedum sacra beneficia, néve ab iis regij prouentus conductionis specie administrentur. Alio Capite Iuris Hunnorum continetur, solos Hungarici nominis Consiliarios & Officiales adesse Regi oportere. In lib. Iuris *Consuetudinarij* Hungariæ, quem typis mandandum curauit Ioh. Sambucus, Consiliarius & Historicus Rudolphi 2. Pannoniæ Regis, Archiducis Austriæ, Comitis Tyrolensis, an. 1581. Insuper Longobarda lege adempta est extraneis factio testamenti, ne qua fraude aut captione, Fiscalis in eorum bona successio præpediatur l. Omnes l. vlt. tit. De aduenis. Cum his tamen mitiùs agunt Neapolitani, quorum Legibus bona quidem peregrini in Fiscum coguntur, sed intestatò mortui, quem illi *Garagangum* appellant. Constitut. Neapolit. De offic. secreti, & ibi Matth. Afflictus. Romæ itidem liberum fit alienigenæ suis de rebus omnibus statuendi arbitrium. Bullatis tabulis Iulij 3. & Pij 4. Pontif. Nonis Februar. an. 1560. pro veteri in Romanos incolas indulgentia, aut potiùs Iure communi. Quippè quùm Romam, communem omnium esse patriam, definierit Cic. in 2. Orat. contra Rullum, & Modestinus I.C. l. Roma. D. Ad municipal. Ac ideò concinnè Sidonius, in ea totius Orbis ciuitate vnica, solos barbaros, seruosque peregrinari. Et Rutilius Numatianus de Roma hoc scripsit Tetrastichon:

Aubenage, en Angleterre.

Ordinatio Philiberti Emanuelis Sabaudiæ Ducis die 16. Octob. 1576.

In Ducatu Sabaudiæ, extranei ad Ecclesias, nisi cum Literis Naturalitatis, non admittuntur, quantùm ad gratias expectatiuas.

Hungarorum obseruatio, circa Albanos, seu extraneos.

Bulla Pij 4. die 5. Februar. 1560.

Hæ Bullæ Pontificiæ exceptæ sunt ex lib. Collectionis diuersarum Constitutionum & Literarum Rom. Pontif. à Gregor. 7. vsque ad Gregorium 13.

Fecisti patriam diuersis gentibus vnam,
Profuit iniustis te dominante capi.
Dúmque offers victis proprij consortia iuris,
Vrbem fecisti, quod priùs Orbis erat.

In aliis verò Italiæ prouinciolis, nulla habetur ratio externorum hominum, publicis in Muneribus obeundis, tum Ecclesiasticis, tum profanis. Vt Bononiensi, & Veronensi Statutis cautum ferunt: de illo, Barbat. Consil. 23. volum. 1. De hoc, Baldus, Responso. 46. lib. 1.

4 Havd dispari argumento, incolas à ciuibus distinxêre Athenienses, & apud eos μέτοικοι, (quos inquilinos vertimus) cùm ex sua ciuitate Athenas commigrantes ibi firmassent rerum suarum sedem ac domicilium, opus in foro facere vetabantur Lege Solonis, & tributum quoddam, μετοίκιον dictum, pendere iubebantur. Vt tradunt in Attica Repub. Xenophon, & Demosthen. contra Neæram. Quòd si omninò ibidem vel peregrinitatis conuicti nonnulli, vel inquilini sine patrono comperirentur, vel desertæ clientelæ rei, horum bona à certis vendebantur Magistratibus, quos τοὺς πωλητὰς vocabant, & in ærarium referebantur. Vt est apud Suidam. Nec verò Attica Lege licuit ciuem creare quenquam, nisi qui, re memorabili gesta, dignus esset fieri ciuis. Teste Demosthen. contra Neæram. * Πρῶτον νόμος ἐστὶ τῷ δήμῳ κείμενος, μὴ ἐξεῖναι ποιήσασθαι Ἀθηναῖον, ὃν ἂν μὴ δι' ἀνδραγαθίαν εἰς τὸν δῆμον τῶν Ἀθηναίων ἄξιον ᾖ γενέσθαι πολίτην. Ea propter Apollodorum Cyzicenum Athenienses, deinde Heraclidem Clazomenium delegerunt exercituum Duces, militari iam decore illustratos. Vt tradit Ælianus Sophista. Exin summi honoris loco duxêre Euagoras Cypri, Dionysius Siciliæ, Antigonus & Demetrius Asiæ Reges, quòd in Atticam ciuitatem vicissim cooptati fuerint. Vt narrat Plutarch. in Demetrio. Quòd si Athenis obiisset alienigena, nec ciuili eo iure donatus, eiusdem binæ assis bonorum vnciæ redibant ad Fiscum Aheniensem. Id quod Demosthenes contra Androtionem memorat. Nec enim stemmata cognationum spectabantur, nisi ciues inter ipsos, ad cernendas inuicem hæreditates. Auctore eodem Demosthene, contra Eubulidem.

Attici mores in peregrinos.

* Primùm lex est populo lata, ne Atheniensem creare aliquem permittatur, nisi qui ob virile quoddam facinus erga Athenienses, promeritus sit ius ciuitatis.

5 Ad Romanos priscos venio, qui suæ ciuitatis iura peræquè negarunt extraneis, non modò in gerendis Magistratibus, sed in prædiis etiam hæreditate possidendis. Exploratum est Legis Falcidiæ secundum caput. Qvicvnqve civis Romanvs testamentvm faciet, is qvantam cviqve civi Romano pecvniam dare, legare volet, ivs potestasqve esto. Apud Paulum I.C. l. 1. ff. Ad Leg. Falcid. Cui consonat Vlpiani responsum, l. Sed si conditioni. §. solemus. De hæred. instit. Cum Cæsareo Antonini Rescripto l. 1. Cod. eod. Tit. in vers. tanquam peregrini capere non possunt. Ideóque haud temerè ciuitas dabatur aduenis: ne hi promiscuè à Romanis institui possent hæredes, vel Romani soli fundique hæreditatem ad propinquos transmittere. Hinc Tullius pro Cæcinna. Principio (infit) ausus est dicere Ebutius, non posse hæredem esse Cesenniæ Cæcinnam, quòd is deteriore iure esset, quàm cæteri ciues, propter incommodum Volaterranorum. Nec validiori ratione asseruit Cicero, Archiam poëtam ciuem esse Romanum, quàm quòd liberè suprema sua tabellis ordinasset Testamentariis. Imò etiam stante Vicesimaria lege, noui seu per Latium in ciuitatem venissent, seu Principis beneficio, nisi simul cognationis iura impetrassent, alienissimi habebantur, quibus coniunctissimi fuerant. In Pliniano Panegyr. Si autem peregrinus falsò se gessisset pro ciue Romano, dicebatur peregrinitatis reus. Vt refert Tranquillus in Claudio. Talibus exteris, qui ciuitatem non erant adepti, ius reddebat Prætor, qui ea ratione peregrinus vocabatur. Ex Fenestella, De Magistrat. Roman. & Pomponij I.C. lege 2. De Orig. iur. Ac percontanti quidem sigillatim, Romanæ ciuitatis iura quænam fuerint, occurrunt patria potestas, testamenti factio, gentilitas, adoptio, legionaria militia, agnatio, ius honorum Romæ assequendorum, togæ ferendæ, & alia id genus. Denique externo homini, qui ciuis fieri non poterat, vltimum fuit *Applicationis* remedium, vt ad ciuem quendam, velut patronum, se applicaret. Vnde postea huic patrono deferebat

Applicationis ius antiquum.

ferebatur illius intestati successio, iure applicationis. Quod in Centumuirali iudicio disceptatum est, de eo, qui Romam in exilium cùm venisset, sese alicui velut in clientelam dediderat, ad eúmque applicuerat quasi patronum. De eius intestati hæreditate postea quæsitum fuit: vt pleniùs tractat Cic. I. De Orat. Huiusmodi extitit, in Terentij Andria, hospes ille, qui egens primùm ad Chrysidis patrem se applicarat. Hodie etiamnùm Romæ ciuilia munera negantur aduenis, nisi fortè aliquo modo cooptatis in ciuitatem. De quo Titulus est, QVANDO ADVENÆ CIVIVM ROMAN. PRIVILEGIO VTI POSSINT. In lib. Statutorum Romanæ Vrbis, quæ à S.P.Q.R. collecta sunt, auctoritate Gregorij 13. Pontif. summi 8. Cal. Iunias, an. 1580.

Die 15 Maij, an. 1580.

6 IN reliqua porrò Italia, necdùm melior fertur peregrinorum conditio. His enim interdicitur vsufructu, ac possessione, nedum dominio rerum soli. Mediolanensi Insubrum Consuetudine, quam citat Alexander Imolen. Responso 198. lib. 6. & Ferrariensi Lege relata ab eodem, in Concil. 157. lib. 2. Nec Venetis Constitutionibus magna habetur ratio exteri creditoris, cui nempè non licet in purum hæredem debitoris Veneti ius suum exequi supra modum facultatum à defuncto relictarum. Vt lib. I. cauetur Statut. Venetor. cap. 59. Ex quo Veneti etiam dictitant, ægrè Senatum Patrésque in ciuitatem alienigenas recipere. Quemadmodùm Bembus refert, Ludouicum Lucemburgium Galli Regis propinquum, ambitiosè petiisse ab legatis Venetæ Reipub. qui fœdus cum Rege percusserant, vt cùm ad Vrbem rediissent, sibi à Patribus ciuitatem, & ius Comitiorum impetrarent. Itaque eius postulatis intellectis, Ciuitatem vtrumque munus Ludouico fuisse elargitam, anno 1500. Histor. Venetæ lib. 4. Nec diu antea, Ioh. Coruinus Matthiæ Regis Pannoniæ filius, per suum Legatum Venetis significauit (eodem scriptore Bembo) cupere sese in ciuitatem & ius Comitiorum admitti. Hinc publico in Conuentu vrbis, ciuitas & ius Comitiorum ei datum. Armenij itidem, qui Venetias appulerant, Testamentariam chartulam, Ziani Principis tempore, ab homine Armenio confectam, Ædis Marciæ Procuratoribus ostenderunt: qua chartula domum in Vrbe demortui pecunia emere Procuratores iubebantur, quam quidem domum Armenij ad Vrbem venientes incolerent. Eámque postea domum cum sacello emptam ad Iuliani fuisse in Laternarum via, quæ tunc à Procuratoribus locaretur: ob id domum ipsam sibi restitui ex testamento flagitarunt. A Procuratoribus, intellecta eorum postulatione, domus est Armeniis reddita, atque ab iis incoli cœpta. Item in Subalpina Italia Dux Allobrogum exercet ius *Albinatus* in alibi natos, tum nouis Sabaudiæ Constitutionibus, tum vsu recenti iámque recepta obseruatione. Quin media & in Gallia, Britonum Principes quodammodò vtebantur Albinatu in exteros, antequàm Principis Annæ cõnubio ea prouincia in Regiam Francicam transiisset. Id quod perspicuè declarant Pontificiæ Literæ Nicolai 5. P. P. in hanc sententiam. NVLLVS ALIENIGENA, QVI NON SIT ORIVNDVS DE DVCATV BRITANNIÆ, SEV VERVS ILLIVS INCOLA ET SINE FRAVDE, CVIVSCVNQVE DIGNITATIS, GRADVS CONDITIONIS, ETIAM SI FAMILIARIS PAPÆ CONTINVVS, COMMENSALISQVE, ET IN LIBRO CANCELLARIÆ DESCRIPTVS, APOSTOLICA VEL QVAVIS ALIA AVCTORITATE SVFFVLTVS, AD ALIQVOD EX BENEFICIIS SECVLARIBVS VEL REGVLARIBVS ILLIVS DVCATVS ADMITTI POSSIT, NISI AD REQVISITIONEM IPSIVS DVCIS ID FIAT. Calend. Februar. an. 1452. Pontificatus an. 6. Secundùm hæc, Armorici Pop. Ordines nuper obtinuerunt à Franco Rege, ne annua pensitatio vlla, vel stipendiaria quidem, ex patriis Fisci reditibus alij daretur, aut destinaretur, quàm originario Celticæ Britanniæ ciui. Edicto, Mens. Iunio, an. 1579. Quod Senatus Armoricus publicis actis consignari præcepit, 13. Kal. Septemb. eod. anno.

Mediolanenses.

Ferrarienses. Veneti.

Hæres purus & simplex Veneti debitoris non potest cogi vltra valorem bonorum defuncti.

Ludou. *de Luxembourg*, Comes *de Ligny en Barrois*, nepos Ludouici Lucēburgij Comestabilis Franciæ, cui ex maiestatis crimine caput fuerat amputatum. an. 1475.

Pium legatum Armenij viri, apud Bembum in Hist. Veneta.

Princeps Pedemontis, Dux Sabaudiæ.

Duces Britanniæ Gallicæ.

Bulla Nicolai 5. die 1. Febr. 1452.

Edictum *sur les remonstrances des Estats de Bretagne art. 15. Que les pensions assignees sur les reuenus de Bretagne, seront distribuees seulement aux originaires dudit pays.* Verificatum die 20. August. 1579. in Parlamen. *de Rennes*.

7 VT tandem ergo, exteras tot regiones emensi, repetamus patriam Galliæ ciuitatem, intelligere debemus, aduenæ cuipiam, nisi ea ciuitate donato, nullum patere aditum ad varios ciuiles actus, qui sacris Constitutionibus Regum nostrorum designantur. Putà, Extraneus quisquis negotiator Mensam instituere vo-

Extraneus nequit erigere bancham in Francia, nisi præstita cautione 15. millium scutatorum.

fuerit in Gallia, tenetur priùs cauere, datis prædibus Gallicis, quindenûm millium scutatorum nomine. art.357. Edicti Blesensis, an. 1579. Rursus hoc Edicto peregrinis mercatoribus iniunctum est, proferre & edere apud Acta Iurisdictionis ordinariæ cuiusque, mandata negotiorum pro aliis gerendorum ac procurandorum, & suis chirographis inserere nomen mandatoris sui, quique eós mercibus præposuerit: vt si fortè institores illi foro cesserint, Regnóque aufugerint clanculum, habeant indigenæ Francique mercatores, in quem, suum recepturi, securè experiantur. artic. 358. Cum regiis item Sanctionibus seu cautionibus in exteros, suas interposuit partes Senatus Parisien. decreuitque, Diplomata Gallicæ prouinciæ ad sacrum beneficium consequendum, minimè redigi in Commentarios Curiæ, sed impetrantes aduenas ea seruare, prout ipsis videretur, oportere, S. Consulto 5. Nonas Mart. an. 1501. Ad hæc, CLARISS. ORDO, quùm promulgandum curaret Principis Edictum de regimine piarum Hospitalium ædium, censuit placere, vetare, ne vlli, præter regnicolas, Magnates ius haberent nominandi Administratoris rerum publici eius Hospitij, aut ipsius in quemquam conferendi, S.C. facto, 4. Iduum Maiarum, an.1561. Insuper Francico More, alienigenis ius non est sua de re testandi: quùm Latinis Iunianis comparentur, libertis ex lege Iunia Norbana, qui viui libertatis compotes, serui & intestabiles moriebantur. Secus ac libertini Dedititij ex lege Ælia Sentia, quorum viuorum seruilis & obnoxia, morientium liberrima conditio ferebatur. His subiungi potest cessionis bonorum præsidium, Francigenis inter ipsos peculiare, nec aduenis debitoribus communicatum. Vt celebri Curiæ iudicio docemur, 4. Non. April. an.1565. aduersus debitorem quendam patria Lubescensem. Descorceueo, & Alauda causæ patronis, in publica forensi litium dissertatione pomeridiana. Meritò sanè, quùm minima creditori spes affulgeat, exterum, qui bonis cesserit ad pinguiorem fortunarum conditionem peruenturum in Terra Gallia, ex quibus tandem æs alienum fugitiuus ille velit dissoluere. Eapropter hoc cessionis beneficio, quod lege Iulia indultum est, ciues Romani vtebantur soli, si soluendo non essent. Cuiusmodi Lex recensetur à Suetonio in C. Cæsare, à Tacito, Annalium lib. 5. & à Cæsare ipso, lib.3. Commentar. Denique in Iustinianeum Codicem translata, leg.4. Qui bon.ced.poss.& in Cod. Theodosian. lib. 4. Tit. eodem. Postea autem Diuorum fratrum constitutione, permissum est etiam Prouinciis, eiusmodi liberum subsidium. l. Legis. Cod. Qui bon. ced. Hodie equidem in Flandricis regionibus indigenæ Belgæ non iuuantur hoc cessionis bonorum remedio, nisi à Principe implorato, & magna cautione, multísque conditionibus adhibitis. Lege Karoli 5. Imperat. lata an.1541. quam memorat Francisc. Balduinus, Atrebas, Karoli, in Belgio, popularis. Ad § vlt. Instit. De action.

Que estrangers trafiquans en France, sont tenus presenter aux Greffes des Iurisdictions des lieux leurs procurations, commissions, & pouuoirs, & exprimer en leurs promesses le nom de celuy pour qui ils trafiqueront, &c.

S Consultum die 3. Martij, an.1501.

Arestum Curiæ, die 12. Maij, an. 1561. in verificando Edicto *du reglement des Hospitaux*, facto Mens. April. 1561.

Decretum Senatus die 2. April. an. 1565. *contre vn marchãd de Luber, Republique proche de Dannemarc.*

Belli Gall. lib. 3.

RESTRINGITVR tamen Lex *Albinatus* in quadruplici aduenarum serie, quibus ciuitatis diplomate non est opus peculiari. Prima est inibi natorum, vbi Reges quondam præfuêre Galli, iuréque Sceptrorum præesse debent, licet ipsa re nunc ibidem non agnoscantur. Secunda eorum prouincialium, qui bello subacta Prouincia, deindéque Pacis legibus restituta, manserint nihilominùs in officio, fide, obsequio, & territorio Gallici Regni. Tertia fœderatorum est huic Imperio populorum. Quarta exterorum modò transeuntium, aut pro tempore exercentium mercaturam in Gallia, qui fato præuenti, patrios lares repetere nequiuerint. In primo illo ordine sunt Neruij, seu Tornacenses Belgæ, quos Francici dominatus esse legitimi, probat Frossartes & ipse Belga, Hannonius, clausula ista. *La ville de Tournay est toute lige au Roy de France, auquel les autres villes de Flandres ne veulent auoir nul traicté.* An.1382. Histor. volum. 2. cap.108. cum cap. 64. lib.1. Ac propterea Karolus 7. Rex fidissimos Galliæ suæ Belgicæ Tornacenses reseruauit ditioni suæ nominatim. cap.24. Atrebatici fœderis, quo, amni Somonæ circumiecta oppida transcripsit Philippo 2. Burgundiæ Duci, an. 1435. Huc accedit Philip. Comminij, in Ludouico 11. Rege, sententia, Tornacum Neruiorum, vrbem esse Francici nominis partiúmque studiosissimam, Regum propriam Francorum, ijsque sena libellarum Parisien. millia pendere quotannis, summi imperij symbolum an.1477. Histor. cap.101. Quinimò vix alia Francicæ Monarchiæ magis antiquius dominatúmque subiit, quàm Tornacensis ciuitas, & Samarobrina seu

Qui tamen de iure subiecti sunt Regi Franciæ, nec de facto obediunt, opus habent Regiis literis declarationis, (licet non Naturalitatis) vt ciuili iure Gallico potiantur. Vt dicemus infrà.

Ville de Tournay, & pays de Tournesis.

Traicté d'Arras. Villes sur la riuiere de Somme.

ſeu Cameracenſis. Quas ſecundus Franciæ Rex primùm ſubegit, Clodio cognomine Comatus, Rom. Cæſare Valentiniano. Vt veteris memoriæ ſcriptores atteſtantur. In Anglicam verò poteſtatem armis redacta eſt Tornacẽſis, an. 1513. Gallis quidem reddita, an. 1520. Sed quam paulo momento iis extorſit Carolus 5. Cæſar, & in Flandricum ſuum Principatum redegit, an. 1521. Quanquam igitur vi erepta eſt noſtris hominibus Tornacenſis agri poſſeſſio, non idcircò tamen Franci Reges à ſe abdicarunt iuſtum ipſius dominium atque imperium. Quocirca Franciſcus 1. & Erricus 2. decreuerunt Tornacenſes, Franciæ domeſticos ciues, & tanquam peruetuſtos Regiæ Gallicæ ſubditos, minimè agere Codicillari munere ciuilis Iuris Gallici. Reſcriptis luculentis, an. 1521. & 4. Iduum Nouemb. an. 1552. Nam & olim Tornacenſes in ſacra Diœceſi iuriſdictionéque parebant Epiſcopo Nouioduni, quod eſt oppidum Belgicæ ſecundæ, Caio Cæſari non ignotum. Medardus enim Veromanduorum Pontifex ſubiecit Tornacenſem Eccleſiam Nouiodunenſi, velut Epiſcopali ſuperiorique Sedi, an. 529. Meiero teſte, in Flandricis annal.

Clodion le Cheuelu.

Die. 10. Nouemb. an 1552. *Noyon.*

9 SEQVANI itidem, Gallorum numero indigenarum habentur, nec ſingulis neceſſarium fore diploma Gallicæ prouinciæ ſanxit Princeps. Edicto Septemb. Menſ. an. 1482. Simile traditur de Alexiæ Comitatu; & finibus Fani Laurentij, quos Rex, Burgundij Ducatus Gallici partem eſſe declarauit: tametſi Comitatus ille, cum Laurentiana regiuncula, trans Ararim flumen conſtitutus eſſet. Authenticis Literis 10. Kalend. Februar. an. 1497. quæ in Senatu publicitùs recitatæ ſunt 4. Kalend. Martias poſteriores. Alexiam illam, Mandubiorum ciuitatem vetuſtiſſimam celebrat Diodorus lib. 6. De Sequanis rursùs, Transiuranæ Burgundiæ populis, conuentum eſt à Rege cum Karolo Auſtriaco Sequanorum Comite, hos legi *Albinatus* Francici obnoxios non futuros, vtì ſua omnia in Burgundo Ducatu ſita liberè poſſideant, retineant. Icto fœdere Menſ. Februar. an. 1514. quod regeſtum eſt in acta Curiæ Pariſien. 6. Kalend. Maias anno vertente, & Rationalium regiorum 4. Nonas Maias, eodem anno 1515. Proin aliquantò pòſt in cognitione Principis, quùm agitata eſſet controuerſia à Procuratore Fiſci, de bonis Theobaldi Cauilonenſis, defendit Carola, ſoror mortuíque hæres, Sequanum quidem fuiſſe fratrem, non ideò autem peregrinæ gentis, ſed Franciæ ciuem. Quales erant Transiurani etiam Burgundiones, iuris ſcilicet domitatúſque Gallici: Comitatus tametſi proprietatem Rex Philippo reddiderit, & Karolo filio Auſtriacis viciſſim, bino Pacis tractatu, pridie Nonas Ianuar. anno 1492. & Nouiomenſi, anno 1516. Itaque Sequanos, Regio Gallicæ prouinciæ Reſcripto non egere, agnoſcendæ hæreditatis cauſa. Lite demùm accuratè diſcuſſa, Princeps ſecundùm Karolæ nepotem, Ludouicum à S. Maura, Nigellæ Comitem, pronuntiauit. In Sacro Conſiſtorio Pridie Nonas Ianuar. an. 1545. Eadémque ratione antea Rex inſignibus Tabulis eſt teſtatus, Philippo Ritio, Dolenſi neceſſarios non eſſe Gallicæ ciuitatis codicillos: quandoquidem Burgundiæ Comitatus Gallico Imperio iam olim contributus foret. Extat pariter memorabile Franciſci Regis Diploma, Sequanos deſignans merè Francigenas, & Francicarum capaces hæreditatum. Quod diploma poſtridie Cal. Apriles, an. 1526. inſertum reperitur monumentis Curiæ Diuionen. Vice etiam verſa, Carol. 5. Aug. iudicauit, Annam Caſtrouillanam, quæ Galla erat, lege admittendam propinquitatis, ad reuocanda maiorum patrimonia, extra familiam alienata. Decreto in maiore Cæſaris Prætorio, apud Gandauum Gordunorum, Maio Menſ. an. 1540. de prædio *Doigny*, ſito in Comitatu Burgundiæ. Huius autem Comitatus quinam fuerint iam olim domini, & quo iure ij Francicæ Maieſt. ſe ſubiecerint, planiùs explicabitur, lib. 3. tit. 3.

Ceux de la Franche-Comté.

Alexia, *pays de l'Auxois, & reſſort de S. Laurent.*

Die. 23. Ianuar. an. 1497.

Die. 26. Febr. 1497.

In limitaneis vtriuſque Burgũdiæ agris remanſerunt *Terræ de Surſeäce, Vauuillars, & autres*: de quarũ finibus, ſummóque Dominio, arbitros ſumi conuentum eſt, Tractatu *de Cateau Cambreſi*, an. 1559.

Tractatus inter Regem & Carolum Auſtriacum, verificatus in Curia, die 26 April an 1515 & in Camera Computorum, die 4. Maij. eod. an.

Tractatus Pacis, die 4. Ianuar an. 1492. & alter factus Nouiomi, à *Noyon*, an 1516.

Areſtum ſecreti & priuati Conſilij Regis, die 4. Ianuar an. 1545 pro Comite *de Neeſle*, Ludouico *de ſainctε Maure*.

Literæ patẽtes, die. 2 April. an. 1526. regiſtratæ in Parlamẽto *de Dijon*.

Areſtum priuati Conſilij Imperatoris, in vrbe Gandauenſi, *à Gand*.

10 BVRGVNDIONIBVS Flandros, & Atrebates ſubiungamus, qui Albinorum incommodo peræquè eximuntur, Regio Edicto Henrici 2. Ita, vt decedentiũ in res Francicas liberè ſuccedant. Vtrumuis enim Flandriæ, & Arteſiæ Comitatum, nemo ambigit fuiſſe antiquitùs Francici Diadematis beneficiarium. Sicuti poſtea à Nobis ſparſim demonſtrabitur. At Madritiana, & Samarobrina Concordia cum Cæſare Carolo 5. inita, ceſſit Princeps ſummo in Belgas illos Do-

Flandres, & Artois. Traicté de Paix de Madric en Eſpagne, & de Cambray en Flandres.

Pax facta in vrbe Cameracensi publicata in Senatu die 19. Nouemb. an. 1529. qua Belgæ omnes Cæsaris subditi, vtporè Brabantini, Lucemburgii, Namurcenses, Hollandi, Zelandi, Hannones, Flandri, Arthesienses, &c. possunt succedere propinquis suis in Francia, & è contra.
Die 9. Ianuar. an. 1544.
Die 3. April an. 1559.
Regiæ patentes, 17. Augusti 1597. Registratæ in Parlamento die vlt. Iul. & in Camera Computorũ die 19. August. seqq.
Pour ceux des pays bas demeurans en France, qu'ils iouyront de l'effect des Traictez de Cambray, Iallons, & de Cateau Cambresy.
Arestum Curiæ *en plaidant, pour vn natif de Middelbourg en Zelande*, die 6. Aug. 1602.
Sententia Cameræ Thesauri, die 16. Mart an 1558.
Regiæ Literæ die vlt Iul. an 1544.
Sententia lata *au Thresor*, die 4. Augusti, an. 1570.
Transactio die 23. Septemb. an. 1571.

MINIO, & Comitatus vterque possessori relictus optimo maximo iure, sublato Francorum supremo dominatu, an. 1525. & 1529. Quorum posterius fœdus est in Senatu Parisien. recitatum 13. Kal. Decemb. eod. an. Adiecta hac quidem lege ac conditione, vt Belgici omnes populares, qui Caroli Austriaci ditione tenebantur, irent deinceps in liberam possessionem fundorum Gallicorum hæreditario iure Vnde Agnati. Quemadmodùm, econtrà, in Belgicos agros Francis permissa successio est vicissim gentilitio iure. Id quod denuò repetitum fuit pacificatoriis Tabulis Principum, Decemb. Mens. an. 1544. quas Patres Lutetiani in Acta publica retulêre 5. Iduum Ianuar. eodem anno. Tum in Castro Cameraci firmata Pace 3. Nonas Apriles, an. 1559. Queîs consequenter, Henricus 4. Rex edixit, Belgas singulos, Austriaci imperij, qui Francicas oras incolerent, ciuili Francorum beneficio frui, citra Codicillare priuatum Franciciæ Ciuitatis suffragium. Epistola aperta decimo sexto Kalend. Septemb. an. 1597. quam Parisiorum Senatus promulgauit pridie Kal. Augusti, & Magistri rationum Principalium 14. Kal. Septemb. an. 1598. Iuxta hæc, Lutetiana Curia nuper iudicio addixit Galli hominis hæreditatem filio fratris, Middelburgensi, Mattiacæ Insulæ, ciui; Qui in Gallicis dehinc Rupellani patris sedibus domicilium fixerat. Decreto in publicis causarum Actionibus postridie Nonas Sextiles an. 1602. secundùm N. Peleterium, cui Augustinus filius meus forense patrocinium præbuerat: aduersus Franciscam Peleteriam, defuncti sororem. Doleo ius patrono, quæ à Rupellano Proprætore Senatum appellarat. Dudum quoque antea, Iudicum Classis, Præfectorum Fiscali *Cameræ Parisien.* tulit Sententiam 17. Cal. Apriles, an. 1558. secundùm Gallandium, & Valterum, Atrebates, qui Iani Cognati bona petierant lege communi hæreditatum. Quinetiam Rex priùs dilucidè significauit, Gallandium, Atrebatem, originarium esse regni ciuem. Codicillis pridie Cal. Sextiles, an. 1544. Cuius tamen res mortui, à propinquis hæredibus euicit Regius Actor in Præfectura illa Fisci Gallici, Pridie Nonas Augusti 1570. Sed inde appellato Senatu, lis transigitur à priuatis hæredibus, numerata pecunia donatariæ Regis, Montmorantiæ Heroïdi, 9. Cal. Octob. an. 1571. Quare consultius erit Belgis hisce omnibus, ac Sequanis, agnoscendos se Principi ciues offerre, vt non quasi noua iis tributa ciuitas Gallica, sed agnita Diplomate & confirmata videatur. Has vulgus nuncupat *Literas declarationis*, quæ nomine tenus discrepant à *Literis Naturalitatis*, seu ciuitatis concessæ extraneo. Nam vtrobique requiritur causæ cognitio diligens, ac probatorium talis Rescripti iudicium Decuriæ Rationalium. De huiusmodi Regiæ declarationis tabulis Baldus nuncupatim, Iuris Responso 123. lib. 3. Eadem accõmodantur natis in Belgico D. Pauli Comitatu, de cuius summo dominio perdiu cõtrouersa extitit quęstio Fräci & Hispani Regũ, ad arbitros reiecta. cap. 17. sancitæ Pacis in Castro Cameraci: die 3. April. an. 1559. Vt nos inferiùs lib. 3. Reliqua de originariis Comitatus Fani Paulini, pete ex lib. 1. nostri Tractatus DE LEGIBVS ANDIVM MVNICIPALIBVS cap. 41. Vbi alia multa adiecimus de Iure Fisci in bona aduenarum.

Comté de S. Paul.
Traicté de Cateau Cambresy, die 3. April. 1559. De quo Nos inf. lib. 3. tit. 6. art 3.

Pays de Bearn.
Erricus Borbonius, Nauarræ rex antea dictus, hodie etiam Francorum Rex.
Pays de Berne en Suysse.
Roger Bernard Comte de Foix.
Prince de Galles Anglois, Duc d'Aquitaine, qui se Bearnij directum & superiorẽ dominum ex Ducatu suo Aquitanico asserebat.

11 BIARNENSES pariter necesse non habent, indigenarum ius impetrare, quasi peregrini. Haud planè quidem inficiamur, eos à Rege Nauarrorum, supremo teneri imperio. Quin & si Fuxensium Comitum Historię fides habenda est, Karolus Martellus Magni auus, deduxit Bernensium Heluetiorum coloniam in agrum Vaccæum, pacta conditione, vt Gotthis Regione pulsis, ea Bernensibus cederet, vti optimus maximúsque fundus, nullo interposito Francorum Regum dominio superiore. Multò pòst, ab his Democratię pertęsis, adsciscitur è Fuxensis Comitatus primoribus Vasto quidam Moncada, Biarnensibus dominaturus: Deinde Vastonis filia, Rogerio Bernardo 9. nupta, Flussatum Comiti. Qua ex ætate, Fuxenses Proceres Biarnensibus præfuerunt. Id quod scitè descripsit Albertus Petrus, & Helias Apamiensis, in Flussatum Historia. Id fuit in causa, cur Biarnensis Regulus olim Vvalliæ Principi, Aquitano Duci, renuerit clientelaris officij sponsionem. Quod & memoriæ mandauit Frossartes Historicus, Armeniacum Comitem, percitum odio Flussatis, auctorem fuisse Britanno illi, Aquitanorum Duci, vt id fidelitatis obsequium quondam debitum repeteret, quamuis vetustate intermissum. Nam, vt rerum fides clariùs elucescat

elucescat ex antiquioribus Monumentis, an. 1228. Gulielmus *de Monteraltano* Biarni dominus summissè pollicitus est Henrico Angliæ Regi, & Aquitaniæ Duci, clientem se in eius verba patroni iuraturum, statim atque in Aquitanam Galliæ oram appulisset. Vt Regestis patet Cameræ Ratiociniorum Parisien. Ibidem quoque prodita est Formula præstitæ fidelitatis à Bearni Toparcha, Principi Aquitano, tali scriptura. *Gasto Vicecomes* de Bearn, *dominus de Moncata,& Castriueteris, promisit & iurauit sub obligatione & iuramento sui corporis, & terræ Bearnij, quam tenebat à domino Eduardo Rege Angliæ, Duce Aquitaniæ, quòd non recedet de Curia dicti domini Regis, sine sui licentia & voluntate speciali, &c. An. 1273. post Festum B. Michaelis.* Præterea Vasto Bearnius hac Dynastia donauit Margaretam filiam & Rogerium maritum, Fuxensem Comitem, cum onere fidei nexúsque clientelaris in Regem Britanniæ insulæ, vtì Aquitanum Ducem. Postridie Kalend. Nouemb. an. 1286. Ob id Rogerius, emissa ad Anglum officij plena epistola, professus est se eius beneficiarium, hócque ipsum, breui præsentem se firmaturum sancta iurisiurandi religione, an. 1290. Ac dudum postea, hominium præstitit Biarnensis Regulus Odoardo Aquitaniæ Duci, apud Burdigalam Pridie Idus Ianuar. ann. 1363. Vt Arcanis huius Imperij, seu Lutetiæ Scriniis perhibetur.

Hos Biarnenses Antoninus in Itinerario vocat Beranenses.

Gaston de Bearn.

Die 2. Nouemb an 1286.

Les Maistres de la Monnoye de Morlas, ville de Bearn, sont du serment de France.

Die 12. Ianuar. an. 1363.

12 ITEM Biarnensis, seu Beranensis Procomes, in eo fertur obseruasse Francicam Maiestatem, quòd ab ipsius sententia prouocante Viscardo Barone Noailliæ, vasallo, Curia Parisien. decreuerit rectè prouocatum. Aresto Nonis Maiis, an. 1317. Iudicati rursùs executioni datus à Curia Prætor Tholosanus dixit Sententiam, à qua Biarnensis quùm appellasset Patres Lutetianos, censuerunt, hi Biarnensem malè appellasse. Iudicio 6. Iduum Septemb. an. 1322. Consimilia promuntur Senatus decreta in Biarnenses, tanquam Francigenas Parte 1. Styli *Parlamentaris*, cap. 13. De exception. §. 8. Versic. *Ita dictum fuit per Curiam pro procuratore Maioris & Iuratorum Montis-mariani in Bearniò. In Parlamento, annò* 23. Nec ita pridem de sacerdotio Gallico mota est Biarnensi controuersia apud Conscriptos Curiæ Lutetianæ, cui obiiciebatur patria tellus, natiuique soli conditio, tanquam peregrini, & à Francico alieni imperio. Contrà, differebat Biarnensis, Galliam Aquitanicam à Garumna flumine ad Pyrenæos montes spectare. C. Cæsaris testimonio, lib. 1. De bell. Gall. & Pomponij Melæ, qui Pyrenæi promontoria, finem Galliæ constituit. De Orbis situ, lib. 2. Atqui Biarnensium regio haud dubiè cis Pyrenæos saltus posita est, hósque intra fines Gallicos continetur. Itaque PATRES C. sacrum beneficium, de quo lis erat, Biarnensi adiudicarunt, tanquam Gallo nostrati. Aresto 7. Kalend. Ianuar. an. 1505. Ac tum quidem Regius cognitor obnixè intendit, Biarnensem agrum, Gallici Regni portionem esse, apertéque abnuit confessionem publici Procognitoris Tholosani, qui diuersum, minùs è dignitate Regia fassus esset, Idib. Decembr. eod. an. Quemadmodùm in Curiæ Commentariis scriptum euoluimus. Huius necnon partis sententiam iuuant Ferroni dictata, Burdigalen. Senatoris, in Leges Municipij Burdegalens. Quo loci, Biarnenses affirmat Aquitanos esse, Galliæ Regi subditos, Tholosani Senatus decreto iudicatos. At cuius Decreti executio, permissu regio suspensa sit, tota quæstione ad honorarios arbitros relegata. Eapropter Anton. Pratianus, Galliæ Iuris Præfectus, Biarnensi, qui indigenarum diploma petebat, negauit hunc exterum, neque illi opus esse diplomate, velut Regi obnoxio. Tametsi Rex id temporis non vteretur summo imperio in Biarnenses. Ex eodem negotio emersit præclara illa *Albinatus* disceptatio in Senatu Parisien. de bonis Iani quondam Dinursij, Biarnensis, quem proinde alienigenam mordicùs asserebat Heroïna Montmorentia, regij *Albinatus* huiusce donataria, aliáque adferebat permulta, quæ nihil ad præsens institutum. Causam, consilij esse Senatus pronuntiauit, 3. Idus Maias, an. 1572. Brissone, & Mario, litigatorum patronis. Adhæc, Regij Consiliarij in Præfectura *Thesauri*, addixerunt hæreditatem quandam Biarnensi, vt Regnicolæ, aut inter Regnicolas numerando. Sententia 13. Kalend. Decembr. an. 1579. secundùm Boïdanum *de S. Pey*, victo Procuratore Fisci. Alia pro Biarnensibus S.C. facta percensuimus lib. 3. nostri Tractatus, DE PRIVILEGIIS RVSTICORVM, cap. 8. art. 2.

Arestum Curiæ pro Guischardo Barone *de Noailles, l'vne des 12. Baronies de Bearn*, die 7. Maij, an. 1317. Alterum Arestum, die 8. Sept. an. 1322.

Placitum Curiæ die 26 Decemb. an. 1505. vbi regius procurator generalis *desaduoua son Substitut à Tholose*, quòd confessus esset; Biarniũ non esse de Regno.

Die 13. Decemb an. 1505.

Entre les Seneschaucees, qui ont leurs cours ordinaires à Tholose au Parlement, le Viscôté de Bearn se trouue au Tableau.

Antonius à Prato, Franciæ Cancellarius.

Arrest d'Appoincté au Conseil, die 13. Maij, an 1572. inter Nicolam *le Roy*, sororem vterinam Iacobi Dinursij, filij Ianoti Dinursij, pro qua Brissonius, & Dianam *de France*, vxorem Ducis Montmorencij; Franciæ Mareschalli, pro qua Marius, dixere.

Sententia Consiliariorum Cameræ Thesauri Parisien. die 19. Nouemb an. 1579 *pour Boidan de S. Pey, demeurant en Bearn.*

NEQVE moueor isthic contrario, in speciem, Steph. Aufrerij dicto, in Decis. 319. Capellæ Tholos. *In delictis non fieri remissionem inter eos qui non subsunt vni superiori. Et ita quotidie* (inquit) *videmus, quòd delinquentes in Regno, securi sunt in Bearnio.* Nec moror Froissarti scripta de præcellenti, libero, ac immuni Biarnensium Principatu, quem Gallica phrasi videtur sic adstruxisse. *L'an 1391. que Gaston Comte de Foix & Seigneur de Bearn mourut, les Barons de Bearn disrent au Vicomte de Castelbon ainsi. Sire, nous sçauons bien, que par proximité vous deuez succeder, & les heritages tenir tant en Bearn comme en Foix, qui viennent par Monseigneur, à qui Dieu pardoint. Mais nous ne vous pouuons pas à present receuoir ainsi. Car nous pourrions forfaire, & mettre ceste terre de Bearn en grand guerre & danger: car nous entendons que le Roy de France (qui est nostre voisin, & qui moult peut) enuoye par deça de son Conseil, & ne sçauons ne sçauoir pouuons sur quel estat ceste legation se faict. Bien sçauons, & vous le sçauez aussi, que Monseigneur fut l'an passé à Tholose deuers le Roy de France, & eurent parlemens secrets ensemble, dont faut que aucune chose premierement s'esclaircisse. Car s'il auoit donné ne scellé au Roy de France Foix & Bearn, le Roy par puissance les voudroit auoir, combien que nous vouldrions bien sçauoir les articles & proces des besongnes. Car entre nous de Bearn, nous ne sommes pas conditionnez sur la forme de la Comté de Foix. Nous sommes tous francs sans homage ne seruitude, & la Comté de Foix est tenuë du Roy de France, &c. Et depuis les Commissaires du Roy receurent ledit sieur pour heritier dudit feu en la Comté de Foix & ses appendances, dont est sauue & reseruee la terre de Bearn.* Histor. vol. 4. cap. 30. 32. 34. & 51. Vtut sit, Biarnio oriundi, non censentur peregrinæ sortis in Gallia, nec in ius peregrinitatis rediguntur. Siue quòd Galliæ Aquitanicæ finibus septi teneantur, eóque Galli populares existimentur, Regi subiecti. Argum. Fabri & Bartol. ad l. Cunctos populos. Cod. De summ. Trinitate. Siue quia Biarnensium Reguli semper fœderati sint Regibus nostris, eorúmque Maiestatem comiter conseruarint. Ex ratione Proculi I.C. in l. Non dubito, quin fœderati & liberi, nobis externi non sint, neque inter nos atque eos postliminium sit D. De captiu. Quales fœderatos in hunc sensum interpretatur Tulliana Oratio pro Cornel. Balbo. Vbi & Fundi populi ideò dicuntur, quorum ager iuris Romani censebatur. 13

Cap. 51. ver. *Car le pays de Bearn est de si noble condition, que les Seigneurs, qui par heritage le tiennent, n'en doiuët à nul Roy, n'à autre Seigneur, seruice, fors à Dieu &c.*

SECVNDVS ordo exemptorum iuri *Albinatus*, ad Prouincias pertinet, Galliæ armis adiectas, licet postea veteribus dominis restitutas. Nam interea temporis, prouinciales, Regi subditi, qui in Gallias migrarint, neque hinc remigrarint ad suos, Francigenæ sunt, nec exteris hominibus accensentur. Cuius rei indices obsidésque suæ voluntatis Rex Tabulas misit ad Senatum Nonis Februar. an. 1566. pro Allobrogibus singulis, qui Franci Regis fortunam secuti venissent in Gallias, quo tempore, is Allobrogico Pop. præerat. Si enim & ipsi domum non redierint, nec Francicum solum verterint, publicæ Pacis obtentu, Sabaudi Ducis ad pristina dominia restitutoriæ, tales designantur indigenæ Franci, ciuilis cuiusque nobiscum Muneris participes, ac hæreditatum capaces tum adeundarum, tum relinquendarum. Diplomate supradicto, quod in Senatus auditorio lectum est publicitùs 12. Kal. Iunias, eod. an. 1566. Principalis autem indulgentiæ causam indaganti sciendum vtique, Franciscum, 1. Regem sibi adsciuisse Sabaudiam, & Subalpinum Principatum materna hæreditate Ludouicæ Allobrogis, quæ Karoli Ducis eodem ex patre soror extiterat. Tum etiam successorio iure priscorum Comitum Massiliensis Prouinciæ, & Marchionis Salutiorum: quibus vrbes vicósque plurimos abstulerant Principes Achaïæ & Pedemontis. Eas ditiones Henricus Francisci 1. filius reddidit Philiberto Emanueli Karoli filio. Cameracensi pronubo fœdere, April. die 3. an. 1559. Septennio pòst, Senatus aditus est de controuersis Sebusiani hominis opibus, apud Lugdunum recèns mortui, nùm Principi competerent, vti res aduenæ cuiusuis. Propinqui, Sabaudiam, maternum Principis patrimonium fuisse, gentilitium, non hostili quidem belli iure partum, sed legitimum hæreditatis ius vi armatum & armis defensum: ac propterea defuncto occasionem oblatam, vt accepto vsu Togæ Gallicæ, ea faceret Lugduni, quæ ciues Galli agere consueuerint. Fateri, Sabatiorum agrum, Imperiale beneficium esse, Comitatus titulo primùm ornatum ab Henrico 5. Cæsare, circa annum 1120. At Gallicæ ditionis imperiique factum dotalibus 14

Sauoye, & Piedmont.

Literæ patentes Regis, die 5. Febru. an. 1566. publicatæ in Parlamento Parisien. die 21. Maij. eod. an.

Dame Louyse de Sauoye, ex patre tantùm soror Caroli Sabaudiæ Ducis.

His accedit ius Marchionatus Montisferrati, transcriptum à Manfredo Salutiorum Marchione cuidam Comiti Prouinciæ, Regi Hierosolymorum. Cuius in Comitis locum postea Franci Reges successerunt.

Sabaudia, Feudum Imperiale.

dotalibus pactis Margaretæ Borboniæ, Duci Allobrogum nuptæ, cuius sola ex liberis superfuerit Ludouica, Francisci Regis mater. Itaque postliminium restituti à Principe Ducatus, defuncti agnatis fraudi esse non debere, qui antea incolatum, imò & ciuitatem contraxisset in Gallia, ac ibidem, velut in originis domicilio, summam fortunarum collocasset. Nec enim principum codicilli retrò sunt referendi, trahendique in priuatorum detrimentum, queîs interim ius acquisitum sit l. Bonorum, & ibi Bart. π. Rem rat. hab. idem in l. Si quis offerenti in fin. π. De solution. cap. Quamuis. De Rescript. Apud Bonifacium 8. lib. 6. Decretal. Contrà, respondebatur pro Fisco, successorium ius in res exterorum, Regibus patrimoniale esse, præcipuo fauore dignissimum. Romanis hæreditates, ius solum Quiritium extitisse. Allobrogis incolatu Gallicam ipsi ciuitatem minimè constitutam fuisse citra singularis Diplomatis interuentum, atque suffragium. Auditis partibus, Conscripti Curiæ, apud quos tanta res agebatur, dixêre ampliùs deliberandum. Quintili Mense, an. 1565. Postmodùm Princeps, concesso propinquis sacro Rescripto, auctor fuit Senatui censendi, vt iure Albinatus exploso necessariis ac proximis addiceretur hæreditas. Quam demùm in sententiam decreuêre PATRES, recitante in purpurea toga, Hanequino Præside, Nonis Aprilis, An. 1568. Nec dissimilis eorum causa est, qui in radicibus Alpium, nunc subiiciuntur Sabaudo Duci. Subalpinas enim gentes adscripsit Erricus 2. suorum albo ciuium, & Francigenas omnes appellauit. Instrumento solenni, Mense Iulio, an. 1549. quod Regius Senatus Augustæ Taurinorum iussit publicari, 4. Nonas Martias, 1550. ac paulo momento Curia Parisien. die 17. April. eod. anno. Quo nimirùm, Erricus Subalpinis rex iura dictabat. Ast mutatis dehinc temporum vicibus, Imperiique Regionum, conditæ sunt Allobrogibus, Ducum Sanctiones in aduenas seuerissimæ. Primùm enim subditis interdixêre ipsi, ne apud exteros Principes Militarem, Literariamvè professionem inirent. Lege edita pridie Kal. Februar. an. 1560. cui patrius Camerini Senatus auctoritatem accommodauit 13. Kalend. Mart. seq. Aliquantò pòst rursùm, mulieribus quibusque vetiti Hymenæi & connubiorum iura cum iis, qui aliena ex Prouincia eò commigrassent. Edicto Ianuarij Luce vlt. an. sequimilles. 69. quod Allobrogica itidem Curia Actis suis inscribi iussit pridie Idus Februar. Eiusd. Anni. Sic, versa vice, decisum fuit à Senatorio Concessu Gallico Lutetiæ, Francisc. Balmæam, quæ in Albrogico Segusianorum Foro seu Municipio ortum vitæ cœpisset, Pet. Nantonij coniugis testamento bona capere non posse, apud Matisconem Galliæ sita: quòd peregrina mulier non modò Francicarum hæreditatum incapax foret, sed Gallum pariter equitem, inconsulto Rege, sibi antea coniugio deuinxisset. Memorabili decreto, in publica litium disceptatione, an. 1596. Quarto Iduum Iuniarum. Id quod perstrinximus obiter, ANDEGAVEN. LEGVM volum. 1. cap. 41. art. 13.

De Nicensibus idem hodie, quod de Sabaudis. Illi enim licet olim essent ex Prouinciæ Gallicæ Comitatu: Quia tamen subsunt Sabaudiæ Duci, vidi literas naturalitatis priuatim obtêtas à quibusdam de la ville de Nice, qui officium regium in Prouincia exercere volebant.

Arestum Curiæ, die 5. Aprilis, an. 1568 in generalibus Arestis Paschalibus.

Literæ verificatæ in Parlamento Taurinensi, de Thurin, seu Pedemontano, die 4. Mart. an. 1550.

Edictum Sabaudi Ducis die vlt. Januar. 1560. Publicatum in supr. Curia de Chambery, die 17. Febr. eod. an.

Verificatio Edicti in Parlam. de Chambery die 12. Febr. 1569.

Parisien. Curiæ placitum die 10. Iun. 1596. inter Ioh de la Chambre Dn Montisfortis, in Burgundia, eiusq; vxorem Francis. de Nanton appellantes à publicatione testamenti Petri de Nanton, fratris, Et Franciscam de la Baume d. Petri viduam, natiue de la Bresse.

15 SVBALPINIS finitimos adeamus Insubres, quorum auitam hæreditatem perinde coactus est Ludouicus 12. Mauortio persequi iudicio, an 1499. vti postea Franciscus 1. (de quo sup.) Sabaudiam ex matre hæreditariam. Subinde Iulius Resteus Mediolani nascitur, dominante Insubribus Ludouico 12. Rege, an. 1506. Nec, mutata Francorum fortuna, idem idcircò mutauit solum cœlumque Gallicum, sed quo Regis sub obsequio natus, sic mortuus est, Lutetiæ an. 1572. Huius tamen bona inuadit, quasi aduenæ, Aulicus caducorum petitor quidam, Regium in exteros ius nomênque prętexens. Itaque ex facto agitatum est in sanctiore Principis Prætorio nûm Mediolanenses, qui vitæ introitu & exitu dominum agnorint Gallum Regem, fuerint in Gallorum ordinem ciuium referendi, an verò peregrinorum. Inibi Marius causidicus, pro regij *Albinatus* donatario, Insubribus oriundos rectè alienigenas videri, ideóque Restei opes, vt externi hominis, à cliente suo iustè occupari. Ego, contrà, hæredum patronus, Mediolanensem Ducatum, in ius Gallicum arbitriúmque concessisse, Valentinæ Mediolanensis hæreditate: qua ex abauia Principes nostri ortum deduxerunt. Valentinam enim, Insubrum Reguli filiam, connubio iunctam fuisse Ludouico Aureliæ Duci, fratri Karoli 6. Galliæ Regis, auo paterno Ludouici 12. Nec Insubriam in ea tantùm esse conditione, vt possideatur à

Duché de Milan.

Procez au Priué Conseil du Roy, pour la succession de Iulio Reste *Milanois.*

Galeatius Vicecomes, Mediolani Dominus, pater Valentinæ, vxoris Ludouici Ducis Aurelianen.

Vicecomitum virili prosapia: qùm Philippo Maria extincto, qui vltimus ex ea familia superfuit masculus, Valentinæ sorori competierit Principatus. Vnde & Valentinæ ius in Ludouicum 12. nepotem, posteróſque Reges, confirmatum fuit clarissimis Cæsaris Maximiliani codicillis. Exin Mediolanensem agrum, Gallicam esse ditionem probat Decius, Iuris responso 191. Causa vtrinque triduo concertata, vindicias dici placuit secundùm agnatos. Decreto Sacri Consilij, Nonis Decemb. an. 1572. Expende verò obiter, Insubrum Ducatum, licet Romani beneficium Imperij, Imperatoriis Feudorum legibus adstrictum non fuisse. Beneficiaria enim est Ducatus concessio scripta purè, liberè & absolutè, citra vllius retentionem seruitij clientelaris, sola fidelitatis sponsione recepta, Cameræ Imperialis iudicio, iurisdictione, ac summissione. Bald. ad l. Imperium. ff. De iurisdict. omn. iudic.

Arestum prouisionale, priuati Consilij regij, die 5. Decemb. an. 1572. Infeudatio Ducatus Mediolanens.

Auignon.

TRANSEAMVS Auenionem, Cauarum vrbem, cui non minùs Franci olim Monarchæ præfuerunt superiore dominio, quàm reliquis Galliç suæ Narbonensis ciuitatibus: inter quas Auenio recensetur à Pompon. Mela. Eandem quoque singuli tenuêrunt Narbonensis Prouinciæ Comites. Perscripta est enim Vrbis Auenionen. Constitutionibus, ciuium conuentio cum Alphonso Tholosatum Comite, Marchione Prouinciæ, & Karolo Andegauo, Prouinciæ, Forcalquerij Comite, 6. Idus Maias, an. 1251. Ex qua planum fit, Auenionem fuisse tum, Comitatus vrbem Prouinciæ Gallicæ, ac ciues imperata facturos Comitibus spopondisse: saluo iure veterum quarumdam immunitatum: tota interim iurisdictione, qua prædit fuerant decuriones vrbis, Comitibus transcripta. Proinde id temporis Auenione nati, censebantur Galli municipes, neque iis, peregrinorum instar, regium erat Gallicæ ciuitatis implorandum beneficium. Sed Auenionem dehinc, Pontificij iuris arbitriique fecit Clemens 5. P.P. eóque Petri sedem transtulit: Inita cum Andegauis Regulis pactione, Lodoïco nimirùm Andreæ fratre, & Karoli Martelli Regis Neapolit. filio, qui ex Siculo regno Pontificis beneficiarij, eidem vltrò Auenionem attribuerunt, ditionem Massiliensis Prouinciæ, quàm & Comitum titulo ipsi obtinebant, an. 1305. Scripsêre verò alij, Ianam, cis tránsque fretum Siculum Reginam, quæ ex superioribus prognata est, addixisse Clementi 6. Pontif. Max. Auenionem sui dominatus oppidum, an. 1348. nomine eius pecuniæ, quæ ingens à Siculis Regibus debebatur Sanctæ Sedi, aliquot annis vectigali non penso, quod dari conuenerat. Hanc Neapolitanam pensionem appellant. Inde & Siculus Rex D. Ludouici frater, Tunete, Africana vrbe redacta in nostrorum potestatem, leges dixit Barbaro Regi, vt quadragena numûm aureorum millia numeraret quotannis Principi Siculo, quantam summam Siculus ex formula debebat Sedi Romanæ. Vt est apud Paul. Æmylium in Francic. Annalib. Nihilo tamen seciùs Auenionensis agri populares, habiti sunt vsquequaque ciues Galli: quales etiam hos præclaro elogio nuncupauit Rex Karolus 9. omni *Albanorum* periculo vacuos & immunes. Vt speciatim adnotauimus lib. 3. De PRIVILEG. RVSTICOR. cap. 8. art. 2. Nam & olim ita proditum est à Legum Roman. Scholiastis, *Quòd Rex Franciæ, Auenioni legitimat Scholares.* In volum. magnorum Iuris Tractatuum. Etsi non ignorem, Auenionenses quosdam petiisse ab Errico 2. impetrasséque priuatum Diploma Francicæ Prouinciæ. Vti ex Regestis apparet Lutetianæ Cameræ Rationum regiarum. At posteri Reges Auenionem Iuris Gallici fecêre, vt prædiximus. Quemadmodùm olim iuris Italici sunt facti identidem à Romanis Impp. Lugdunenses Galli, Viennenses in Narbonensi, Agrippinenses in Germania inferiore, Tyriorum ciuitas, in Africa Carthago, in Lysitania Pacenses & Emeritenses, cum aliis nonnullis, quos enumerat Paulus I.C. in l. vlt. ff. De censib. Quinimò, Massiliensi Prouincia tota, nulli ad peregrinitatem redigebantur Gallico Vsu, ante tempora Francisci 1. Regis: sed aduenæ omnes liberam ac promiscuam testamenti factionem habebant. Donec *Albanorum* ius inibi sancitum fuit perpetuo Edicto Ianuar. Mens. an. 1539. quod suprema Aquensis Curia comprobauit, Sexto Iduum Maiar. an. 1540. Isthinc modò sepositis iis, qui, ante promulgatam publicè Regis Constitutionem, exteri eam incolerent Prouinciam. Hos quippè Gallicorum albo ciuium adscribi statuit Princeps, Sanctione posteriori,

16

Comte de Prouence.

Statuts d'Auignon,

Die 10. Maij, an. 1251.

Iustitia, quæ erat Scabinorum vrbis Auenionen. translata ad Comites Prouinciæ.
Tunc temporis ex Andegaua, regia Francorum stirpe, erant Reges Neapolitani, ac Siculi, & Prouinciæ in Francia Comites.

Tunes, Regia Africæ ciuitas.
Vide Auenionensiû Priuilegium speciale, tanquam Francorû ciuium, quoad liberam mercaturâ & immunê *de Traicte Foraine*, ex nostro lib. 1. De Legib. Andium cap. 57. art. 2. In Marg.

Delphinates exinde, quia Roman. Legibus reguntur, ante Francisci 1. regnum vsi non sunt Albinatus iure, nec admiserunt Fisci donatarium in bona nothorum, quandiu horum fratres sororesuè naturales se offerent in d. bona successores, iuxta Roman. Legem. Francis. Marci Decis. 31. (Part. 2.) qui fuit Delphinalis senator Ludouici 12. Reg. Regia In Albinos Ordinatio, registrata in Parlamento Aquensi, die 10. Maij 1540.

posteriori, lata an. 1543. regestáque in commentarios summæ Rationalium Decuriæ, apud Aquas Sextias, Luce 10. Maij subseq. Qua ex Lege regia, ipsimet Ratiociniorum Iudices Max. pronuntiarunt secundùm hæredes Iani Girardi; qui Venayssino Comitatu exortus, domicilium sedémque fortunarum delegisset in Arelatensi, Prouinciæ, Vrbe. Decreto 10. Kalend. Martias an. 1567. quod Francisc. Claperius recenset, Consiliarius in Iuridica eadem Principalium Rationum Præfectura, Vectigalium, & Indictionum popularium Phocensis prouinciæ. In suis Fiscalium causarum Centuriis, ab Curia ipsa decisarum.

Verificatio noui Edicti in Curia des Comptes, Aydes, & finances d'Aix, die 10. Maij 1543.

Arestum d. Aquensis Cameræ Computorum die 20 Febr. 1567. pro hæredibus d'vn natif du Comtat de Venise.

17 Britones insuper, Gallicæ ciuitatis Diplomate non egere, ait Karol. Molineus, hoc nomine, quòd Armorica Regno adiecta fuerit, vnitaque Regiis codicillis an. 1532. In Commentar. ad Parisien. Consuetudines priscas. Ego, contrà, existimo, Britonibus nec vsquam quidem fuisse Rescripto Gallicæ ciuitatis opus. Quippè qui nobiscum, vnius summum Principis dominatum agnouerint à prima ferè Monarchatus Francici memoria. Vt à nobis antea est demonstratum. Idque haud dubiè colligitur ex Lege beneficiaria Britonici Feudi Ducalis, quam Diuus Ludouicus Petro Druydi scripsit, an. 1231. Cui Maledocti cognomen ex ea re inditum ferunt, quòd eum eruditione præstare oporteret, qui Lutetiæ operam literis nauasset. Porrò Britonibus quoque, in Anglia necessarium non fuit iuris Prouincialis diploma, sed alia ratione. Nam Anglica lege Eduardi 1. ita cautum est. BRITONES ARMORICI, CVM VENERINT IN REGNO ISTO, SVSCIPI DEBENT ET PROTEGI, SICVT PROBI CIVES DE CORPORE REGNI HVIVS: EXIERVNT QVONDAM DE SANGVINE BRITONVM REGNI HVIVS. Lege Saxon. Lambardi, in Archayonomia Anglica. Britones verò etiamdùm pendunt Franco Regi vectigal mercium quoddam, solis exteris indictum, reliquias scilicet prisćique vestigia Ducalis status Britanniæ Celticæ. Ducum enim temporibus, ideò impositum fuit mercium transuectioni in Armoricas tributum, vernaculè *La traicte & imposition foraine*, quòd Duces ipsi vterentur aliquatenùs suprema in suos potestate, vt Nothos restituere natalibus. Qualiter Franciscus 2. citerioris Britanniæ Dux, legitimum fecit Rescripto, Franciscum naturalem filium suum, an. 1480. De quo Nos vberiùs infrà lib. 3.

Bretagne.

Inuestitura Ducatus Britanniæ.

François Bastard de Bretagne.

Tit. 4. Art. 4.

18 Tertio loco soluuntur lege Francica *Albanorum*, fœderati nostris populi, qui variè ex sequentibus intelliguntur. Primùm enim Victriaci Municipes Campaniæ Francicæ, adsciuerunt in societatem Gallicæ ciuitatis Lotharingos, Germanos, Ambarros, Brabantinos: eo pacto, vt sibi inuicem in bona succederent hæreditario iure propinquitatis. Id quod annuente Rege, constitutum legitur Victriaca Consuetudine, §. 72. & 78. At longè angustius fuit lege Pompeia Bithynicis datum priuilegium: Vt Bithynicis ciuitatibus adscribere sibi, quos vellent, ciues liceret, dum ne ciuitatis essent alienæ; sed earum quisque ciuitatum, quæ essent in Bithynia. Plinio auctore; lib. 10. Epistol. 84. & 117. Quod autem ad res exterorum pertinet, quæ alibi in Gallia; quàm Victriaco in solo continentur, necessaria est Lotharingo homini Gallicæ ciuitatis donatio; indulgentiáque Principalis. Fuit certè Lotharingia, vetus regiæ prolis Francicæ Panagium; cui Theodobertus imperauit, Franci Regis filius: mutato dein Austrasiæ nomine, Lotharingia dicta, à Lothario Ludouici Pij filio, Galliæ Regis, Romanique Imperat. Verùmtamen, ex quo tempore, Gislebertus Lotharingus prælio victus est ab Otthone 1. Cæsare, Lotharingi Duces numerari cœpêre inter quatuor Germanici Imperij Duces beneficiarios. Proinde Robertus Lenoncurius, Lotharingus, curauit sibi imprimis ius indigenarum à Ludouico 12. irrogandum: ratus, Turonum Pontificatu, quem gerebat, allectionem in ciuitatem Gallicam sibi non fuisse cumulatè præstitam, 3. Kal. Octob. an. 1500. Quod in Acta Curiæ relatum tenemus. Nec ita diu iudicatum est à Regiis Fisci Gallici Consiliariis, Lotharingos esse alienigenas, & in ius peregrinitatis redigi debere. Sententia lata, an. 1573. de bonis Hectoris Ligneuillæ.

Droict d'Entrecours au Bailliage de Vitry.

Lorraine.

Literæ Naturalitatis pro Lotharingo die 19 Septēb an. 1500. Cameræ Thesauri Consiliarij Parisiens.

19 Ambarri verò, etsi à Lotharingis dominis iura accipiant, minimè indigent Principali munere Francicæ ciuitatis. Vt disertè asserit Molineus, ad §. 78. Victriacæ Legis Municipal. Illi certè mercatorium pensitant vectigal, exteris solùm in-

Duché de Bar.

La Traicte & imposition foraine.

iunctum, quam *Transuectionem Foraneam* appellant. Verùm eosdem summo Frācorum subiici imperio, docent perceIebres Transactionis Tabulæ Karoli 9. Regis cum Karolo Lotharingiæ & Barrensium Duce, 8. Cal. Februar. 1571. Quas Senatus Tabulas comprobauit 4. Iduum Martiar. eod. an. Sic enim decisum est inter Principes negotium, vt clientelaris fidei honos Regi deferretur, extremáque litium diiudicatio ex appellatione, seu ius vltimarum prouocationum. Tale pactum conuentum Rex successor ratum gratúmque habuit. Authenticis literis, 6. Idus Sextiles, 1575. quibus PATRES PARISIEN. calculum addiderunt, præside in Senatu Rege, 6. Cal. Septemb. Tum Magistri rationum Principalium, 11. Kalend. Decemb. Eod. an. Summa denique vectigalium Curia, 3. Nonas Februar. Anno vertente. Nec mirum. Iam enim antiquitùs clientes se professi sunt Regum nostrorum Barroducæi Toparchæ, sancta iuratæ fidelitatis religione adhibita. Henricus nempè Barrensis Comes, Iunio Mense, an. 1307. Errici filius, an. 1323. Regis item auunculus, Dux Ambarrorum, 5. Idus Maias, an. 1391. Ad hæc, Siciliæ Insulæ Rex, Dux Andium, sacramento dixit more maiorum ex Barrensi Ducatu, & tertia parte Bellimontis in Argonia, an. 1422. & 1429. Rursus eundem Ludouicus 11. assumpsit in fidem ac clientelam, an. 1461. apud Burdigalam Vibiscorum. Deinceps Antonius Lotharingiæ & Barrensium Dux obstrinxit se, cum Francisco filio, clientelari iureiurando in Principem, 10. Kal. Maias, an. 1541. Hæc omnia, ratione pagorum & oppidorum, quæ cis Mosam flumen constituta erant, & Iuridicæ Senonum Præturæ obnoxia. Insuper ob Gondricurtem arcem, Yolantilla Andegaua, Lotharingiæ, & Barri Dux iurauit in verba Franci Regis, an. 1484. Stipulante hæc recipientéque apud Nansium Lotharingiæ oppidum Theodorico Lenoncurio, Bellifortis Comite, regio Prætore Victriacensi, cui huius quoque procurationem negotij Princeps demandarat. Tum an. 1510. & 1512. datæ sunt prorogatæque clientelaris spōsionis induciæ à Ludouico 12. rege, Antonio, Lotharingo & Barrensium Duci. Antea necnon Antonij patrem Renatum Ludouicus euocarat Regiam in militiam, an. 1507. velut Regis clientem beneficiarium ex Gondricurte, Ioynuilleo Baronatu, TriumFontium ditione, Doulleuantij Castelli, Lifollegrei, Chastenaij, Nouicastri, Frouarti, Montisfortis, Esclaironis, Sorbei, & Rupis ad Matronam flumen. Sed à militari illo obsequio Renati excusationem accepit Princeps ea vice, venialibus de ea Codicillis. Vt publica Regni, quæ extant, Monumenta testantur. Missa facio Cis-Mosana alia Lotharingi Ducis oppidula, Clarummontem Argoniæ, Comitatum Belliloci in Argonia, Montemfalconem Argoniæ, Brieulam ad Mosam fluuium, & Raricurtum: quæ, Francici necne sint Imperij Max. perstrinximus breuiter in nostro Opere De LEGIB. ANDEGAVORVM, eiúsque Operis præuio Libello De communib. Gallicorum Consuet. præceptis, Parte. 2. Quùm igitur (vt *Albanorum* iura persequar) dissimilis sit vtriusque Ducatus conditio, Ambarri & Lotharingij, quo de Lotharingio suprà egimus, operæpretium visum est amborum domino, ius peregrinitatis inter eos tollere, & vtrumque adeò populum mutuis deuincere commerciis, affinitatibus, officiis: vt alter alterius fundos Regionis tenere priuatim quisque posset iustis hæreditatibus, explosa omni peregrinaria lege. Art. 143. Barroducanæ Consuetud. in scripta redactæ mandatis auspiciisque Karoli Ducis, an. 1579. Quo nomine reclamatum est quidem ab Regio Actore in Curia Parisien. qui reformationem Legum Municipalium, supremæ notam Augustęque Maiestatis obiectans, prouocarat in Senatum ab Actis omnibus emendationem ciuilium Morum spectantibus. Verùm P. C. malè appellatum pronuntiarunt, Aresto, pridie Nonas Decemb. an. 1581. Iuxta hęc, decreuit etiam ORDO AMPLISS. patrium Ius Bassignei agri Lotharingi, quod Dux Lotharingus sua vnius auctoritate colligi scribíque iussisset, inseri Paris. Curię monumentis, Senatus-Consulto 13. Cal. April. an. 1585. Nec abs re profectò, quùm beneficiariis Pactis, quæ suprà recensuimus, concessa sint Duci regalia pleraque, & in iis speciatim Legum potestas condendarum, aut corrigendarum: Quandiu

Transactio regia die 25. Ianuar. 1571. in Parlamento Parisien registrata, die 11 Martij, an. 1571. *touchant la Souueraineté de Bar le Duc, la Foy, & le Ressort reseruez au Roy.*

Regia Confirmatio prædictæ Transactionis, die 8. Augusti, an. 1575 verificata in Parlamenro, die 27. Augusti. Et in Camera Computorum, die 21. Nouemb an. 1575 Tum in Curia Iuuaminū, die 3. Febr. an. 1576.

Præstatio fidei & hominij per Barrēsem Ducem Regi Gallo, die 11. Maij, 1391. an. 1422. 1461. & die 22. April. an. 1541 *pour le regard des terres, villes, & villages, tant du Duché de Bar, que autres, estans au deça la riuiere de Meuse, & du Baillage de Sens.* *Gondrecourt tenu du Roy à cause du Chastel de Montesclaire.* *Thierry de Lenōcourt Bailly de Vitry.*

Souffrance de faire Foy & hommage, an. 1510.

René Duc de Lorraine & de Bar appellé au Ban du Roy, à cause de sa terre de Gondrecourt le Chastel, Ioynuille, Troisfontaines, Doulleuant le Chastel, Lesollegrey, Chastenay, Neufchastel, Frouart, Montfort, Esclaron, Sorbet, & Rocher sur Marne. *Clermōt en Argonne, Beaulieu, & Montfaulcon en Argonne, Brieulle sur Meuse, & Raricourt, entre lesquels, & autres Villages cōtiguz de la part de Champagne, y a Reiglement du priué Conseil du 15. May 1604. Que le labourage, entrecours, vaine pasture, & le transport des denrees de leur creu, &c. touchant l'interest de la Traicte foraine de part & d'autre, auront lieu.*

Les Fiefs de Hans, & S. Liemont dependans dudit Clermont, ont tousiours esté du Bailliage royal de Saincte Manehoust.

Decretum Curiæ Parisien. die 4. Decemb. an. 1581. Arestum die 20 Mart an. 1585 de Consuetudine *du Bassigny le Lorrain*, reformata, die 8 Octob. an. 1580. *A sçauoir pour les quatre Preuostez, Gondrecourt, la Marche, Chastillon, & Conflans.* Priuilegiorum tamen, & Immunitatum *de la haute ville de Bar* auctores purè cientur Robertus Barri Dux an. 1391. Renatus Siciliæ Rex & Dux an 1444. Confirmatores autem Renatus 2. an. 1498 & Antonius an. 1511. 1518. 1536.

scilicet

ſcilicet ex matrimonio Claudiæ Francicæ cum Lotharingo proles extaret. Priùs enim, fructuaria modò fuerat Regalium eiuſmodi gratia facta Duci in Ambarros ſuos ab Ludouico 12. Franciſco 1. & Henrico 2. regibus Galliarum: quantiſper nempè in viuis ageret Dux ille, ac ſpiraret. De quo regij Codicilli viſuntur, Aprilis die 21. an. 1541. & Iunij 20. an. 1548. SEDANI inſuper Regulus Politico Edicto reiecit peregrinitatis iura, quæ vocat *Droict d'Epauité.* Sanxit enim, conſanguineos ciuium ſuorum Sedaniorum iuſtos fore hæredes, vndecunque illi iſtuc venerint: æqua tamen adiecta conditione, vt ſui viciſſim ciues propinquorum hæreditatem, vbicunque locorum foret, obtinerent. Artic. 617. Conſtitutionum Ducis Bulionenſis, editarum Mart. Menſ. an. 1568. quibus ordinauit is Iuriſdictionem ſupremarum Ditionum ſuarum *De Buillon, Sedan, Iamects, Raucourt, Florenges, Floranuille, Meſſancourt, Longnes, & le Saulcy.* Sed iiſdem Edictis cautum fuit, eas in Regiunculas incolam admittendum neminem, niſi venia ipſi, gratiáque incolatus facta à Duce Bulionenſi, Art. 631. Rectè illud quidem aduerſus iura *Albinatus*, quùm Sedania ditio, Mouſoniæ quondam beneficiaria fuerit, Rhemenſi pontifici Eccleſiæque competentis, antequàm pontifex Vailliaci Sueſſionum oppidi permutatione Mouſonium Gallo Regi tranſcripſiſſet. Sicuti eius Eccleſiæ Chartario perſpicuum fit. Neque à prædictis longè recedit vetus Pactio Mouſonij Cœnobiarchæ cum Rhetelenſi Eſſuorum Comite, quæ mutuam induxit vtriuſque ſubditorum inter ipſos confœderationem, *& le Parcours des hommes de l'vne Seigneurie à l'autre.* Die Iohanni Baptiſtæ ſacro, an. 1239. Huius tabulæ Pacti exſcribuntur ad verbum, in vetuſto Codice Chartarum Regiſtetenſis Comitatus. Sed nihil hoc ad ius *Albanorum.*

20 CAMERACENSES pariter iamdudum accenſentur indigenis Gallis: vti propinquis in aſſem bonorum liberè ſuccedant, nulla peregrinæ ſortis ratione habita. Lege mutui fœderis, 3. Kal. Sextiles, an. 1406. qua nimirùm, Galli, æquata cum illis conditione, habiles fiunt ad cernendas inuicem cognatorum hæreditates, apud Samarobrinam. Vt perſpicere eſt in Regeſtis Curiæ, quibus inſerta hæc Conſtitutio reperitur, pridie Kal. Septemb. an. 1406. Eandem repetiit Karolus 9. Rex, ad preces Decurionum vrbis Cameracen. Diplomate 7. Cal. Mart. an. 1561. Secundùm quod, ſubinde tollitur regia manus in res inuecta Iani Puteani, Cameracen. qui Lutetiæ diem clauſerat extremum. Sententia Fiſcalium Magiſtratuum in *Camera Theſauri* Pariſien. quæ lata eſt Octobr. Menſe anno 1562. pro Nicolao & Iana *du Puy*, conſanguineis defuncti hæredibus, contra Procuratorem Fiſci. Nouiſſimè denuò Erricus 3. Rex ius Prouinciale Francicum dedit oppidanis, vicaníſque Auguſtæ Samarobrinorum (qua veteres Cameracum ſignificarunt) & Ducatus Cameracenſis, quandiu in patrocinio tutelâque manerent Reginæ matris, aut Diadematis Francici. Reſcripto Menſe Nouemb. an. 1584. quod Lutetiani Patres in Auditorio Curiæ promulgarunt, 11. Cal. Ianuar. eod. anno. Quin & Cameracenſis vrbis agrique dominos fuiſſe primos Reges Gallos, oſtendit Francica Clodionis Comati Hiſtoria, aut Froſſartis ſaltem Hiſtorici dictum, hac periodo. *De long temps a eſté conuenance & ſeellé, que nul Roy de France ne doit tenir, n'acquerir rien ſur l'Empire: Et ce Roy Philippe a acquis le Chaſtel de Creuecueur en Cambreſis, le Chaſtel d'Alues en Pailleul, & la Cité de Cambray, &c.* an. 1337. Hiſtor. Volum. 1. cap. 33. At Philippus Comminius in Ludouico 11. narrat, ipſum ſtatim à Karoli Burgundi interitu, cepiſſe Cameracenſem vrbem, Quintili Menſe, an. 1477. ac breuì pòſt, eam priſtinæ libertati reddidiſſe, quòd ciuitas foret Imperialis. Rer. Francicar. Cap. 100. Idem Rex Ludouicus circa ea tempora ciuitate donauit Heluetios omnes Francicis ſtipendiis militaturos, quicunque in Francia commorari vellent. Diplomate Menſ. Septemb. an. 1481. Quod Pariſienſes Ratiociniis Præfecti in Acta ſua publica retulêre, 3. Nonas Octob. eod. anno. Et hoc Priuilegij in vſum reuocauit Erricus 2. Rex Codicillis Menſ. Febr. an. 1551. Senatui probatis 14. Kal. Decemb. eod. anno. Quibus aptè ſuccinit Martiani lex Milites. ff. De re milit. §. Milites ſi hæredes extiterint, poſſidere prædia in prouinciis, in quibus militant, non prohibentur. Præ-

Ordinationes Ducis Bulionenſis, domini *de Sedan*, Cuius antiquam familiam *de la Marck* paucis celebrabimus, lib. 3. Tit. 6

Accord de l'Abbé de Mouſon auec le Compte de Rhetel Qui Abbas multa habet fundorum ſuorum priuilegia ab Henrico 2. Imp. an. 1023. Nicolao 4. P. an. 1291. Maij 19. Tum à Carolo 7 Rege an. 1452. cum Iuſtitia & Banno in ſubditos Abbat. Et à Raynaldo Comite Barri, qui vixit an. 1140 de quo Vvasburgius, lib. 4. Antiquit. Belgicar.

De iure *de Parcours* ſcriptum eſt etiam Senonçaſi Conſuetudine, art. 136. 138. & 139.

Chartulaire de Rethelois.

Pour ceux de Cẽbray & Cambreſis. Literæ patentes regiæ die 30. Iulij, an 1406. regiſtratæ in Curia Pariſien die vlt Auguſti, eod an. Eiuſdẽ Priuilegij confirmatio regia, die 23. Feb. an. 1561.

L'an 1542 *le Roy François* dedit Literas Neutralitatis Cameracenſibus, modò etiam neutri auxilium ferrent ſibi nec Carolo 5. Imp. Similes literas illis conceſſit Rex Henricus 2. die vlt. Iun. an. 1552.

Regiarum Literarum verificatio in Parlamento, die 22. Decemb. an. 1584

Clodion le Cheuelu, ſecundus Frācorum Rex armis in ditionem ſuam redegit Vrbem agrúmque Cameracenſem.

Suiſſes,

Die 3. Octob. 1481.

Die 18 Nouem 1551.

Tractatus Fœderis, *auec les 13 Cantons*

des Ligues de Suisses, Berne, Soleurre, S. Gal, Schaffuze, & autres leurs alliez & confederez.
Heluetica alia in Galliis priuilegia excussimus lib. 1. De Legib. Andium cap. 41. art. 11.

terea Heluetici Pop. Ordines Gallis fœderati sunt, an. 1516. cum libera vtrinque Mercium negotiatione & communicatione. Cui postmodùm renouato fœderi adscribuntur Geneuenses expressim, tanquam Heluetiorum socij. Tabulis obsignatis Maij Luce 8. an. sesquimillesimo 69. Ex quo Geneuenses singuli, qui è Gallia oriundi forent, eorúmque liberi, nouissimè habiti sunt Galli ciues, ac ciuili quouis Gallorum iure vti debere agnoscuntur. Codicillis Mens. Octob. an. 1596. quos Prætoriano in Consilio publicatos accepi.

Escossois.

Die 11. Iul. 1558.

Archers de la garde Escossoise du Roy.

Die 12. Febr. an. 1548.

Iudicium Cameræ Thesauri, Die 9. Decemb 1567.
Arestum Curiæ die 19. August. an. 1581.
Impositiones, Subsidiáque nummaria in exteras merces Scoticas, *c'estoient 4. den. tourn. pour liure de chaque Marchandise à raison de l'eualuation ancienne.*

21 SCOTOS nunc liceat in medium proferre, nobiscum multiplici nexos fœdere necessitudinis, armorúmque societatis arctissimæ. Quorum leges Fœderum delibabimus, infrà lib. 3. Tit. 26. Sigillatim certè Rex Henricus 2. edixit, paulò post Francisci filij cum Regina Scotica nuptias, Scotos omnes censeri Franciæ indigenas, seu municipes, cùm in gerendis publicis Muneribus, sacris profanísve, tum in opibus quærendis, ac disponendis quàmlibet vltima testantium voluntate. Rescripto Mense Iun. 1558. cui Senatus Parisien. subscripsit, hac ciuili moderatione, vt tandiu Scoti fruerentur indigenarum priuilegio, quandiu starent in obsequio, confœderatione, & amicitia Gallorum Regum. Dummodò item Franci in Scotia æquo iure vterentur, ac immunitate. Senatus-Consulto 5. Iduum Iuliarum an. 1558. Antea necnon Erricus idem Gallica ciuitate donauit Scotos Principis stipatores Prætorianos. Literis Mens. Nouemb. 1547. quas Lutetiani Rationales comprobarunt pridie Idus Febr. an. 1548. His consequenter, Præfectura Fisci Gallici, apud Parisios, sustulit manum regiam, bonis Scoti cuiusdam iniectam, Aulici Regiique satellitis, in rem gratiámque hæredis consanguinei, qui Regij etiam corporis custos erat. Publico Actore perperam refragante. Iudicato 5. Iduum Decembr. anno 1567. Ad hæc, Conscripti Curiæ, Scotos mercatores, eorúmque res immunes edixerunt, vacuas, liberásque vulgatis mercimoniorum vectigalibus. Decreto 17. Kal. Septembr. an. 1581. secundùm vetera Scotorum negotiatorum priuilegia, quæ & Franci Reges prisci irrogarant, & Carolus 9. successor confirmauit, die penult. Decembr. an. 1567. Extant enim regiæ Francisci 1. & Henrici filij vicissim Epistolæ apertæ Maio Mens. an. 1518. Octob. 1554. & Septembr. 1555. Quibus, Neustria tota, interdictum sit, ne à Scotico mercatorum Collegio aliud exigatur Vectigal, quàm antiquitùs receptum & vsitatum. Per hunc fermè modum, Siculos populos Cai. Cæsar fecit Romanos ciues, eiusque successor Octauius, ciuitates merita in Popul. Roman. allegantes, donauit Latinitate, vel ciuitate Romana. Vt tradit Cic. ad Atticum, lib. 14. & Tranquillus in Augusto. Sed ad fœderatos, de quibus hîc sermo est, propiùs accedunt Ætoli, apud Tit. Liuium, populi liberi, qui tamen comiter obseruare Romanam Maiestatem tenebantur.

La Hanse Teutonique.
Tholosæ etiam sunt Priuilegia Bursæ Prio is, & Consulum Mercatorum, instar Priuilegij Nundinarum Lugdunensium, & Campanarum. Edicto Mens. Iulio an. 1549. verificato in Parlam. Tholosæ die 23. Decemb. Eod an. Et alio Edicto die 27. Maij 1551. Verificato, vbi sup. die 8. Mart. Eod. an.
Literæ mercatorum Lubecẽsium, & Germanicorum, die 4. April. an. 1484. Regiæ Literæ die 14. Mart 1515. 4. Mart. 1527. & 24. Aug. 1543. Patentes die 23 April. 1548. Verificatæ in Curia die 8. Febr. eod. an. & in

22 HIS non absimilia feruntur Emporicæ Teutonum Societatis iura. Cuius Priuilegia recitat Goblerus in Lubeci vrbis descriptione. Primùm enim Ludouicus 11. Rex confœderationem iniit, sanxítvè cum Lubecensibus, & Teutonicarũ vrbium mercatoribus, Augustæ putà Vindelicorum, Vlmæ, Norimbergæ, Constantiæ Harudum, Argentorati, Nordlingens. Meningens. aliarúmque ciuitatum Imperialium nationis Germanicæ, qui media in Gallia negotiabantur. Fœderis illius capita fuerunt hæc præcipua, quæ Rex Karolus 8. probauit, an. 1484. Vt fœderati mercatores ij suis de bonis statuerent, decernerentque pro arbitrio in Gallia, viui, aut morientes, seu mortis causa: Ne deinde eorum merces tributariæ forent, sed vectigalium nouorum vacationem haberent. Paria mutuáque iura in Gallos collata sunt, Lubeci, & in Germanicis Vrbibus tractantes commercia. Tabulis insignibus Emporicæ Teutonum Societatis, Pridie Non. Apriles, 1484. Ac illa quidem priuilegia Franciscus 1. rex constabiliit, Epistolis apertis pridie Idus Maias an. 1515. Quarto Nonas Mart. 1527. Sextili Mens. 1542. & 9. Calend. Septemb. 1543. Ast Henricus filius eaipsa non modò renouauit Diplomate (Mens. Decemb. 1547. ac 9. Kalend. Maias an. 1548.) sed ampliauit quoque in Germanorum liberos mercatorum, qui Gallicum idioma negotiandique artem percepturi, huc immigrarent. Rescripto, Quintilis die 4. an. 1549. promulgato in Rothomagensi Neustriæ Curia, 15. Kalend. Sextiles, an. 1550. Cui consequens habetur recentium Vectigalium Immunitas, iis irrogata ab eodem Princi-

pe,

pe, Nouemb. Luce vlt. an. 1551. Quam suis Actis intexuêre summi Indictionum Iudices apud Lutetiam pridie Cal. Mart. 1552. & Senatores Massiliensis prouinciæ, apud Aquas Sextias, 7. Idus Apriles eod. an. Subiunguntur his Francisci 2. Literæ consimiles 9. Kalend. Febr. & 9. Kal. Apriles 1559. Noni item Karoli Codicilli Octauo Idus Sextiles, an. 1561. 15. Kal. Maias 1562. & Augusto Mens. an. 1569. Queîs Lutetiani PATRES auctoritatem suam adhibuerunt pridie Nonas Febr. 1572. Nec minori benignitate Erricus 3. egit cum exteris Germaniæ Mercatoribus sup. relatis. Indice Chartula solenni Septemb. Mens. an. 1578. quam Parisiorum Curia Ornatiss. publicari iussit 6. Iduum Octobr. seqq. Postremò Henricus 4. Rex, maiorum beneficia in hunc negotiatorum Ordinem præclarè firmauit Quarto Non. Maias 1595. Quò Senatorium pariter accessit suffragium, 3. Cal. Iunias, ac Curiæ Vectigalium publicorum, 4. Idus Iun. proximè insequentes.

Parlam. Burgundiæ *à Dijon* die 7. Maij 1549.

Horum priuilegiorum Ampliatio *pour les citoyens des Villes, franches Imperiales d'Allemagne, frequentans les foires de Frãce*, publicata à *Rouen* die 18 Iul. 1550 Die vlt. Febr. & 7 April. 1552 Die 24 Ian. & 24. Mart. 1559. Literę die 6 Aug. 1561. 17. April. 1562. lectæ in Curia Iuuaminum 8 Maij seq Aliarum verificatio in Senatu die 4. Febr. 1572. 10. Octob. 1578 & 30 Maij 1595. & in Curia *des Aydes* 10 Iun. seq. Hæc Priuilegia Arestis confirmata in firmatios nouarum Impositionum *sur les marchandises*, die 11. Maij 1575 21. Iun. 1595. 30. Apr. 1597. & 13. Iun 1600. in d. Curia *des Aydes*. Et aulico Aresto die 16. Iul. 1578. Die 4. Maij 1595.

23 ATQVE iis multò vetustiora sunt, quæ per Campanas, & Lugdunenses nundinas negotiantibus exteris dederunt Reges beneficia Ciuitatis. Campanæ quidem, origine antiquiores nundinæ, Lugdunenses Phil. Valesij edicto institutæ, 8. Idus Sextiles, an. 1349. Hisdem Priuilegia reseruauit Karolus 7. Rex, Febr. Mens. an. 1443. Quibus adduntur à Ludouico filio, pro Lugdunensibus peregrinis mercatoribus perpetui ciuilitatis Codicilli, Mens. Mart. an. 1462. Posteri item Reges has repetière Lugdunensium immunitates Nundinarum, Quintili Mense, anno 1498. Mens. Febr. an. 1535. 5. Cal. Maias, an. 1548. & 10. Calend. Octob. an. 1553. Approbante Senatu Paris. 6. Calend. Sextiles, an. 1536. tum Arestis 5. Calend. Iunias, 1543. & 8. Cal. Maias, an. 1553. Cuiusmodi Lugdunense Emporium solennésque mercatorum conuentus celebrat Strabo, Georgraphiæ lib. 4. Ad extremum, Carolus 9. indulsit Lugdunensibus aduenis mercatoribus, vt res mobiles, nomina, & reditus pecunia constitutos liberè transmittant ad hæredes etiam non regnicolas, aliósve, queîs testamento gratificatum voluerint (tametsi Gallicæ prouinciæ Literis minimè impetratis) 6. Calend. Septemb. an. sesquimillesimo sexagesimo nono. Quali priuilegio Senatus adiecit calculum, exceptis rebus soli, & Reditibus ære comparatis, qui rebus soli accensentur. Decreto pridie Nonas Febr. an. 1572. Et hoc singulare Ius iteratum est Principali Rescripto, Mense Martio, 1583. in gratiam Lugdunensium eiusmodi negotiatorum, iísque postulantibus, promulgatum in Foro supremo Curiæ Parisien. Pridie Idus Maias, eod. anno. Neque iis contentus Erricus 4. tantumdem Florentinis irrogauit, Liguribus, & Lucanis Hetruriæ nuncupatim: qui apud Lugdunum vel mercimonia tractarent, vel larem domicilij constituissent. Epistola aperta Mens. Septemb. an. 1595. Cui AMPLISS. ORDO subscripsit pridie Calend. Febr. Et Rationalium Decuria 4. Non. Mart. an. 1596.

Edictum Phil. Valesij Regis, die 6. Augusti, 1349. *pour les Priuileges des foires de Lyon, suyuant ceux de Brie & Champagne.*

Regia Confirmatio Priuilegiorum Nũdinarum, die 27. April. an 1548. & 22. Septem. an 155.

Verificatio eorum facta in Curia, die 27. Iul. an. 1536 die 28. Maii, an. 1543. & die 24 April. 1553.

Priuilegium regium pro Lugdunensibus extraneis mercatoribus, die 27. Augusti, an. 1569. Registratum in Parlamento die 4. Febr 1572.

Pro obligatione in Nundinis Lugdunẽsibus contracta, cessio bonorum non habet locum: Ex Aresto Curiæ, die 7. Septemb. an. 1548. inter Iohannem Eustachium *Scaron*, & Raymundum *Chausson*. Alio item Aresto die 21. Iulii, an. 1547. inter Michaêlem *de Castellas*, & Antonium ac Ludouicum *de Bonuisi*. Priuilegii verificatio in Curia die 14. Maii, an. 1581. Patentes Literæ *pour les Florentins, Genenois, & Luquois*. Verificatæ in Parlam. die vlt. Ianuar. Et in Camera Computorũ die 4 Mart. 1596.

24 HISPANAS quoque nundinas adeunti succursum est Iberica Lege, ne is prehendi possit iure oppignerationum, vulgò *Repressaliarum*. Lata hæc Lex an. 1480. à Ferdinando & Ysabella Hispaniarum Regibus, qui Cæsareum in eo priuilegium nouarunt Valentis & Valentiniani, l. 1. Cod. De Nundin. Antea necnon Iberici Reges sanxerant Edicto, ne commeantibus ad Nundinas, aliísve bona per vim auferrentur, rerum alioquin restitutione summatim iuranti in litem decernenda. Codicis Hispanici *quinta Partida* (quam vocant) Titul. 7. Leg. 4. Inibi etiam exigi vetitum maius vectigal, quàm quod speciatim à Rege permissum sit, aliúdve omninò, quàm in Nundinis conflatum, æs alienum. In Alphonsi Codice, Parte 5. Tit. 7. Posteriori autem ætate cautum fuit in Toletano Pop. Ordinum conuentu, ne Flandri, Ligures, Brabantini, aliíve mercatores exteri donentur iuris prouincialis diplomate in posterum, reuocato vetere Hispaniarum instituto, an. 1560. art. 59. Quod sedulò meditantem nulla tenebit admiratio infrequentis apud Hispanos Emporij mercimoniorum. Romanis porrò Mercatus publici causa hæc fuit, seu Nundinarum, florente Repub. Nempè vt Nonis tantùm diebus vrbanæ res agerentur, reliquis administrarentur rusticæ, auctore Columella. Illis enim seculis Proceres ciuitatis in agris morabantur, & cùm publicum desi-

Hispanica lex.

Estats d'Espagne tenuz à Tolede.

Romanæ Nundinæ.

derabatur consilium, à villis accersebantur in Senatum. Ex quo, qui eos vocabant, Viatores nominati. Adiungitur à Macrobio alius itidem vsus Nundinarum, vt octo diebus, in agris rustici opus facerent, nono autem die, intermisso rure, ad mercatum legésque accipiendas venirent Romam, & vt scita atque consulta, frequentiore populo referrentur, quæ trinundino die proposita, à singulis atque vniuersis facilè noscebantur. Haud aliter ac Solonis lege Attica stastutum fuit, vt cùm lex quædam rogatióve ferretur ad populum, in loco maximè celebri conspicuóque proscriberetur ad tertiam concionem. Vt ait Demosthen. in Oration. contra Leptinem. Nundinarum etiam Candidatis vsus fuit, vt in comitium Nundinis venirent, & in colle consisterent, vnde coràm possent ab vniuersis videri. Cæsarum verò temporibus, Nundinæ mercatorum commerciis tantùm destinatæ: Quas & compluribus priuilegiis decorarunt fratres Augusti, cit. l. 1. Cod. de Nundin.

Apud Burdigalenses sunt Priuilegia pleraque à Iohanne, & Eduardo Britannorum regibus, & à Philippo, Carolo 7. Ludouicóque 11. Gallorum regibus Burdigalensi vrbi concessa, quæ refert Ferronus lib. 1. Comment. in Consuet. Burdigalen.

Literarum regiarum publicatio in Senatu Tholosano, die 1. Septemb. an. 1476.

Londres, en Angleterre.

Conuenæ, σύνοιχοι, diuersis è locis eodem coëuntes ad vrbem coniunctis ædificiis condendam: Qui alio nomine συγκλυδὲς appellantur.

25 ISTHVC non malè conferrem Heluetios mercatores Lugduni degentes, ac Turonum incolas in re sericaria operarios, queîs Franci Reges tribuerunt ius ciuitatis. Sed de eo Lectorem relego ad lib. 3. nostri Tractatus DE SACRA POLITIA FORENSI, Tit. 1. Artic. 25. Aliis certè negotiatoribus venia gratiáque facta est peregrinæ sortis, intuitu ac fauore Gallici oppidi, in quo illi contraxerint incolatum. Burdigalensibus putà incolis omnibus, Principali beneficio, Mens. Februar. an. 1474. quod sigillatim à Boërio exscribitur, in Burdegalensi Decis. 13. Item Tholosæ commorantibus, ex Diplomate in Curia Tholos. publicato Kal. Septembr. an. 1476. cuius meminit grauissimus eiusdem Curiæ Senator Benedictus; ad cap. Raynutius: in verb. & vxorem. Num. 1056. Visuntur pariter Lutetiæ in Armario publico Tabulæ Principis, quibus insiti sunt huic vrbi Gallicæ ciues, sacerdotes peregrini, Rhemensis Templi sacris operantes. Mens. Octob. an. 1364. Britannici quoque Annales testantur, Ricardum 1. regem indulsisse Londinensi vrbi, vt in eam commeantes, quacunque ex Orbis terrarum regione, assequerentur ius ciuitatis, postquàm decennio vrbem incoluissent. Quam ad rem obiter perefficax est distinctio ciuis, incolæ, aduenæ, conuenæ, accolæ. Quantumuis enim decenni habitatione & domicilio quis sibi ius quæsierit incolatus, l. Ciues. De incolis. Lib. 10. Cod. Non ideò certè assumptus est in iura ciuitatis: Verùm hæc ipsa, origine constituitur, allectione, manumissione, adoptione. Adiecto etiam hoc inter vtrumque discrimine, vt originis iuri ac ciuitati renuntiare nemo possit, incolatui possit. Pomponij I.C. l. Pupillus. §. incola. §. aduena. l. Prouinciales. De verbor. signif. l. 1. 2. l. Ciues. Cod. De incol. l. Assumptio. D. Ad Municipal.

Placitum Curiæ donné en plaidant, die 19. April. an. 1584.

Ordinatio Geneuæ passée en Conseil general, die 29. Ianuar. 1568.

26 INTERDVM verò accidit, mercatorem exterum hac spe venire in Gallias, vt venditis mercimoniis, ilico discedat, nullo sibi isthîc domicilio aut incolatu proposito, qui ibidem tamen præcipiti fato raptus sit. Iam dubitatur, nûm manus regia defuncti mercibus rectè iniiciatur iure *Albinatus*. Malè iniectam publicè diximus, & obtinuimus apud PATR. CONSCRIPTOS, aduersus procuratorem Fisci. Decreto in Forensibus causarum actionibus 13. Kal. Maias, an. 1584. secundùm Symonem Hazouardum clientem nostrum, defuncti hæredem, contra Franciscum *de Morees*, & Nicolaum *de Louuiers*, Regij *Albinatus* donatarios, & Fiscalem Aduocatum, qui eorum partes tuebatur. Piè mediusfidiùs decisum, quòd Francica lex *Albinatus* minimè ad peregrinos spectet transeuntes cum sarcinulis, more viatorum, sed eos potiùs qui ex negotiatorio quæstu rem fecerint in Gallia, fundósque in ea coëmerint. Assertore Molineo in Notis ad §. 6. Melodunen. Consuet. Sub Rubr. De sublimi Iurisdictione. Sicuti & religiosè cautum fuit Cæsarea Friderici 2. Constitutione, Omnes peregrini. Cod. Commun. de successión. Iuxta Leonis & Anthemij legem, Nulli licere. §. Quòd si testator, qui huiusmodi legatum reliquit, barbaræ sit nationis, & de eius patria emerserit ambiguitas, C. De Episc. & Cleric. Ita Geneuensi Decreto publico an. 1568. statutum est, exteri cuiusque bona, apud Geneuam, intestatò mortui, syncerè describi, eiúsque hæredi absenti Biennio integro aduersari. Quinetiam ante Christiani dogmatis lumen Orbe diffusum, prospexit

xit hoc nomine Indicus Populus ciuili hominum societati humanissimè, apud quem scilicet, morientium bona exterorum hæredibus reseruabantur. Diodoro teste, libro tertio. Neque ab iis longè distat Hippodami lex, ab Aristotele decantata, vt qui creentur Magistratus, imprimis curent res peregrinorum. Politic. libro secundo, capite sexto. Sed Ethnicis valere iussis, audiamus sacrum Oraculum Dei Optimi Maximi (qui hoc ampliùs alienigenas ciuibus exæquauit.) *Aduenam non contristabis, neque affliges eum, &c.* Exod. capite 22. *Si habitauerit aduena in terra vestra, & moratus fuerit inter vos, non exprobretis ei, sed sit inter vos quasi indigena, & diligetis eum quasi vosmetipsos, &c.* Leuitici capite 19. Ac propterea Senatus æquitate rei motus, assolet hæredibus addicere extranei bona viatoris, mercatorisque prætereuntis. Aresto 5. Calend. Iulias 1579. & 7. Iduum Ianuar. anno 1581. secundùm Gosseum *Vvarnet*, Namurcensem ciuem, defuncti hæredem, Iani Hamonis, Namurcensis, apud Eburones: contra Matthæum Boulardum, qui ius Fiscale *Albanorum* prosequebatur, sibi transcriptum à Principe. Id quod fulcitur ratione leg. Hæres absens §. Proinde D. De Iudic. Imò nec vllius magis interest, quàm ipsius adeò Principis, Reique Publ. nostræ, liberum negotianti cuique patere commeatum in Galliam ac remeatum; vt indies Gallicæ opes augeantur crebra peregrinarum mercium vectura atque commercio. Hinc Arnold. Ferronus scribit, à Ratiociniorum Magistris responsum de Germano homine, qui itineris causa aliò properans, Burdigalæ morti occubuerat, non esse locum Priuilegio Regis; quo in extraneorum bona succedit. In Commentar. Burdigalen. Consuetud. §. 6. Titulo 8. De Feud. & iur. Emphyt. Neque istuc malè conferas Melitenses sacros Equites, qui Gallico sui Ordinis Sacerdotio incumbant pro tempore, quoad Meliten suam, Christiani limitis, Insulam repetant, in communem Christianorum hostem pugnaturi. Quùm enim Monastica eius Militiæ fiducia seu Præceptoria, Constitutionibus Ordinis addicta sit antiquiori Nationis cuiusuis Militi sacro, nouum videri non debet, Fiduciaria id genus Munera Ecclesiæ, quæ Gallico solo contineantur, exteris huiusmodi Equitibus commendari à Religioso equestris Militiæ Principe. Vt Rebuffus in Praxi Benefic. censuit, Titul. De Rescriptis mixtis, articulo nono. Cui ritè quadrat Pontificia Innocentij tertij, Epistola Decretalis, ad Magistrum & fratres Templi, In Cap. cùm deputati De Iudic. Subde his, tales Præceptorias, Fiduciásve temporarias à Præfecto familiæ singulis erogari non posse titulo perpetui sacri Beneficij, sed annua modò pensione locari; quæ, Oeconomica eius Lege Sodalitij, *Responsio* nuncupatur. Sicuti à Nobis latiùs tractatum est Volum. 3. Ecclesiasticæ Politiæ forens. Quin & Christianissimus rex Henricus secundus videtur, luculento Edicto comprobare talium Fiduciarum collationes sacras voluisse. Septembr. Mens. anno 1555. Eo quippe Edicto, omnes militari Ordini addictos Diui Iohannis Hierosolymitani exemit profana qualibet Francici imperij Iurisdictione; simul & fiduciaria ipsorum sacerdotia: quæ ingenuè professus est Princeps, ab vno Ordinis Magistro purè libereque dispensari ex formula suarum Constitutionum. Nec absimile ius de fiduciis seu *Commendis* Antonianæ Sectæ monasticæ, seruandum proponitur, ex Collectaneis nostris lib. 1. Sacræ Politiæ forens.

Decretum Curiæ die 17. Iun. an. 1579. & die 7. Ianuar an. 1581. *Pour vn Marchand de Namur, pays du Liege.*

Albinatus locum non habet in titulos possessionésq; Præceptoriarum *de l'ordre de S. Iean de Hierusalem, & de S. Antoine de Viennois.*

Commanderies.

Versic. qui vndecúque venerint gratia diuina vocati, dum laudabiliter exequãtur Officium sui Ordinis, ex superabundanti requiritur suæ notio Nationis, &c.

Tit. 3. art. 10. & 11.

Patentes regiæ, cõfirmationis, nouæque Priuilegiorum comcessionis *aux Grand-Maistre, Prieurs, Baillifs, Commandeurs, Cheualiers, Religieux & freres de l'Ordre de S. Ieh. de Hierusalem.*

Sacræ Polit. lib. 1. Tit. 2. art. 5. 6. 7.

27 Ecquid porrò de Scholasticis, qui è longinqua regione, tanquam ad mercaturam bonarum artium profecti sint Athenas Gallicas, seu in Parisien. Academiam, vbi postea decesserint? Eorúmne res aduenarum ritè capientur à Fisco Regio? Nonnullis ita videtur, fretis opinione Guimerij Pragmaticæ Sanctionis Glozographi, Ad vers. liberiùs §. quoties. De collation. Quisquis autem excusserit Priuilegiarias tabulas Musæi publici Lutetiani, aliud omninò sentiet. Nam præter alia multa, quæ Rex Philippus quartus Lutetianis indulsit Musarum alumnis, hoc adiecit Hutinus filius, vt ii se resque suas possint vbilibet pacificè transferre, de quacunque natione sint oriundi.

Verba ipsamet Priuilegij, ex Armario Nauarræ Parisiorum Scholæ.

Rescripto anno 1315. quo præterea, derogatur iuri omni Fiscali in res Scholasticorum. Iuxta similis commoda immunitatis, quæ Fridericus Ænobarbus impertiit studiosis literarum. Constitutione apud Roncalias edita Mense Nouembris, anno 1158. quæ incipit, Habita, & in Iustinianeum Legum Codicem traducta est. Titulo Ne fil. pro patre. Atque id planè Regium munus esse aut Cæsareum, satis arguit Cæsaris Dictatoris beneficium in Medicinam Romæ professos, & Liberalium artium doctores: quos omnes ciuitate donauit, vt libentiùs & ipsi vrbem incolerent, & cœteri appeterent cultioris Doctrinæ amantissimi. Nec mutat Guimerij scriptum illud, Scholasticos, qui in Academia obierint absque hærede, successorem fortè habituros Fiscum, potiùs quàm Academiam ipsam. Quippè eo loci nominatim agitur de Musarum alumno, cuius nulli appareant hæredes, qui consequenter Fiscum hæreditate prohibuissent, Guimerij etiam ipsius iudicio. Inibi quoque bonorum certamen est inter Fiscum, & Scholam publicam, quæ nullo iure vocatur ad Scholastici hæreditatem, nisi argumento longè petito ab hæredibus Decurionum, l. 1. De hæred. Decurion. & l. 1. De bon. vacant. lib. 10. Cod. Rursùm Guimerius hac dictiuncula (fortè) indiscussum reliquit problema istud, vter præferatur in Scholastici bonis vacantibus, Musæúmne, an Principis Fiscus. Ideoque rectiùs cum Pet. Rebuffo existimarim, Scholasticos aduenas minimè obnoxios esse iuri *Albanorum*. In lib. De. Scholast. Priuileg. Quod tamen ciuili modo acceptum velim, de iis qui stato tempore Literarum studiis, versentur in Schola, subinde postea domum redituri: non de iis, qui Literarium emensi curriculum, moram trahant in Academia, & Academicas gerant Præfecturas. Quales sunt Magistri, seu Primates Gymnasij cuiusque, *Bursarijuè* continui, Procuratores, ac reliqui id genus Scholasticis muneribus Præfecti, perpetui, fixo in Academia domicilio, sedeque fortunarum. Temporaria enim est Scholastici priuilegij causa intelligenda, non perennis, in fraudem captionémve Fiscalis Patrimonij. Vt liquet Edicto Ludouici duodecimi, De Priuilegiis Scholarum, Pridie Calend. Septembr. anno 1498. Quod Senatus euulgari præcepit 16. Calendas Iunias, posteri anni. Regia dehinc Constitutione Blesensi, an. 1579. art. 72. & 78.

Authent. Habita, quæ est Friderici 1. Imperatoris cognomine Barbarossæ.

Principaux, Doyens, Superieurs, proviseurs & Boursiers des Colleges, qui debent temporarij esse, nō perpetui. Edicto Blesensi In Cap. De Vniuersitatibus. Publici tamen ingenuarum disciplinarum Professores continuam habēt Priuilegij causam, tanquam veri Scholastici: Quùm paria sint, discere & docere.

Regium Edictum, die vlt. Aug. 1498. verificatum in Parlamen die 17. Maij, anno 1499.

HAVD paulò maiori ratione, Legati externorum Principum immunes sunt seruili morientium statu peregrinorum. Non modò enim sancti habentur & inuiolabiles Legati iure gentium; sed & bello Nationi indicto, pro qua, legatione fungantur, responsum est, liberos eos manere. Apud Pomponium I.C. l. vlt. De legation. Demus enim, Legato ipsi vetitam priuatarum rerum acquisitionem ea in Prouincia, in quam legatus fuerit à suis. Vt Paulus respondit l. 8. §. vlt. De legation. Haud ideò infertur, eius res mortui à Fisco occupandas iure peregrinitatis: quasi obsidum bona, de quibus testari ipsis interdictum sit, l. Obsides. ππ. De testam. Obsides enim captiuis æquiparantur, eorumque bona coguntur in Fiscum, quasi caduca. Rescripto Diui Commodi, quod Ælius Martianus recensuit, l. 31. ππ. De Iur. Fisc. Id quod multùm abest à libera Legatorum conditione, quibus etiam reuocandi domum suam ius datur. Vlpiani l. secundo §. Legatis. De Iudic. Atque ideò prudenter respondit Martianus I.C. allegatos in externas Prouincias, posse inibi condere testamentum. l. Qui à latronibus §. 1. ππ. De testam. Ne pluribus immorer honorifico Legationis muneri & sacratissimo, de quo sigillatim Halycarnass. libro vltimo & Plutarch. in Problem. Vix est tamen, vt Legati familia pariter lege soluatur *Albinatus*. Nihildùm enim de eo iudiciis definitum audio: licet non dubitem, Militum priuilegia trahi ad alios militiæ administros necessarios, l. Abesse §. vltimo & l. seq. §. militum. D. Ex quibus caus. maior. l. decimo nono, §. vltim. ππ. De captiu. l. Temporalibus. Codice De vxoribus milit. Itaque rem ita dirimendam puto, vt Legatorum priuilegio inuentur familiares ipsorum, & comites, qui ad ærarium, aut in commentarium Principis fortè relati sint, cæteri non item. Verbis Modestini I.C. l. 32. D. Ex quib. caus. maior. Eadem non malè aptantur Italicis Francorum regiæ stirpis Procerum famulis,

18

Ambasiatores.

Ostages.

An Legatorum serui liberentur periculo Albanorum.

famulis, qui ex Italia, domum reduces heros secuti obierint in Terra Gallia. Æquum est enim, supremam horum de suis bonis voluntatem impleri, siquidem ipsi à Dominis in ordinariam cooptati familiam, & agniti fuissent. Quemadmodùm in Ferrariensis Heroïnæ familiaribus Italis seruatum inuenimus, quos ipsa Galli Regis filia comites ex Italico incolatu in Gallias secum deduxerit.

Renata Francica, Ludouici 12. Regis filia Dux Ferrarien.

29 QVANTÒ firmiùs idem statueris de Franco ciue, Regiam filiam in Hispanias nuptam prosequente? Nec enim originaria Franciæ ciuitas amittitur, honoraria huiusmodi & officiosa profectione in externam Regionem: nisi nouum huius se Regionis ciuem professus sit viator ille, venia ab Rege Franco non petita. Tunc enim adscititiæ interuentu natiua tollitur ciuitas atque primaria. Vti præclarè suo exemplo ostendit Pomponius, patria Romanus, cognomento Atticus. Hic enim ita se gerebat Athenis, vt communis infimis, par principibus videretur. Quo factum est, vt huic omnes honores, quos possent, publicè haberent, ciuémque facere studerent. Sed eo beneficio ille vti noluit. Quod nonnulli sic interpretabantur; adimi ciuitatem Romanam, alia adscita. Teste Plutarch. Iis congruit Vlpiani sententia de ciue Romano, scripto hærede, qui viuo testatore factus sit peregrinus; hunc ita demùm hæreditatem aditurum, si ad ciuitatem Romanam peruenerit; redierit l. Sed si conditioni §. solemus. De hæred. instit. l. Sed si hac §. Si per pœnam deportationis ad peregrinitatem redactus sit patronus, putat Pomponius eum amisisse honorem: at si restitutus fuerit, fore ei etiam huius Edicti commodum saluum ϖ. De in ius vocan. Alioquin propriam mutat ciuitatem, qui in aliam ciuis assumptus sit, cùm in vtraque ciuem esse non liceat. Auctore M. Tullio, in Orat. Pro Corn. Balbo. Accursius nominatim ad l. 7. Cod. de adoption. Proin nullum ij nobiscum habent ius condendi testamenti, aut testamentariæ hæreditatis cernendæ, cùm sint * ἀπόλιδες, l. 1. §. hi quibus. ϖ. De legat. 3. Imò & Germanicis quibusdam Vrbibus increbuit mos, vt qui ex municipibus emigrent, certam bonorum partem relinquere teneantur ciuitati. Quod ius migrationis, suo idiomate *Abzug* vocant. Vt ait Zasius, Germanus è Constantia Harudum, In Annotat. ad l. 2. ϖ. De origin. iur. Secus verò, si ciuis abscedat, quasi non diu absuturus, nec perpetuæ alibi moræ causa. Tum enim ciuile ius omne ab eo retineri, indicat Lex Municipalis ciuium Mechliniensium, ita concinnata (Codicillari permissu Caroli 5. Cæsaris, Brabantiæ Ducis, Iulio Mens. anno 1535.) *Puella ciue Mechliniensi nata, si extero enubat, eúmque sequatur, ius ciuitatis incolume retinet: Modò intra proximum ab obitu mariti annum Mechliniam remigret, liberíque inde peregrè nati, ciues existimantur* Quem Mechliniæ Ciuilem patriúmque Morem Romano stylo expoliuit Petrus Nannius Alcmarianus, apud Louanium Latinus Professor, anno 1552. Qui autem perpetuum ad exteros transtulerit domicilium, implorato etiam ab externo Principe Rescripto indigenarum, is originarij ciuis iure mulctatur, effectu, priuilegiis: atque eius, tanquam indigni, portio hæreditatis obuenientis cedet Regis Fisco, cuius Maiestas imminuta sit, ac morientis successio in ordinem redigetur *Albanarum*. Quinetiam More Romano nemini licuit, ex vna Ciuitate in aliam, nisi iussu Principis, commigrare. Vt refert Auctor Panegyrici Flauiensium ad Constantinum Cæsarem. Et Vlpianus in l. 12. §. vlt. De Excus. tut. Alioquin Metœci bona, qui aliò sedem fortunarum transtulisset absque Rescripto Imperatoris, eius Fisco vindicabantur. Diocletiani Lege. Certa forma super Metœcis data est De Iur. Fis. lib. 10.

Pomponius Atticus.

* Extorres.

Germanicum Ius migrationis.

Coustumes de Malines, en Brabant.

* *Metœci*, coloni, qui ex vna ciuitate in aliam migrant.

30 ITAQVE nostri homines, qui in familia Gallicorum Regij stemmatis Procerum exteras commeant Regiones, sibi consulto prospiciunt Codicillari venia ac gratia: Ne fraudi ipsis vertatur officiosa illa necessariaque alienas in oras terrarum profectio, quo minùs salua & incoluma Natiui soli iura retineant. Qualem Erricus 3. rex gratiam fecit iis, qui, domestico in Margaridem amitam suam obsequio, cum ea in Allobrogum fines abscessissent. Diplomate Nonis Octobr. anno 1574. Quod relatum fuit in commentarios Curiæ, decimosexto Calend.

Margar. Francica, Sabaudiæ Duci nupta, an. 1559.

Regiæ Literæ, die 7. Octobr. 1574. Publicatæ in Parlamen. die 17 Decemb. seq.

Ianuar. posteriores. Vnde liberi eius, qui Diplomatico isto præsidio subnixus fuerat, à Senatu adsciti sunt in hæreditaria agnatorum Francorum iura ex transuerso limite, cum cohæredibus indigenis: tametsi Francicam parentis patriam haud priùs repetiissent, seu veriùs petiissent, quàm delatæ hæreditatis nomine contenderent. S. Consulto Parisien. 7. Iduum Februar. anno 1602. post forensem patronorum dissertationem, Roberti pro Gallis hæredibus, & Dougeati pro Sabaudis liberis familiarium quorundam Margaretæ Allobrogum Ducis. Quibus autem desit Codicillare eiusmodi Gallicæ ciuitatis suffragium, ij neutiquàm patria hac Lege hæredes agnoscuntur: quàmlibet illustres se, Heroúmque summorum stirpe Reguli iactitent. Nam idcirco Anna Atestina, Nemorosi Dux euicit fraternam Gallicam Herculis 3. Ferrariæ Ducis hæreditatem à Cæsare Atestino, Mutinensi, Rhegiíque in Italia Duce, hærede scripto; quòd peregrinus hic, Gallicam in ciuitatem minimè allectus fuisset à Principe. Decreto, in Tribunalitia PATRVM C. luce, prolato Idibus Maiis, anno 1601. quùm Dauid Arnaldus, Mutinensis Ducis, qui à delegato quodam Senatore prouocarat: & Anton. Arnaldus, Nemorensis Heroinæ causam perorassent. Haud immeritò igitur Laurentius Vrbinatium Regulus, enata sibi filia Catharina Medicea, anno 1519. curauit, eam ilico ciuili Gallorum indigenarum iure donandam à Rege: cuius dominatu variæ tenerentur matris ipsius Ditiones, Magdalenæ Bononiensis. Ita accuratè Nuptialibus prouisum fuit Renatæ Francicæ Pactis cum Italo, Ferrariensi Duce, anno 1528. nascituram ex eo coniugio sobolem, peregrinitatis incommodo eximi, vocaríque in iura legitimarum Galliæ hæreditatum: Auspice Francisco primo Rege. De quo Nos plura inferiùs lib. 3. Imo & Andium Dux Erricus, Caroli noni, Principis frater, quàmprimùm Sarmatiæ Rex salutatus est à patriis noui Regni Ordinibus, delata Sceptra tum demùm sumpsit lubens, quùm à Gallo rege, & panegyrico Galliæ Senatu natalitium sibi ac liberis gentilitiæ hæreditatis capessendæ statum integrumque ius recepisset, reseruasset. Augusto Caroli Rescripto, gestarum rerum indice, 4. Idus Septemb. an. 1573. Cui protinus Francica Curia, præside Rege, calculum adscripsit 15. Cal. Octob. subseq.

Placitum Curiæ *en plaidoyrie*, die 7. Februar. 1602.

Ferrariæ Marchionum, dein Ducum Historiam Latinè texuit Gabriel Symeon, & postea Leander Italica lingua.

Arestum *en plaidant* die 15. Maij, 1601. *pour la Dame de Nemours, contre le Duc de Modene* & Rhege, *Italien.*

Catharina *de Medicis*, regina Franciæ. Magdel. *de Boulongne.*

Tit. 4. Artic. 6.

Pologne.

Literæ Patentes, die 10. Septéb. Publicatę in Parlament. die 17. Septem. 1573. Rege præsente.

31 EXIN de Gallo homine videndum, qui paulò postquàm editus in lucem, elatus fuerit à patre in Hispanias, ibique domicilio constituto, velit deinde ciuium Priuilegiis Gallorum frui, aut ciuilibus isthic fungi muneribus, vel mortui ipsius in bona, agnati succedere. Obiicietur, ciuilitatem originis, etsi natiuam, eoque immutabilem, ita intelligi, nisi omnimodò alienæ domicilij sedes, laresque incolantur. Sicuti & naturales Regni ciues, qui habitent perpetuò extra Regnum, minimè tenentur fidelitatis sacramento Regi se deuincire. Ysernias in capite 1. Qualiter Vasall. iurar. deb. fidelit. Arduam sanè quæstionem Senatus Neapolitanus, æquatis opinionum calculis, non potuit dirimere. Vt dicit Matth. Afflictus, Decis. Neapolit. 384. Censeo tamen, hunc, si in patrium Franciæ solum referre domicilium voluerit, omnibus vti debere naturalis ciuis ac Regnicolæ Priuilegiis. Nam & iudicio definitum est, Hispanum, Franci hominis filium, verè Francigenam existere, & in Franciam venienti competere ius agnatitiæ fundorum redemptionis, perinde ac hæreditatum, velut innato ciui, citra Diplomaticum Regis auxilium. Boërij Decisione Burdigalen. 13. vbi innumeræ ad id Legum rationes proferuntur. Cum iis, quæ, ex simili facti specie, scripta reliquit Eguinarius Baro ad l. vlt. ff. De Statu homin. Nempè in status controuersia Pandolphi Cenami, Parisien. qui Venetias illato domicilio, diu pòst mouerit fraternæ petitionem hęreditatis, inter moras delatæ in Gallia, aduersus Regium Procuratorem. Quo de negotio cognoscentis Senatus decretum memorauimus cum Die & Consule, lib. 3. De SACRA POLITIA FOREN. Tit. 1. Art. 25. & pleniùs Tit. 6. Art. 17. in nostra eiusdem Margine. Huc alludit quodámodò Francica Lex ciuilium Bellorum pacatrix, Septemb. Mense, an. 1577. (Art. 58.) qua quidem Lege, Francorum liberi, qui rebus domi turbatis, peregrè profecti, ibidem eos sustulissent, habiti sunt Francigenæ, naturales Franci, nullo adscito Francicæ ciuitatis priuato Rescripto.

Proces parti, in Parlam. Neapolitano.

Retractus lineares iisdem competunt, quibus successiones.

Id quod.

Id quod posteriori Edicto renouatum est Aprili Mens. anno 1598. (Artic. 70.) Quod Senatus Parisiorum euulgari iussit Quinto Calendas Martias; anno 1599.

Regium Edictum, ac Declaratio priorum Edictor. Pacificationis ciuiliũ Galliæ tumultuum, art. 70. *à la charge que lesd. enfans naiz en Pays estranges, seront tenuz dans dix ans apres la publicatio de cest Edict, venir demeurer dans ce Royaume.*

Verificatio Edicti in Curia, die 25. Febr. 1599.

32 EXCVSSA igitur generali Principis indulgentiâ in exteros Populos, quos suprà recensui, derogatoria iuris *Albinatus*, venio nunc ad peregrinos singulos; quibus necessarij sunt Gallicæ Prouinciæ codicilli peculiares. Hos vtique, Reges nostri facilè petentibus impertiunt, sed cum insita ea Regiis Literis conditione, *Prouiso, quòd impetrantis hæredes sint Regnicolæ.* Quòd si eo iure indonati quidem decesserint apolides, bonorum tamen vindicias Senatus addixit curatoribus supremorum defuncti mandatorum, quos *Executores testamentarios* appellant. Decreto 14. Calend. Ianuar. anno 1406. secundùm testamentarios procuratores Durei patria Alexandrini. Sed vereor admodùm, ne huius seculi Iurisprudentia respuat vindicariam illam mouentium se rerum possessionem, quæ aliàs testamentario illi curatori Municipiorum Legibus datur intra annum obitus testatoris. Extranei quippè viui sua possunt donare omnia: morientes verò, seu mortis causa, secus. Id quod Rationales Parisiens. iudicio censuêre, 8. Calend. Decembr. anno 1544. secundùm viduam mulierem exteri viri, donatoris. Nec verò pietatis fauore sustinentur aduenæ legata testatoris. Vti à Summa Curia decisum admonuimus lib. 3. nostri Operis DE ECCLESIASTICA POLITIA FORENSI, Tit. 1. artic. 25. Rursus alienigena si exorarit Diploma iuris Prouincialis, ita debet illud accipi, modò exorator, assiduè Gallica incolat oppida. Aliàs enim Ludouicus 12. edixit; ciuitatis Codicillos omnes, quos exteri obtinuerint minimè Regnum inhabitantes, si nondùm perducti sint ad effectum; prorsus aboleri. Regia lege in Senatu promulgata Idibus Iuniis, anno 1499.

Prouisionale Arestum Curiæ, die 19. Decemb. an. 1406.

Executores testamentarij, sunt saisiti bonis mobilibus defuncti intra annum mortis.

Iudicatũ à Camera Computorum, die 24. Nouembr. anno 1544. Vt refert Paponius Arestographus, lib. 5. Tit. *Du droict d'Aubeine.*

Regij Edicti verificatio in Parlamento, die 13. Iunij anno 1499.

33 AC magnus tùm quidem habebatur aduenarum delectus, in quos ciuitatis donatio conferretur. Vtinam ne effusiùs hodie peregrini adsciscerentur in ius Francicæ prouinciæ. Qua in re, duo Græciæ lumina iudicio prudentiaque cæteris præstiterunt nationibus, Lacedæmonij, & Athenienses. Illi, ciuilibus honoribus Tyrrheno populo negatis, etsi matribus Atticis nato: Hi autem, indulta vni ex barbaris omnibus Anacharsi ciuitate. Nisi forsan nostratibus Gallis; qui externos homines appetunt vltrò, eam obtenderimus excusationem; quòd vice mutua Primores Galliæ non modò allecti sint in Romanorum ciuium numerum (ex Tranquillo in Iul. Cæsare) sed in Vrbe etiam ius Senatorum adepti. Oratione Claudij Imper. coram Patribus recitata; quam mox secutum est de eo S. Consultum. Vt scitè denarrat Tacitus libro 11. Annal. Atqui Gallorum antea cum Romanis fœdere cautum fuerat, ne Galli, ciues essent Romani. Vt à M. Tullio perhibetur in Orat. pro Cornel. Balbo. Quod sanè potiùs constitutum Gallorum causa credendum est, quàm Romanorum. Sicuti eruditè Longolius disseruit in Orationibus Romæ habitis, quibus perduellionis obiecta crimina eloquentissimè diluit. Vnde vicissim meliùs cum rebus Gallicis ageretur, si ex eiusdem fœderis vsu, tolleretur Xenomania, id est nimium externorum studium, eorumque media in Gallia conuersatio infestior. Quos certè constat veteribus Edictis Philippi 2. 4. 6. Regno exactos fuisse Hebræos, ac Longobarbos. Idipsum planè, non ex commentitia Platonis Ciuitate repetitum est, sed ex Lycurgi præscripto, aliorumque prudentum Reipubl. moderatorum, qui suæ ciuitatis iura non temerè aduenis communicarunt. Quorum consuetudinem plerunque noxiam, Reique Publ. periculosam testatur Aristoteles, libro 7. Politicon, capite 6. Eam ob rem, Romæ Scæuola Pontifex legem tulit, de redigendis in suas ciuitates sociis: cùm Italici Pop. summa tenerentur Romanæ ciuitatis cupiditate, ob idque eorum magna pars pro ciuibus Romanis se gereret. Octauius necnon Augustus, cùm permagni existimaret, syncerum & ab omni colluuie exotici, peregriniue sanguinis incorruptum seruare populum, parcissimè dedit ius Quiritium, Romanámque ciuitatem. Vsqueadeò, vt Liuiæ pro tributario Gallo roganti, ciuitatem negarit, immunitatem obtulerit. Affirmans, se faciliùs passurum, Fisco detrahi aliquid, quàm Roman. ciuitatis honorem vulgari.

A Iulio Cæsare Gallorum quidam ciuitate donati sunt, & in Curiam admissi, apud Sueton. Sed postea Gallis Rom. ciuitatem adeptis ius honorum consequendorum detractum fuit, donec Claudius Cæsar vniuersæ Galliæ Comatæ illud quoque indulsit.

Ius Quiritium à Romana ciuitate discrepasse, & diuerso inuicem distinctôq; Rescripto à Cæs. datum fuisse indicat Plinius Epist. 6 & 22. lib. 10. Epist. ad Traianum.

Vt inquit Sueton. in Augusto. Nonnunquam verò, à Romanis fuêre ciuitate donati, quos nullis propositis præmiis, hostium se telis obiecisse pro Romana Repub. conspexissent. Vt ille Balbus Hispanus, quem tot laudibus Cicero extulit, in Orat. suprà relata. Inde sensim, vniuersæ Hispaniæ ius Latij tributum fuit à Vespasiano. Ne obiter Italos omnes percenseam, de quibus in ciuitatem admittendis, primus retulit Fuluius Flaccus, cùm gereret Consulatum. Sed repulsam passi Itali, Romanis bellum intulerunt. Vt est apud Appianum. Post varia demùm bella, Hetruscis prioribus conceditur ciuitas, dein Italis ius, noménque ciuium decretum. Sicuti Velleius Paterculus infit, Histor. lib. 1. De reliquis verò, constat Plinium Traiano gratias egisse ob ciuitatem Romanam, Harpocrati Iatralipte suo, pro quo scripserat, indultam, quòd & eadem ipsa suis precibus Marini medici propinquos dignatus esset. Lib. 10. Epist. Denique parto Orbis terrarum Imperio, M. Antoninus Cæsar constitutionem sacrauit, vt qui in orbe Romano essent, ciues Romani efficerentur. Ex quo desumpta Vlpiani lex, In Orbe Romano. De stat. hom. Ac speciatim Aurelius Flauius, Gallus, Romæ ex Prætura vrbis prouectus est ad secundum Consulatum. Imò & huius nepos Antoninus Pius, qui Gallus erat, è Nemauso, Aremicorum colonia, ornatus fuit Cæsaris Augustorum Insignibus, auctore Spartiano. Eundemque, ad appellationem ex Germania iudicasse, tradit Iulius Paulus in l. Non putabam. ff. De condit. & demonstrat. Nil mirum igitur, quod idem Paulus ex Aproniano S. C. respondit, omnibus Ciuitatibus, quæ sub imperio Pop. Romani sint, restitui debere & posse hæreditatem fideicommissam, l. 26. ff. Ad Trebellian. Vnde colligitur, ius peregrinitatis Romæ in aduenas exerceri desitum, quicumque Rom. Imperio subiacerent. Quo itidem exemplo rectè defenderimus, Mediomatricum ciues, quùm in Gallicam ditionem redacti sint an. 1551. non egere alio nostræ Prouinciæ beneficio, vt Gallici municipes fiant, sibique delatas in Gallia capessant hæreditates. Constantini autem filius in patrem inuectus est, quòd Barbaros quosdam, nec in Orbe Romano genitos, promouisset ad Consulatum. Vt Marcellini lib. 17. annotatur. Nec reprehensione etiam caruit feruentissimum Caroli Magni in exteros studium: quorum nempè multitudinem Palatio iuxta ac Regno onerosam fuisse, prodidit Magni scriba familiarisque Æginartus.

Effectum Rom. ciuitatis datæ ibidé notat Plinius, nempe Ius Patriæ potestatis in liberos, vtque iis ciuibus in libertos seruetur ius patronorum. Epist. 6. ad Traianum, lib. 10.

Nemausenses, *de Nismes, en Languedoc.*

Metis, vrbs capta à Gallis. *Mets.* Cuius Gallicas Origines vide nostro libr. 1. Legum Andeg. cap. 41. art. 12.

34 QVARE nouum videri non debet ius Francici *Albinatus* in peregrinos: quo tamen modestissimè Reges nostri vtuntur, nullum liberis facessentes negotium, in adeunda patris extraneì hæreditate. Quemadmodùm S. C. Burdigalensi decisum, memorat Boërius in eo Senatu Præses, 6. Iduum Martiar. an. 1534. Decis. 50. Nec dissimile antea fertur iudicatum à Curia Parisien. inter Philippum, Venamburgi, & Claudium, Guisiæ, Comites, luce 23. Februar. an. 1515. Ne quis postea cum Benedicto existimet, peregrinorum bona Regi competere, etsi liberos illi superstites reliquissent. In repetit. Cap. Raynutius ad ver. Et vxorem. De testam. Eòdem vergit Ezechielis sacri Vatis præceptum hoc, ADVENÆ, QVI ACCESSERINT AD VOS, ET GENVERINT FILIOS IN MEDIO VESTRVM, ERVNT VOBIS SICVT INDIGENÆ. Hæc verò liberorum prærogatiua pertinet ad eos duntaxat, qui Gallico in solo editi sint, quive in eo degant: non qui alibi nati, Regnivè ceu desertores ac transfugæ, aliò se receperint, legibusque submiserint alienis l. vn. Non licere habitator. Metrocomiæ loca sua ad extraneum transferre, lib. 11. Cod. l. Defunctorum. De re milit. lib. 12. Cod. Atque ea liberorum distinctione Molineus scrupulum diluit Iuris ciuici Melodunen. ambigui. (artic. 6.) Duriuscula verò Hannonum Lex Municipalis, Dominicum Fiscum adhibet, Rerum soli partarum, Mobiliúmque defuncti aduenæ consortem æqua portione cum liberis ipsis cap. 86. De *albanis*. Cæterum vno casu tradunt, alienigenæ hæreditatem transuersa linea ad propinquos deuolui, Fisco regio nequiquàm obstante, si exter ille ortu simul ac domicilio, Francicum prædium mercatus esset suo, ac patrio, nec Gallico ære. Tunc enim in emptitium fundum successio nec aduenis quidem videtur hæredibus inuidenda: quùm hoc casu cesset Francici *Albinatus* ratio, ne Gallicum aurum ad extraneos transferatur. Argum. l. 1. & 2. Quæ res exportari non deb. l. 1. & vlt. Quæ res vend. non poss. Cod. Atque in

Arestū Burdigalen. Curiæ, die 10. Mart. anno 1534.

Regestis Curiæ Parisien. an. 1503. constat, in ea litigatum à Ioh. Alebreto Carolæ Burgūdiæ marito, in Engilbertum Cliuensem Ysabellæ Burgundiæ filium, de hæreditate communis patris d. fœminarum: Cuius, etsi auitæ: nepos Cliuensis incapax ferebatur, tanquam extraneus, & Germano patre, Iano Cliuensi Duce, Ysabellaque natus. Sed Rex Engilberti nuptiis cum Maria Alebreti filia litem pacauit. Ex lib. 1. Cómentar. I Tilij Cap. *de la 2. Branche de Bourgongne, &c.*

Consuet. *de Melun. Haynaut.*

que in hunc modum Patres Lutetianos secundùm hæredes pronuntiasse audio contra Procuratorem Fisci, Decreto 7. Kalend. Februar. an. 1518. Sed eò adduci nequeo, vt credam, merè extraneorum potiorem causam esse, nulla subeuntium Gallicæ ciuitatis onera ac munera, quàm incolarum, qui nobiscum ciuilibus funguntur officiis, nec tamen vtuntur nostro hæreditatum ciuili iure, nisi Rescripto Ciuitatis exorato. Lusitani porrò obtinuerunt ab Errico 2. Rege, vt migrantes in Gallias cum vxoribus, liberis, & familia, negotientur ibidem perpetuò liberè, agros comparent, suaque omnia ad hæredes transmittant, siue scriptos in tabulis, seu legitimos. Diplomate Mens. Sextili, 1550. quod Patres Parisien. Curiæ Actis consignarunt, 11. Kalend. Ianuar. eod. anno, formula sequenti. *Registrata, audito procuratore generali Regis, pro gaudendo per supplicantes, quandiu in Regno morabuntur, beneficio dictarum literarum. Prouisò, quod hæredes eorum, & personæ, in quorum fauorem disponent de suis bonis, erunt Regnicolæ.* Sed Præfecti Ratiociniis Principalibus modum dixerunt vago effusoque Regis beneficio, fruituros nempè eo duntaxat Franciscum Castorem, Ludouic. Borgam, pauculosque Lusitanos alios suis nominibus appellatos, qui Regij diplomatis executionem prosequebantur. Cum hac etiam lege ac conditione, vt ipsorum hęredes singulorum, regnicolæ forent. Iudicato, apud Præfecturam Rationum regiarum Lutetię, 7. Kalend. Quintiles, an. 1551.

Arestum Curiæ Parisien. die 25. Febr. anno 15.8.

Portugalenses Populi.

Die 22 Decemb. ann. 1550.

Iudicium Cameræ Computorum, die 25. Iunij, an 1551.

35 POSTREMÒ, vt iuri peregrinorum Colophonem addamus, hi minimè quidem cogebantur antiquitùs, litis causa expromissorem dare *Iudicatum solui*. Quemadmodùm à priscis Galliæ Iurisperitis relatum fuit, Speculat. in Tit. De satisdation. Fabro ad l. Generaliter. Cod. De Episc. & Cler. Tum ab eodem, in §. sed hoc hodie Institut. De Satisdat. Iuxta quæ, promptum est à Ioh. Gallo Senatus decretum, pro Longobardis quibusdam litigatoribus, Quæst. 49. Ast mutata Gallicorum Tribunalium praxi, in contrariam partem Curia Max. pronuntiauit, 4. Kalend. Maias, an. 1567. quùm Nos huius partis sententiam mordicùs tueremur, pro clientulo Gallo: contra Alberium, aduersarij patronum extranei. In Catalogo forensi causarum Campanarum. Nouæ autem huius Obseruationis Galliæ ratio est in procinctu, vtì res iudicatas summatim exequi liceat in fideiussorem *Iudicatum solui*, indigenam, & immobilium possessorem. Quales si res soli ac mancipi tenuisset peregrinus, satisdatò cauere is necesse non habuisset l. Sciendum D. qui satis. cogan. Quùm igitur Belgæ, Hispanici imperij, iàmpridem à Gallis sponsorem exigant, Belgico in Foro litigantibus, demiranda non est Abbæuillæ Pontiuensium Lex prisca, Flandrico limiti oppositæ: Qua Lege, extero cuiuis litigatori, nec ciui, silentium indicitur, litis exordio ipso, donec correum, qui iudicatum solui spondeat, præstiterit. Artic. 37. peculiarium Morum Vrbis, Suburbanique territorij Abbeuillani: Qui literis publicè mandati sunt an. 1507. vnà cum Municipali Pontiuensium Iure.

Arestum Curiæ, die 28. April. 1567. *en plaidant du Roolle de Champagne*, quòd extraneus in Francia litigans tenetur dare cautionem de iudicato soluendo.

Flandrico Forensi Vsu protrito, Gallus litigator tenetur, initio litis satisdare Iudicatum solui.

Consuetudines locales Vrbis & Banleucæ *d'Abbeuille en Ponthieu, redigées auec les generales du Comté & Seneschaucée de Ponthieu.*

Tit. XII.

VNDE FISCVS, SEV DE BONIS VACANTIBVS.

1 *Bona vacantia, etiam ciuium, Fisco Regio vendicari.*
Legatarium, aut hæredem quemuis Fisco anteferri.
Magistratus, apud Aegyptios, vacantium bonorum perscrutator.

2 *Bona vacantia, Siculum Regem occupare.*
Austriæ, & Carinthiæ Ducatus iacentes, ab Imperatoribus occupati.

3 *Bona vacantia capiendi ius, etiam inferioribus quibusdam Dominis competere.*
Bona vacantia, in Gallia, Domino altæ iurisdictionis quæri.

4 *In aduenæ, ciuis facti & intestati, bonis vacantibus, dominum territorij Fisco regio præferri certo casu.*

5 *Regi necne, an Domino Iuridico inferiori Bona vacantia deferantur.*

6 *Arestum solenne pro Ecclesia Cleriacensi.*
7 *A cognatis, etiam vltra decimum gradum, in Gallia Fiscum excludi.*
8 *Deficiente linea, vnde bona profecta sunt, alterius etiam lineæ cognatos, Fisco præferri.*
9 *Deficientibus consanguineis, vir & vxor, inuicem, summoto Fisco, succedunt.*
Lex mutua inter coniuges successionis, Bituricis, & Pictonibus vsitata.
Leges Longobardæ, de successionibus.
An vxoris consanguinei Fiscum excludant.
10 *Centumuirale iudicium de hæreditate, à gentibus eiusdem cum defuncto cognominis, vendicata.*
11 *Principem, hæredem scriptum, à filio testantis vinci debere querela inofficiosi.*
12 *Deficientibus hæredibus sanguinis, defuncti bona Fisco cedere, vel Domino iuridico, cum onere æris alieni.*
Curatores bonorum ex S. Consulto quando constituebantur, eorúmque munus.
13 *Fiscum priuati successorem, soluendis eius debitis, pro modo facultatum ipsius duntaxat adstringi.*
Dominus, paterfamilias, Cœnobiarcha, in serui, filij, & Monachi peculium succedentes, peculio tenus tantùm debita soluere coguntur.

Biens vacans par desherance, ou faute d'hoirs.

TERTIÒ bona Gallorum ipsorum, qui citra hæredem legitimum obierint intestati, Sceptris vindicantur DOMINICO iure. Vt notat Vlpianus l. 1. De success. edict. In vers. an bona vacantia. Tum Diuus Pius Cœlio Amarantho rescribens, l. 1. §. vlt. π. De iur. Fisc. l. 1. De bon. vacant. Lib. 10. Cod. ac Fridericus Imp. lata apud Ronchalias Constitutione, Quæ sint regalia In ver. bona vacantia. In Feudis. Nam & Romæ primùm lege Iulia ad Fiscum pertinere cœperunt cadentia huiusmodi patrimonia, seu quæ in causam caduci veniunt, nullo hærede relicto, l. Quidem §. quoties. π. De legat. 1. Secus autem, si testatus sit is, de cuius successione quæritur, in rem gratiamque personæ capacis, ac eiusdem cum eo conditionis. Qua in specie, legatarius aut hæres scriptus Fisco antefertur. Faber ad Rubric. De hæredit. quæ ab intest. defer. Institut. Ciuil. Ias. in Authent. Si qua mulier. Cod. De sacrosanct. Eccles. Obseruandum est enim, in vacantium interpretatione post omnes Fisco locum superfore. Hinc Theodoricus Gotthorum Rex. PROXIMOS (infit) DEFVNCTORVM NOBIS LEGALITER ANTEPONIS. QVIA IN HOC CASV, PRINCIPIS PERSONA POST OMNES EST. SED HINC OPTAMVS NON ACQVIRERE: DVMMODÒ SINT QVI RELICTA DEBEANT POSSIDERE. Vt Cassiodorus memorat lib. 6. Variarum. Per hunc modum Ægyptiis peculiaris fuit Magistratus, (Octauio Imp.) earum rerum indagator & explorator, quæ nullius dominio mancipatæ erant, quæque vacantes Cæsareum in ius recidebant. Ex Strabonis Geographi verbis hisce. * ἄλλος δ' ἐστὶν ὁ προσαγορευόμενος ἴδιος λόγος, ὃς τῶν ἀδεσπότων καὶ τῶν εἰς Καίσαρα πίπτειν ὀφειλόντων ἐξεταστής ἐστι. Impius verò Turca, decimam quamque corradit bonorum defuncti, legitimus etsi huic supersit hæres intestato. Bonorum scilicet æstimatione inita, per Magistratum ei muneri præpositum, quem *Petalinagi* vocant. 1

* Est & alius Magistratus, qui priuata ratio dicitur, bonorum scrutator quæ assertorem nullum habent, & domino carentes Cæsari obueniunt.

Hîc Feuda Imperialia hærede vacantia redeunt ad Cæsarem tanquam dominum feudi, ex lege Feudaria. Alioqui vacantia bona veniunt ad dominum Iuridicum, non autem ad Feudarium, nisi idem sit altus Iustitiarius, in Francia præsertim, vbi Feuda etiam, instar aliorum sunt patrimoniorum.

PLANE Siculus Rex subditorum bona occupat, domino vacua, & successore. Neapolitana lege, de officio secreti, vbi Afflictus. *Excadentias* vocant Siculi, & *Mortitia* in Constitut. Regni Siciliæ, Tit. 85. lib. 1. & Tit. 5. lib. 3. In Germanico necnon Imperio, Austriæ Ducatus quùm hærede careret, cessit in ditionem Rodulphi Aspurgæ, Cæsaris. Ex quo, Albertus Austriacus filius, & posteri cognomentum sumpserunt, gentili Aspurgensis familiæ relicto nomine. Sic aliquantò pòst, Carinthiæ Ducatus vacans Fisco addicitur Imperiali, anno 1331. Vnde & hoc Ludouicus Cæsar Imperiale beneficium, donatione transcripsit Alberto Austriaco, & hæredibus. Id verò inter vtrumque Ducatum interest, quòd vni Austriæ Duci indulserit Fridericus 2. vt si Dux morte absumeretur, nullo superstite filio, Ducatus ad seniorem filiam perueniret. Quod ex Archiis 2

Austriæ

Austriæ protulit Cuspinianus. Et si igitur muliebri huic Priuilegio aduersetur virilis feudorum lex Imperialium: Tamen Rodulphi Imper. permissu Austriam fortè retinuisset Othacarus Bohemiæ Rex adumbrato Margaretæ coniugis titulo, sororis Friderici vltimi Ducis. Sed in rebellem Othacarum Cæsar arma induit. Austriamque occupauit, quùm & armatus ille medio in congressu bellico cecidisset, an. 1278.

3 PORRÒ in res defuncti iacentes successorium ius, non est perpetuò Regium, aut Imperiale, sed Magnatum quoque inferiorum, sublimen Iurisdictionem habentium. Neapolitani enim Regni proceres, vt sunt meri Imperij fascibus prædití, ita succedunt in bona sui territorij ἀδέσποτα, Hermea, atque deserta. Vti suprascripta Lege proditum est. Cui adstipulatur Saxonum consuetudo, vacantia Ciuitatibus tribuens, ius Gladij habentibus. Ea scilicet prudenti cautione, *vt defuncti bona perferantur ad Magistratum, qui ea integro anno custodiat: Hoc elapso, conuertat in vsus publicos, ac publicorum in stipendiorum solutionem. Ex Landtrecht*, lib. 1. art. 28. & lib. 2. Different. Iuris Ciuil. & Saxonici, cap. 29. Pari modo Franciçæ opes, quæ iusto careant possessore, quæruntur Domino plenæ iurisdictionis. Auctore Fabro ad §. examen. Institut. De rer. diuis. Qui alibi etiam asserit, Dominum territorij suapte auctoritate vacantia occupare: putà, manu iniecta, anuloque seu sigillo proprio rebus impresso, in §. 1. Institut. De hæreditat. quæ ab intest. defer. Quòd si vnà concurrant Regius & Dominicus Officiales in bona vacantia, suo anulo obsignanda, de eo interim est Regij Iudicis cognitio, siue proximi, vt sua sit necne iurisdictio, pronunciet, siue superioris, vt pro maiore imperio res obsignari iubeat; curetque, inter Iuridicos lite pendente, conseruandas. Et dictatis à Vido Papa, Quæst. 276. 421. & 443. Argum. l. Contra pupillum §. Is qui ad maius auditorium vocatus est. π. De re iudic. Singularis enim hæc est Regum prærogatiua, ne cum Magnatibus sibi subiectis forenses controuersias agitent, dirimántve, nisi in suo ac regio Tribunali, l. 2. l. Ad Fiscum. Cod. Vbi caus. fiscal. l. Defendente. π. De auctor. tutor. l. Si minori. De iur. Fisc. lib. 10. Cod. l. 1. Cod. Si aduers. fisc. restit. postul. Si tamen scripto liqueat, Regium à Dominico iudice præuentum prehensione ac obsignatione bonorum, tunc Curia Supr. assolet. Dominicam iurisdictionem tueri, eidemque Præfecti acta comprobare. Vt latiùs exposuimus lib. 1. De LEGIBVS ANDIVM MVNICIPALIBVS, cap. 41. art. vlt.

> Dominis Altæ Iustitiæ competit successio in bona hæredevacantia.
>
> Vacantia ad Altum Iustitiarium spectant.
>
> Alto Iustitiario licitum est *de proceder par saisie de biens, & apposition de seellé sur iceux.*
>
> Rex cum quoquam non litigat, nisi coram suis & Regiis iudicibus.

4 NON idem planè seruatur in iure *Albinatus* Gallico, quod merè Augustum esse contendit regius Procurator hæreditatum. Cuiusmodi quæstio partim Moribus definitur Municipiorum, partim Iuris huiusce possessione hominum memoriam excedente. In Andibus enim, ac Cenomanis, potiuntur Dynastæ, *Albinatus* commodis fructuariisque obuentionibus intra septa sui cuiusque Territorij. Vindiciaria Duum virûm sententia, queîs emendandas binæ Prouinciæ Consuetudines Rex delegarat, an. 1508. Vnde compositi Articuli 41. Andegauæ, 48. Cenomanæ Constitutionum Municipal. Ac vtrobique Molineus, & ad §. 188. Borboniæ Legis patriæ. In Marginali Annotat. Iuxta Burdigalensem Boërij Decisionem 13. ac Benedicti scripta ad Cap. Raynutius De testam. Cum Pragmat. Sanctionis glossemate in §. verumtamen De Collation. Ex quibus elicitur, purè Augustam Regiamque non esse peregrini mortui bonorum vendicationem, sed inferioribus etiam Toparchis ex vsu ac more Territorij aliquando deferri. Longissima certè de possessione iuris *Albinatus* percipiendi à priuatis Magnatibus, alibi citauimus geminum S. C. grauissimum, aduersus Principis cognitorem, victoribus quondam Cœnobitis Fani Martini Lutetiæ suburbani, & Abba Ædis Dionysij ad Parisios. Lib. 1. De LEGIB. ANDEGAVORVM, cap. 41. artic. 10. Ne diutius hoc loco suspensum Lectorem remoremur.

> *Procureur mortaillier*, qualem Aruerni vocant.
>
> Prouisionalis sententia Cõmissariorum, Consuetudines reformantium, inter Dominos locorum & regium Procuratorem.
>
> Benedict. in Cap. Raynutius, in. ver. Et vxorem nomine Adelasiam, Num. 141.
>
> Vetera Placita Curiæ pro Priore & Monachis S. Martini de Campis, apud Lutetiam, & pro Abbate S. Dionysij in Francia.

5 QVIBVS verò in Municipiis tota est CENSVS AVGVSTI regiaque perceptio *Albinatus*, incurrit anceps hæc dubitatio. Aduena, Diplomate ciuitatis accepto, interiit, nullis propinquis hæredibus. An bona, quasi *Albana*, deferantur Principi, an quasi caduca, inferiori Domino iuridico. A parte Regij Fisci dicetur, concessum fuisse ciuilitatis beneficium, postulantis gratia duntaxat, nec eo animo ac cogitatione, vt inferior Dominus Regi præferretur in extranei bonis,

citra hæredem vita functi. Principe enim, velut contracta fiducia, egisse cum extero, Ciuitatis Rescriptum ab eo impetrante, hincque successorium ius in ipsius bona sibi reseruasse, nisi idem ciuilis Muneris impetrator alienigena hæredes relinqueret consanguineos. Ex clausula intexi solita regiis Codicillis, *Prouiso, quòd hæredes sint Regnicolæ*. Ducto nimirùm à patribus Romanis argumento, qui filios emancipantes, fiduciam contraxisse putabantur, simulque filiis succedendi ius penes se recepisse, nisi liberos ex coniuge filij sustulissent. Iustinianea lege vlt. De emancipat. liber. Et §. vlt. Institut. De legit. agnator. success. Quibus adiungitur ratio deprompta ex Constantini lege. Si is qui dignitate Romanæ ciuitatis amissa, De petition. hæredit. In Cod. Theodos. eius scilicet personæ statum esse spectandum, non quem beneficio liberalitatis indultæ sortitus acceperit, sed in quo munere lucis excesserit. Principis deinde benignitas non est in auctoris benefici damnum & incommodum retorquenda. Ne serò cum Ouidiana Heroïde ita queratur.

Remigium tribui, quo me fugiturus abires,
Heu patior telis vulnera facta meis.

Tritum est enim Legis Theorema, beneficio quod per te mihi competit, in teipsum vti mihi non licere. Vt Iulianus I. C. respondit, l. Si iudex circumuento. De minor. 25. an. E diuersò autem, Dominus territorij defendet, quo tempore irrogatum sit à Rege ciuilitatis priuilegium, nullamdùm ipsi bonorum spem exteri affulsisse. Viuum enim peregrinum sua omnia potuisse donare, nedum diuendere. Rursus extranei statu semel Regiis literis confirmato, ipsius opes, tanquam domestici Galli, æqua cum cæteris Municipibus lege venire tractandas, possidendas: Quùm regia anterior Iuris prouincialis donatio, velut actus legitimus, nullam admiserit conditionem, sed initio perfecta fuerit, suisque numeris absoluta. Quemadmodùm enim patrono nulla reliqua spes est in bonis liberti, quem semel natalibus restituerit Princeps, illo assentiente. Quò etiam alludit Plinij à Traiano petitio Iuris Quiritum pro I. Satrio, & Phosphoro, volentibus nominatim eorum patronis. Sic multò magis Rex videtur à seipso abdicasse ius omne in res externi hominis, quem semel in ciuium ordinem redegerit, exutáque peregrinitate, ornarit vsu Francicæ Togæ. l. 32. ff. De iur. Fisc. Nihilo seciùs, Conscripti Curiæ bona Regio Fisco adiudicarunt. Publicis Arestis Paschalibus, seu 4. Kalend. April. an. 1580. Quibus docemur, *Naturalitatis* Literis ita præripi Iuridico dynastæ spem iusque in bona vacantia, vt etiam si aduenæ ciuis facti bona deinde vacent hærede regnicola, non tamen quasi vacantia possit occupare sublimis Iuridicus, sed tanquam alienigenæ res Principi competant, in locis maximè, vbi regium purè est ius *Albanorum*.

Leg. vlt. ff. De natalib. restituen.

Plinij Epist. 6. Lib. 10. Epistol.

Arestum Curiæ, die 29. Martij, 1580. pro regio procuratore, contra Dominum altæ Iustitiæ loci.

6 VERVM alia causa est Domini Iuridici, cui Princeps olim largitus sit speciatim ius *Albanorum* in suo illius Territorio, cum cæteris plenæ Iurisdictionis Insignibus. Ponamus enim, generali donatione regia ius *Albinatus* non contineri, tanquam Diademati insitum nuncupatumque DOMINIVM. Rescripto Philippi 4. quod in Rationalium Cameram regestum fuit die profesto Magdalenes, an. 1311. In Templa certè ac diuinas Domos illud conferre, nihilò magis vetitum est, quàm alia Regij Patrimonij latifundia: quæ piis locis moderatè data valere, ostendemus posthac Tit. penult. lib. 2. Itaque Senatus Cleriacensi Canonicorum Collegio addixit bonorum possessionem sacri collegæ sine hæredibus mortui, extranei certè, sed ciuis à Rege facti, adscriptique ei Sodalitio, quod aliàs expressa munificentia Ludouici 11. conditoris præditum erat iure succedendi in res aduenarum. Decretis solemnibus Pentecostes, seu 6. Kalend. Iunias, an. 1569. Quæ nominatim percensuimus lib. 3. DE SACRA POLITIA FORENSI, Tit. 1. artic. 25. & Tit. 6. artic. 17. Propone item, allectum in Ciuitatem à Rege, testari in fauorem alienigenæ, scripti hæredis, sed cui Francigenam substituat. Tunc Fiscus Principis, quasi supplens exteri vices, non excludet substitutum. Est enim peregrinus, haud indignus quidem, sed incapax hæreditatum Gallicarum: eoque locum facit priuato capaci, non Fisco l. vn. §. in primo & §. in secundo Cod. De Caduc. tollend. l. Si in metallum. ff. De his quæ pro non scrip. haben. Fiscus autem non habet bonorum capionem, nisi vacantium. Angel. in l. 1.

Regiæ Patentes registratæ in Camera Computorum, anno 1311.

Arestum Curiæ solenniter à Præside pronuntiatum, die 27. Maij, ann. 1569. pro Ecclesia Collegiata *de nostre Dame de Clery, sur Loire.*

Hæredi ablata hæreditas, tanquam indigno, adplicatur Fisco: At si vt incapax ille summouetur ad ea, tunc adplicatur capaci hæredi proximiori, non Fisco.

l. 1. ff. De vulgar. Benedict. in Repetit. Cap. Raynutius. De Testam. Quibus vtique supersedeo, alibi excussis accuratè in nostro Tractatu De LEGIBVS ANDIVM, lib. 1. cap. 41. artic. 13.

7 QVOTO autem cognitionis gradu, propinqui Fiscum arceant bonis proximo hærede vacantibus, non est certò definitum. Plerique putauerunt, intra decimum gradum duntaxat, à cognatis Fiscum excludi §. hoc loco. De cognator. success. Apud Iustinianum. Alij tantùm septem constituunt successionum gradus: quia vlteriùs per rerum naturam, nec cognatorum nomina inueniri possint, nec vita succedentibus prorogari. Vt Modestinus sensit l. Non facilè. ff. De gradib. & affinib. Paulus lib. 4. Recept. sentent. Tit. De gradib. In fi. Crebrò itidem reperias, Iure scripto, ob singularem causam arctiùs concludi gradus successionis. Primùm enim, contrahentibus incestas nuptias olim non succedebatur vltra tertium gradum. Constitutione Arcadij & Honorij Impp. l. Si quis incestas. Cod. De incest. nupt. At Iustinianeo libro τ̃ Νεαρῶν, Constitut. 12. soli ipsorum bona hæreditate vindicant, qui alio ex legitimo matrimonio filij sunt editi. Dehinc militaris criminis damnato militi non succedunt cognati, qui intra quintum gradum ei non coniungantur, iisque explosis, admittitur Fiscus l. 2. ff. De veteran. & milit. successione. Insuper liberto, agnati patroni, supra quintum non succedunt. §. Multis Institut. De success. libert. Iustinianus deinceps non recepit successores eorum bonorum, quæ Afris in tumultu Vandalorum fuissent erepta. Vsu denique, ac forensi Gallorum disciplina, propinqui etiam supra decimum gradum anteuertunt non modò Fiscum in iure successorio, sed alium quoque diuersa cognationis linea consanguineum. Decreto Curiæ lato in prima classe Inquisitionum, 16. Calend. Iunias, an. 1572. inter Claudium Fayum, & Margaretam Minercam coniugem, hinc, & Catharinam *de Mobiers* viduam mulierem Iohannis à Musca, inde, litigantes. Secundùm Molinei dictata, (de propinquis decimo gradu,) ad §. 328. & 434. ciuicæ Boiorum Constitutionis.

ArestumCuriæ Parisien. in prima Camera Inquestarum, die 17. Maij, an. 1572. ex appellatione à Consiliariis Requestarum Palatij interposita à Claudio *du Fay*, & Margar. *de Mineray*, eius vxore: Contra viduam Ioh. *de la Mousche*.

Borbonia Consuet.

8 DEFICIENTE iam paterno cognationis stemmate, cuius ex stirpe bona profecta sunt, vertitur cognitio, nùm materni generis linea, Fiscum prohibeat eorum bonorum successione. Equidem in successorio edicto, postrema ordine collocatur hæc Rubrica, Vnde Fiscus. Quod & apertè indicat Cæsarea lex vlt. De petit. bonor. sublat. lib. 10. Cod. Iustinian. in ver. Nullis ex numero propinquorum existentibus l. Super vacantibus. De bon. vacant. In Cod. Theodos. vers. Ita demùm bonis manus iniiciantur, si nemo ea retentare iure suo niteretur, & Fisco locum factum esse constaret l. vn. §. penult. Cod. De caduc. tollen. In ver. si nulli sint. Quibus conuenit Symmachi Epistola 41. de bonis in ius Fisci referendis per Rationalem Patrimonij, quæ successorem non habebant. Vnde fit, vt liberi, agnati, ac omnes legitimi hæredes, Fisco anteponantur: vtriusuis generis cognatione defuncto copulentur, seu paterni, seu materni. Quemadmodùm Parisiens. Curiæ sententiis definitum fuit. Idib. Mart. anno 1538. aduersus dominum Iuridicum *de Suresne* Hoc ampliùs, in Senatorio Lutetiæ foro acta causa est, 5. Calend. Iunias, anno 1576. pro vidua muliere cuiusdam *de la Louppe*; quæ aduersus Regium Procuratorem sibi asseruit, obtinuitque res filij demortui à patre notho acquisitas hoc nomine, quòd paterna isthæc, paternæ cognationis hæredibus destituerentur. Ac veluti nothorum iusti liberi lege succedunt vtrique parenti proximo, non auo, nec auiæ, patruis, aliisve ex transuerso cognatis: Iustinianea Lege vltima, §. Sed hoc. De natural. liber. Ita æquissimum est, patri notho vel matri hæreditatem legitimorum filiorum deferri, & econtrà, postposito Fisco. Vt Antissiodorensi More scripto videtur expressum art. 32. Turonensi, 310. & Melodunensi 269. Quatenùs autem vniuersim Fisco, priuatisve hæredibus obueniant bona Nothorum, aduenarum, aut *Manusmortuæ*, expeditum est ac pulchrè distinctum veteri Chartula, quæ extat apud Præfecturam Rationum regiarum Parisien. duodenis Capitibus constans. De qua Nos pluribus alibi.

Senatus decretum, die 15. Martij, anno 1538. Quo, deficientibus heredibus collateralibus ex vna linea, successit altera, excluso Domino altæ Iustitiæ, in Præpositura & Vicecomitatu Parisien.

Causæ actio in Senatu, die 28. Maij, an. 1576. pro matre, tanquã hærede propriorum & paternorum filij ad exclusionem Fisci.

Deficientibus propinquis ex vtroque latere transuerso, Ascendentes excludunt Fiscum. Normanicæ verò Leg §. 245. inter purè collaterales, vnius lineę deficientis vice succedit dominus directus, exclusis alterius lineæ propinquis.

Vetus Registrum Cameræ Computorum.

9 IIS proximè accedit Prætoria bonorum possessio VNDE VIR ET VXOR, qui, deficientibus consanguineis, intestatò succedunt alterutri, summóto

Fiſco. Vt Theodoſ. & Valentin. Cæſſ. reſcripſerunt l. vn. Vnde vir & vx. Ac l. 2. De petition. bonor. ſublat. libro 10. verſ. Et ſi inteſtatus quiſquam, quædámve, ac nullis ex numero propinquorum exiſtentibus, vel vxore, vel marito, fati munus impleuerit l. Si quis preſbyter. In verſ. Nec ei parentes, vel liberi, agnati vel cognati, vel vxor extiterit. Cod. De Epiſc. & Cler. Id quod ex Romuli Legibus deſumptum apparet, quibus vxor ſuperſtes vocabatur ad mariti hæreditatem. Apud Plutarchum in Romulo. At Iuſtinianus poſtea multò plus tribuit arctiſſimo matrimonij vinculo. Primùm enim Nouella ſua Conſtitut. 53. ſub calcem, ſanxit, vt ſuperſtes coniunx, ſi inops fuerit, ſuccedat cum liberis, habeátque vnum quadrantem, ſaltem ſi is non excedat centum auri libras. Quo pacto humaniſſimè conſuluerat vtrique ſimul coniugi. Sed hic deinde legiſlator ſtatuit Nouella 117. ſolam vxorem cum liberis (non maritum) admitti debere, pari quidem cum iis fruituram portione, ſed quam liberis ſeruare teneatur. In multis etiam Belgarum finibus vſitatum eſt Pactum mutuæ ſucceſſionis inter coniuges, quod appellant *Entraduestiſſement*. Sicuti Balduinus ipſe Belga, Atrebas, memorat in Commentar. Inſtitutionum Ciuilium, Titul. De bonor. poſſeſſ. Bituriges necnon, Pictoneſque coniuges, Lege patria Fiſcum excludunt mutua præmorientis alterius in bona ſucceſſione §. 8. Bituricenſ. Conſuetud. Titul. De hæreditatibus, & §. 299. Pictonici Iuris Municipal. Faceſſant ergo Langobardæ leges, quæ mariti in vxorium beneficium, ſeu feudum, ſucceſſionem explodunt. Cap. vn. An maritus ſuccedat vxori in beneficio. Feudor. libro 2. Et tit. 12. lib. 1. Diuersè enim Franci vtimur nobilibus prædiis ſeu beneficiariis, quæ, patrimoniorum inſtar, à nobis habentur, poſſidentur. Item licet affinitatis nomine nulla cuiquam attribuatur hæreditas, ſed cognationis, veteri Iure Romano, (l. vitrico. l. Affinitatis Cod. Commun. de ſucceſſ. l. vn. §. penult. Cod. De caduc. tollen.) Attamen Prætoria æquitate, ac Cæſarea lege poſteriori, decreta eſt bonorum poſſeſſio VNDE VIR ET VXOR, deficiente propinquorum ordine, qui in ſucceſſorio iure primas tenent. Ob eamque rationem, PATRES PARISIEN. ſuperſtiti coniugi adiudicarunt præmortui hæreditatem, poſthabito Fiſco 11. Calend. Septemb. anno 1582. in 5. Claſſe Curiæ Inquiſitoria, cæteris priùs conſultis Claſſibus, & ſententiam rogatis. Tum enim iudicio obtinuit nobilis vidua, cognomine Frappina, ſuccubuitque eius aduerſarius, qui defuncti Frappinæ mariti bona ſibi arrogabat, hærede ſanguinis carentia, ex ſublimi Iuriſdictione ſua Champignia, Turonenſis Municipij. Iuxta ea, quæ Benedict. ad Cap. Raynutius In ver. & vxorem Numer. 867. cum ſeq. De Teſtam. Nùm verò cognati vxoris Fiſcum excludent, confligantur inuicem Accurſius, & Ioh. Faber. Senſit ille pro cognatis, hic pro Fiſco, & rectiùs §. Mariti, In Gloſſemate Accurſiano, De nuptiis. Inſtitut. ciuil. Fab. in Authen. Præterea. Cod. Vnde vir & vxor. Benedictus in cit. Cap. Raynutius ad Ver. & vxorem nomine Adelaſiam. Numer. 780. cum duob. ſeq. Secus autem arbitrarer de vidua externi hominis muliere, quæ multo minùs in caduca ipſius hæreditate Fiſcum anteiret, quàm ex tranſuerſo limite conſanguinei, quibus non ambigitur Fiſcum anteferri. Vt ſuprà demonſtratum eſt, Titulo De bon. aduenarum. Et ita viſum Franciſ. Connano, lib. 9. Tit. Qui teſtam. fac. poſſ. ac Benedicto in cita. Cap. Raynutius. Num. 1042. In verſ. Rex omnia eorum bona occupat iure *Albanagij*: excluſa omni parentela, coniuge, & quocunque alio legitimo ſucceſſore, &c. Nonnullis pariter Municipum Moribus comparatum eſt, ſublata paterna linea, maternam in paternis recto Domino poſtponi §. 268. Andegauæ Conſuetud. 286. Cenomanæ, 245. Normanicæ, & 328. Borboniæ. Patroni enim, ſeu *Feudarij* domini alia cauſa eſt, quàm Fiſci Iuridici. Vnde in bonis, quæ emphyteutica lege vel beneficiaria pendeant à Domino directo, hic præfertur Fiſco Regio, alioquin vacantia ritè occupanti pro More Regionis l. vlt. Cod. Ex quibus cauſ. colon. cenſitive domin. accuſ. poſſ. lib. 11. Bald. ad leg. 1. Cod. De hæred. decur. Benedictus in Cap. Raynutius.

Lib. 2 Pariſien. Morum Tit. 5. art. 24. & libro 3. Andeg. Leg. Tit. De fructuario parentum iure, art. 2.

De hac bonorum poſſeſſione Vnde vir & vxor, Vlpian. lib. 47 ad Edictum Prætoris l. vn. ff. Vnde vir & vxor.

Vxor, non extantibus mariti propinquis, Fiſco prælata, præſertim in municipiis Galliæ nõnullis, quorum de eo ſcripta Conſuetudo eſt. Alioqui omnes Conſuetudines *affectent les ſucceſſions ſeulement à la ligne de conſanguinité* Sed non ad prælationem Fiſci ante maritum vel vxorem. Quum in caſu omiſſo a Statuto recurrendum ſit ad Ius Commune, quo maritus præfertur Fiſco l. 1. Cod. Vnde vir & vxor.

Langob. Leg verba, Si femina habens beneficium moriatur, nullo modo ſuccedit in beneficium maritus, niſi ſpecialiter inueſtitus fuerit.

Feuda ſunt Patrimonialia & hæreditaria, apud Gallos, vt alia bona.

Areſtum Parlamenti, die 22 Auguſt. an. 1582. in 5. Camera Inquæſtarũ Curiæ, *D. Du Four,* Conſiliario relatore. Cõtra D. *de Montpenſier Sieur de Champigny*, in Turonia. Vbi in defectum collateralium pater vel mater ſuccedit in antiqua patrimonia, ante Fiſcum, art. 310. Conſuet. Turon. Qui tamen non loquitur de marito vel vxore.

Albani hominis & extranei bona capit Fiſcus regius, excluſa illius vidua, inquantùm ea ipſa veller defuncto ſuccedere in defectum hæredum ſanguinis collateralium, Quibus etiam Fiſcus præferretur.

PERBELLE

10 PERBELLE etiam quæsierunt veteres, gentilibúsne liceret, summoto Fisco, cuiuslibet cognominis sui hæreditatem, gentilitio iure ad se trahere. Hinc elegans illa, apud Centumuiros disceptata controuersia, inter Marcellos & Claudios Patritios: cùm Marcelli, ab liberti filio, stirpe Claudij patritij, eiusdem nominis hæreditatem intenderent gente ad se rediisse. Qua in causa fuit Oratoribus de toto stirpis ac gentilitatis iure dicendum. Vt auctor est M. Tullius, lib. 1. ad Quintum fratrem. Nam & lege 12. Tabul. si paterfamiliâs vita migrasset intestatus, familia pecuniáque eius, agnatorum gentiliúmque erat. i. secundùm omnes agnatos & propinquos, gentilitia deuoluebatur hæreditas ad cognomines, qui eadem gente, nihil ad sanguinis vinculum pertinebant.

Gentilésne cuiusuis cognominis Fiscum excludant à bonorum successione.

Plinius in Panegyrico ait, domesticos hæredes bona, quæ sanguine, gentilitate, factorum denique societate meruissent, non capere vt aliena, sed vt sua, sempérque possessa.

M. Tullius in secunda Philippica grauiter inuehitur in Marcum Antonium qui alienas hæreditates occupabat, quasi hæres institutus, cùm ipse plerumque defunctis ne notus quidem fuisset, nec eos ipse nouisset.

11 OMNIA hæc quidem, ex causa intestati. Quid si testamento Fiscus, præteritis consanguineis, scribatur hæres? Placuit Prudentibus, quantúmuis ex legem Principem, ab exhærede filio testantis vinci debere, querela inofficiosi. l. Papinianus. §. Si Imperator sit hæres institutus. ϖ. De inoffic. testam. Quinetiam apud Iul. Capitolinum inuenimus, ab Antonino Pio, & Pertinace Impp. repudiatas plerasque priuatorum hæreditates. Octauij Cæs. exemplo, qui legata quoque ipsa, partésve hęreditatum sibi relictas, concessit ilicò eorum liberis, aut si pupillari ætate essent, die virilis togæ, vel nuptiarum, cum incremento restituere consueuerat. Vt refert Tranquillus in Augusto.

12 NVLLO autem extante hærede sanguinis; bona defuncti cedunt Fisco, vel Regio, vel alterius, quisquis ille sit, Domini Iuridici, cum onere æris alieni. Quo de onere nominum, & quatenùs, à Fisco dissoluendorum, suprà egimus. Tit. 8. artic. 19. Sed creditorum est, à Iudice curatorem bonis dari postulare, vt in eum dirigant ac persequantur bonorum pignerationem, auctionémque publicam, non verò in personam Magnatis Iuridici, seu Regis aut Regij cognitoris. Curatorem enim ex Senatusconsulto constituebant Romani, cùm clara persona (veluti Senatoris) in ea causa esset, vt publicè eius bona vænire deberent. Apud Caium I.C. l. 5. ϖ. De curat. fur. prodig. Item Diui Marci Rescripto prouisum fuit, nomine serui hæredis necessarij res distrahi mortui debitoris: ne iniuria defunctus afficeretur, repudiata ipsius hæreditate, quæ soluendo non erat. l. vlt. Cod. De Testam. manumiss. §. 1. in fi. Ex quibus caus. manumit. lic. Et Tit. De eo cui libertat. causa bon. addic. Institut. Ciuil. Multò autem probabilius est, defuncti bona iacentia, vrgente creditore, proscribi, palámque diuendi curatoris ipsorum nomine, quàm Domini Iuridici, cuius Fisco delata sint: quùm hic minimè auctor fuerit æris alieni conflandi, nec suos in vsus bona ea creditoribus oppignerarit. Huc pertinet M. Tullij pro Quintio dictum, Cuius (infit) bona ex edicto possidentur, huius omnis fama & existimatio, cum bonis, simul possidetur. De quo libelli in celeberrimis locis proponuntur, de quo præconis vox prædicat, & pretium conficit, huic acerbissimum viuenti funus ducitur. Si funus id habendum, quò non amici conueniunt ad exequias cohonestandas, sed bonorum emptores, vt carnifices, ad reliquias vitæ lacerandas, & distribuendas. Hæc Cicero. Quoniam igitur Domini locorum, non sunt propriè defuncti hæredes, sed bonorum possessores Iure deserti, quantulacúnque in suo iaceant Territorio, curatorem dari oportet ipsorum distrahendorum gratia, vt honestiùs ex iis, quantum potest, creditoribus exoluatur. Argum. Theodosianæ legis, Si quis presbyter De Episcop. & Cler. vers. Exceptis iis facultatibus, quas fortè censibus adscripti, vel iuri patronatus subiecti, &c. Exin consequitur, curatorem bonorum eiusmodi, antequàm decreto publico addicantur, teneri rationes edere (tutoris instar) administrationis rerum soli, mouentium, ac nominum, quæ eius curationi commissa fuerint. Iuxta Vlpiani sententiam, l. 5. §. non passim. De reb. eorum qui sub tutel. Tametsi in reliquis, pignorum ordo capiendorum, bonorúmque publicè vendundorum, quem Romana lex præscripserat, sublatus fuerit Regia Francisci 1. Constitutione an. 1539.

Bonis vacantibus, Alto Iustitiario quæsitis debet dari curator ad instantiam creditorum defũcti, vt in eundem iudicio suum ius persequantur.

Lex Ælia Sentia ita demùm ei, qui in fraudem creditorum hæres institutus est, conseruat libertatem, si nemo alius ex eo testamento hæres esse potest. Ex Pauli lib. . Ad l. Æliam Sentiam, l. Si is qui soluendo. ϖ. de hæred. instit.

Secus de curatore sequestratis bonis proprietarij absentis creditorum instantia, dato. Cuius ob ratiocinia non reddita, minimè infirmatur publica Addictio prædiorum. Vt nos lib. 3. Paris. Morum, Tit. vlt. art. 15.

13 CERTVM est porrò, Fiscum priuati successorem adstringi duntaxat luendis eius bonis alienóque ære liberandis, quatenùs fuerint ipsa oneri ferendo. Vt Alexander Imp. rescripsit l. Si debitor. In ver. Pro rata portione eius tenetur. Cod. de senten. pass. Venuleius I.C. l. Si vir vxori. ϖ. Ad leg. Falcid. In ver. Dotis nomi-

Fiscus non tam hæres, quàm bonorum vacantium possessor & successor, per l. Si quis presbyter. Cod. De Episc. & Cler.

Rex, aliíve Domini Iustitiarii, qui ratione sui Fisci succedūt in bona vacantia priuatorum, tenentur tantùm de debitis eorum pro modo dictorum bonorum in quæ succedunt.

nequam lucrifacit, conferrè debuit. Papinianus in l. Inter eos. §. vlt. ϖ. De fideiuss. Haud aliter ac dominus, qui serui: paterfamiliâs, filij: aut cœnobiarcha, monachi in peculium succedit; cogitur tantùm peculio tenus nomina dissoluere. Vlpiani Responso, Quæsitum. §. Si cum ex parte hærede domini vel patris agatur, duntaxat de peculio condemnandum, quod apud eum hæredem sit, qui conuenitur. ϖ. De pecul. l. 2. ϖ. De castrensi pecul. Innocent. ad cap. Cùm olim. De priuileg. Proinde si multiplici in territorio sint; quæ Fisco vindicantur mouentia se bona defuncti, aut immobilia; Dominus eiusce Territorij conferre tenetur in solutionem æris alieni pro viribus priuatarum huiusmodi facultatum: ita quidem, vt quasi in assem fieri debeat distributio. Ratione sumpta ex l. Si fideicommissum. §. tractatum. ϖ. De Iudic. Quanquam enim rerum mobilium vniuersitas sequitur defuncti domicilium; non situs sui legem: hoc tamen Iuris axioma non procedit inter Fiscales Dynastas, quorum quisque in bona succedit, suis modò finibus inclusa, non alienis. Vt districtè admonuimus in nostro Opere De Legibvs Andivm Mvnicipal. Neque iis dissentaneum est Curiæ Decretum 13. Kalend. Apriles, an. 1343. pro cœnobitis Fani Germani; in Suburbiis Parisiorum. Eo quippe, Senatus monachis adiudicauit res mobiles Hugonis Couciaci, qui capitis damnatus fuerat, sitas in Vico Yssiaco (cui Cœnobitæ dominantur Iuridica potestate) non autem Regio Procuratori apud Lutetiam: Etsi huic Couciacus merè subditus esset ex suo in Vrbe domicilio, cuius alioquin domicilij lege Mouentia regi consueuerunt.

Contributio *au sol la liure des debtes du confiscant entre les Seigneurs confiscataires.*
Lib. 1. cap. 41. art. 14.
Arestum Curiæ, die 20. Mart. an. 1343. inter religiosos S. Germani de Pratis, Et regium Procuratorem, *Touchant les biens d'vn condamné assis au village d'Yssy lez Paris.*

Tit. XIII.

De Manvmortva, Ecclesiastica ac Profana, et Manvmissionibvs Regiis.

1 2 *Ecclesiæ, primitùs fundorum incapaces.*
3 *Anglorum, Belgarum, Venetorum; de eadem re Leges.*
Clericorum bona olim sibi vindicarunt Flandrici Comites.
4 *Clero permissum, opibus profanis locupletari.*
Manus-mortuæ *lege soluere, Reges Franci solent Ecclesiasticos.*
Solutionis huius exempla, in Ecclesia Normanica, Turonensi, Burgunda, Matisconensi, Antissiodorensi, Carnutensi, Aurelianensi, Cenomana, Cœnobio Maioris-monasterij, & aliis.
5 *Prædiorum ad Ecclesias translationi, Regium est, auctoritatem suam interponere.*
6 Amortizare *bona Ecclesiæ, solus est Principis.*
7 *Literarum Ludouici Regis exemplar, de hoc iure* Mathurinis *Parisien. concesso.*
Amortizatio *bonorum, Equitibus Rhodiis, ac Hierosolymitanis, à Ricardo Angliæ Rege data.*
Iisdem testamenti factione interdictum.
8 Amortizandi *ius Magnates regios olim sibi arrogâsse.*
Franciæ Paribus ius datum, manus-mortuæ lege soluendi Feuda ab ijs mediatè *dependentia.*
Amortizandi *ius, Aragoniæ Regi attributum.*
9 *Res ad fundandam seu dotandam paræciam donatas manu emittere non tenetur Ecclesia.*
Manus-mortuæ *ius, Ecclesiasticis dominis feudi in alias Ecclesias proprietarias competere.*
10 Manus-mortua *patrono vasallum, viuum, morientem, & confiscantem offerre tenetur.*
An Manus-mortuæ *lege soluti clerici, pro Feudo fidem &* homagium *præstare debeant.*
11 *Ab Ecclesia feudi seruientis emptrice duo exigit dominus prædij dominantis, indemnitatis*

demnitatis pretium, & vasalli oblationem.

12 *Vasallus à* Manumortua *patrono exhibitus, cui vsui futurus.*
Fiscus, omnium vectigalium præstatione immunis.

13 *De Feudis ignobilium.*
Feuda, quondam purè militaria, & à nobilibus tantùm militibus detenta.
Plebeium quemque, nisi Rege auspice, Feudi incapacem esse.
Petri Britonum Ducis de eadem re Constitutio.

14 *Feudis nomen militare olim inditum: quale, Feudum Loricæ, Scutiferi Vexilli.*

15 *Feuda nunc ab ignobilibus etiam teneri.*
Nobilitatis diploma, ad Feuda quæcunque liberè possidenda, plerisque vrbium Decurionibus indultum: vt Lugdunensibus, Tholosanis, Cadurcensibus, Bituricis, Turonensibus, Ambianis, Andibus, Angolismensib. Nannetibus, Lutetianis.

16 *Feudi Gallici possessione neminem nobilitari. In Italia, rusticanos ex Feudo nobilitatem mutuari: sic & in Sicilia.*
Ignobilem Allodiorum *possessorem, lege* Franci Feudi *erga Principem obligari.*
Allodium *duplex, ignobile, & nobile, pari fruitur libertate.*

17 Banno & Retrobanno *Feuda esse obnoxia.*
Germanorum mos in Equitio Principi conferendo.
Heribannum, *seu* Haribannum, *Vasallorum citatio ad delectum militiæ.*
Banni *nexu plurimas Galliæ vrbes solui: Lutetiam, Biturigas, Andegauam, Cenomanam, & alias Ciuitates.*
Vasallos quondam militare extra prouinciam coactos non fuisse.
Aquitanos, Vascones, Biarnenses, Gallos.

18 *Feudi possessorem, indicto* Banno *ac* Retrobanno, *militare cogi, vel patrimoniale as exoluere.*
Franci Feudi *nomine, pecuniaria taxatio,* DOMANIO *recuperando destinatur.*
Militarem annonam, Fodrum *dictam, Oppidanos & vicanos quondam transeunti Imperatorio exercitui præbuisse.*

19 *Controuersia inter Ordines Comitatus Prouinciæ, de* tailliis *seu indictionibus.*
Trierarchiarum, & collationum in bellum, neminem immunem esse lege Attica.

20 *In Gallia Narbonensi,* Tailliæ *sunt* reales.
In Gallia Celtica, Indictiones nummarias, personales censeri, & plebem solam Indictioni pecuniariæ subiectam.
Transactionum Lugdunensis, & Diuionensis Ecclesiarum cum ciuibus summa.
Biarnensium consuetudo in collectis imponendis.

21 *De secundo* Manus-mortuæ *genere, & duplicibus seruitutis in Francia reliquiis.*
Manumissionis, ex Manus-mortuæ *conditione, exempla in Borboniis, Delphinatibus, Allobrogibus, Campanis, Blesensibus.*

22 *Libertatem, victoris manumissione in bello datam, non posse à veteri domino; pace finita, reuocari.*

23 *Prædia per hominem* Manus mortuæ, *licet in territorio libero quæsita ad patronum nihilominùs pertinere.*
Neapolitanorum mos de vasallo emigrante in alienam ditionem.
Roma, Athenæ, Lutetia, libertatis atrium, & immunitatis asylum.
Tholosam olim ingressi serui, statim liberi facti.
Idem priuilegium Biturigibus, Fano Maclouei Armoricarum, & Valentinianis Hannoniæ, attributum.

24 *In successione* Manus-mortuæ *patronus agnato defuncti, Aresto prælatus.*

25 Manus-mortuæ *huius origo, ex plebe Gallica, olim seruorum loco habita.*
Varia seruorum & libertorum genera.
De iure de Formariage, *in Campania.*

26 *Libertas ab originario domino in seruum* Manus-mortuæ *collata, an ad bona ab illo seruo, in alieno Territorio similis* manus-mortuæ, *priùs quæsita trahatur.*

EX ORDINE occurrit Manus-mortuæ explicatio, spectantis ad *Regium Patrimonium*. Eius duplex genus: alterum res Templorum respicit, ac plebeios clientelarum possessores: Alterum seruos, ac seruilis & adscriptitiæ conditionis homines. 1

QVOD ad prius attinet, vt perspicuum fiat, præmittendum, Lege Mosis, nedùm Francica, sacras Basilicas esse prædiorum incapaces. Non habuit enim Leui partem, neque possessionem cum fratribus suis: Quia ipse DOMINVS, possessio eius erat. Deuteronom. cap. 10. Edocemur item diuino Ananiæ & Zaphyræ supplicio, in ipsis Christianæ Ecclesiæ cunabulis, non modò nullas fuisse Clericorum proprias ac peculiares possessiones; sed earum quoque pretium, quę singulis antea priuatim competerent, in communem omnium vsum debuisse consumi. Ex Apostolicis Actis, cum Decretali Epistola Melchiadis Pontif. Max. de primæua Christianorum Ecclesia. Can. futuram. Can. Videntes Caus. 12. Quæst. 1. Sanctissimo huic Instituto Lex Regni conformis prædicatur à Fabro, Gallico Iuris enarratore, ad l. Quoties. Cod. de rei vindicat. Et ad §. 1. Institut. Quib. mod. ius patr. potest. Adeò, vt nec nuda quidem fundi emphyteusis trāsferibi possit sacris Sodalibus, Canonicis, aut Monachis, nisi auctore Principe, tāquam vno Rerum Domino summo, puréque directo. Specul. in §. Nunc aliqua Vers. 116. Tit. de locat. Feuda, multò minùs: clientelari obsequio, sacris ministeriis aduersante, cap. 1. §. 1. Tit. De alienat. feud. Et §. Qui clericus. Tit. si de feud. fuerit controuers. inter domin. & agnat. In Feudis. Quod extende, & si piam in causam à cliente donaretur. Cap. 1. §. donare. Tit. Qualiter olim feud. poter. alien. Speculat. in Tit. De feudis. Quùm enim immortalis sit Ecclesia, militiæque inhabilis, fundorum in eam trāslatione, iusta Dominica intercciderent planéque deperirent. 2

Duæ sunt Manus mortuæ species. A sçauoir des Eglises, Colleges, & Communautez incapables de tous immeubles nouuellement acquis (comme les Roturiers sont incapables des Francs-fiefs) sans permission & admortissement du Roy. Item. *Les hommes Mainmortables & de serue condition, en diuerses contrées.*

Clerici quidem seculares, sibi & hæredibus suis profanis possunt fundos acquirere, nec acquisitos dimittere tenentur. Secus, si Ecclesiæ suæ acquirant, quæ non moritur, & qua semper durante, & possidente, intermoriuntur omnia domini directi iura & emolumenta.

Antiqua lex Franciei Regni contra profanas Ecclesiæ possessiones.

SEVERIORE adhuc Politia, Eduardus 1. Britannus sanxit Edicto, quod in *Magna Charta* repetitum, SACERDOS POSSESSIONES NE EMITO. Huic affinis à Karolo 5. Cæsare, Constitutio Belgis suis dicta, 10. Kal. Martias, an. 1528. Ne in posterum sacris Collegiis liceret profana emere latifundia, aut empta vt emancipare foret necesse. Quin & Flandrici olim Comites sibi vindicarunt Clericorum bona, siue testati decessissent, siue intestati. Vt est apud Meierum in Flandricis Annalib. Erant enim Clerici intestabiles, quod tamen postea Vrbanus Pontifex sustulit. Eodem iure vtuntur Veneti, interdicta Clero profanarum opum possessione, lib. 4. Venetarum Constitut. cap. 56. Nec in prima quoque Galliarum Monarchia, passus est Chilpericus Rex, Templi sacerdotes testamentis hæredes nuncupari: Vt memorat Gregorius Turonen. Histor. lib. 7. cap. 7. Sicuti antea Cæsareæ leges negarant Ecclesiis priuatarum compendia hæreditatum, l. Nulla, nisi emensis 60. annis. Tit. De Episcop. In Cod. Theodos. Cuius Constitutionis mentionem intulit B. Ambrosius in Epistola aduersus relationem Symmachi. Idque vniuerso tùm Orbe Romano protritum, ait D. Hieronymus, vt non modò Hebræorum, sed & Christianorum Collegiis legata Christiani Principes inutilia esse censerent. In Libell. ad Nepotianum. De vita Clericorum. Qua de re Nos copiosiùs, lib. 3. DE SACRA POLITIA FORENSI, Tit. 1. 3

Ordinatio Imperialis apud Bruxellas die 20. Febr. 1528. post alteram consimilem anni 1520. de qua Nos lib 2. Morum Parisien. Tit. 6. Art. 14. *De ne rie aliener ne trāsporter d'immeubles aux Eglises, Monasteres, Hospitaux, ne autres de Mainmorte.*

Vetus Ordinatio Anglica in singulos quosque Sacerdotes, ne fundos possint acquirere.

Prima hæc Franciæ monarchia, à temporibus Pharamundi. Nam & antea Gallis Reges dominatos prædicant Ammianus, Sulpitius, Alexander, Claudianus, longè post tempora Iulij Cæs. qui Gallicorum Regulorum meminit.

PAVLATIM verò crescente huius Pietatis orthodoxæ, feruore, indultum est Clero, vt profanis fortunis posset locupletari. Ac veluti Constantinus Augustus relicta Ecclesiis rata esse iussit, l. 1. De sacrosanct. Eccles. Ita Reges nostri solent, identidem Ecclesiasticos Mortuæ manus lege soluere, adscribere in ordinem, ac velut exhæredatis dare bonorum possessionem. Sic Ludouicus 11. sacratum Neustriæ Clerum habilem declarauit ad res soli occupandas, Fisco priùs appensis 47. millibus libellarum Francicarum. Rescripto Mens. Nouemb. an. 1470. Idem Turonensi Ecclesiæ, vndecim Episcopalium Metropoli dedit ius morticinij, Mens. Nouemb. anno 1480. A Francisco pariter Rege permissa est Normanis Clericis libera fundorum possessio. Literis Mens. Iunio, anno 1522. Ab eodem emortui mancipij Diploma impetrarunt Burgunda, Matisconensis, & 4

Regius mos beneficiúmque, *d'admortir les biens temporels à l'Eglise par lettres de permission & admortissement.*

Literæ regiæ Admortizationis bonorum pro Clero Normaniæ, & pro Turonensi metropolitana Prouincia. Literæ patentes Regis, verificatæ in Parlamento, die 10. April. an. 1523. Et in Camera Computorum, die vlt. eiusdem Mens. April. pro Clericis Burgundiæ, *de Mascon, & d'Auxerre.*

Antiſſiodorenſis Eccleſiæ, corrogatis quinquagenis libellarum millibus, Quintili Menſe, an. 1521. Cuiuſmodi Diploma P. C. probarunt, 12. Kal. Maias, an. 1523. *Sub modificationibus, in Literis per Dominum noſtrum Regem impetrantibus in albo nominatis, nona die Maij vltimò præteriti conceſſis, quoad nouum admortiſſamentum, & confirmationem antiquorum Priuilegiorum debitè publicatorum ac verificatorum duntaxat.* Et hæ quidem Tabulæ in commentarios relatæ ſunt Rationalium Pariſien. Pridie Kal. Maias, an. 1523. Pari pretio, Carnutum, & Aureliorum Clerus redemit à Principe libertatem bonorum ſuorum retinendorum. Eam in cauſam, Cenomani ſacerdotes erogarunt ſexdecim mille libellas cum quingentis, Octobr. Menſ. an. 1522. Vt patet Regeſtis Cameræ Rationum Principalium, quibus regij de eo Codicilli intexuntur. 7. Kalen. Februar. eodem anno. Bellouacorum, quoque Templis æqua facta eſt gratia veniáque Rei ſuæ prædiariæ omnimodò ſeruandæ, collata ſumma 5. millium Libellarum, cum decem ac trecentis. Diplomate Menſ. Decemb. an. 1522. Quod in Pariſien. Rationalium Acta regeſtum eſt, 15. Kal. Quintiles poſteri anni. Sub id tempus, Cœnobitæ Maiorismonaſterij Turonenſ. elicuerunt Regium morticinij Priuilegium, numerata æris ſumma duûm millium librarum Turonenſ. Menſ. Nouemb. an. 1522. Atque in vniuerſum, Erricus 2. Rex conſtabiliit Gallici Sacerdotij profanas res omnes, ne regia *Manus-mortuæ* lege eas dimittere teneretur: hac tamen adhibita cautione ac conditione, vti profiteretur actutùm parta iam inde latifundia, ex quo Henrici pater Franciſcus 1. donarat ſacratos viros iure Morticinæ poſſeſſionis, Reſcriptis poſtridie Nonas Martias, an. 1547. ac Nonis Quintilib. 1548. Quæ promulgauit Senatus Pariſien. 17. Kalend. Decemb. an. 1548. Secundùm hæc, Senonenſis Prouinciæ Clero copia facta eſt immobilium ſuorum quietè poſſidendorum. Principali indulgentia; Menſ. Maio, an. 1551. quam CVRIA AMPLISS. comprobauit 6. Iduum Quintilium; an. 1553.

Amortizationis literæ pro Eccleſia Cenomana, Regiſtratæ in Camera Computorum, die 26. Ianuarij 1521.

Bellouacen. diœceſeos Clerici. Die 17. Iun 1523.

Bonorum Amortizatio regia *pour l'Abbaye de Marmouſtier.*

Generalis bonorum Admortizatio pro Clero Franciæ, die 8 Mart. an 1517. ac 7. Iul. 1548 publicata in Parlamento, die 15. Nouemb. an. 1548. *A la charge de bailler par declaration les nouueaux acqueſts faicts depuis l'admortiſſement donné par le Roy François 1.*

Chartre de l'Admortiſſement pour le Clergé de la Prouince de Sens, comme le Dioceſe de Sens, Paris, Chartres, Orleans, Meaux, Auxerre, Neuers, & Troyes. Verificata in Parlamento, die 10. Iulij, an. 1553.

5 QVOTIES igitur res prædiariæ aliquo pacto transferuntur in Eccleſias, Capitula, Conuentus Monaſticos; ſacra Hoſpitia, Fabricas; aliáve Eccleſiaſtica Sodalitia, συμφρατρίας, ſeu cõfraternitates, Collegia ſcholaſtica, Decurionum Vrbis, mercatorum, & reliquorum id genus, tunc Regium ius eſt, Regiíque DOMINII, auctoritatem interponere eiuſmodi Pacto rerum tranſlatitio: vt & hæ profanæ conſecrentur Numini, Principis conceſſu; & Dominicæ pariter huius indemnitati conſulatur, præmio quodam pecuniario. Quùm enim ſemel diuino vſui dicatus fuerit ager, iam tum liberatur profano mortalium dominatu: ſaltem inalienabilis ſacérque factus, nulla deinceps producit aduentitia feudi commoda Regi, omnium Domino ſuperiori. Ideóque alterutrum Eccleſiis onus incumbit; vel acquiſita, in priuatorum manus deferendi, vel, ſi maluerit Princeps, indemnem ſeruandi eum ipſum, nummaria aliqua *Mortuæ-manus* penſatione. Vt Francici Legum Interpretes notarunt. Speculat. in Tit. De locat. col. 142. Faber in Authent Ingreſſi. Cod. De ſacroſanct. Eccleſ. Henric. Bohicus ad cap. Ex literis. De Conſuet. Maſuerius in Praxi. §. Item ſi Eccleſia. Tit. De præſcript. Benedict. in cap. Raynutius. In ver. & vxorem. Num. 565. Idem ius viciſſim poteſtáſque eſt rectis dominis Rege inferioribus, non vt fundorum quidem capaces reddant ſacris addictos; (quod vnius Principis eſt) ſed vt eos compellant, aut recèns quæſitis cedere, aut quæſitorum titulo Regi adprobato; quanti ſua ipſorum interſit, æſtimationem præſtare.

Domini feudi non habent ius Amortizandi Eccleſiis bona quæ ab eis tenentur in feudum vel cenſum, ſed poſſunt eas cogere, *ou à vuider leurs mains deſdicts biens, ou à leur payer leur indemnité.*

6 ENIMVERÒ Dominicam hanc poteſtatem improbaſſe viſus eſt Alexander 4. (qui; Gallorum Rege Ludouico 9. præerat Chriſtianæ Reipub.) Reſcripto „ 1. De immunit. Eccleſ. Apud Bonifacium 8. §. Sanè intelleximus, quòd in Regno „ Franciæ, Communiæ, Scabini, ſeu Conſules, & alij Domini temporales, & ij qui „ iuriſdictionem in ipſis communiis, ciuitatibus, caſtris, & villis, temporalem exer- „ cent, vel quibus in illis commiſſa eſt executio iuſtitiæ ſecularis, moleſti ſunt ni- „ miùm Eccleſiis ſuper pluribus & infeſti: & inter cætera nituntur & ſtudent, vt illis „ collectas, tallias, & alia huiuſmodi eædem Eccleſiæ prætextu bonorũ quæ acqui- „ ſiuerunt, tribuant & perſoluant, vel extra manum ſuam ponant huiuſmodi ac- „ quiſita, &c. Ex quo obiter dignoſcitur antiqua illa auctoritas imperiúmque Dominicum in *Manummortuam* Eccleſiaſticam; ſeu potiùs in nouos Eccle-

De Scabinis vrbium Gallicarum, temporalique ipſorum Iuriſdictione, lege infraſcripta, lib. 3. Tit. 10.

siæ fundos. Cuius ratione profani imperij, Gallum Regem agnoscimus superiorem vindicem, patronum, assertorem. Teste etiam Pontifice ipso Innocentio 3. (cap. Per venerabilem. Qui filij sunt legit.) & Italo Pontificiæ legis Scholiaste Panormitano, qui fassus est candidè, Gallici Sacerdotij prædia Regio patrocinio, maioréque dominatu teneri. Ad caput Veniens. De accusat. Ex Decretali Epistol. Verùm. De for. compet. & Cap. Solitæ. De maiorit. & obedient. Noli ergo dicere (vt D. Augustinus loquitur) quid mihi & Regi? "Quid tibi ergo & possessioni? Per iura Regum possidentur possessiones. Dixisti, "quid mihi & Regi? Noli ergo dicere possessiones tuas, quia ipsa iura renunciasti "humana, quibus possessiones possidentur. In Tractatu 6. ad cap. Iohannis primum. Idem auctor est (Epistola 48. ad Vincentium) Rem quamcumque terrenam non rectè à quoquam possideri, nisi vel Iure diuino, quo cuncta iustorum sunt, vel humano, quod in potestate est Regum terræ. Ac ideò (inquit) falsò res appellatis vestras, quas nec iustè possidetis, & secundùm legem terrenorum Regum amittere iussi estis. Proinde meritò venia peti debet à Principe, ad sola terrarum in Ecclesiam perpetuò transferenda. Id quod multis & Iurecoss. Responsis, & Pontificum Rescriptis adstruximus in nostro Opere DE LEGIBUS ANDIUM, ac Volum. DE SACRA POLITIA FOREN. Vnde Gallici scriptores quidam plurima infarserunt suo Volumini *Des Francs-fiefs & Admortissemens, an. 1582.* nulla nostri nominis professione edita.

Nostri etiam vltrò Principes piè ac religiosè solent amortizare bona Ecclesiis vel aliis Piis locis recèns donata, legata, vel aliter acquisita, tanquã Reges Christianissimi.

Lib. 1. Andegauen. Leg cap. 17. Ac lib. 3. Ecclesiast. Politiæ Tit. 1.

ATQVE vt iuris huius Augusti exempla adferam, præstò sunt regiæ D. Ludouici Tabulæ emortui mancipij in cucullatos sacerdotes Ædis Mathurini apud Lutetiam, hac verborum nuncupatione, *Ludouicus Dei gratia Francorum Rex, Notum facimus, &c. Quòd cùm res inferiùs annotatæ, sicut nobis datum est intelligi, datæ fuerint in perpetuam eleemosynam Ministro & Fratribus S. Mathurini Parisien. Ordinis S. Trinitatis & Captiuorum, videlicet quædam domus &c. Nos donationes ipsas, si factæ sint, vt dictum est, ratas habentes, volumus & concedimus, vt in manumortua teneant res easdem in perpetuum ijdem Minister & Fratres pacificè & quietè. Salua nobis Iustitia, & aliis redibentiis nostris in prædictis, & saluo etiam iure in omnibus alieno. Quod vt stabile permaneat in futurum, præsentes literas sigilli nostri fecimus impressione muniri. Actum Parisius an. Domini 1261. mense Martio.* Ac longè quidem vberiùs expressiúsque idem Princeps gratificatum voluit, hac in parte Monastico almæ Triadis Conuentui Parisien. Diplomate Mart. Mens. an. 1269. cuius sententia est isthæc. *Nos Diuini amoris intuitu, & pro remedio animæ nostræ, & animarum inclytæ recordationis regis Ludouici genitoris nostri, & Blanchæ genitricis nostræ, ac aliorum prædecessorum nostrorum, Fratribus S. Mathurini Parisien. Ordinis S. Trinitatis, concessimus, vt ea quæ iusto titulo emptionis seu donationis, aut alio quocunque iusto modo acquisierunt & pacificè possederunt, possint tenere in perpetuum & pacificè possidere sine coactione aliqua vendendi, vel extra manum suam ponendi. Saluo in aliis iure nostro, & in omnibus alieno, &c.* Hisdem auitis vestigiis, nepos B. Ludouici Philippus 4. DEO sacróque dedicauit omnia Cœnobitarum istorum prædia, quæ sigillatim pariter descripsit binis Codicillis Octob. Mens. an. 1293. & Ianuar. 1310. Sancti quoque Regis pater Ludouicus 8. ratam habuit fundorum possessionem liberam immunémque, Rhodiis Equitibus sacris ac Hierosolymitanis permissam à Ricardo Britanniæ Insulæ Rege, tanquam Normanorum Duce & Aquitanorum: quos hic videlicet lege soluerat *Manus-mortuæ*, indulserátq;, vt res soli quaslibet perpetuò detinerent. Regio confirmationis Rescripto, Mens. Decembr. an. 1225. Cui affine aliud irrogauit Philippus 4. Ludouici 8. pronepos Sextili Mense, an. 1304. Ast singulis quibusque è Religiosa hac Militia interdictum est testamenti factione. Statutis, quæ vocant *Stabilimenta Ordinis*, in vnum composita à Fratre Aluaro Perez, Salamantino Doctore, ex Pontificio Clementis 7. Diplomate, an. 1534. Quibus omninò congruit Regium Decretum in Senatu Parisien. & cœtu Procerum, præside Rege, 4. Iduum Martiarum, an. 1571. Fonteneo, Melitensis Ordinis, & Brissone, Fr. Michaëlis Seuréi causam orantibus. Atque in eo causæ argumento nil mouit Principem, quòd hic sacer miles testandi veniam gratiámque impetrasset, Pontificio Restripto piæ Equestris Familiæ Legi derogante. Nam & ab istius executione Rescripti Ordo abusus

Regia Charta Amortizationis pro Religiosis *des Mathurins à Paris*, Ordinis S. Trinitatis pro redemptione captiuorum.

Prioribus similes Patentes Ludouici 9. Regis.

Phil. Pulcher Rex.

Cheualiers de l'Ordre de sainct Iean de Hierusalem.

Arestum Regium in Parlaméto Parisien. Die 12 Martij, an. 1571. Pro fratribus Militiæ Hierosolymit. contra singularem quendam eius ordinis *Fr. Michaelem de Seure, Malte.*

abusus nomine appellarat Curiam Parisien. déque ea appellatione secundùm Ordinem fuit pronuntiatum. Eòdem spectant, quæ Ferronus argutè in Burdigalensem Consuetud. Nùm Equites Rhodiæ militiæ possint testari, aut quærere. Item in Consil. 30. Et Panormit. in Consil. 104. An hi sacri Milites, legitimarum capaces sint hæreditatum. Sed ne latiùs euager è *Manus-mortuæ* finibus, obseruandum, Militares fiducias, seu Præceptorias Equestris Ordinis D. Iohannis Hierosolymitani, quæ per varias Franciæ Præfecturas sacras dispersæ sunt, exceptas fuisse Codicillis Morticinij, quos Diœcesi cuilibet generatim concesserit Princeps, an. 1522. Seorsùm enim hic nummariam pensitationem indixit sacris Equitibus nomine morticinæ possessionis.

Commanderies de l'Ordre de S. Iehan de Hierusalem, sitæ in variis diœcesibus Regni, & quæ separatim habuerunt Regias literas Admortizationis.

8 ANTIQVITÙS certè regij generis Magnates arrogarunt sibi identidem ius emortui mancipij Ecclesiis dandi. Nempè Carolus Valesius Regis frater obnixè contestatus est, moderatam æris æstimationem recèns quæsitorum Templis, ad se spectare in Alenconio & Pertiecensi Comitatu, tanquam Regni parte, sibi Regio filio adsignata. Authentico instrumento, an. 1299. quod eò grauiùs errore lapsum Valesium detegit, quò absurdius semper visum; Regia Sceptra ac Patrimonia in plures scindi, discerpi. Legimus, ad hæc, Niuernensium Comitem ausum sacerdotibus gratiam facere potiundarũ facultatũ in suo Comitatu. Verùm hoc ideò Regi acceptum fuit (quò minùs diuini iuris prædia inuaderet) quòd ipsi constitisset, aulicorúmque Optimatũ Senatui, Comitẽ gratuitò ac liberaliter Ecclesias *Manus-mortuæ* vinculo liberasse. Arestis in PARLAMENTO Pentecostes, an. 1290. quæ voluuntur lib. OLIM. fol. 87. Ibidẽ decretũ, tuendam nobilium fundorũ possessionẽ, quæ ignobilibus subditis indulta fuisset à Niuernensi Regulo, ob causam erga se meritorũ, nec vlla pecuniæ sumpta mercede. Rursùs quùm Boiorum Dux sibi quondam assereret potestatem sanciendæ confirmandæque possessionis rerum Ecclesiæ in Foresio & Bellijoco suo dominatu, censuit Senatorius Ordo placere, vtì Dux tantæ potestatis documenta ac tabulas proferret, aliàs eam allegans non audiretur. Iudicato 16. Kal. Iunias, an. 1464. Insuper Francici Patritij auctores esse possunt, DEO sacrandi ac dicandi feuda, quæ sibi μέσως, non ἀμέσως subiiciantur. Ex principali sententia in Cognitionibus prolata *Parlamenti*, an. 1270. & 1277. Qua etiamnùm tempestate Philippus 3. legem tulit in Clericos, qualiumcunque, & in plebeios, clientelarium fundorum possessores: vtì districtè cogerentur aut possessione decedere, aut eius nomine initam æstimationem pensitare. Constitutione sancita in *Parlamento* Diualium, an. 1275. cui aptè cohæret Philippi 4. filij Edictum, promulgatum in Senatu *Parlamentari* ad Natale Dominicum an. 1291. His quoque vestigiis institit Karolus 4. Rex, Mandatis sparsim emissis ad Prætores prouinciarum, vt publicè possessum irent latifundia quæque à Clero comparata, simul & clientelari iure detenta ab ignobilibus viris. Rescripto an. 1325. Cui superuacaneum sit attexere similia Quinti Caroli Diplomata, 17. Kal. Decemb. an. 1370. Sexti filij, an. 1388. Ludouici 11. an. 1470. Francisci 1. postridie Nonas Septembr. 1520. Errici 2. 7. Idus Ianuar. an. 1547. Qui quidem suorum de eo Mandatorum vicissim certos designarunt executores. Vsqueadeò Regia est, Regiíque muneris, Concessio morticinæ possessionis in sacras Basilicas, aut ignobiles quosdam beneficiarium fundum occupantes. Vt sensit Benedict. ad cap. Raynutius. In ver. & vxorem Decis. 5. Molineus in antiquam Parisiorum Consuetud. §. 41. col. 68. Id quod pariter Tarraconensi Regi attributum fuit iure quodam eximio, Augusto, Regibúsque peculiari. A Petro Belluga in Speculo Principum §. Videamus. Rubrica 14. Sic inter nostrates Gallos, Ianus Biturigum Dux petiit, obtinuítque à Rege fratris filio, vt quatuor millia libellarum Parisien. annuarum, quæ in fundationem contulerat Sacelli Palatini Bituricensis, eius sacrificulis liceret retinere. Ianuar. Mense an. 1387.

An Galli magnates habeant ius amortizãdi bona Ecclesiis.

Alenson, & le Perche.

Niuernois.

Bourbonnois. Forest. Beaujolois.

Arestùm Curiæ Die 17. Maij, an. 1464.

Pares Franciæ possunt amortizare Ecclesiis Feuda, ab ipsis mediatè, non immediatè mouentia.

La finance pour la cõposition des Francs-fiefs & nouueaux acquests, A ʃ auoir des Francs-fiefs sur les roturiers, & des nouueaux acquests sur les Ecclesiastiques.

Edicta in Parlamento Franciæ coacto circa Festum Omn. Sanctorum, an. 1275. Et circa Natale Domini an. 1291.

Literæ patentes Caroli 5. Regis, die 15. Nouemb. an. 1370. Patentes Regis Frãcisci 1. die 6 Septem. an 1520. Et Henrici 2. die 7. Ianuar. an. 1547.

Auec mandement à certains Commissaires des Francs-fiefs & nouueaux acquests.

Amortizandi iure vtitur Rex Aragonum.

Dux Bituricensis Fundator Sanctæ Capellæ Palatij Bituricen. Ex Franciæ & Biturig. Annalib.

9 QVÀMLIBET incapax sit rerum profanarum Ecclesia, acquisitas certè ad fundandum seu dotandum parœciæ templum non tenetur manu emittere, nec etiam partas ante Constitutionem Phil. Pulchri Februar. Mens. an. 1303. Vt ea ipsa Principis Lege cauetur, quam recitat Aufrerius, tit. De priuileg. Reg. Similiter Philippus 6. Rex laxauit legis rigorem *Manus-mortuæ* in donatis Curiali

Cures, & Hospitaux.

seu parœciaco sacerdotio, piisque Hospitalibus Diuersoriis, tum in relictis alij cuiuis sacræ Ædi, ad vicenum vsque æris assem annuum, & infrà. Rescripto 4. Kalend. Nouemb. anno 1344. Imò & Vvisigothorum lege rata sunt quæcunque sanctis DEI Basilicis data proponantur, Tit.1.lib.5. Quòd si Gallicum prædium, demptis casibus supradictis, transferatur in Ecclesiam, id luendum erit, pacto indemnitatis pretio Regi. Hoc autem indemnitatis pretium, si beneficiarius fundus sit, æstimatur triente iusti pretij ex annuo reditu ineundi: Sin autem vectigalis, quina parte. Quemadmodùm à Senatu iudicatum est 5. Idus Apriles, anno 1565. secundùm *Iesuitas* scholasticos Academiæ Parisien., aduersus Cœnobiarcham D. Genouefes, & Præceptorem Templi Iohannis Lateranen. Item Curiæ decretis 11. Calend. Ianuar. an. 1581. (de quo vberiùs infrà) & Sextili Mense, an. 1557. inter Monachos B. Genouefes dominos prædij dominantis, & literarios Administros (vulgò *Bursarios*) Gymnasij Cameracensis, in Schola Parisien. Ex quibus interim dispicere est, superius in *Manum-mortuam* imperium, non minùs Ecclesiasticis competere fundorum patronis in alias Ecclesias ipsorum proprietarias, quàm profanis Dominis maioribus. Tunc enim superior Ecclesiasticus fungitur vice profani Domini recti. Argum. §. Si verò contigerit quamlibet. Nouell. Iustiniani, De alienat. & emphyteus. Animaduerte tamen, variè dictatum Dominicæ indemnitatis pretium More scripto aliquot Regionum. Putà, Senonum Iure Ciuili, debetur triennis prouentus rei acquisitæ, indemnitatis nomine, aut sextus pretij nummus fundi emptione parti, Artic. 7. Meloduni autem Ritu patriò, quintus æstimatæ rei nummus pertinet ad Dominum superiorem, Art. 30. Prisca etiam Gallici Fori obseruatione, pendebat *Manus-mortua* dimidiam partem reditus annui Domino superiori, ad redimendam ex ipso libertatem, anno 1386. quo, Ioh. Gallus literis mandauit Forensem hunc suorum temporum Vsum. Quæst. 91 Pleraque alia congessimus de pecuniaria Dominicæ indemnitatis æstimatione, lib. 1. De LEGIBVS ANDIVM, cap. 37. ac lib. 3. DE SACRA POLIT. FOREN. Tit. 1.

Die 29. Octob. an. 1344.

Arestum Curiæ die 9. April. an. 1565. contra Abbatem S. Genouefæ, *& le Commandeur de S. Iean de Latran.*

Decretum Senatus die 22. Decemb. an. 1581.

Consuet. *du Bailliage de Sens.* *Melun.*

NEC sufficit vtrique, indemnem patronum præstare, depenso aliquo nummorum pretio: verùm & *Manus-mortua* tenetur, eidem patrono clientem offerre, viuum, morti, & noxæ commissoriæ feudi subditum. Decretis Curiæ latis Idibus Mart. anno 1536. & 9. Cal. Iunias, anno 1539. sicuti à Nobis planiùs tractatum est Libris suprà relatis. Haud parum tamen obscura visa est Senatui quæstio huiusmodi, de Feudo Monastici Primatus Chesnobrunei, in agro Perticensi. Præfecti huiusce *Prioratus* consecuti fuerant olim à Principe ius emortui mancipij. Nec eò seciùs, ab vltimo *Priore* deposcit Comes Perticensis clientelare iusiurandum. Pro Comite allegabatur (qui Ducis Alenconij titulo notior erat) morticinij iure concesso, remissum non videri præstandæ fidei officium atque obsequiū. In hoc tantùm proficere, donatum *Priori* ius *Manus-mortuæ*, vt in commune profanorum commercium, & in ordinem allegeretur, antea prorsus inhabilis ex prisco Leuiticorum hominum instituto. Munus hoc morticinæ possessionis, non mutasse rei qualitatem, nec fidei beneficiariæ vinculo possessorē liberasse: Cùm, vel nominis etymo, à fide feudum appelletur. Cœnobitas quidem, per se, haud alterius in verba iurare posse ampliùs, quàm DEI immortalis, cui se totos addixerint, inito Monasticæ Sodalitatis sacramento. At per procuratorem vtique, non vetantur fidelitatis iureiurando perfungi. cap. 1. §. verùm. De statu regular. lib. 6. Decretalium Epistol. *Prior*, contrà, differebat, sibi permissam, Morticinij Codicillis, feudorum possessionem optimo quoque iure ac conditione. Inde & Ecclesiastica prædia omni seruitutum iugo eximi; libera ipsa in posterum manere oportere. Quales Pharao Ægyptius sanxit sacerdotum possessiones, Genes. cap. 47. Quin & Druydes, sacerdotes Gallos memorat C. Cæsar, à bello abesse consueuisse, neque tributa, vnà cum cæteris, pependisse, sacrosanctam militiæ vacationem, omniúmque rerum habuisse immunitatem. Quantò absurdiùs, Monachi obstringantur militari in profanos Sacramento (quale debent *Feudatarij*) qui datis in cœlestem militiam nominibus professi sint * τὴν ἱεροδουλίαν. Senatus de eo censuit pleniùs deliberandum 8. Cal. Martias, anno 1570. post forensem actionem Brissonis, pro Comite, & Marij, pro Monastico Primate, dicentium.

Bailler homme viuant, mourant & confisquant.

Aresta Senatus die 15. Mart. an. 1536. & 24. Maij, an. 1539.

Le Prioré de Chesnebrun, au Comté du Perche.

An simplex Admortizatiō bonorum Ecclesiæ inducat plenam liberationē & exonerationem ab omnibus feudalibus debitis & obsequiis.

* Sacram seruitutem.

Appoincté au Conseil en Parlement, die 22. Feb. an. 1570.

11 Mea autem fert opinio, in iis quæ Princeps Templi conditor largitus ei sit absque vlla exceptione, nullum reliquum peti posse clientelarem nexum, seu *feudariam* seruitutem, quam in lege fundi Rex sibi ipse non reseruarit. Vt complusculis argumentis defendimus ORATIONE in Senatu pro Clero Gallico habita, Mense Febr. & Mart. anno 1580. (quæ publicitùs extat) aduersus Ducem Andegauensium. Quò fit, vt ibidem scripta, nolim isthîc Lectori toties inculcare. Enimuerò si Rex alienæ tantùm priuatæque gratuletur fundorum donationi, interposita eidem auctoritate (vt fieri assolet) tunc cessabit certè Dominica patroni coërctio in Ecclesiam donatariam, ne acquisita, de manibus deponere compellatur. Haud ideò tamen existimatur Princeps, aliena patroni inferioris iusta Honoraria tollere, aut aduentitia feudi commoda voluisse l. Nec auus Cod. De emãcipat. liber. Itaque duo simul exigit dominus prædij dominantis ab Ecclesia seruientis emptrice, nimirùm indemnitatis suæ pretium; & clientis oblationem, fato, feudique commisso obnoxij. Quemadmodùm post longam Fori concertationem iudicatum est Decreto Senatus: Quod ritu solenni recitatum fuit circa Natalitia Christi, 10. Calend. Ianuar. anno 1581. ad prouocationem ex Boloniensi Prætura factam à curatoribus Xenodochij Monstoliensis: quibus aduersas partes tuebantur Antonius *De Mouchy*, & litis consortes alij non pauci.

Auctoris publica Actio in Curiæ Parisien. auditorio pro Ecclesia Gallicana, *Contre les droicts des rachapts feodaux controelle poursuiuis soubs le nom de Monsieur: François Duc d'Aniou frere & donataire du Roy.*

Arestum Curiæ solenniter pronunciatum die profesto Natalis Christi, seu 23. Decemb an. 1581. *Sur l'appel du Seneschal de Boulenois, interiecté par les Administrateurs de l'Hostel Dieu de Monstreul sur la mer.*

12 CVINAM verò vsui factitius hic cliens, quem patrono exhibuerit *Manus-mortua*, futurus est? Nempè vt vel obeunte eo, redemptionalia feudi soluantur Domino, vel facinus patrante feudi commissorium, eodem hoc fruatur dominus, quandiu talis vixerit cliens. E diuersò igitur, agrorum vectigalium nomine ac plebeiorum, *Manus-mortua* non tenetur vicarium clientem Domino tradere: quùm eorum intuitu possessor nec obligetur formæ fidelitatis in patronum, nec legi commissoriæ fundi ex perfidia quasi clientis beneficiarij, nec obuentionibus aliis fructuariis, quæ, mutato vasallo, indies occurrere consueuerunt. In hunc locum commodè incidit quæstio de agris DEO dicatis assensu patroni, qui nullum in eos ius penes se tùm receperit, ipsósne, si Templi sacerdos profano homini dehinc manciparit, patronus reuocare possit in pristinam feudi seruitutem. Prima quidem fronte videretur pro libertate respondendum; quæ semel data, nullo postmodùm casu retractatur Iure Romano. Hanc partem adiuuat seruitutum regula, quæ semel extinctæ Pacto, nunquam instaurantur, nisi de iis repetendis speciatim conuenerit. Vt adnotauimus lib. 1. DE LEGIB. ANDEGAVORVM. cap. 6. Art. 9. Contraria tamen sententia placuit Senatui Parisiensi, Arestis festæ Pentecostes, anno 1586. quùm mutatione priuilegiarij possessoris mutetur simul rei qualitas & conditio l. Si à me. D. Ad leg. Falcid. Per procuratorem. ℼ. De acquir. hæredit. Quandiu item fundo potiti sunt Ecclesiastici, ius Dominicum veriùs suspensum fuit, quàm omninò sublatum. Veluti tantisper, dum manet ædificium in loco publico, soli dominus constituitur, qui ibi ædificarit: dilapso autem ædificio, quasi iure postliminij reuertitur locus in pristinam causam, l. Intantùm ℼ. De rer. diuis. l. 23. D. Quib. mod. vsusfr. l. 5. Cod. De pagan. sacrif. & templ. Nec diuersum suadet emptitiæ fundorum immunitatis ratio, quæsitæque sacris Ecclesiis, titulo oneroso Regij morticinij. Haud idcircò enim talis immunitas transit ad priuatum profanúmque Ecclesiæ successorem. Pari quippe modo, Fiscus immunis est ab omnium præstatione vectigalium: mercatores tamen, qui de fundis fiscalibus mercari assueuêre, nullam immunitatem soluendi publici vectigalis vsurpare possunt. Responso Pauli I.C. lib. 5. Sententiarum. His subde; sacrum æs, quod titulo *Manus-mortuæ* olim in Fiscum Principis illatum sit, vt Clerus liberè pacatéque fundos possideret, destinatum fuisse Bello gerendo, aut aliis eiusmodi Reipub. vsibus necessariis. Cui rei indicio est præclarum Philippi 4. diploma pro Nouiomensi sacra Diœcesi, anno 1303. cuius tenorem intexuimus nostro ΜΟΝΑΣΤΙΚῶΝ lib. 2. seu DE IVRE COENOBITARVM, edito in lucem, anno 1601. Cæteroquin Principis Fiscum locupletari non decet sacrati Ordinis dispendio. Vt multis adstruximus, Volum. 1. ANDEGAVEN. LEGVM. cap. 55. Art. 1.

Droicts de Rachapt. Et la commise du fief sur l'homme viuant, mourant, & confiscant.

Fundi censualis detentrix Ecclesia non tenetur tradere hominem viuentem, morientem & confiscantem Domino Feudi: secus, si ipsa teneret in Feudum.

Placitum Curiæ, die 23. Maij, 1586. quòd terræ admortizatæ Ecclesiis, si postea vendantur, aut alio modo cedantur cuidam seculari, redeũt in subiectionem antiqui domini Feudi. Nisi in vendendo Ecclesia sibi rectum feudaléque dominiũ reseruarit, *seioüant de son fief iusques à demission de foy.*

L. Locatio vectigalium §. vlt. ℼ de publican. & vectigal.

Literæ admortizationis *pour l'Eglise & Diocese de Noyon.* Mens. Septemb. an. 1303.

Tit. 1. art. 21.

13 IAM satis de Ecclesiarum *Manu-mortua*, Ciuitatum, Collegiorum, ac Corporum res soli occupantium: quæ Regia Lege tenentur nouatàm acquisitio-

Fiefs acquis par roturiers.

num. Nunc de ignobilium Feudis quærendum est, quæ eidem subiiciuntur Legi *Francorum Feudorum*. i. *Francis* hominibus adscriptorum, ingenuis, nobilibus, planéque liberis seruili plebeiarum Indictionum conditione. Notum est enim, purè militaria nobiliáque extitisse quondam clientelarum prædia Francica, nec ab aliis, quàm generosis militibus, nexu mancipióque teneri potuisse. Vetustis Regum nostrorum Constitutionibus (quas suprà citaui) ac nouissimo Edicto Caroli 9. *De Francis Feudis & nouis Aquæstis*. Nonis Septemb. an. 1571. Accedunt eòdem Regij *Parlamenti* Decreta duo eximia, Plebeium quenquam, nisi auspice Rege, feudorum capacem non esse. Prius, die profesto Purificationis Diuæ Virginis, latum an. 1265. quod è Regestis Curiæ excerpsimus. Alterum, postridie Martinalium, an. 1282. quod videre est apud Ioh. Gallum in calce lib. qui Stylus Senatorius inscribitur. Huc quoque recidunt dictata Baldi, & Aluaroti, in tit. De lege Conradi §. ex eadem lege. In Feudis. Panormit. Consil. 3. in 2. Parte Consil. Illinc prodiit similis apud Britones Constitutio edita ab Armorico Duce Petro, an. 1451. ne vlla penitus conditione feuda caperent Plebeij, indicta confiscationis pœna: quùm ea primitùs dimittere non cogerentur, dummodò ius caducariũ obtulissent pro mutatione manus. Lex Petri Ducis innouata est an. 1510. (Rege Ludou. 12.) Deinceps Frãcico 1. imperãte, reuocata in vsum, an. 1535. odioso planè compendio, re tota mulctatis, qui, contrà, deliquissent.

Regia Ordinatio Caroli 9. die 5. Septembr. an. 1571. *Que les Villains & roturiers ne pouuoient anciennement tenir fiefs en France.* Stylus Parlamenti.

Droict de relief feodal.

14 QVINIMÒ militare Feudis nomen inditum est à prisco iam æuo, quasi vestigium antiquæ nobilitatis clientum armatorum. Scilicet Feudum Loricæ, & Loricati equites in Gallia, ac Neustria, secundæ Lugdunensis Galliæ prouincia. De quo Loricæ feudo, præter Normanicam Consuetud. videre est etiam in Sigeberti Chronico an. 1160. & apud Hermoldum, Hist. Slauorum lib. 1. cap. 88. Dicta quoque Feuda Scutiferorum, & Vexillorum Feuda, Quorum Vestituræ formulam graphicè expressit Oliuerius Marchianus in suis Commẽtariis rerum Burgundicarum, quem sua verba sonantem audire par est. *Au Camp du Duc de Bourgongne pres Rupelmonde contre les Gantois, l'an 1452. Messire Louys de la Viefuille Sieur de Sains releua banniere, & le presenta le Roy d'armes de la Toison d'or, & ledit Messire Loys tenoit en vne lance le pennon de ses pleines armes, & dist ledit Toison, Mon tres-redouté & souuerain Seigneur, voicy vostre humble subiect Messire Loys de la Viefuille, issu d'ancienne banniere, à vous subiette, & est la Seigneurie de leur banniere entre les mains de son aisné, & ne peut ou doit sans mesprendre, porter banniere, quant à la cause de la Viefuille, dont il est issu. Mais il a par partage la Seigneurie de Sains, anciennement terre de Banniere. Parquoy il vous supplie (consideré la Noblesse de sa natiuité, & les seruices faits par ses predecesseurs) qu'il vous complaise le faire Banneret, & le releuer en banniere, & il vous presente son pennon armoyé suffisamment, accompagné de 25. hommes d'armes pour le moins, comme est & doit estre l'ancienne Coustume. Le Duc luy respondit, que bien fust-il venu, & que volontiers le feroit.* Alia verò forma extitit noui feudi Vexillorum constituendi, quàm renouandi. Eodem teste Marchiano, qui rem ita describit. *Messire Iacques Sieur de Harchies en Haynault se presenta aussi deuant ledit Duc estant en sondit camp, & porta son pennon, suffisamment accompagné de Gensdarmes siens, & d'autres qui l'accompagnoient. Celuy Messire Iacques requist à son souuerain Seigneur, comme Comte de Haynault, qu'il le fist Banneret en la Seigneurie de Harchies (luy estant fort vaillant Cheualier, & les siens ayans honorablement seruy aux guerres) Si luy fut accordé, & fut faict Banneret celuy iour le Sieur de Harchies. Ainsi y a-il difference de releuer Bannier, & d'entrer en Banniere.* Ac ne cui minùs probabile sit, Feuda ab militiæ Insignibus armisque sortita cognomentum, Antiquitatis scriptores produnt fundos & arma coniunctim militibus dari à Principe solita beneficij nomine. Sic memorat Sigebertus, Henricum Germaniæ Augustum militibus agros & arma munificè concessisse. In Chronico, anni 922. Quo fermè modo, Valerius Max. narrat, Marc. Coriolanum à Posthumo Cominio COS. centum agri iugeribus & ornatis equis donatum. Vt tacitus præteream, Veteranis emeritisque adsignatos agros, Militiæ præmium. Ex Liuij lib. 26. & apud Hyginium De limitib. constit. Paulum I.C. l. Lucius. De euiction. Florentinum l. In agris. De acquir. rer. domin. Cum Vlpiani l. Item si verberatum §. 1. De rei vindicat.

Fiefs de Haubert.

Fiefs Bannerets, ou de vassaux portans banniere. *Memoires de messire Oliuier de la Marche, touchant la vie & affaires des derniers Ducs de Bourgongne.*

IN

15 In Gallia tamen, paucis abhinc seculis, permissa est ignobilibus nobilium fundorum acquisitio, ære quodam Principi in causam hanc repræsentato. Vt Constitutionibus D. Ludouici continetur, Regúmque posterorum, *De Francis Feudis & nouis Acquæstis*. Inde etiam paulatim maiorum Galliæ vrbium Decuriones, ambitiosè venati sunt fictitiæ Nobilitatis diplomata vicissim, cùm ob alia, tum in id potissimùm, vt liberè clientelarum prædia sibi quærerent, nulla idcirco pecuniæ summa Fisci rationibus inferenda. Quo in genere existunt Lugdunenses, quorum & Ædilitium vrbis Collegium ferunt institutum an. 1271. Lugdunensis Histor. lib. 3. cap. 2. Tholosatibus necnon, & Albiæ Cadurcorum gratia est à Rege facta beneficiarios agros possidendi, nulla indicta ob id nummorum erogatione. Dummodò beneficia ista profana non haberent annexam nummariam pensitationem, nec proximè in Regia essent clientela. Benedict. ad cap. Raynutius (in ver. & vxorem Num. 571. & seqq.) De Testam. Subdo his Auaricum Biturigum, cui Septimus Karolus pariter indulsit, ne ciues ob feuda acquisita vllum æs tenerentur Regi appendere. Codicillis 3. Nonas Maias, an. 1437. quos Præfecti Ærarij in Acta publica regesserunt 5. Kal. Quintiles, an. 1446. Regia item Ludouici 11. indulgentia, Turones, Ambiani, Pictauenses, Andium oppidani, capaces fiunt prædiorum dignitate illustrium, citra pecuniariam hoc nomine tributionem. Primi quidem, Mense Febr. an. 1461. Ambiani, Mart. mense an. 1470. ciues Pictonici an. 1472. Postremi mense Febr. an. 1474. Ne Angolismæ ciues silentio transmittam, quibus par potestas facta gentiles fundos sibi comparandi: ita, vt partis cedere non cogerentur, plebeiæ conditionis ipsorum obtentu, quùm inter genere claros numerentur. Priuilegiariis Tabulis Ludouici 12. Regis, 6. Idus Maias, an. 1507. quæ vnà cum decessorum Regum, & successorum Literis publicatæ sunt in primario Curiæ Tribunali. Postridie Kal. Apriles, an. 1549. Nannetibus dehinc concessit Erricus 2. Rex, ne Nannetensis aliquis feudorum emptione arceatur, per causam veteris Constitutionis Petri Britonum Ducis, qua, ignobiles feuda acquirere prohibebantur Regiis Codicillis, 3. Idus Febr. an. 1556. His coronidem addit Lutetia Galliæ Metropolis, seu veriùs Francia Franciæ: qualem antiqui Græciæ Græciam, Ἑλλάδος τὴν Ἑλλάδα, vocarunt Athenas. Sancitum est enim à Principe Karolo 5. Parisienses æquè nobilia sibi Feuda parare posse, ac si natalibus conspicui ipsi extitissent. Diplomate, 5. Idus Sextiles, an. 1371. quod illis denuò reseruauit Sextus Carolus; Rescripto, Nonis Augusti, an. 1390. & Ludouicus 11. Quinto Iduum Nouemb. an. 1465. quod in Curia palam recitatum fuit 11. Kal. Decem. eodem anno. Porrò diuersa ratio est vniuersi cuiusdam Municipij, quod à Rege perpetuò eximi nequit iuri *Dominico Franci Feudi & nouorum Acquæstuum*. Vtputà, Dux Borbonensis obtinuit à Principe, ne deinceps vnquam exigerentur pecuniæ à Regiis Officialibus, titulo *Franci Feudi & nouarum Acquisitionum* in Borbonia regione, Aruerna, Foresia, & Bellilоca. Rescripto Ludouici 11. cui assensus est Senatus 4. Iduum Decemb. an. 1465. & 16. Kalend. Sextiles, an. 1466. Ast ne quicquàm obstante huiusmodi Priuilegio, quod belli tùm Ciuilis necessitas expresserat, decretum est in Iudiciis, Bellijoci Baronatus Municipes lege teneri *Francorum Feudorum*, taxatúmque propterea æris pretium exoluere debere. Suprema Iudicum sententia designatorum à Principe cognitioni *des Francs-Fiefs & nouueaux Acquests*, lata 12. Kal. Maias an. 1581. Prudenter sanè, quùm ius istud Sceptrorum patrimoniale nec remitti possit à Principe, nec, sacrorum instar, abalienari l. vlt. Cod. Ne rei Domin. vel templorum §. Si verò quisquam. Authent. Vt omnes obedi. iudicibus. Sed intra quadragenarium quodque spatium renouantur mandata Principalia ad colligendas pecunias, quæ olim in Regiis purè beneficiis, sexennij, in aliis, triennij, reditus adæquabant. Vt commemorat Ioan. Butelerius (in Summa Rurali) qui, Sexto Karolo Rege, effloruit.

Scabini Ciuitatum Francicarum.

Consules & Scabini Lugdunenses.

Vrbs Tholosæ, & Cadurcensis.

Regium Bituricæ vrbis priuilegium, die 5. Maij, an. 1437. registratum à Generalibus Financiarum, die 17. Iun. an. 1446.

Quo de priuilegio, & Senonum Vrbis consimili, Nos fusiùs lib. 2. Andeg. Leg. tit. De successorio feud. inter plebeios Iure, art 1 In Marg.

Literæ patentes Priuilegij pro habitatoribus Ambianæ vrbis, verificatæ in Parlament Parisien. die 2. Septemb an 1480. inquantùm tangit articulum de Francis Feodis, & nouis Acquæstibus.

De Pictauorum ciuium Priuilegio, vide Bouchetum in Aquitan. Annalib.

Priuilegium Ludouici 12. die 10. Maij, an. 1507. publicatum in Parlamento die 2. April. 1549.

Patentes Regiæ pro Habitantibus in vrbe Nannetensi, minoris Britanniæ, die 11 Febr. an. 1556.

Priuilegium Ciuitatis Parisien. die 9 Augusti, an. 1371. die 5. August. an. 1390. & 9 Nouemb. an 1465. Registratum in Parlam die 21. Nouemb. 1465.

Priuilegiariæ literæ Ludouici 11 publicatæ in Parlam. die 10. Decemb. an. 1465 & die 17. Iul an. 1466.

Iudicium Commissariorum super facto Francorum Feudorum, &c. die 20. April. an. 1581.

16 Ex quibus elicitur, sola Gallici feudi possessione nobilitari neminem, nec Plebeia manu Feuda tractari, nisi Principalibus auspiciis art. 258. Edicti Blesensis, cui consonat Lucæ Pennati opinio, ignobiles viros, feudi accessione natiuam illam conditionem non mutare, nec fieri illustriores, in l. Cùm neque. De incol. Et in l. 2. De præd. & omnib. reb. nauicular. lib. 10. Cod. Nec enim res personam, sed

Les Iustices de France patrimoniales, comme les Fiefs.

persona rem illustrat, exornat: Ac multò minus feudalia Gallorum Beneficia, Iurisque dictiones Dominicæ, patrimoniarum more, venales, auróque promercales. Bald. ad cap. I. De feud. March. Alberic. in l. vlt. ff. de offic. eius cui mand. est iurisd. Gallis proinde inusitata est distinctio feudi nobilis ab ignobili, vel burgensi: quam adstruit Baldus in Proœm. Feudor. Et cap. inter dilectos. De fid. instrum. In Italia verò, Rusticani nobilitatis decus mutuantur ex feudo. Teste Andræa, in §. cæteri. Tit. Quis dicat. Dux. Sicula necnon lege, Feudum quaternatum si detur à Principe, nobilitatem parit possessori. Matthæus in Præfat. Siculatum Constitut. Francica certè præcellentium dignitatum prædia sunt tanti, vt Regia eorum concessione, vel cooptatione in clientelam, plebeio simul additum videatur nobilitatis decus. Si videlicet Marchia, Comitatu, Baronia donatus sit ignobilis, alióve Regali beneficio, virtutis nomine ac collatorum in Rempub. meritorum. Cuiusmodi prævaluit, pro nobilitate, Bartoli opinio, ad l. I. De Dignitat. lib. 12. Cod. Lucas ad l. mulieres Eod. Tit. Ysernias in Tit. De Capitaneo qui curiam vendid. In Feud. Huc vergit Gratianopolitani Senatus decretum, maiores Arces habentem cum Territorio, Iurisquedictione, obnoxium non esse indictionum contributioni, sed pari clarorũ natalibus splendore præfulgere. Delphinali Decision 385. Rursus quod ad patronos attinet Rege inferiores, nihil hi sua interesse causari possunt, generosum clientem ignobili vendidisse rem ipsorum beneficiariam. Quemlibet enim nouum possessorem patronus tenetur in fidem clientelámque admittere. Frustrà dissentiente Vido Papa, Delphinatium Decision. 415. Nam permagni refert, plebeiúsne sit, an sacratus fundi emptor, intra metas prædij dominantis. Illo enim feudis aucto, non minuuntur patroni iusta beneficiaria: isto, contrà. Quisquis tamen isthic præditus est Iuridico imperio, eius libera manet vis & exercitium in profana *Manusmortuæ* latifundia, quæ suo in Territorio ac Iurisdictione situm habeant: tametsi Regio permissu, & fundorum patroni, Diuis dedicata. Vsqueadeò, vt *Manusmortua* ritè adstringatur solenni talium fundorum professioni ac descriptioni in Monumentis Domini Iuridici. Quemadmodùm Senatus Parisien. iudicio decidit 7. Iduum Septemb. an. 1560. ex facti specie à nobis fusiùs enarrata lib. I. LEGVM ANDEGAVENSIVM, cap. 37. Quò accedit Ioh. Fabri, de vicinis etiam prædiis, arguta sententia In §. quædam actiones, Institut. De action. Vers. *Sed potest quæri, pone quòd habemus Iurisdictiones vicinas seu imperium, Putà, habemus villas propinquas cum suis territoriis, in quibus habemus omne imperium. Volumus confinare territoria quoad legem Iustitiæ seu imperij, & ponere metas in prædiis, in quibus territoria confinantur. Quæritur, vtrum possimus inuitis Dominis quorum sunt fundi. Ita certè. Nam constat, quòd ille qui habet imperium in territoria, habet ius saltem tale, cùm dicit ius terrendi. Igitur ratione iuris quod habet, videtur quòd possit in qualibet parte facere illa quæ ad ius illius pertinent.* Hæc Faber. Ecquid verò de ignobili Alodiorum possessore, quæ fidei vinculo soluta sunt clientelaris? Hiccine saltem lege obligabitur *Francorum Feudorum* erga Principem? Maximè: nisi idem ipse Alodium teneat merè plebeium, censúque carens in subditos ac Iuridica potestate. Nostrates enim Pragmatici in duo genera diduxerunt immunes eiusmodi ac liberos functione agros, vt alij vulgares dicantur atque ignobiles, *Franc-aleu roturier*, alij prænobiles & eximij, *Franc-aleu noble, auquel y a iustice, censiue, ou fief mouuant de luy.* §. 68. Legum Parisiensis Municipij. Quale Alodiorum genus posterius nominatim subiacet nummario oneri *Francorum Feudorum*, priscis Edictis an. 1275. & 1291. Quùm enim tale *Alodium*, feudi instar, annexum habeat superius quoddam in subditos dominium, & nobili iure diuidatur inter hæredes, nihilo grauior videri debet plebeio *Alodij* huiusce proprietario, quàm Feudi, pecuniaria in Fiscum collatio. De ignobili *Alodio* non item, quod nec prærogatam habet feudi dignitatem in inferiores aliquos, nec, feudorum more nobilium, distribuitur inter hæredes. Diuersa tamen causa videtur Regij *Banni* ac *Retrobanni*, quo neuter obstringitur *Alodiorum* dominus, sed feudorum duntaxat. Hoc quippè onus indictum est, non personis, earúmve conditioni plebeiæ (vt ius *Franci Feudi*) sed certo fundorum generi, militaria munia lege debentium clientelari. *Alodia* verò nulli acceptoferuntur auctori, qui onerosam iis legem præscripserit.

Ignobilis à Rege donatus feudo maiorum dignitatum, vel ab eo personaliter in fidem scienter receptus, censetur ex eo nobilitatus.

Vidus Papa.

Regia Amortizatio non exonerat Manummortuam *de s'inscrire pour raison de ses heritages au terrier du Seigneur hault Iusticier des lieux.* Arestum Curiæ, die 7. Septemb. an. 1560. pro Gabriele *de la Vallee*, contre Primatē & Bursarios Collegij Cardinalis Monachi, in Vniuersitate literaria Parisiensi.

Ex leg. pupillus §. territorium ff. De verb. signif.

Feudarij omnes subiiciuntur *au Ban & Arrierban.*

De Alodç

De Alode extat Titulus 62. Legis Salicæ, tit. 58. Legis Ripuariæ. Alodiorum quoque meminit Ado in Chronic. 6. ætatis. Helmoldus, Slauorum Hist. lib. 2. cap. 6. Reliqua in hoc argumentum excussimus lib. 2. LEGVM ANDEGAVEN. tit. De Alode seu immunibus hæredijs.

17 PRÆTER HÆC, beneficiarij fundi possessor quilibet obnoxius est *Banno & Retrobanno*, seu Regiæ Euocationi & Subeuocationi, bello gliscente: vt militaturo Principi suppetias ferat, armatorum, vel pecuniarum neruis. Haud secus, ac Germanis veteribus mos fuit, oppidatim equitium conferre Principibus, apud Tacitum De Moribus Germanorum. Inde *Haribannum* siue *Haribannum* dictum, ab antiqua Germanorum voce *Here*, qua significatur exercitus; & *Bannum*, citatio ad delectum. Hinc etiam transuectiones Equitum appellatæ. Vasallorum quippe conditio hæc est, vt cùm delectus edicitur, in militiam eant, aut vicarium mittant, certúmve censum Domini ærario inferant, *Heribannum* vocitatum. *Heribanni* quantitatem præfiniuit Carolus Mag. Legum Langobard. lib. 3. Fridericus Cæs. pro ea, portionem certam reditus feudi, l. 5. Feud. ex Gerardo Nigro. Batauos vtique ferunt, Romanis viros tantùm armáque suo tempore ministrasse: Tacito auctore, lib. 20. Annal. Verùm apud Sarmatas, Boleslaus Rex descripsit Equitibus ipsis Polonis militandi rationem per regiones & Satrapias, quas indigenæ Palatinatus nuncupant seu *Districtus*: Ita, vt ex præscripto, quilibet Palatinus è sua ditione armare teneatur certum bellatorum numerum, & in expeditionem à Rege indictam educere. Circiter annum 1020. teste Chromero in Polonic. Hist. Gallis pariter inueteratum *Banni* militaris vsum addocet insigne Ludou. Hutini Diploma in gratiam Niuernen. Comitis: Cuius particulam Rescripti his ita subteximus. *Feodales verò d. Comitis, & Religiosorum, vel alios eis immediatè subditos, nisi homines nostri fuerint, & Religiosos, in ipsorum terra & Iurisdictione, & etiam Garda immediatè existentes, ad exercitus nostros venire, vel pro eis financiam vel emendam nobis præstare nullatenùs compellemus, nisi in casu Retrobanni: In quo casu; quilibet de nostro Regno tenetur, dum tamen hoc de Mandato nostro per totum Regnum nostrum generaliter fiat, si necessitas fuerit generalis. Si autem particularis fuerit, etiam particulariter fieri poterit, &c.* Ast hoc clientelari nexu militaris *Banni* soluuntur Galliæ ciuitates plusculæ pariter ac onere *Franci Feudi, & nouarum Aquisitionum.* Lutetia scilicet, gratiosis Rescriptis mense Nouemb. an. 1465. & postridie Nonas Martias, an. 1557. Cuius Charta priuilegij relata est in Commentarios Curiæ Parisien. Volum. 6. Regestorum eiusdem sub Errico 2. Rege Biturigum quoque vrbs exoneratur functione *Banni* ac *Retrobanni*, Regio beneficio, an. 1437. & 1483. Subsimile Andium ciuitati irrogatum, an. 1474. Cenomanæ, an. 1481. alijsque permultis. Licet autem fateamur, Aquitanos eo iuuari priuilegio, vt sua prædia in iurisdictione Principis, dominióque aliorum possideant securè, nulli oneri vectigalíque supposita: militarem certè operam & officium præstare tenentur Aquitani clientes, vt Francici nominis reliqui, modò ne vltra Gallias Princeps in bellum proficiscatur. Vtì speciatim de Vasconibus notauit Accursius in l. 3. ff. De offic. Præsid. Bald. ad cap. 1. de maiorit. & obedient. Id quod Arnoldus Gaicia quondam super hoc roganti respondit Angliæ Regi, clientes regios cogi posse, vt vno tantùm die Regi bellum gerenti militent propriis ipsorum sumptibus, id est, ne longè extra Præfecturam. De quo Ferronus in Burdigalen. Consuetud. Sic Biarnensis Prouinciæ Moribus, qui Errici Alebreti iussu, literis mandati euoluuntur, statutum fuit, Biarnenses minimè vrgeri debere ad Hispanicam militiam obeundam. Imò & Ioh. Faber scriptum reliquit, Francicæ Nobilitati vsquequaque attributum esse, ne nisi suapte sponte ad externum bellum euocetur, vltra patrios Galliæ fines. Fab. in l. restituendæ. Cod. de aduocat. diuers. iudic. A quo non dissentit antiquus Francici Iuris peritus Durandus Speculat. in §. quoniam super homagiis. Versic. 23. tit. De Feudis. Atque adeò veterem hunc Francicæ militiæ vsum renouauit Carolus 8. Rex, sanxitque in celeberrimo Francicorum Ordinum concilio, apud Turonas, an. 1483. Inibi enim decretum est *Feudatariis* militibus stipendium, qui in tutelam Regni arma gestarent: extra Regnum verò progredi, nec cum stipendio compellendos. Cuiusmodi regiam Sanctionem

Ban & arriereban.

Hollandi.

Poloni.

Charta publica regis Ludou. 10. pro Comite Niuernen. varia capita complectens, ann. 1316. Mens. Maio.

Exemptio Banni & Retrobanni pro Parisiensibus, die 8. Mart. an. 1557.

Gascons.

Bearnois.

Estats generaux tenus à Tours.

commendat Tholosanus Senator Vilhelm. Benedictus, in cap. Raynutius verb. & vxorem nomine Adelasiam. Num. 527. De Testam. Huc pariter alludit scripta Pannonum Consuetudo vetus, quam ad verbum exscripsimus lib. 2. DE CIVILIBVS ANDIVM INSTITVTIS.

> Ius Consuetudinarium Hungariæ. Art 5 tit. De honorificis in Patronos extra ordinem obsequiis.

> *La taxe du ban & arriereban selon la valeur du fief.*

18 PROINDE beneficiarij agri cultor (indicto *Banno* ac *Retrobanno*) oneratur alterutro militari munere, personali scilicet militiæ subeundæ, vel patrimoniali æris præstandi in bellica stipendia, pro modulo fundi clientelaris. Quæ autem à Plebeiis clientibus confertur in Fiscum pecuniæ taxatio, *Franci-Feudi* nomine, dicatur SACRO DOMINIO, quod variè distractum sit, recuperando. Vt Carolus 9. Rex disertè significauit solenni Instrumento 6. Idus April. an. 1566. Quod simul & prospexit plebeiæ nummorum collationi ex *Franco-Feudo*, & eorumdem conuersioni in Fiscale Patrimonium redimendum. Regij illius Instrumenti Formulam transcripsit in sua Arestorum Collectanea Natalis *du Failh* Senator Rhedonensis Curiæ, in Armoricis. Enimuerò præter illa belli subsidia, Oppidani quondam & Vicani ignobiles præbebant transeunti Cæsareo exercitui militarem annonam. Vlpian. l. Si pendentes §. ergo & quod ob transitum exercitus confertur ex fructibus ff. De vsufr. Ita singulis Regionibus, quæ sub Persarum imperio erant, aliquid ad Regem alendum eiusque Milites indicebatur. Herodoti lib. 1. & Strabonis 15. De regib. Persicis. Talem annonam Germani *Fodrum* vocant, etiamdùm Germanicis Augustis vsurpatum. Teste Frisingensi, lib. 2. Friderici Imperat. (cap. 13. & 23.) Tum lib. 3. Feudor. Tit. 1. De eodem *Fodro* per mediam Siciliam & Calabriam loquitur Petrus Vinea, Friderici 2. Imp. Cancellarius, Epistol. lib. 2. cap. 29. Quatenùs item *Fodro* vsi sint Franci olim Monarchæ, dicetur lib. 2. tit. 14. Nam *Fodri* vice, quod vsu receptum erat Caroli Mag. temporibus, suffectæ sunt pecuniariæ Indictiones plebeiæ. Nec propterea desiit nuper vtrumque à Plebecula exigi, & pensitatio nummaria, & militaris commeatus.

> Literæ patentes die 8. April an. 1566.

> Aresta Curiæ Parlamenti *de Rennes*.

> *Les Tailles & Aydes pour la guerre.*
> *Le Fournissement des viures & munitions par estapes de village en autre.*

19 LOCVS hic obiter me admonet dubitationis, quæ agitata est in Comitatu Phocensis prouinciæ, quales ibidem forent æris Indictiones annuæ. Nunquid viri nobiles, sacrative (qui ignobiles fundos teneant) illis subiiciantur, & prædiorum nécne sint, an personarum intributiones. Ob id decantatur à multis præclara illa disceptatio in Senatu Parisien. Mense Mart. an. 1549. quem ad Senatum translata fuerat eius causæ cognitio à Principe. Isthîc enim Riantius, pro Plebeio ordine contra alios, indictiones, prædiarias esse in ea Regione, seu patrimoniales, non personales: vt æqua æris collatione leuaretur populus vniuersus. Fuisse librum Censorium, seu *Catastrum* exscriptum à Prætore Prouinciæ, quo munus hoc patrimoniale, prædiis impositum sit, non personis. Pridie Kal. Maias, an. 1471. Renati enim decreto Prouinciæ Comitis, Equites, ac Sacerdotes vocatos in collectarum contributionem, pro modulo plebeiarum fortunarum, nec clientelarium, an. 1448. Tum Formæ censualis lege posteriori, hoc similiter possessionum munus definiri, non capitum aut personarum, illo eodem an. 1471. Sicuti & Romana Vlpiani lege Rescripto §. vlt. De Muner. & honor. l. Indictiones. De annon. & tribut. lib. 10. Cod. Lucas *de Penna* ad l. vlt. De fund. limitroph. lib. 11. Cod. vbi ait, genere claris non dari immunitatem Regiarum indictionum, nisi dum in excubiis militaribus agerent, ac in acie starent. Ideóque Riantius pro Plebe postulabat, Nobilitatem, & Clerum, in eundem secum ordinem redigi pensitandæ indictionis pecuniariæ, pro modo vectigalium censualiúmque prædiorum, quæ Nobiles viri ac Clerici possidebant. Iuxta Principale Edictum, 6. Calend. April. an. 1547. priscæ Obseruationi patriæ consonum: Qualem Obseruationẽ testatur disertè Francis. Claperius, in Aquensi Rationalium Curia Magistratus, Causa 27. Centuriæ suæ causarum Fiscalium. Ast Seguerius, contrà, pro Equitibus, Ludou. 2. Prouinciæ Narbonensis Principem, pari controuersiæ finem imposuisse, ac illustres natalibus, indictioni exemptos declarasse, qui Iurisdictionẽ fundo annexam obtinerent, an. 1406. Rupefortius, pro

> *Prouence.*
> Vetus quæstio, an Tailliæ in patria Prouinciæ sint reales, an personales, id est, an Nobiles, an & Ecclesiastici, *qui tiennẽt quelques biens roturiers (outre leurs fiefs & Seigneuries)* pro rata *desdictes rotures, sont taillables.*
> *Affouagement general* die vlt. April. 1471. *ou sont encadastrees toutes les terres roturieres de Prouence, taillables.*
> Massiliensis tamen ciuitas Prouinciæ, quia purè limitanea, & Hispanico limiti opposita, regiis Tailliis est, eiusque ciues exempti. Idem Salonio *de Craux* oppido speciatim indultum ferunt. De Arelatensi autem vrbe, vide infrà scripta. lib 2. tit. 1. art. 14.
> Henrici 2. Edictum & Declaratio, die 27. Mart. 1547. Registrata in Magno Regis Consilio, die 26. April. 1548.
> Tholon. Prouinciæ huius Ciuitas Priuilegiariis se Literis iactat Comitis Andium & Prouinciæ, an 1242. confirmatis à Iana Siciliæ regina & Comite Prouinciæ an. 1367. Quibus literis ciues non subiiciuntur tailliis nisi suo in Oppido, nec aliubi sita sint ipsorum bona. Ita decisum aulici Consilij Aresto, die 13. Nouemb. an. 1598. *Auec les Habitans de Reuests*, qui reciprocè declarantur minimè tailliabiles apud Tholonem pro bonis suis isthîc sitis.

pro Clericis, Pontificem Max. & Sacerdotes duodecim, quos crearit Numa Pompilius, eosdem summa cumulasse immunitate. Heliodorum à Numine percussum fuisse, quòd è Sacerdotum templo sacrosanctam pecuniam in suum transtulisset ærarium Machabeor. lib. 2. Rursus, Philip. Valesij decreto confirmatam Ecclesiasticis omnibus omnium tributorum immunitatem, cum aliis Priuilegiis, 18. Kal. Ianuar. an. 1329. Thuanus, pro Aquensi Prouinciæ Senatu ac Patribus, Ludouicum illum 2. multis beneficiis Iurisperitos ornasse, qui in ipsius consilium assumebantur, vacatione munerum, libertateque amplissima. Id iuris olim Massiliensis prouinciæ Regulis competiisse, quos Imperij iura habere, scripsit Alberic. in Rubr. De muner. & honor. Marillacus, pro Fisci Procuratore, Priuilegiarios in ordinem cogere, communi & promiscua cum Plebeiis conditione omnes esse regendos. Romanos etiam illos Flamines, Augures, Salios, Fœciales, Pontifices, conferre pecunias damnatos fuisse Quæstoria & Tribunitia sententiis: vt Ciuitatis æs alienum priuatis exolueretur, qui exhausto ante bellum Macedonicum ærario, nummos in militaria stipendia credidissent: Apud Liuium lib. 3. Decade 4. Haud secus ac, Trierarchiarum & collationum in bellum, ciuitatisque salutem nemo erat immunis Attica lege, ne posteri quidem Harmodij & Aristogitonis. Vt ait Demosthen. in Orat. contra Leptinem. Causam hanc liberalem Senatus misit in Consilium, æris interim collatione in omnes Prouinciæ Ordines vniuersim addicta, ex vectigalibus fundis, iuxta *Catastri* Formulam, nulla summæ quæstionis prærogatiua ac præiudicio. Pridie Nonas Mart. ann. 1549. Verè Patritia hæc, Aristocratica, sed & Popularis sententia.

> Die 15. Decemb. an. 1329.
> Parlamentum *d'Aix en Prouence.*
> Delphinatibus autē dictæ sunt tailliæ, personales potiùs quàm reales, iisque Nobilium & Ecclesiæ prædia quæuis exempta. Generali Aresto regij Consistorij, die 15. April. an. 1602.
> Arestum prouisionale Curiæ, die 6. Martij, an 1549. *pour le tiers Estat du pays de Prouence, contre les autres, touchant leurs fons ruraux, & roturiers.*

20 Ast longo pòst tempore, transigitur id dissidij à Plebeiis cum Senatorum Collegio, & Magistris ratiociniorum Principalium 6. Kal. Maias 1580. Cui Transacto ita negotio Princeps auctoritatem prębuit gemino Diplomate, Maio Mense, eod. an. & 14. Kal. Septemb. 1581. Singula hæc in Prouinciali Senatu promulgata apud Aquas Sextias 5. Nonas Octobr. an. 1581. Summa Transactionis hæc fuit, Curiæ Præsides tres, ac Consiliarios 12. antiquiores, *Tailliis* immunes fore in posterum, nullo discrimine aut delectu fundorum habito, seu rusticorum, seu nobilium ac militarium. Vetustiores item Rationales pari immunitate fruituros. Reliquos dehinc, qui in eum iam Magistratum lecti sint, dimidiam: legendos verò posthac, noua Institutione regia, integram æris Indictionem soluturos ex plebeiis agris & obnoxiis. At Senatoriis Lutetiæ Decretis rescissa est Transactio isthæc, 7. Iduum Septemb. an. 1583. secundùm Brignolios oppidanos, in Gasparem Gardeum, Aquensis Curiæ præsidem, eiusque Robertum filium. Idem dehinc à Parisiensi Senatu pronunciatum, in rem ciuium *de Trectz*, contra eiusce protopræsidem Curiæ, Septemb. die 7. an. 1588. Quod alibi recensuimus. Tum Quarto Iduum Ianuar. an. 1598. aduersus Vilhelmum Aymarum, senatorem apud Aquas Sextias, quem Pertusij oppidi habitatores in contributionem vocarant Fiscalium indictionum. Cætera de Massilien. Prouinciæ *Tailliis* executus sum lib. 3. De Sacra Politia forensi Tit. 2. & lib. 1. De Legib. Andium, cap. 31. artic. 6. Peræquè in Gallia Narbonensi, cui Tholosanus Senatus iure dicundo præest, *Tailliæ* feruntur patrimoniorum munera, non personarum. Edictis Mense Ianuar. ann. 1483. 1501. & 9. Kalend. Iulias, an. 1535. Quibus, Equestris & Sacratus ordo pensitare tenentur nummarias indictiones pro rata seruilium fundorum & rusticorum. De toto hoc negotio consule Ianum Philippum, in Mompessulana Vectigalium Curia Consiliarium, qui de Occitanæ oræ *Tailliis* Edicta Commentariis editis illustrauit. Porrò in Agennensi Aquitaniæ regione sint néc ne personales Indictiones, an prædiariæ, disputatum fuit apud Parisienses Vectigalium supremos Iudices 9. Kalend. Februar. an. 1571. Quo die ipsi causam consilio commisêre, post forensem Hamelij, & Vilcotij vtrinque patronorum actionem. Sanè in Celtica Gallia, passim Indictiones censentur personales, ac personæ domicilio iniunguntur, (habita facultatum omnium ratione,) non autem loco situs & constitutionis bonorum ipsorum. Vti iudicatum est in sacro Consistorio 7. Kalend. Septemb. an. 1581. contra Syndicum Vicanorum Lugdunensis Municipij, Victrice.

> Die 26. Aprilis an. 1580. Transactio *entre le tiers Estat de Prouence, & les Officiers souuerains dudit pays.* Omologata Regiis litteris, die 19. August. an. 1581. Registrata in Parlamento Prouinciæ die 3. Octob. eod an.
> Die 7 Sept. 1583. Iudicatum *pour les habitans de Brignoles, contre Gaspart Garde, sieur de Vins, Præsidet.*
> Lib. 1. Andegauen. Legum cap. 31. art. 6.
> Arestum *pour les Habitans de Pertuis, contre Aymar, Conseiller au Parlem. d'Aix,* die 10. Ianuar. 1598.
> *Les Maistres Rationaulx, ou Gens des Comptes.*
> Edictum regium die 23. Iun. an. 1535.
> *La Cour des Aydes de Montpeslier,* erecta à Carolo 7. Rege, an. 1437. Mens. August.
> *Appoincté au Conseil en la Cour des Aydes, à Paris,* die 24. Ianu. an. 1571.
> Arestum intimi & arcani Consilij regij, die 26. August. an. 1581.

Lugduni ciuitate. Etsi enim ciues ipsi in finitima regione opimis aruis potirentur: subnixi tamen erant regia Indictionum vacatione Ludouici 11. Caroli 8. ac posterorum Regum. Nec vsu probatus fuit Aurelianensis Edicti art. 127. quo liberorum ciuium prædia Rusticis locari debent indictioni subditis, decreto in ciuium capita, qui id neglexerint, onere *Tailliarum*. Sed quia multiplici alia nummorum præstatione defungitur pridèm Ciuitas ipsa, transacta res est ab Antistite & Clero Lugdunensi cum reliquis Oppidanis, pridie Nonas April. 1559. Pactum est enim, Sacerdotes lege non obstringi ciuilium tributorum, nisi quæ in refectionem mœnium Vrbis, patriámve expeditionem bellicam impendantur. Burgundiæ insuper Ecclesiæ cœtus vltrò decidit cum Ædilitio Vrbis Diuionensis Collegio, vt in munera ciuilia ac prouincialia primùm insumeretur Vrbis Ærarium: Deinde postquàm sumptuariæ rationes, acceptorum paginas ærariúmque superarint, conuentum, vt Clerus communem in vsum conferret trientem indictæ pecuniæ, cæteris ciuibus reliquas duas collatitij auri partes subministraturis. Transactione, pridie Kalend. Nouemb. an. 1533. De cuius effectu delata est nuper controuersia ad summos Vectigalium Magistratus Parisien. qui eam, auditis partibus consilij esse pronuntiarunt. Aresto 15. Kal. Sextiles, an. 1573. Porrò ad querulum Britonicæ prouinciæ Libellum rescripsit Princeps, *Les Feuz de fouages*, quæ ab humilibus & plebeiis debebantur, minimè posthac à se alienatum iri in priuatos, nec coacturum se quenquam, grandi ære patriam hanc pensitationem dissoluere. cap. 4. Querelæ trini Ordinis Armorici apud Regem propositæ, ab eoque sopitæ, an. 1579. Mens. Iunio. Cuius capita Expostulationis, & ad eam Rescriptum Principis Senatus Britonicus comprobauit 13. Kal. Septemb. anno quo suprà. Vtvt sit, in cunctis propemodùm Celticæ Galliæ finibus, sola Plebs subiacet pecuniariæ indictioni, quam *Tailliam* vocamus, quasi plebeiæ conditionis vitio in ærarios relata. Ad hunc modum, Sarraceni & Græci, eos tantùm, qui *Villani* dicebantur, obnoxios faciebant annuis pensionibus exoluendis. Falcando auctore, Siciliæ Historiographo. A quo etiam traditum est, Normanos sua ætate Siciliæ tyrannos, varias à populo indictiones exigere cœpisse, Galliæ consuetudinem secutos, quæ ciues liberos non haberet. O fessam tributis Galliam, vti in sua tempora exclamauit Sidonins Aruernorum Episcopus. Atquin tributa si adiiciantur insolita, forsan consueta cessabunt, vt ait Symmachus, Epist. 13. Athenis porrò omnia illa munera possessionum fuêre, non personarum. Qualis Trierarchia eorum, qui ab instruendis suo sumptu Triremibus pro Patriæ defensione, opulentissimi deligebantur. His tantùm salua fuit actio περὶ τ ἀντιδόσεως, seu de facultatum vnius cum altero collatarum commutatione. Quàm scitè descripsit Isocrates in Orat. περὶ ἀντιδόσεως. Hodie necnon Biarnensi lege Municipali, subduntur vulgaribus indictionibus Sacerdotes, modò profanarum opum possessores sint: sacris duntaxat, Nobiliúmue prædiis annua hac pensitatione immunibus ac solutis. Sed his diutiùs inhærere pudet, vt odio dignis, sic alienissimis à nostro hoc REGII PATRIMONII instituto.

Demeurans en villes franches tenus affermer leurs terres à gens taillables, par Edict.

Transactio inter Archiepiscopum & Clericos Vrbis Lugdunen. & alios eiusdem ciues, die 4. April. an. 1559.

Ærarium, seu publica ciuitatis pecunia.

Die vlt. Octob. an. 1533. Transactum inter Maiorem & Scabinos *de la ville de Dijon, & le Clergé de Bourgongne.*

Placitum Curiæ Iuuaminum, *d'appointé au Conseil*, die 18. Iul. an. 1573.

Regis Edictum *sur le Cayer des Plainctes des 3. Estats du pays de Bretagne.* Verificatū in Parlamento Britanniæ, die 20. August. an. 1579.

Sidonius Apollinaris.

Consuetudo Patriæ Bearni.

SECVNDVM genus Manus emortuæ intelligitur de Seruis originariis, seu seruilis conditionis hominibus. Etsi enim Christianissimum Franciæ Regnum è medio sustulerit ethnicam seruitutem Iuris Gentium: huius certè vestigia quædam ac reliquiæ, in hanc vsque productæ sunt ætatem. Ita, vt illis nec sua liceat abalienare, nec de iis testari iniussu patroni Regis, priuatíve, qui libertis huiusmodi, sine prole, vel bonorum socio morientibus, foret successurus. Eosdem nuncupatim Manus emortuæ homines memorat Cynus, ad l. Voluntariæ in fin. Cod. De excus. tutor. Alberic. in Authen. Sed episcopalis dignitas. Cod. De Episc. & Cler. Plenæ sunt & hodie talium seruorum Burgundia, Marchia superior, Borbonia, Campani, Aruerni, Bituriges. Quorum Moribus altera in personam est concepta Seruitus, altera in res seu bona subditorum. Manumittere autem regionatim seruos istos, DOMINICVM est. i. Regium munúsque Monarcha dignum. Ludou. Huttinus, lege lata, seruos omnes libertate donauit, emptitia quidem, at cuius pretium Rex idem Flandrico bello destinarit. Manumitti autem recusantibus, tributum fuit pro alendo exercitu

21

Gens de corps, de serue condition, gens de mainmorte, ou mortaillables, ou gens de porte.

Mainmorte personnelle, Mainmorte reelle.

exercitũ imperatum 5. Nonas Quintiles, an. 1315. Item Erricus 2. Borbonios Municipes, qui serui nati essent, restituit primæuæ hominum ingenuitati: Vectigali imposito, vt eorum scilicet *Taillia Reales* in annuam census pensitationem conuerterentur. Regiis literis Iun. Mens. an. 1548. regestis in Monumenta Curiæ, volum. 1. Actorum sub Henrico 2. Rege, fol. 84. Qua de Regia natalium restitutione Boiorum, Molineus nuncupatim, ad §. 189. Borboniæ Consuet. Nec solus tamen Princeps, at Dynastæ etiam complusculi suis præstant libertatem plenissimam. Humbertus Viennensium Delphinus obnoxiæ conditionis lege soluit Delphinates suos omnes. Authentico Instrumento, cuius exemplum in Statutis Delphinatium propalàm extat. De eodem patriarum Legum instrumento; Vidus Papa in Decisione Gratianopolitana 361. Atqui Delphinatium Regulus id temporis patronum agnoscebat vel Cæsarem, vel Galliæ Regem. Sicuti finitimus ipsi Allobrogum Dux Emanuel, qui seruos Ducatus sui, ingenuos dimisit condicto auri pondere: tametsi beneficiarius Sacri Imperij. Rescripto 8. Kal. Nouemb. an 1561. quod publicatum fuit in Camerino Senatu, Februar. Lucce 7. An. 1562. Theobaldus pariter Campaniæ Briæque Comes, manu emisit incolas Feritatis oppidi ad Albam fluuium, cum immunitate exemptionéque à *Toltis* & *Tailliis*, liberúmque iis permisit gentile successionum ius inter ipsos. Charta veteri, Mens. Ianuar. an. 1231. Campano enim Comiti Manumissionum potestatem fuisse, liquet ex vetusto Curiæ commentario, cui à suiipsius initio, Forenses Hebræo more OLIM, iam olim nomen indiderunt. Sic Carolus Valesius, in Alenconio suo, & Perticensi Vnellorum Comitatu, minutatim percepit è singulis Templorum Collegiis indictum æs nouæ fundorum comparationi Ecclesiasticæ, an. 1299. Ac Cisterciensi dehinc Trapeæ cœnobio libera indulta rerum soli possessio à fratre Philippi Valesij, Regis, Carolo Alenconij & Pertici Regulo, an. 1328. Sicuti in Tabulario visitur Alenconiæ Domus, αὐθεντικῶς exarato, Mense Ianuar. an. 1525. Blesenses rursus ac Montillios, è seruitute manu asseruit Theobaldus Probus Blesorum Comes, an. 1245. Qua de manumittendi potestate Blesensium Comitum, mentionem interponit Dionys. Pontanus in Blesensi Consuetud. Extant præterea Hugonis Castillionei chartulæ, Guisiani Toparchæ, Iun. Mens. an. 1295. in gratiam fœminei Conuentus Monastici *de Feruaques*: Cuius ille res prædiarias, Guisianis in finibus, *Manus-mortuæ* onere exoluerit. Ac de eo quidem muliebri Cœnobio, vti Guisiæ finitimo, Frossartes apertè, in eodémque hospitatum scribit Angliæ regem armatum in Gallos an. 1339. Histor. lib. 1. cap. 40. Religiosiùs autem postea Magnates in eo Regiam obseruarunt Maiestatem. Nam Valliscoloris oppidanos Valterus Ioynuilla liberos fecit, Maio Mens. an. 1298. sed auctore Rege, Nouembri subsequenti. Ad hæc, Vandoperanos, Campani vici, seruitute exemit Milo dominus Noyerij & Vandoperani feudi, at Regiis auspiciis, Mense Iunio an. 1341. Carolus item Valesiorum Comes in libertatem acciuit omnes huiusce Ditionis glebæ adscriptos, simúlque curauit id muneris à Rege fratre, & inferioribus locorum Dynastis confirmandum, an. 1311. Nec desunt aliæ complures Dominicæ Manumissionis tabulæ, quibus Reges auctoritatem suam rogati accommodarunt.

Die 3. Iul. an 1315.

Henrici 2. Declaratio solennis, de seruilibus Tailliis personalibus Borboniorum.

Affranchissement des Serfs de Mainmorte du Duc de Sauoye. die 25 Octob. an. 1561. *verifié au Parlement de Chambery.*

La Ferté sur Aulbe.

TOLTAE etiamdũ à Flandris dicuntur Gabellæ & exactiones, sic interpretante Meiero in Flandricis Annalib.

Finance des nouueaux acquests faicts par les Eglises és Cõtez d'Alençon & du Perche.

Amortizatio bonorum Abbatiæ *de la Trappe, au Perche.*

Sic Petrus Alenconij & Pertici Comes, Bellimontis Procomes dedit Abbatiæ S. Albini, Andegauen indẽnitatem acquestus ab ea facti *de 10 liur. de rente sur terres tenuës de Chasteaugontier.* Literis die 10. Dec an. 1389. Ex Inuentario Alenconiæ Domus.

Le bon Comte Thibault de Blois.

Hues de Chastillon Cuens de Blois, sire d'Auesnes, & de Guise admortit aux Religieuses & Abbesse de Feruaques prés sainct Quentin diocese de Noyon, leurs fons sis en la Seigneurie de Guise, reserué le ressort, Iustice & suzeraineté.

Vaucouleurs, en Barrois.

Noyers, & Vendeuure, en Champagne.

22 ADFERAMVS & aliud grauius. In Comitatu, quem Rex Comitis rebellione occupauit, degunt multi adscriptitiæ huiusmodi conditionis. Hos nouus possessor Rex manumittit, feruente inter eum & Comitem bello. Superuenit festa pax, Comitatus priori domino restitutoria. Dubitatum est, vtrum reuersus ad sua dominus, stare teneatur manumissioni. Non videbatur prima fronte: quum restitutio, iura omnia in pristinam causam reuocet, quæ bellum tumultuarium pro tempore conturbarat. Sic Amphyctionũ iudicio, non ideò Thessali fuerunt Thebanorũ petitione liberati, quòd penes se tabulas debitorũ haberent: quas Alexander Mag. Thebis expugnatis, manu captas, Thessalis dederat secum militãtibus. Vt refert Fab. Quintil. In contrariũ pro libertate dicetur, Iure Gentiũ, Comitatus dominũ, consequenterq; patronũ fuisse eum, qui bello subacta Regione, interim populũ manumisit. Generali autẽ in bona restitutione, non subuerti statum ingenuorũ, ac semel iure datam manumissionẽ. Nec minorem 25. an. aduersus liber-

tatem ope restitutionis audiendum l. 1. Cod. Si aduers. libert. Insuper Francum Regem imperio dominatuque summo vsquequaque præesse ei Ditioni, cuius subditis seruile iugum excusserit. Atque ita demùm in hoc status iudicio Senatus pronuntiauit secundùm libertatem capitum, hominúmque, salua rerum & bonorum seruitute penes Dominum proximè superiorem. Decreto in perugiliis sacræ Pentecostes, seu Kalendis Iuniis an. 1571. pro Regio Cognitore, qui illos liberali asseruerat causa manu: contra Baronem Montis Fani Vincentij, in Carolesio Comitatu Regiæ Franciæ beneficiario. Iustissimè herclè. Nam Erricus 2. Rex, flagrantibus cum Cæsare bellis, manum inuexit in Caroles, (Cæsaris proprios) cùm iure belli, tum pro suprema patronalis Imperij potestate. Carolates quippe in clientela sunt Galli Principis, in qua etiamdùm constitêre bino Fœdere, Cameracensi 3. Nonas April. an. 1559. & Veruino, postridie Kalend. Maias an. 1598.

Arestum Parlamenti Parisien. die 1. Iun. an 1571. recitatum publicè diebus Profestis Pentecostes. *Touchant les hommes serfs de la Baronnie du Mont S. Vincent, en Charrolois.* Comitatus *de Charrolois*, qui pendet Feudi iure à Corona Franciæ, à Rege prehensus fuit & occupatus *par droict de Souueraineté feodale.* Tractatus pacis publicæ *à Cateau-Cambresi*, die 3. April. 1559. *Et à Veruin* die 2. Maij 1598.

(*Quam Superi Pacem firment, faxíntque perennem.*)

Medio autem tempore, Erricus Rex è manu domini emisit Baronatus seruos Montis San Vincentiani. Iam inita Pace, Baro oppugnat Regiam manumissionem, & adsertione, quasi seruorum aut libertorum experitur. Subditi laudant manumissorem Principem, qui præclara munificentia eos ad pileum vocauerat. Itaque aduersus Toparcham illum præualuit liberalis rationis æquitas, vt deinceps capita libera permanerent. Quinimò maritus etiam, qui rei vxoriæ fictitius tantùm, Lege habetur dominus, potest dotali vxoris seruo libertatem concedere: cuius nimirùm fauor libertatis alias quoque exprimit sententias benigniores. Faber ad l. Etsi dotis C. De iur. dot. his verbis, *Marito licitum esse affranchire homines vxoris*. Ex papiniani l. Seruum dotalem. De Manumission. l. 1. & vlt. C. De seru. pign. dat. manum. Nostrates vtique domini, seruos *Manus-mortuæ* soliti sunt manumittere, non vindicta, non testamento, sed censu, id est, lege solariæ pensitationis annuæ.

23 Videamvs autem de Aruerno homine *Manus-mortuæ*, qui, relicto solo patrio, Lutetiam incolendam appulit: ibi agit, negotiatur, fundos comparat. Tum cœlibe eo mortem oppetente, tractatum est in Senatu, nunquid bona patronus vindicare possit, quasi iure persequendi serui: illa tametsi in finibus Parisiorum constituta sint. Domini causam adiuuat, quod Diuus Pius rescripsit: Ne (inquit) in potestate seruorum sit, inuitis vel ignorantibus dominis, fugæ se tradendo, potestati dominorum se substrahere. Martiani l. vlt. §. serui. De publican. Hinc Neapolitano more patrio, si vasallus *Terræ Demanialis* Regis, transtulerit domicilium in Magnatis ditionem, cogitur in Regij territorij prædia redire. Idem, econtra, de vasallis Procerum, aduersus Regem. Matthæi Decis. Neapolit. 265. Nitebatur in contrarium Præfectus Monasticæ Ædis Genouefes apud Lutetiam, fundos nempè à defuncto partos, intra sublimis suæ Iurisdictionis septa contineri. *Manum-mortuam* illam, sicuti Aruernorum Moribus introductam, ita illius Territorij limitibus circumscriptam esse, extra quod vim suam non proferat. Leges quippè Municipiorum dictæ sunt prædiis, personarum minimè sequaces. Eapropter mortui bona, nullo propinquo hærede, deuolui ad Iuridicum Dominum. Quibus adiungitur, Lutetiam, quam defunctus domicilij ac fortunarum sedem delegerit, velut sacrosanctam Ciuitatem, omnibus præbere libertatis atrium quoddam, Asylúmque immunitatis. Quale Athenis violati eiusdem pœna in Cylonem sancitum est (apud Thucydidem lib. 1.) & Romæ à Romulo conditore fuit velut sacræ aræ Libertatis attributum. Huius Epigrammatis indicio:

Romulus vt saxo lucum circundedit alto,
Quilibet huc, inquit, confuge, tutus eris.

Patrono item obiicienti, Manum emortuam, non in rem modò esse conceptam, sed & in personam, personæve quòcunque diffugientis comitem extitisse. Respondet Cœnobiarcha, eam respicere corpus ipsum liberti, aut res mobiles, quæ corpus seu personam sequuntur. Res autem soli, sua prædiaria, ac Municipij lege, in quo res sitæ sunt, gubernari. Nihilo secius, iudice Senatu, patroni causa obtinuit, vt à Maioribus nostris accepimus. De huius Abbatis Iurisdictione illa profana rescripsit nominatim Gregorius 9. Pontif. Max. cap. P. & G. De

De iustitia temporali Abbatis S. Genouefæ, apud Parisios.

G. De offic. deleg. Ad eundem Abbam Innocentius 3. P. Epistola Decretali Ex parte De verb. signif. Post Alexandrum 3. cap. 2. De apostat. In proposito autem Lutetianæ libertatis, refert itidem Tholosana Historia, domesticum suæ Metropoli irrogatum priuilegium à Theodoso 1. Cæsare, vt serui quamprimùm Tholosam ingressi essent, in libertatem assererentur, neque ampliùs eorum dominis competeret ius persequendi serui. Quo nomine, Tholosanum Decretum citatur, aduersus Maurum seruos persequentem, qui Tholosæ aduenæ in Christianissimi libertatem proclamarunt. Testatur quoque Benedictus, apud Tholosates Senator grauissimus, plerosque ex Hispania seruos, qui Tholosam aufugerant, Vrbis ingressu ipso liberos factos & ciues. In Repetit. cap. Raynutius. De testam. Biturigum ciuitati idem singulare ius adsignat Chasseneus ex patriis Vrbis Constitutionibus. In Consuetud. Burgund. Tit. *Des Mainmortes*. §. 2. in vers. *quelque part que ce soit*. Nec leuius est libertatis Asylum, Valentianis Hannoniæ, & Alethensi Britonum, oppidis indultum, lib. quodam Historico de rebus à Ludou. 11. Rege gestis, qui Nobis in manu est. De iis tamen excute Molinei Notas ad Bituricam Leg. Municip. (De statu hominum §. 1.) referentis vindiciarium Curiæ Decretum aduersus quendam Baronis Castri Rodulphi seruum corpore, qui Parisios clanculùm profectus, isthîc se ciuium Albo curarat adscribendum. Necdùm planè sibi constare ait idem Scholiastes, an peregrini serui, nouo in Gallias aduentu pristinam exuant seruilémque conditionem.

Cap. Raynutius In ver. Et vxorem nomine Adelasiam nu. 1057.

Villes de Valenciennes en Haynaut, & de S. Malo en Bretagne.

Prouisionale Arestum pro Barone *de Chasteauroux en Berry, contre son homme de corps & serf mainmortable.*

24 VTVT sit, variis Iudiciis decisum comperimus, serui persecutorium Domino ius esse, quàmlibet extraneo, & ab extera regione fugientem ad Francos seruum repetenti. S. Consulto Lutetiano 3. Nonas Sextiles, an. 1559. secundùm Fratr. Hugonem *de Nagu*, Equitem sacræ Melitensis militiæ, Præceptorémque Templi *des Eschelles*, in Allobrogibus. Cui PATRES bonorum successionem adiudicarunt serui sui Ioh. Fauschei, quamuis incolæ Lugdunen. ibique mortui extra Sebusianum agrum, & patroni sui dominatum. Hæc nempè ex dominico illo seruorum persecutorio iure, quo motus est primùm Lugdunensis Suppræfectus ad bonorum possessionem patrono addicendam. (Sententia postridie Idus Martias, an. 1553.) deinde ab hoc appellata Curia Parisiens. Aresto supradicto cótra Petrum *Barbiot*, & Iohan. *Meissonier*, qui proximos se defuncti hæredes mordicùs defendebant. Nec enim rerum modò petitione, aut vindicatione, patrono licet experiri de bonis serui mortui, quæ sibi iure peculij competant, sed & Prætoria retinendæ possessionis Formula, aduersus serui parentes, vel propinquos. Vt rectè censuit Fab. ad §. Seruitus. Institut. De iur. natur. gent. & ciuil. Bald. ad l. 1. §. naturale. ff. De iustit. & iur. Eapropter Senatus, proposita Interdicti, Vti possidetis, controuersia, de hæreditate *Manus-mortuæ* inter agnatum & patronum, decreuit patronum Interdicto ritè vsum esse. Aresto memorabili 12. Kalend. April. anno 1570. Vnde elicias, interpretatione ampliatam Franciæ Pragmaticam regulam, *Mortuus saisit viuum*. Quæ quidem ad *Albanorum* simul bona porrigitur, in gratiam Magnatis Iuridici, qui eo iure præditus sit, *albani* mortui res capiendi, aduersus eiusdem consanguineos. Celebri decreto *Parlamentari*, secundùm Abbam Diuæ Genouefes, an. 1307.

Arestum Parlamenti, die 3. Augusti, an. 1559. confirmans sententiam Seneschali Lugdunensis, latam die 16. Matt. an. 1553.

Cheualier de Malte, Commandeur des Eschelles.

Droict de suitte des hommes de corps. Subditus autem contra dominum Iuridicum agens interdicto retinendæ, non auditur. Masuerius, in §. Item ille De Possessor. & Tit De Feudis In Practica Forensi.

Arestum Curiæ solenniter recitatum diebus Paschalibus, seu die 21. Martij, an. 1570.

25 NEC ignoro posse dici (vt in *Manu-mortua* vetustatis imago cernatur) seruorum loco habitam fuisse antiquitùs Galliæ plebeculam. Quæ tametsi Christiana pietate manumissa sit, nihilo seciùs patroni Romana in libertos iura retinuerunt, quasi pristinæ libertatis * μνημόσυνον. Ac tum primùm Romæ edixit Rutilius Prætor, se amplius non daturum patrono, quàm operarum & societatis actionem: videlicet si hoc pepigisset, vt nisi ei obsequium præstaret libertus, in societatem patronus adsciseretur. Posteriores verò Prætores patrono adiecerunt certæ partis bonorum possessionem. Illud est legis Papiæ caput, de iure quod habent patroni in bonis libertorum. Nec tamen vsquequaque nostrates homines *Manus-mortuæ*, Romanis exæquantur libertis, sed Latinis Colonariis potiùs, qui lege Iunia liberi efficiebantur: excepto, quod iis negabatur, supremæ voluntatis arbitrio. Vt Saluianus scripsit, lib. 3. Ad Eccles. Catholic. & Constantinus August. l. 1. De petit. hæredit. In Cod. Theodos. Huiusmodi igitur nostrates propriè sunt, qui iure Cæsareo coloni dicebantur. l. 1. Cod. De colon. Thracens. lib. 11. Legibus

* memoriale.

Legis Papiæ caput quoddam fuit de iure patroni in bonis locupletiorum libertorum

Longobardorum, Aldij, l. 4. De prohib. alien. seru. Lege Francica, Aldiones, lib. 4. Leg. Franc. cap. 50. Eademque Lidi, ac Fiscalini, cap. 102. lib. 4. Tum Legis Ripuariæ Tit. 64. Lidi enim à domino quidem donati erant libertate; sed ipsis dehinc tributarij facti. Quales propemodùm adscriptitij, censiti, coloni, inquilini, quorum refertissimas Cæsareas Leges habemus, Lib. 11. Cod. Iustinian. Exhinc non erit incongruum; explorare vetus Campanum *ius Formatrimonij*, vt si filia Manus emortuæ seu adscriptitiæ conditionis, nupsisset libero homini, insciente patrono, aliúve extra Ditionis pomœria, mulctatitio ære plecteretur trium libellarum. Secus, illo sciente, volente. Quemadmodùm & Romana lege, patronus, qui libertæ nuptiis consenserat, operarum exactionem amittebat. Nam hæc, cuius matrimonio assensus fuerat patronus, in officio mariti esse debebat. Vt placuit Hermogeniano; l. Sicut patronus. ππ. De oper. libert. Illud ius *de Formariage*, Moribus sancitum est Briæ & Campaniæ scriptis, Meldensi putà; artic. 78. Victriacensi, artic. 144. Chaumontis Bassignei, artic. 3. Trecensi, artic. 3. & 6. Alibi necnon Gentiles olim seruis suis foras nubere interdicebant (auctore Tertulliano) ne officia desererent, ne Dominica promerent extraneis: Sed & seruituti vindicandos censuerunt, qui cum alieno seruo post dominorum denuntiationem in consuetudine perseuerassent, & Gentiles extraneis nuptæ libertatem suam amittebant. Hæc ille, lib. 2. Ad vxorem.

Droict de Formariage, en Champagne, & Brie.

26 CÆTERVM si in huiusmodi seruum *Manus-mortuæ* collata sit libertas ab originario domino, quæstionis est, illáne trahatur ad bona priùs ab eodem seruo acquisita in alieno Territorio similis *Manus-mortuæ*, in detrimentum Domini huiusce Territorij. Rem ita definito. Aut hominis seruitus personalis fuit, tunc manumissio serui corpore, producitur ad manumissi bona vbiuis posita: quùm eo casu, ciuiles locorum Constitutiones scriptæ sint in personam *Manus-mortuæ*, cuius habilitate noua; habiles fiunt possessiones. Bart. & Doctor. ad l. 1. Cod. De summa Trinit. Abbas in cap. Cùm olim. De cleric. coniug. Si verò *Manus-mortua*, Iure patrio, in rem concepta sit, non in personam, tunc libertatis datio ad bona non porrigitur, extra territorium liberantis sita. Vt notat Decius, in Responso 150. Neque id parui momenti est ob seruorum quorumdam opulentiam, quibus patroni identidem in bona succedunt. Nam & Plutarchus enarrat, Demetrium Pompeij libertum reliquisse censum 3000. talentorum. Pallantem quoque libertum Claudij Cæsaris ait Tacitus, sestertij ter millies possedisse, lib. 12. Annalium.

Manus-mortua, alia realis, alia personalis, secundùm Statuta Patria vel antiquos Titulos particulares.

PLVRA de *Manu-mortua*; quùm ab aliis tantùm intacta, explicanda susceperim, petes ex Benedicto, Boërio, Chasseneo, Molineo in Consuet. Parisien. & à reliquis Municipalium legum Scholiastis.

Tit. XIV.

DE SYLVARVM CANONE DOMINICO.

1 *In Normaniæ nemoribus ius* Tertij & Dangerij, *Principis* DOMANIALE.
2 *Syluarum fructus, in arborum cæsura, glande, mulctis, & similibus consistere.*
Gruariæ *nomine, ac* Grairiæ, *quid intelligatur: & eorum distinctio.*
Tertij & Dangerij *significatio.*
3 *Magistris aquarum & syluarum, ne Fisco fraus fiat, curam incumbere.*
Syluæ domino, arbores regio iniussu vendere, supra decem libellas non licere.
Syluarum iura Regalia, priuatis donari non posse.
Donationem grandium arborum, nisi Rationum regiarum Magistris probetur, non valere.
Lignorum munere ex regiis syluis, pretiíve ex illorum venditione redacti, interdici, néve grandes arbores radicitùs excindantur, & diuendantur.
De vsu nemorum Ecclesiis concesso, Arestum.

4 *De Syluarum*

4 *De Syluarum & aquarum Dominio* Parlamenta *ius dicere, excepta Normania, in qua Regij ordinarij illud diiudicant.*
Syluarum & aquarum reditus, à Bailliuis, *& Fiscalium exactoribus præstationum recipi debere.*

5 *Edicta Regum Iohannis, Caroli 6. & Francisci 1. de Regiis nemoribus, & eorum Præfectis.*

1 EST PRÆTEREA Res Fisci, certa pretij portio grandium arborum venditarum in Gallicis nemoribus, cum aliis reditibus *Dominicis*, qui ex syluis percipiuntur. Hoc ius regium, in Normanicis syluis dicitur patrio vocabulo, *Tiers & Danger.* §. 10. Legis Regiæ, quæ Molinis Boiorum lata est, publici DOMINII seruatrix, Februar. Mense, an. 1566. Quantùm autem veteri vsu ac possessione legitima probatus sit hic Canon Regius *Tertij & Dangerij*, ostenditur Edicto sacratissimi Principis Ludouici 9. quod Hutinus pronepos confirmauit, *Charta Normanica*, 14. Kalend. April. anno millesimo trecentesimo decimo quarto. Monumentis quidem perscriptum est Cameræ Ratiociniorum, litem olim à Regio Actore institutam contra Vidum Malletum, præpotentem Neustriæ Equitem, qui sibi idem iuris asserebat in sylua *De Hallata.* Res transigitur, solidúmque Principis Normanicum ius illud declaratur.

Regium DOMANIVM *és bois & forests de France.*

Edictum Molinense

La Charte Normãde. die 19 Mart. an. 1314. Ex antiquis Regestis: quamuis noua quædam eius Chartę exemplaria eam indicent factam Mense Iulio, an. 1315 de quo non multùm refert.

Guy Mallet, Sire de Granille, en Normandie.

2 VT autem Fiscalis huius Canonis naturam effectúsque cognoscamus, prænotandum, syluarum fructus consistere in arborum cæsura, glande, mulctis, & aliis commodis. Fóque Princeps consequitur certam pretij partem distractarum arborum, glandationis, lignorum, mulctarum. Nam & præter suprascriptum Canonem ex saltibus ac syluis Normanicis, Regi competit in aliis plerisque Galliæ nemoribus ius *Gruariæ*, vt vulgarium vocem vsurpem: quùm Fiscus nempè omnium prouentuum, qui ex syluis capiuntur, partem refert. Lege Hutini obuentio illa Fiscalis non carpitur ex ligno arido, & infrugifero vendito. Cuius qualitatem variásque species Hutinus interpretatur, *Charta* illa Normanis dicta. Secundùm quam, Franciscus 1. Rex, quùm Massiliæ ageret, promulgauit Edictum, quo Mortuorum lignorum genera, propriis appellationibus designantur 4. Nonas Octob. an. 1533. In multis vtique Prouinciolis, *Gruariæ* nomine intelligitur tantùm iurisdictio, & cognitio delictorum quæ alienis in syluis patrantur, ciuiléſque ex ea iurisdictione fructus, mulctæ putà, & commissi ius in delinquentes. At *Grairia*, quasi Agraria pars, est DOMINICVM ius proprietatis in nemore ipso, vt Dominus superior maiorem pretij partem ferat lignorum venditorum, in Campania Francica, & aliis quibusdam Galliæ Municipiis. Sic enim discernuntur inuicem *Grueria*, & *Grairia*, seu δρυΐα, à quercubus dictæ, glandiferísque id genus arboribus. Principali Edicto Francisci 1. an. 1543. tum Henrici 2. an. 1554. & 1558. Talium quoque iurium distinctè meminit vetus Curiæ Decretum 6. Idus April. an. 1404. Ita Normanicus Canon regius *de Tiers & Danger* memoratur Aresto *Parlamentari* Diualium; an. 1287. ac Constitutione Regia Karoli 5. anno 1376. Is enim, vel notatione verbi, significat tertiam pretij partem venditi ligni, cum decuma libræ cuiusque Franciçæ. i. *Le danger de 2. solz pour liure du prix.* Huc alludit quodammodò Tertiarum illatio Dominica, apud Cassiodorum lib. 1. Variarum, Epist. 14. & lib. 2. Epist. 16. 17. Idem quoque refert, binorum & ternorum titulos à Prouincialibus exigi solitos, lib. 7. Variar.

Bois mort, different du mort bois.

Regia Ordinatio die 4. Octob an. 1533.

Gruariæ, & Grairiæ differentia.

Arestum Curiæ, die 8 April an. 1404. In Parlam. omnium Sanctor.

GRVARII, nemorum custodes.

3 NE igitur DOMINICI Canonis solutioni fraus fiat, præceptum est regiis Syluarum Magistris, seu Custodibus, viridariis, saltuariis, aliisque quibus Regiæ syluæ procuratio data sit, quùm lignorum fient auctiones, id obseruare, curare potissimùm, vt auctiones deferantur ad Fiscalis pecuniæ Coactorem: quò is ab emptoribus iusta exigat Fiscalia, & rationibus publicis expensa ferat. Constitutione edita anno 1516. artic. 62. 63. 65. Procedit & alia cautio, ne liceat syluæ domino, arbores pretio distrahere, nisi Regio permissu: excepto, si decem libellarum pretium venditio non excedat. Quo casu, ei ipsi diuendere licebit, petita priùs à Syluarum Magistratu venia. Vt eiusdem Constitut. lectione deprehenditur. Veti-

Syluarum apparitores dandis Fideiussoribus adstringuntur ad ducentas vsque libellas Franeicas, lege Valesia Mense Maio, an. 1346. De eorum apparitorum publicis stipendiis Philippus 4. Rex antea edixit, an. 1310.

tum præterea vltimo Edicto, ne priuati donentur Regio Canone lignario: siue illa sint *Gruariæ* iura ex alienis Procerum, Regiisve Syluis, seu *Tertij & Dangerij*. Ea namque pars pretij arborum cæsarum, quæ in ius Principis cedit, nuncupatim dicata est redimendo Augustæ Maiestatis PATRIMONIO. d. §. 10. Leg. Regiæ Molinens. Exhinc præcedenti etiam Lege sancitum fuit, arborum donationem non valere, nisi donationis instrumentum ab iis, qui curam tabularum publicarum habent, subscribatur. i. à Præfectis rationum Principalium, an. 1516. artic. 78. Qua in re, admonendi sumus, donatarij in Principem merita nominatim attexi tabulis donationis oportere. Prisca enim Regum Sanctione cautum est, Principali largitione nihil agi, ni promeritorum speciatim expressionem complectatur 6. Nonas Maias, anno 1333. Subde his, grandes Arbores, regiæ donationis obtentu, extra ordinem distrahi cædique non debere, sed formulâ modò Edictis proposita Karoli 5. anno 1376. (art. 20.) & Francisci 1. anno 1515. (art. 35.) Nouo demùm Edicto Blesensi, interdicitur lignorum omnium munere ex regiis syluis, pretiive ex illorum venditione redacti, néve Arbores radicitùs excindantur, diuendantur. Art. 337. huius Edicti, anno 1579. quod publicitùs in Senatu lectum fuit 8. Kalend. Februar. anno 1580. Quinimò Regiæ syluæ vsu olim piè concesso Templis Diuisque immortalibus, iudicatum est, postquàm nemus illud absumptum fuisset minutis lignorum venditionibus à Rege factis, non esse hoc incommodi Ecclesiis sarciendum. Antiquus enim Franciæ Senatus hanc tulit sententiam, in Parlam. Pentecostes, anno 1261. *Conquerebatur Abbas S. Stephani Cadomensis, quòd cùm ipse haberet in quadam Foresta Regis vsagium suum ad molendina, seu furnum ex dono Regis, dicta Foresta taliter est modò consumpta per vendas à Domino Rege ibi factas, quòd non potest ibidem inueniri extra defensas sufficiens marrenum pro molendinis suis reparandis seu faciendis. Cùm igitur peteret à Domino Rege, super hoc sibi recompensationem fieri, vel quòd vsagium suum sufficiens ad molendina sua posset capere in defensis eiusdem Forestæ, vel in aliis nemoribus Domini Regis. Determinatum fuit, quòd Dominus Rex ad hoc non tenebatur.* In Curiæ lib. OLIM fol. 115. vers.

Don de bois du Roy subiect à verification en la Chambre des Comptes.

Ordinatio Regia die 2. Maij an. 1333.

Pour quelque don de Bois qui soit faict, nouuelle Vente extraordinaire ne se fera: Mais le bois sera prins en la vente ordinaire de la forest, où le don sera faict, sur le marchand pour le prix que vaudra le bois à son port, ou à sa vente.

Verificatio Edicti Blesensis in Parlamento, die 25. Ianuar an. 1580.

S. Estienne de Caen. in Normania.

4 SANE non exigua pars SACRI CENSVS in syluis posita est, de quarum proin dominio, vel aquarum, edixit Princeps, iudicium à solis Franciæ Curiis Senatoriis exercendum. Dempta Neustria, cuius nemorum ius DOMINICVM primò diiudicari debet à regiis Prouinciæ eiusce Proprætoribus, adempta vtrobique proprietatis cognitione Præfectis syluarum & aquarum. Constitutione Francisci 1. lata anno 1516. De aquis & nemoribus, artic. 64. Cui affine est Blesensis Edicti caput DE DOMANIO (artic. 338.) quo, regiorum nemorum & aquarum Magistri vetantur, Mandata Principis exequi, ad grandium arborum venditionem spectantia, nisi ea priùs supremæ Curiæ adprobentur, & Præfectis Ratiociniorum. De fluuiis autem, stagnísque regiis omnibus in publicas Literas referendis, sancitum est Lege priscorum Regum, vtque illorum reditus & obuentiones exciperentur à *Bailliuis*, & Fiscalium præstationum exactoribus. Edicto Mens. Maio, anno 1320. Si tamen Princeps licitè semel distraxerit fundum DOMINICVM sub pactione redimendi (vt assolet) emptor interim suas facit æris mulctas, quasi fructuarias obuentiones ex regio iure *Gruariæ* (quod fundo illi annexum est) in proximas syluas Nobilium virorum, & Ecclesiasticorum. Atque hoc modo à Conscriptis Curiæ decretum fuit Pridie Nonas Decemb. anno 1584. secundùm Comitem Chauneum, emptorem fiduciarium Caluiaci, regij Veromanduorum oppiduli. Fayo Aduocato Fisci, contrà, differēte, mulctas eiusmodi, cum *Gruaria* ipsa, fundi potiùs quàm fructuum partem existimandam. In forensi Catalogo litium Veromanduarum.

Les Baillifs, Preuosts, ou Viscomtes, iudices Domanij Syluarum in Normania.

Commissions du Roy pour faire coupe & vente de bois de haute fustaye, doiuent estre prealablement verifiees au Parlement, & aux Comptes.

Descriptio fluuiorum & stagnorum regiorum.

Placitum Curiæ, *en plaidant du Roolle de Vermandois*, die 4. Decemb an. 1584. pro Comite *de Chaune, emptore par engagement de la Chastellenie de Chauny.*

5 CÆTEROQVIN maturè ita prospectum est regio nemorum tuendo Patrimonio, vt quùm Rex pridem instituisset nouos REI DOMINICÆ Obseruatores seu Curatores, prima his fermè munia imposuerit adstandi, explorandi, accuratéque probandi cæsuram, venditionem, signationem, & traditionem arborum syluæ vel cæduæ, vel non cæduæ, tum etiam regiorum lignorum, in vsus priuati cuiusque vsuarij, cuius gratia character lignis impressus fuisset. Principali Edicto, an. 1522. quod subinde Curia publicari præcepit. Talem verò vsum quisquis habet

Erectio officij *de Controlleurs du Domaine du Roy, pour assister, controller, & versifier, toutes les vētes des bleds, vins, & autres choses concernans le Domaine, mesmes les coupes, ventes, marques, & deliurances des bois de haute fustaye, taillis, que autres marques & deliurances des chauffages & vsages faictes tant par les Officiers*

habet in alienis ſyluis pro paſtu pecorum, vel ius cædendi arbores, vt ædificetur in ſuo, vel vtatur domi, non poteſt alij tranſcribere. Romana lege, Sed neque ff. De vſu & habitat. Extant denique Iani Regis Conſtitutiones de aquarum & ſyluarum Præfectis, eorúmque Iuriſdictione: vt regiorum nemorum conſeruationi rectiùs conſuleretur, anno 1355. Eundem Regem imitatus eſt hac in parte Karolus 6. nepos, omnéſque aquarum & ſyluarum Sanctiones Edicto comprehendit, perlato apud Vernonem Neuſtriæ oppidum Mart. Menſ. anno 1388. Quod ipſe poſtmodùm auxit promulgaríque iuſſit Septemb. Menſ. anno 1401. Sed tota hac de re quæ ſuperſunt, Nos planiùs infrà, lib. 3. Tit. De ſylua non cædua.

ſages & vſages faictes tant par les Officiers ordinaires, que Commiſſaires, & icelles ſigner & arreſter par leſdicts Controlleurs auec leſdicts Officiers & Greffiers qui y precederont.

At Caroli 5. de iis Edictum an. 1376. recenſui ſuprà.

Tit. XV.

DE FLVMINIBVS, ET MARITIMO IVRE FRANCICO.

1 *Fluminum genera duo.*
2 *Fluminum vectigalia, in Principis patrimonio eſſe.*
Inſulas Rhodani, & alias ad Regem ſpectare, tanquam Coronæ DOMANIALES.
3 4 *Lacus publicos, in Regalibus numerari.*
5 *Fluminum iura Regalia ſeu Imperialia, ab Italiæ ciuitatibus vſurpata.*
6 *De fluminibus* Bānalibus. *Piſcationem in certa fluminis parte acquiri præſcriptione.*
7 *E flumine publico aquam ducere non licere.*
8 *Variæ Regum Sanctiones, de piſcatione in fluminibus.*
9 *Iura maritima Principis. Extractorum ex mari tripartita diuiſio, inuentorum reſtitutio.*
10 *Naufragiorum compendia, in Sicilia, Anglia, & Italia, Regalibus adnumerata.*
Britonum Breuiculum, quondam Regalis prærogatiuæ ſymbolum.
11 *Regum Gallorum vetus in mari poteſtas.*
Ammiraldorum *nominis etymologia.*
Antiqui Franciæ Ammiraldi.
12 Ammiraldorum *Iuriſdictio, certis regulis circumſcripta.*
De Hanſa Teutonica, *eiúſque Iudice.*
13 *Præfecti maris Gallici quatuor, Franciæ, Britanniæ, Aquitaniæ, Prouinciæ.*
14 Admiraldi *Francici ſedes primaria, Lutetiæ, & Rothomagi.*
Præfecturam maris ſibi confinis Magnates quidam arrogant, tanquam feudariam, *& hæreditariam.*
15 *Salinarum vectigal, pro* DOMANIALI *non haberi.*
Auctores vectigalis Salinarum.
Salinas, argentifodinas, lapidicinas, cretifodinas, ſtannifodinas, ſalifodinas, priuatis competiiſſe.
Tartari Cham, ex ſale, DOMANIVM.

1 HACTENVS QVÆ in continenti. Nunc de fluminibus regiis. Horum genera duo exiſtunt, Regalia quædam, alia *Bannalia*, ſeu proſcripta. Illa dicuntur, ex quibus Princeps vectigal capit iure Patrimoniali: Et in quibus, modum ac tempus piſcationi conſtituit, propriósque Magiſtratus præfecit. Tit. Quæ ſunt Regalia. In ver. Flumina nauigabilia, & ex quibus fiunt nauigabilia, portus, ripatica, &c. In Feudis. Angel. in l. Fluminum. §. planè. ff. De damn. infect. Eiuſmodi ſunt Fluuij, quos Tibullus nominat,

Mitis Arar, Rhodanúſque celer, magnúſque Garumna,
Carnoti & flaui cærula lympha, Liger.

Tibull. lib. 1 Eleg. 7.

Sabaudiæ Dux.

ITAQVE in sacro Principis patrimonio sunt fluminum vectigalia. Bartol. & Iaf. ad l. Quo minùs. ꝛ. De flumin. De Rhodano amne sigillatim scripsit Vido Papa, Ducis Allobrogici Magistratum, siquidem ius dicere de aliqua eius fluminis parte tentarit in perniciem Regij Imperij, mulctæ irrogatione coërceri à Iuridico Lugdunensi. Decision. Gratianopolit. 577. Sic enixè olim intendit publicus Actor in Senatu Tholosano, contra Auenionensem Archiepiscopum, & Sanctæ Sedis officiales Auenionenses, Insulas Rhodani amnis ad Regem spectare, tanquam Francici Sceptri patrimoniales. Qua in controuersia, Tholosani PATRES vindiciario iudicio pronuntiarunt secundùm Procuratorem Fisci, eique Insulas, vti DOMINICAS, adiudicarunt. Decreto postridie Nonas Mart. an. 1493. Deinceps etiam, Fiscalis Cognitor in Curia Parisien. lege egit DOMANII reuocatoria Insularum Rhodani & Araris fluminum, Molæ cuiusque frumentariæ, piscariarum, & aliorum id genus, alterutri fluuio adiacentium, in Præsulem, & Clerum Lugdunensem. Sed ORDO CLARISS. tanta de re statuit, pleniùs sibi testibus & tabulis fidem fieri, ac Regiam interea ab illis fundis manum tolli debere. Aresto postridie Kalend. Octobr. anno 1536. Rhodanum vtique, Gellius in tribus primis Europæ fluminibus esse ponit. Per quod, videtur eum facere Istro æmulum. Istrus enim quoque in Europa fluit, lib. 10. cap. 7. In vniuersum autem, Karolus 9. declarauit luculento Rescripto, fluminum Insulas Diademati competere DOMINICA lege, & in priuatos sibi eas vsurpantes iussit inquiri. Huiusmodi Rescriptum Nonis Iuliis anno 1572. Senatus retulit subinde in publica monumenta. Volum. 7. Regestorum Curiæ sub Karolo 9. fol. 129. vers. Nec enim vsquequaque priuata Insula fit eius, cuius ager propior fuerit, Iure Romano (l. Ergo. §. tribus. ꝛ. De acquir. rer. domin.) Quantò minùs probabile hoc videatur in Gallia, cuius Principes nusquam non publica flumina sibi asseruerunt iure Coronæ? De horum tamen fluminum Insulis, earúmque proprietate, Bartolus diligenter in Tractatu De Insula, post Proculum I.C. l. Insula. ꝛ. De acquir. rer. domin. Duriusculum enim sit, priuatas euerti præsertim Insulæ possessiones multorum annorum, prætextu vagi illius iuris Augusti. De ratione Insularum enascentium, Plinius, Natur. Histor. lib. 2. cap. 88. & sequent.

Prouisionale Arestum Curiæ Tholosanæ die 8. Mart. 1493. *contre les Officiers du Pape à Auignon, l'Archeuesque dudit lieu, & autres.*

Arestum interlocutorium Parisien. 2. Octob. an. 1536. *auec maintenue prouisionale pour l'Archeuesque & Clergé de Lyon.*

Declaratio Regis Caroli 9. die 7. Iulij, an. 1572. *touchant les Isles, saueaux, atterrissemens & assablissemens estans és Riuieres nauigables & fleuues publics de ce Royaume, & pour informer des entreprises faictes sur icelles.*

3 PORRÒ non solùm Regalia flumina nuncupantur, quòd Regum Dominio sunt attributa: sed etiam quòd eorum curam Reges sibi assumpserint, ac Monarchæ. Vt vult Paulus I.C. l. Quod Principis l. Si in publico. In Verb. sine permissu Principis De aqu. pluu. arc. Pomponius l. Quo minùs. In Verb. nisi Imperator De fluminib. l. Seruitutes. §. publico. D. De seruitutib. Ex eo necnon piscarias in Fiscum suum redegerunt, cæterósque publicorum fluminum reditus, qui ærarij publici fuêre. Quorum tamen magna pars displicuit Karolo Magno, Legis Francicæ lib. 3. cap. 12. & cap. 18. In Capitibus adiectis ad Leges Longobardornm. Vtpotè Pedatica nauigia, cùm nauis per medium flumen, vel sub pontem transit, nec ripam appellit. Cuiusmodi vectigalia priùs Imperator Pertinax remiserat, quæ ad contrahendas in fluuiorum ripis pecunias singuli & in vrbium portis, pérque itinera Tyranni excogitarant. Vt est apud Herodianum, lib. 2.

4 SVNT & lacus publici Regales, fluuiorum superiorum instar. Nam publicos lacus Principes locant, & vectigalia suum in Fiscum referunt. Eapropter publicano, qui lacum vel stagnum conduxit, si piscari prohibeatur, vtile competit Interdictum. Sabini verbis, & Labeonis. Idemque iuris ab Vlpiano producitur ad eum, qui à Municipio conductum lacum tenet. Iustissimum est enim, ob vectigalis fauorem, Interdicto eum tueri. l. 1. §. publico. D. Vt in flum. publ. l. 1. ꝛ. De loc. publ. fruendo. Item Principalibus Edictis, aquarum & syluarum Præfecti iubentur, Regales & publicos lacus, prole ac pisculis ad fœturam reparare, & legitimo tempore, pro publico commodo venditionem inire: vt pretium exinde, à Regiis quæstoribus in Fiscum inferatur.

Magistri, seu Magistratus aquarum & syluarum.

5 LANGOBARDIÆ verò ciuitates sibi adsciuerunt merum imperium, ac Cæsaris flumina, quæ earum territorium interfluunt. Pace Constantiæ cum Friderico 1. icta. Ac sensim reliquæ omnes Italiæ vrbes eadem Regaliorum iura veteri vsurpatione quæsierunt in suis vicissim Territoriis. Bald. ad cap. 1. De pac. tenen. Bartol. ad l. Quo minùs. ꝛ. De flumin. Angel. in cit. l. fluminum.

Pax Constantiæ promulgata 7. Kalend. Iulij, an. 1183.

Simili

Similimodo Veneti, Ligures, inueterata consuetudine exercent iura Fiscalia, & nauigantibns vectigal indicunt. Bald. ad Rubr. De rer. diuis. D. & in l. penult. Cod. De condit. insert.

Venitiens. Genuois.

6 De Regalibus hucusque, nunc *Bannalia* flumina exponamus, Proscripta literatis dicta. Hæc enim beneficis Dominis confinium prædiorum acquisita sunt, aut longi temporis præscriptione, aut Regio permissu, alióve iusto titulo. Qualia hodie, non pauca flumina censentur: factaque priuata, quæ natura publica erant. Faber certè ex Gallico more asserit, Francicis Magnatibus non licere, ius piscandi in flumine priuatis interdicere: & ita à *Curia Franciæ* vulgò obseruari. In §. fluminum. Institut. De rerum diuis. Sed mallim eum de Regalibus fluuiis sensisse interpretari, quàm Francicæ praxeos callentissimum virum, errore lapsum existimare. Nam alioquin piscatio in certa parte fluminis & pacto constituitur, & continenti multorum annorum vsu potest quæri. Vnde Vlpianus libro 6. Opinionum, Venditor (inquit) fundi Hieroniani, fundo Botriano, quem retinebat, legem dederat, ne contra eum piscatio Thynnaria exerceretur. Quamuis mari (quod naturâ omnibus patet) seruitus imponi nequeat priuatorum cautione: quia tamen bona fides contractus, legem seruari venditionis exposcit, personæ possidentium, aut in ius eorum succedentium, per stipulationis aut venditionis legem obligantur. Eademque ratione, potentiores amnis accolæ, si pluribus annis piscati sint soli, cæteros pari iure vti vetant. Martiani I. C. l. Si quisquam. De diuers. & temporal. præscript. Vlpian. l. Iniuriarum §. vlt. ff. De iniur. Id quod pariter in Gallia procedere, fatetur Ioh. Faber in cita §. fluminum, ac Vidus Papa Decis. 414. vbi Delphinatium quidem Baronibus negat ius esse, quenquam prohibere piscari, sed ilico etiam excipit, Nisi consuetudo amplius illis ius attribuat. Nam & priuata esse flumina quædam ait Vlpianus, quæ à cæteris locis priuatis nihil discrepent l. 1. §. si autem flumen. De fluminib. Verùm apud Moschos, quicunque ex fluuiis & lacubus pisces percipiuntur, eorum partem habet potissimam Princeps: veluti è syluis, pelles pretiosiores. Istæ quidem, ad dona & venditionem: illi vero siccati, ad præsidia, cibúmque adseruantur. Quæcunque ex his distrahuntur ad Principem spectantia, aliis præferuntur: nec sua quisquam potest diuendere, antequàm ea quæ Principis sunt, væníerint. Vt est in Posseuini Moscouia.

Leg. Venditor D. Commun. præd. Thynnariam autem piscationem cum Budæo interpretamur, à Thynnis, piscibus prægrádibus. A quibus Thynnoscopi dicti, homines è littore editiore Thynnos speculari soliti, retia piscatorũ subeuntes.

Moscouiticum Domanium.

7 Rursus etsi vnicuique ius sit, ex flumine nauigabili aquam, cuius vsus publicus est, haurire: non ideò licet aquam publicam ducere & deriuare, ne exarescant flumina, aut aqua nimiùm depressa, peiùs nauigentur. Qua in re nullum possessioni & longo vsui locum esse, ad Ciuitatis iura circumscribenda, iudicauit Themistocles fluminum cognitioni & curationi Athenis præfectus: seuerissima ab eo multæ dictione cohibitis, qui diutiùs hanc in partem peccauissent. Secundùm hæc, Romæ M. Portius Cato, & P. Valerius Censores, omnem aquam publicam ademerunt fontium, aquæductuum, ac fluminum publicorum, profluentem in priuatorum ædes aut agros: & quæ publicis in locis constructa fuerant, curarunt intra 30. dies demolienda. Vt volucre est apud Plutarch. in Themistocle, & Catone Censor. Qua ex regula vnus demitur casus, si quis ius aquæ impetrarit Principali Diplomate: dummodò priuatus, citra publicum incommodum, ciuiliterque eo iure vtatur. Vt Constantinus Imp. sanxit. l. 1. De aquæductu Lib. 10. Cod.

Moderatè ex publico flumine ducenda aqua.

Ius aquæ ducendæ ciuiliter Rescripto impetrari.

8 Insuper prisci Reges, piscationi in fluminibus publicis statuerunt modum. Lege edita à Philippo 4. De instrumentis piscatoriis, piscium capturæ magnitudine idonea, mulcta illegitimè piscantium. Sextili Mense, an. 1291. Alio dehinc Philippi eiusdem Edicto quædam præscribuntur de aquis & nemoribus, veluti de reparandis stagnis, instituendis aquarum & syluarum Iuridicis. Mense, Mart. an. 1302. Philippi itidem filius Pulcher multa constituit de aquis & syluis, quibus piscium capiendorum magnitudinem definiuit, piscatoria instrumenta certam in formam laxauit, seu dilatauit. Vt ut sit, Reges piscarias, ac reliquos fluminum prouentus, qui ærario publico olim addicebantur, passim transtulerunt in suum Fiscum. Sicuti innuit Vlpianus lib. 10. ad Edictum l. Inter publica. De verbor. signific. Tametsi ibidem nonnullis legendum videatur, *Picariarum*, pro

Modus piscationi regiis Legibus præfinitus.

Carolus Pulcher.

M

Ordonnance de l'Admirauté.

Piſcariarum. Picariæ autem ſunt, ſeu picis fodinæ, Principibus quondam vendicatæ, è quibus foditur Pix. Etenim picem foſſilem inueniri, relatum eſt à Plinio, lib. 16. cap. 12.

Rerum in mari repertarũ in tres partes diuiſio. *Ces choſes tirees de mer, nõmees Spariees, Vereſques, Barbaries, Bris & choſes du flo à terre.*
* Præmij, rei amiſſæ repertori dati, *trouuailles.*
Conſuetudinarium Ius Hungariæ.

6 NVNC maritima Principis iura adgrediamur. Regia Lege cauetur de maris Præfectura, trientem omnium, quæ è pelago extrahuntur, ad Regem pertinere. Alterum, ad maris Præfectum (cum decima hoſtilis prædæ maritimæ.) Tertium ad claſſiarios repertores. Quòd ſi prior dominus, intra annum perſequatur rerum ſuarum iacturam, eas recuperat, * τοῦ εὑρέτου nomine ſumptibus reſtitutis. Artic. 11. Conſtitut. latæ, an. 1517. & 1543. Vtraque autem deſumpta videtur ab Imperiali hac Friderici 2. ſanctione, Nauigia. Cod. De Furt. Qua tuetur res naufragio eiectas, dominiſque integras conſeruari iubet, ac eos qui contrà fecerint, bonorum omnium publicatione mulctari. Quinimò vetere Vlpiani Reſponſo admonetur inuentor, vt libellum proponat continentem inueniſſe ſe, & redditurum ei qui deſiderauerit l. Falſus §. qui alienum. ff. De furt. Cuius generis morem, in caſtris Romanorum ſedulò obſeruatum teſtatur Polybius libro 6. Pannonico, ad hæc, More ſcripto cautum fuit, *in exercitu amiſſum equum, à quocunque inueniretur, ſub amiſſione capitis, ſuo domino reſtitui.* Neque iis diſſentanea Hebræorum lex, quam Ioſephus commemorat. Durior planè eſt Hiſpanica Conſtitutio, in mari ablata, vel deperdita, ſolis mercatoribus reſtituiri, non iis, qui voluptatis cauſa adnauigent tempore belli. Ex Codice Alphonſi 9. Hiſpaniæ Regis.

Le Traicté d'Angiers de l'inueſtiture du Duché de Bretagne. An. 1231.
Breuicula, quæ Itali Guydagia appellant.
Literæ patentes, die 26. Octob. an. 1573. *Que pour briz de Nauires ſera baillé ſeulement ſalaire, ſi ledict briz n'auoit eſté faict en pleine mer, ou la nauire abandonnee des Mariniers.* Ex Lib. Areſtorum Senatus Rhedonenſis in Britannia, collectorum à Natali *Du Failh*, in eodem Senatu conſiliario. De hoc quoque maritimo Britãniç iure, Vide cap. 40. art. 10. noſtri lib. 1. De Leg And.

10 ÆQVE adnumeratur Regalibus, in Sicilia, Anglia, & littoribus Italicis naufragiorum compendium. Vt aiunt Lucas Pennatus, & I. Plateanus ad l. 1. Cod. De naufrag. Afflictus in Neapolit. Conſtitut. 59. lib. 1. Sed & Britonum Duci idem iuris (quod *Bris* vocarunt) reſeruatum eſt quondam à Gallo Rege, Andegauenſi Fœdere an. 1231. Quinetiam Armoricæ gentis Moribus, patrium Breuiculorum ius, fuit olim Regalis prærogatiuæ ſymbolum. Cùm enim Armorici Principes ac Reges priſci, ſcopuloſo & importuoſo littore proſpicerent crebra fieri naufragia, Edicto cauerunt, ne iniuſſu ſuo, excedere freto liberum eſſet. Soluentibus periti maris & littorum, Duces Veniæ teſſeram, breuicula dabant nauigaturis. Commeatum hunc ſpernentium, nauis & armamenta publico committebantur. Naufragio etiam facto, mercium indicta publicatio: venia facta, periculum rebus nullum à Fiſco, naufragium item colligere licebat. Eiuſmodi breuicula, haud exigui nunc ſunt prouentus, vt aliàs, ac inter cæteros Fiſci reditus, mancipibus vectigalium elocantur. Vt tradit Argentræus in Conſuet. Armoric. De reliquo iure nautico & maritimo, conſule Regias Sanctiones, Ne iſthuc Rhodias leges adducam, aut Ponticas de re nauali, (quarum meminit Tertullianus in Marcionem) aut Imperialia ſparſim oracula de Naufragiis, de Nauticis vſuris ſeu nautico fœnore, de Claſſicis, de Naucleris, de exercitoria actione, & cætera id genus. Hæc enim nihil ad REM DOMINICAM Galliarum.

Rutlãdus, ſeu Rollandus, Limitis Britannici Præfectus. Qua in Britannia Gallica, *Vice-Admiralis* titulo, fuit Carolus *de Mouy* receptus in Curia Pariſ. die 8. Mart. an. 1529. ex prouiſione *Admiraldi* Franciæ Philippi Chabotij. At paulò pòſt, N. *Dubec* Dn. *de Bourry* Viſadmiraldus Britanniæ dictus eſt. Tamẽ Anno 1563. Rex ipſe prouidit *à l'eſtat de Viceadmiral de Normandie & Picardie.* Vt Anno 1589. Rex fecit *Le Commandeur de Chartes, Viſadmiral de Normandie.* Et ſub annum 1603. Baronem *de Neufbourg Viſadmiral de Bretagne.*

11 QVANTA in mari poteſtate prædìti fuerint Galliæ Reges antiqui, oſtendit apud Æginartum Rutlandus maris Britãnici Præfectus, Magno Gallis Imperante. Tribunos hoſce maritimorum, poſteritas nuncupauit Græca voce *Ammiraldos* ἀπὸ τῆς ἁλμυρίδος, à ſalſugine maris, vel Θαλασσιάρχας. Sic Zonaræ, & Cedreno identidem dicitur Ἀμηρᾶς. Admiralios quoque legimus Gulielmi, Regis Siculæ oræ, Græcis finitimæ. In Supplemento Sigiberti, an. 1158. Nec enim facilè mihi perſuadeo (quod nonnulli putant) noſtrates *Ammiraldi* nomen à Saracenis mutuatos, ac Mahometanis, ex qua primùm tempeſtate maritimam in iſtos expeditionem adornarint. Nam Arabes quoq; ipſi ac Sarraceni, Amireorum verbo intellexerunt Prætores prouinciarum, non maritimi tractus Rectores, ſeu Cuſtodes Limitis, littoriſve maritimi. Vt Sigebertus de Mahumete narrat, qui in Sarracenorum regno quatuor Prætores conſtituit, Amireos tùm appellatos. In Chronico, an. 630. Plura de *Ammiraldis* paſſim, in lib. Ioan. Ioynuillæ, ſcriptoris belli ſacri Ludouici 9. contra Aſiaticos Chriſti hoſtes. Huic ætati ſuppar enituit Rogerius Tarraconenſis, Siciliæ Thalaſſiarchus, ſeu *Admiraldus*, ita dictus Hiſtoricis Commentariis. Quibus etiam proditum eſt, Rogerium Gallicam claſſem in Sicilia debellaſſe. Ex eo tempore clariùs pariter innotuerunt *Ammiraldi* Francici, hoc

Roger l'Arragonnois, Admiral de Sicile, ſouz le Roy d'Arragon & de Sicile.

Regij

Regij muneris titulo, decretaque in res maritimas potestate. In iis Hugonem Quieretum numerat Frossartes, sua suorumque clade memorabilem Nauarchum Gallicum, qui, nauali acie pertinaci, ab Anglis cæsi occubuerunt, anno 1340. Quieretо autem successère aliquantò pòst Narbonæ Procomes Almaricus, & alia vicissim maritimi belli propugnacula, Ianus Viennēsis, Baudranus Heuzius, Clinetus Brabantus (Carolo 5. & 6. Regibus) compluresq; alia Franciciæ classi Præfecti, quos referre nullum sit operæpretium. Eos longo ordine recensent Ioh. Feronius, I. Tilius, ac Neoterici quidam, ex Gallicorum Annalium monumentis.

Hugues Quieret, Admiral de France. Froissart. Hist. lib. 1. cap. 51. *Amaury Viscomte de Narbonne.* *Messire Iean de Vienne, Baudran de la Heuze, Clinet de Brabant, Admiraux de France en diuers tẽps.*

12 ADMIRALDI Iurisdictio certis regulis circumscripta est à nostris Regibus, non solùm Edictis, an. 1517. & 1543. (de quibus suprà) verùm etiam Constitutione edita, 3. Calend. Mart. an. 1534. cui Senatus Parisiensis subscripsit, moderatione hac adhibita: *Pro gaudendo per dictum Admiraldum & eius Officiarios iurisdictione, & causarum notione in prædictis Literis declarata, etiam in personas priuatas, aliàs dicto Admiraldo vel eius Officiarijs minimè subditas, quantum attinet delicta in mari & illius portubus, eique adiacentibus Insulis, & quatenùs maris fluxus portenditur, nauigatione durante, duntaxat commissa: Contractus etiam & conuentiones maritimarum mercium, & aliarum rerum euectionem, vel nauigationis factum immediatè & contingenter concernentes. Die 6. Mart. an. 1535.* Eandem Iurisdictionem interpretatione auxit ampliauitque Henricus 3. Rex, vnà cum ipsius Iurisdictionis commodis & obuentionibus fructuariis. Bina Lege sancita pridie Idus Februar. an. 1576. & Mart. Mense, an. 1584. Priorem quidem Lutetiana Curia publicauit 4. Idus Martias, an. 1576. Posteriorem Curia Rothomagensis, 15. Calend. Maias, an. 1584. Illa nominatim *Hansæ Teutonicæ* Iudicem statuit Tribunum maritimorum, & si qua inciderint dissidia inter Nauticos huiusmodi mercatores aduenas, Scotos putà, Anglos, Hispanos, Lusitanos, exterósve alios. Vulgari autem *Hansæ Teutonicæ* verbo significatur vetus Confœderatio, & communis promiscuúsque vsus Priuilegiorum Principalium, Teutonas inter mercatores seu Germanos, & indigenas ipsos: quando illi iam olim negotiari consueuerint in primariis quatuor vrbibus Emporicis. Nempè Brugis, Flandriæ: Londini, Angliæ: Bergis, Noruegorum: & Nouogardiæ (seu Nouigrodi,) Ruthenorum. Quæ omnia sigillatim explanat Albertus Crantzius, in Saxonica, & Vandal. Hist. Teutonicæ huic Societati mercatoriæ data sunt etiam posteriùs à Francis Regibus Priuilegia nonnulla, quæ summatim delibauimus antehac, Tit. de Bonis peregrinorum.

Ordinatio Regia, die 27. Feb. an. 1534. *Que l'Amiral de France, & de Gyenne tant à la Rochelle, que autres lieux, cognoissent de toutes causes ciuiles & criminelles procedans du faict du nauigage de la mer, contracts & fretemes, trafic, & transport de marchandises faictes pour le nauigage, pilleries sur mer, &c.* Alia Ordinatio Regia, die 12 Febr. ann. 1576. verificata in Parlamento Paris. die 12. Mart. eod. an. Posterior Ordinatio publicata in Parlamento Normaniæ die 17. April. anno 1584. *Alliance de la Hance Teutonique, i. communication des Priuileges ottroyez par les Princes & Republiques aux Marchans Allemans trafiquãs à Bruges en Flandres, Londres en Angleterre, Berges en Noruege & Nouogrod en Russie, dés y a plus de 300. ans.* *Nouogrod, en Russie, partie de Polongne.*

13 QVOD suprascriptum est de Tribuno maritimorum Galliæ, non vni applicatur ei, quem *Franciæ Admiraldum* dictitant, sed quatuor Maris Gallici Præfectis, qui vario nomine, variisque in oris maritimis, parem gerunt Præfecturam. Prisco enim æuo, Aquitaniam Angli occupabant, Britanniam Celticam Duces, Prouinciam Phocensem Comites hæreditarij; non Galliæ Reges. Ac propterea id temporis *Admiraldus Franciæ* præerat solùm Belgico Picardorum, & Neustriæ mari, ad Armoricum vsque tractum. Alij verò tum priuatim sibi Principes quique delegerunt confinis freti Rectores, seu *Ammiraldos*. Ob idque, pulsis Aquitania Anglis, & Prouincialibus, Armoricisque in ditionem redactis Franciciæ Regiæ, Princeps nil innouandum ratus, decreuit Aquitaniæ Legatum eundem & *Admiraldum*: Gallicæ item Britanniæ Prętorem, cum maris Prefectura: simul in Narbonensis Galliæ Prouincia, distinctè separatimque. Nuper tamen Rex, in Armoricis instituit maritimæ Tribunal Iurisdictionis: Ita, vt de prouocationibus ex eo Foro interpositis cognosceret Senatus Rhedonensis. Diplomate 9. Calend. Maias, an. 1554: quod Natalis *Du Faith* recitat, eius Collega ordinis Senatorij. In Arestorum eiusdem Miscellaneis.

Angli Guyennia exacti, an. 1453. *Les Prouẽceaux venus à la Courõne, l'an 1481. & la possession de Bretagne, l'ã 1491.* *L'admiral de Leuãt, ou General des Galeres de Marseille.* *Vn siege d'Admirauté de Bretagne.* *Parlement de Rẽnes, Iuge des appellations du Siege de l'Admirauté de Bretagne.* Literæ patentes Regiæ, die 13. April. anno 1554.

14 FRANCICI vero *Admiraldi* iuridicæ Sedes præcipuæ, stant Lutetiæ, & Rothomagi. Lutetianam appellãt, qui iudicio damnati sunt vicarij Magistratus Præfecturæ maritimæ in Belgicis finibus Ambianorum: Ad Rothomagensem vtique sedem deferuntur prouocationes à sententiis inferiorum eius generis Iudicum, qui in multis Neustriæ oppidulis ius dicunt, Regio Errici 2. Edicto, anno 1554. Normanicæ item Consuetudini intexitur Titulus *De l'Admirauté, ou Marine*, cuius vicarium multiplex Forum est, apud Iuliabonam, Touqueum, Caldebecum, Arefluctum, Gratiæ Francicum oppidum, Fiscanum, Dieppam,

Appellatios du Lieutenant, ou Iuge particulier de l'Admirauté, à S. Valery, & autres lieux proches, en Picardie. Tribunalia rerum maritimarum Normaniæ, à Honnefleur, Toucque, Caudebec, Harfleu, ville Frãsoise de Grace, Fescamp,

Veulles, Dieppe, Caen, Bourg de Port, Ancelles pres Bayeux, Bourg de Grandcamp, Carentem, la Hogue, Coustances, Bourg de Portail, Cherbourg, & Bourg de Genets.
Duc de Ioyeuse.
Serment d'Admiral de France, die 19. Iunij, 1582. & 11. Ianu. 1588.

Comté d'Eureux, les Religieux de S. Iosse de Monstrueil, Le sieur de S. Valery.

Droicts particuliers d'Admirauté, par adueux & denombrements d'aucuns Seigneurs rendus au Roy.

Veullesam, Cadomum, Vicum Portus, Ancellas ad Bellocassios, Vicum Grandiscampi, Carentum, Hoguam, Constantiam, Vicum Portaillium, Cæsaroburgum, & Vicum Genestum. De quibus rerum maritimarum Tribunalibus loquitur Terrienus, in Commentar. Normanicæ Consuetud. Nauarchiæ autem huius Francicæ sacramenro dixit in Curia Parisien. Annæus Iocosæ Dux, Tribunus maritimorum Galliæ, 13. Calend. Quintiles, an. 1582. Eius deinde successor Dux Espernonius, 3. Iduum Ianuar. anno 1588. Nec desunt rursùs priuati magnates, qui sibi arrogent in Gallia, Ditioni suæ propinqui maris Præfecturam. Quo modo Georgius Tremolius, Baro *de Royan, des Sables d'Olonne, & d'Oliuet* in Pictonibus, vendirat se *Admiraldi* titulo, ea in ora maritima perpetui, beneficiarij Regum, hæreditarij. Hæc iampridem *feudariæ* Dignitatis quæstio pendet in Senatu Lutetiano, cum Procuratore Fisci. Eandem sibi prærogatiuam asserunt in suis quinque finibus, Dynasta *de Cayeu* Ambianorum, Comes Eburouicum, Cœnobitæ Fani Iudoci Monstroliensium, Regulus Fani Valerici, in Ambianis: quorum annosæ de eo iure lites cum Regio Actore, extant in Monumentis Curiæ Parisiens. Nec absimiles causas forenses, quæ propalàm actæ, in consilium mitti solent à Patribus Conscriptis, protulimus in medium lib. 2. nostri Operis. De PRIVILEG. RVSTICOR. (cap. 11. artic. 3.) Tum lib. 3. DE SACRA POLITIA, (Tit. 8. artic. 10.) Ac denùm lib. 1. nostri Tractatus DE LEGIB. ANDIVM, (cap. 51. artic. 2. & 3.) Summam hanc esse arbitror, vt si Proceres illi, Catalogo rerum suarum clientelarium Regibus probato, docere possint, eam sibi adscripram permissamque vicini maris Præfecturam, tunc ea perpetuò vti sinantur, tanquam ipsorum propria, *Feudaria*, patrimoniali. Sin minùs, æquo animo pariter ferant, Principem sarta tecta tueri Reipubl. sua iura. Quo sensu accipiendum est Edictum, Febr. die 12. an. 1576. Toparchis omnibus prohibitorium, ne suo in Territorio *Admiraldos* se prædicent, sibíve vsurpent prærogatiuas & commoda aduentitia maritimæ Præfecturæ. Eodem quippè Edicto, salua relinquitur Dynastis tabularum editio in Auditorio Principis, vt si eius Dignitatis sibi sumptæ fidem legitimè adstruxerint, tunc Regiæ prohibitionis nulla postmodùm ratio habeatur.

Salinarij vectigalis institutio.
Gaguinus Historicus refert hanc Gabellæ salis institutionem ad Philippũ Valesium. Sed huius Edicti Annus & Dies 25. Febru. anno 1318. cuius ex antiquis Regestis fides mihi facta est, arguit contrarium. Alij autem Phil. Pulchro, eandem tribuunt institutionem.

ADNOTANDVM est hoc loco, Salinarium vectigal, cuius primus auctor fuit Philippus 5. in Gallia, Principis Patrimoniale non censeri. Imò quamprimùm institutum fuit bellicæ necessitatis lege, idem auctor disertè contestatus est, edixitque, vltra quinquennium se illud non prorogaturum. Regia Constitutione 5. Calend. Mart an. 1318. Haud secus ac Romæ triburum ex salaria annona, à Claudio Salinatore impositum, nec multò post in gratiam Pop. sublatum est. Liuij lib. 9. Decade 3. Similiter à Lysimacho in Troade vectigal salinarum indictum refert Athenæus (3. δειπνοσοφιστῶν 1.) sed Natura id quasi refugiente, exaruisse salinas, ac remisso Vectigali, rursùs prodiisse. Exhinc meritò redetur à Iuuenali Palphurius quidam assentator, qui omnia quæcunque ex mari caperentur, pisces etiam ipsos, esse Domitiani Cæsaris affirmabat. 15

Si quid Palphurio, si credimus Armillato,
Quicquid conspicuum, pulchrúmque ex æquore toto est,
Res Fisci est, vbicunque natat.

De publicis quoq; Salinis, extat Lex, Mulier in opus salinarum. ff. De captiu. l. Aut damnum § in ministerium. ff. De pœn. l. Inter publica Ver item salinarum. ff. De verb. signif.
Salinæ priuatorum.

Ac publicas quidem Salinas fuisse antiquitùs, earumque vectigal fatetur Iuuentius Celsus, l. liber homo §. 1. ff. De hæred. instit. Caius itidem, l. 1. D. quod cuiusq. vniuers. nom. L. sed & hi. ff. De publican. Cum Cæsarea leg. antepenul. Cod. eod. Ast priuatis etiam Salinas competiisse, indicio est Vlpiani responsum, l. Magis puro. De reb. eorum qui sub tut. l. 4. §. salinæ. ff. De censib. Tum Scæuolæ, l. Generali. §. idem quæsiit. ff. De vsufr. leg. Nec minùs argentifodinæ, lapidicinæ, cretifodinæ, stannifodinæ, salifodinæ, priuatorum fuêrunt: ex quibus decimam tantùm cogere Principes solebant. Imperar. lege Cuncti. De Metall. lib. 11. Cod. Quin & aurifodinas ad priuatos spectasse, arguit Taciti locus, lib. 4. Annal. Cùm aurarias cuiusdam, tametsi publicarentur, Tyberium sibi se posuisse, ab eo traditum sit. Atque ideò rectè Seneca, Cæsar (infit) omnia habet, Fiscus autem eius priuata ac sua: Vniuersa, eius imperio: patrimonio propria. Lib. 7. De Beneficiis.

Nimirùm

Nimirùm ad Reges potestas pertinet, ad singulos proprietas. Omnia Rex imperio possidet, tutelarique patrocinio, singuli dominio. Argumento Celsi I.C. in l. Littora. D. Ne quid in loc. publ. Explodendi igitur, qui *omnia esse Fisci*, vt Fusidius, clamant. Nec refragatur, quòd Venetiis iam olim creati sint Quinqueviri de sale Reipubl. Venetæ procurando: quorum meminit Bembus, Histor. Venetæ lib. 12. Haud ideò enim salinarium vectigal populo indictum est, conuersumque in formam publici Patrimonij. Ac multò minùs trahenda in exemplum barbari Scythiæ Principis tyrannis, cui *Magno Cham* in vrbe Quinsai & prouincia Mangi penduntur annui reditus, prouentusque DOMINICI ex sale certis locis adparato. Vt est apud M. Paulum Venetum, Indiæ Oriental. Historiograph.

Tartarorum Principis DOMANIVM.

16 HIS igitur germanam DOMANII naturam parùm spirantibus, mihi iam è vasto Pelago enatandum est, vt Terram SALICAM ocyùs ex instituto cursu persequar. Immensa enim, quæ huc, velut in aceruum congeri possent, spatiis exclusus iniquis

Prætereo, atque alijs post me memoranda relinquo:

fœliciùs Opus absoluturis, quàm is qui, inchoato ab Apelle Coæ Veneris capite, reliquum corpus depingendum perficiendumque susceperat.

EPILOGVS Libri primi.

Terra Saliorum, seu Francorum, propria seu patrimonialis fundorum proprietas, quæ ideò à nullo recognoscitur. Vide infra lib. 3. Tit. 1. & 4.

EXPLICIT LIBER PRIMVS.

REN. CHOPPINI ANDEGAVI I.C. DE DOMANIO GALLICO.

LIBER SECVNDVS.

Tit. I.

DE PROHIBITA REGII FRANCIÆ DOMANII ALIENATIONE.

1 2 DOMANIVM *Alienare, nefas.*
DOMANIVM, *Doti vxoriæ comparatum.*
Diadema, splendidum magis quàm beatum.
Reges, non tam Domini, quàm Curatores Reipublicæ, Mamburgi *aliàs dicti.*
3 *Ciuitatem, inuitis ciuibus, iure non alienari.*
4 DOMANIVM *alienatum, multis multorum Regum Edictis reuocatum.*
5 DOMANII, *per Reges, pérque Regulos à suis redempti, exempla.*
6 DOMANII *in priuatos translatione, summum imperium retineri, aut cessum quandocunque vindicari.*
De sommo DOMANII *Imperio cesso, deinde vindicato, inter Gallos & Anglos contentiones.*
7 *Monstrolium, Ambiani, & finitimæ Vrbes, Confluentina pactione Burgundioni cessæ.*
Infamia fœdera quamprimùm abolenda: vt cætera, cum omni posteritate, adæquanda.
8 *Balearici Regis Aragonio Regnum suum tributarium professi, Pactio irrita.*
9 *Romani Imperij fastigium, varijs* DOMANII *alienationibus depressum.*
Imperatoris noui electi Iuramentum.
10 *Non modò summi Dominatus cessionem, sed etiam partis* DOMANII *vtilis alienationem vetari.*
Hæredi DOMANIVM *reuocare alienatum licere.*
DOMANII *per successores repetiti exempla.*
Scotus, Angli beneficiarius bis frustrà dictus.
Cyprus insula, à Iacobo notho, Regi Aegyptio beneficiaria reddita, à Venetis vsurpata.
Pannoniæ pars, per Vayuodam Solimano turpiter supposita.
11 *Regna, Apostolicæ Sedi piè subijci.*
Anglia, Feudum Rom. Pontificis factum.
Hibernia, Principatus titulo, ab Adriano P.P. Errico 2. Angliæ Regi concessa.
Scotia, & Lusitania, annui census nomine, P.P. obnoxiæ.
12 *Sicilia, Pontifici Max. tributaria.*
Polonici regni Diadema, olim in summi Pontif. arbitrio atque tributo.
13 *Reges Galliæ, Romano Imperatori non subesse.*
Leges in Regni traditione dictas seruari debere.

Regiorum

Regiorum titulorum varijs legibus traditorum exempla.

14 *Sceptrum & diadema à Romanis ad Reges missa, Regni confirmandi symbola.*
De regno Arelatensi.

15 *Muleasses Altzachenus, Tunetensium Rex, Karolo 5. Cæsari tributarius.*
Northuuegiæ Regi, triginta duarum Insularum Rex obnoxius.
Regius titulus, à Basilio Ruthenorum Duce præsumptus.
Solam Bohemiam, hodie regios fasces Imperatori submittere.
Regij tituli honor, Ladislai fortitudine ac fide, Bohemiæ quæsitus.
Slauinis Morauiæ regius titulus à Constantio Pogonato concessus.
Prussia, Imperio à Carolo 5. vendicata, rescissa pactione Teutonicorum cum Polono.

16 *Iuramentum noui Regis Poloniæ, ab Errico Andium Duce, Legatis Poloniæ præstitum.*
Non solùm Reges, sed & Duces Comitésque maiores, alienatione fundorum publicorum prohiberi.
Biarnensi Domino, & Prouinciæ Massiliens. Comiti, Patrimonia suæ Ditionis alienare non licere.

17 *Sic & Aquitaniæ Duci, Vasconiæ oppida abdicare à se, minimè permissum.*
Ducale patrimonium vendere, Ducibus Cæsarum feudatariis *inhibitum.*

1 QVONIAM LIBRO superiore diximus de acquirendo DOMANIO, nunc de amittendo, seu alienando, videamus: Et quibus modis alienare liceat, vel non.

2 SANCITA Lex est Agraria, ne publici Agri distrahantur à Principe, Artic. 1. Edicti Francici Molinensis, Febru. Mens. 1566. quod Senatus Regestis conditum fuit, die 13. Maij, eod. anno. Tum Blesensis Constitutionis §. 329. & seqq. in cap. de DOMANIO. Sicuti enim Lege Iulia, dos est à marito inalienabilis: ita Regium Coronæ patrimonium, indiuidua Reipub. dos. Cuius ergò, Regi tot ferenda sunt onera, vt ritè exclamare queat de Regio Diademate. O nobilem magis quàm fœlicem pannum, quem si quis propriùs intueretur, quàm multis sollicitudinibus plenus sit, ne iacentem quidem, humo tollere vellet. Innotuit & Italis Iurisperitis Francica Obseruatio, alienationis prohibitoria REI DOMINICÆ. Bald. ad l. Cùm multa. C. De bon. quæ liber. Et in Cap. Si generali. Si de feud. fuerit controuers. In Feudis. Hostiens. ad Cap. Dilecti. De maiorit. & obed. Sacrum enim existimatur, vt Imperiale, sic Regale Patrimonium, quod ideò à re priuata ipsorum Principum separari solet. Leg. 1. De indiction. Lib. 10. C. l. vlt. C. De Vectigal. & commiss. Vnde Scriptorum etiam omnium calculis interdictum est summo cuique Monarchæ, Regaliorum alienatione, fundorúmve publicorum: Qui ab ipso vt non parti, ita posteris sunt seruandi. Bartol. ad l. Prohibere §. planè D. Quod vi aut cl. Bald. in Procem. Feud. Archyd. in Can. Non licet. 12. Quæst. 2. Angel. in l. Ex præstatione. Cod. De vectigal. & commiss. Plateanus ad l. Prædia. De locat. præd. ciuil. lib. 11. Cod. Ob id Reges non tam dicuntur Domini, quàm Curatores Reipub. qui Feudisticis temporibus *Mamburgi* nuncupabantur. Sic enim Boso Burgundiæ Rex in Formula Regni accepti, Omnibus (ait) legem, Iustitiam, & rectè Mamburgium, auxiliante Deo, conseruabo, vt monuistis. Ex Burgund. Annalib.

Regia Ordinatio facta, Mens. Maio, an. 1579. ad Libellũ supplicẽ trium Galliæ Statuum, coactorũ in Vrbe Blesensi. Quam Ordinationem Curia Parisien. verificauit, die 25. Ianuar. anno 1580.

Bartoli sententia, Ius Regaliæ vel Domanij alienare vetitum, aut totum, aut eius partem.

3 HINC vulgata circumfertur Iuris Regula, Principi fas non esse, ciuibus inuitis ciuitatem abalienare, nec in emptoris fidem obseruantiamque sacramento ciues obstringi. Bald. ad l. 2. §. vlt. D. Solut. matrim. Faber in §. penult. Institut. De assignat. libert. Iason ad l. Debitorum C. De pact. Cynus in l. 1. Cod. De Nouat. Molineus in Consuet. Parisiensi, Tit. 1. §. 2. Gloss. 4. in ver. *Serment de feauté*. Num. 15. 16. 17. 18. Supremus enim clientelæ nexus haud dissoluitur, nisi mutuo partis vtriusque consensu. Decis. Capel. Tholosan. 485. Imò & hoc priuilegio suffultæ sunt Gallicæ vrbes permultæ, ne ius in eas DOMINICVM væneat, licet Regibus saluo receptoque ibidem maximo Dominatu. Qualis Brignolia, Phocansis Prouinciæ ciuitas, quam Ludouicus 2. Siciliæ Rex, & Pro-

Principi non licet alienare, eximereve obsequio Vasalos in præiudicium successorum suorum Bald. in prælud. Feudor. Et in Tit. De Pace Constantiæ In ver. successorum suorum.

Brignolle, cinquiesme ville de Prouence.

Cui Regia etiam Sedes fuit imposita, cũ immediato Ressortu ad Senatum Aquensem Literis an. 1575. in d. Senatu publicatis, an. 1578. reiecta confinium illi Oppidorum *Dyeres & Draguignan* oppositione.

uinciæ Comes, sacrauit publico Patrimonio Comitatus: fide deuincta, eam Vrbem à se posterisve Comitibus nunquam priuato alicui transcriptum iri. Tabulis authenticis, an. 1392. quas dehinc Franciscus 1. Rex sanxit Diplomate an. 1537. aduersus Baronem *de Cotignac*, nouum emptorem regiæ Iurisdictionis in oppidanos *de Brignole*, & Vicanos qui huic Oppido respondebant. Vticensis pariter vrbis Ædiles, in Narbonensi Gallia, sic Principis clientelarem professi sunt vrbanam suam Iurisdictionem primariam, feudali subiecta oboli aurei pensitatione, Vt stipulati sint ab illo vicissim, quæ solennibus his Literis subsequuntur. *Item quòd dictus Dominus noster Rex, vel sui perpetuò successores non debeant, neque possint, feudum huiusmodi in quamcunque personam, cuiuscunque conditionis existat, quocunque titulo vel causa alienare, sed penes se & suum dominium ac Coronæ Franciæ in perpetuum retinere. Et si de facto alienaretur, quòd alienatio huiusmodi & recognitio ista, pro nulla & non facta habeatur ipso facto & ipso iure, &c.* Vndecimo Cal. Sept. an. 1369. Ac visitur etiamdùm augusta Caroli 5. in Armeniacum Comitem sponsio ac pollicitatio an. 1364. superius in Comitem imperium patrociniumq; Regium nusquam emancipatum iri à Francicis Sceptris. Ex præclaro tabularum Repertorio Alenconiæ principis Familiæ, cuius exemplar habemus. Cùm autem illius Caroli pater, Ianus rex decennio antea cessisset feudali rectóque Gebennensis Comitatus dominio, permutatione cum Allobrogum Regulo contracta, aliasque circumuentus fuisset, questi sunt apud eius posteros, omnes Delphinatium Ordines verbis Gratianopolitani Senatus, & talem alienationem, maximéque abdicationem imperij non ferendam dispendio subditorum, præfractè contenderunt. Promente hæc Francis. Marco, supremæ Delphinalis Curiæ Consiliario, Decisione 266. & 333. Part. 2. In summa, DOMINICUM Canonem Rex distracturus, vtpotè vectigalia, portoria, audiat Senatores Romanos (apud Tacitum) dissolutionem Imperij docentes, si fructus, quibus sustineretur Respub. minuerentur. Nerone tunc dubitante, an cuncta vectigalia omitti iuberet. Quinetiam M. Tullius existimauit, nullum vnquam fuisse tam insigniter impudentem Regem, vt commoda, beneficia, iuráque Regni venalia haberet. Philippica 3.

Vzes, Occitaniæ ciuitas Episcopalis.

Antiqua Charta Feudalis Consulum & Scabinorum vrbis *d'Vzes*, Recognitionis suę Iustitię, apud Regios Iudicem & procuratorem *d'Vzes*, tanquam feudatariæ Regis, die 22. August. 1369.

Charta promissionis Regiæ *au Comte d'Armignac, de ne transporter à autre sans le consentement dudit Comte, ou de ses hoirs, les foy & hommage, ressort & souueraineté d'eux, ny de leurs Comtez, Viscomtez, &c.*

Hac permutatione Rex, an. 1354. tradidit Comiti Sabaudiæ Baroniam Faucinіaci, Montislupolti, aliaque Castra, loco Castrorum Costæ S. Andrææ, S. Symphoriani de Ausonis &c. Vbi Rex Delphinus remisit homagium Comitatus *de Geneuois*, postea etiam homagium Foucіniacæ Baroniæ.

4 PROINDE Rhemis inaugurandus Rex Galliæ, sacramento rogatur more maiorum, se AVGVSTVM CANONEM minimè alienaturum. Qua iurisiurandi religione extimulati, præceperunt Carolus 4. Philippus 6. & Ianus 2. distracta omnia in pristinam Fiscalis DOMINII causam restitui. Edictis an. 1321. 1329. & 1360. Horum vestigia seriatim amplexi sunt ambo Caroli 5. & 6. Mandatis consimilibus alienatorum reuocatoriis, an. 1374. & Pridie Calend. Mart. an. 1401. Sed posterius inefficax irritúmque fecêre bellorum ciuilium intestinæ clades. Qua etiam tempestate sic exhausta fuit Publica Res effusis in priuatos largitionibus, vt harum, quùm Regiæ Literæ Rationalibus probandæ adferrentur, repulsæ adderent isti pro officio clausulam hanc, IMMODICE DATA REPETANTVR. Pictonicis dehinc, & Turonicis Francici Pop. Comitiis, decreta est vniuersim alienati DOMANII condictio, reünio, an. 1423. & 1483. Propterea Ludouici 11. acta S. Consulto rescindi visum, quæ Regij Canonis alienationem spectarent. En tibi successorum Rescripta Principum, veteribus consentanea, eodemque vergentia, Prid. Calend. Maias, anno 1517. 1522. 1531. 1539. Quarto Idus Septembr. an. 1543. 1549. & 11. Calend. Septembr. an. 1559. Postrema de eo lata est Constitutio, ex Blesensi Gallicorum Ordinum conuentu, Maio Mense, an. 1579. (Artic. 332. & seq.) Ne Regales fundi priuatis mancipentur, sed qui semel distracti sint, remancipentur. Earum verò Legum vt apprimè sensum vsúmque calleas, typum accipe ex hoc vetustioris Edicti illius exemplo. *Karolus Dei gratia Franciæ & Nauarræ Rex Bailliuo Matisconen. vel eius Locumtenenti, salutem. Recordationis inclytæ clarissimus dominus & germanus noster Rex Philippus cum matura deliberatione Consilij, male alienata de* DOMANIIS *dicti Regni sui sub donationis, permutationis, vel alterius tituli nomine, ad huiusmodi Domania reducenda decreuit. Et propterea edici fecit generaliter, vt quicunque de* DOMANIIS *ipsis quicquam tenerent, in eos vel illos, à quibus causam haberent, suos titulos exhiberent deputatis in negotio alienatorum huiusmodi, Parisiis in Camera Computorum:*

Literæ Caroli 6. Regis, die vlt. Febr. an. 1401. Status generales Franciæ, *tenus à Poictiers, puis à Tours.*

Literę Regiæ Francisci 1. die vlt. April. 1517. ac 10. Septem. an. 1543. Registratæ in Parlament. d e 4. Octob. eod. anno. *De reuocation & cassation de tous dons & cessions faites par ses predecesseurs, & par luy, des portions & reuenus du Domaine, pour quelque faueur ou consideratiō que ce soit, soit à perpetuel, à vie, à temps. Nonobstant les verifications & expeditions sur ce faites. En ce non compris les alienatiōs faites pour la guerre, à faculté de rachat, &c.* In Regestis Curiæ, die 7. Maij, 1517. & 4 Octobr. 1543.

Reünion l'an 1559.

putorum: Cum intimatione, quòd nisi in dicto termino exhiberent, quòd extunc omnia, quæ de prædictis Domanijs tenerent, ad manum regiam ponerentur, &c. Nos autem dicti domini germani vestigijs inhærentes, &c. Mandamus vobis, quatenùs in nominatos in Rotulo, qui iam literas suas exhibuerunt, qualitercunque alienata fuerint, ad manum nostram ponatis, ac de alienatorum ipsorum nobilitate, conditione & valore perquiratis: & faciatis etiam ex parte nostra publicè proclamari, quòd omnes qui de DOMANIIS *ipsis quicquam tenent, qui nondum suas exhibuerunt literas, infra festum B. Remigij, Parisiis in Camera Computorum deputatis prædictis eas exhibeant, vt visis ipsis, fiat vlterius quod videbitur expedire, &c. Datum Vicenis 5. Aprilis, an.* DOMINI *1321.* Ex Regestis Lutetianæ Cameræ rationum Regiarum.

generale du Domaine aliené, engagé, ou donné, soit que les dons ayent esté faicts pour recompense de seruices, Assignations de pensios, ou gages, faueurs, graces, bien-faicts, ou autrement: Nonobstãt toutes verificatiõs faictes au Parlement & aux Comptes.

5 QVISNAM verò, inquies, tot sacratum Legum effectus? Eunomia enim, non tantùm conditis Legibus absoluitur, sed earum potissimùm obseruatione. Quandoquidem, teste Aristotele lib. 4. Politic. * διὸ μίαν μὲν εὐνομίαν ὑποληπτέον εἶναι, τὸ πείθεσθαι τοῖς νόμοις, ἑτέραν δὲ τὸ καλῶς κεῖσθαι, τοὺς νόμους ἐμμένουσιν. Aduerte igitur Edictorum executionem, alienata DOMINIA reuocantium. Imprimis Ludouicus ille Rex, tot alienationum auctor, redemit quadringentis aureorum numûm millibus Ambianos, Pontiuensem Comitatum, Quintinianos, Centulam seu Richarij Fanum, Peronam Veromanduorum, Boloniam in Morinis, aliaque oppida, quæ Burgundo Duci pater tradiderat, Atrebatico fœdere, an. 1435. Quanquam eorum alienatio, quàm vberes Pacis cum Burgundo initæ fructus retulit in Gallias? Pacis quippe aspicio, Burgundus & Anglus artificiosè dissociati, coniurati Gallorum hostes. Anglo tandem his finibus expulso, Carolus Ludouici parens,

——— Solio consedit auito,
Pacatum & rexit patrijs in Legibus orbem.

Eunomia. i. recta Iuris Legúmque constitutio.

* Itaque vna est ducenda bonarum legũ constitutio, si eis pareatur. Altera est, statutas esse præclarè, vt eis pareatur.

Amiens, le Comté de Ponthieu, S. Quentin, S. Riquier, Peronne, Boulongne sur la mer.

Le Traicté d'Arras, anno 1435.

Boucherus in Aquitaniæ Annalibus narrat, *que Taneguy du Chastel eut pour assiette de 50 mille liures par luy baillez, pour enterrer le Roy Charles 7 la Chastellenie de Chastillon sur Andely, Pacy, Aisy, & Nonancourt en Normandie.*

Porrò is ipse Ludouicus dederat Tancredo Castelleo Vicos aliquot, & fundos Normanicos. At huius hæredibus auferuntur iidem redhibitoria lege PVBLICI CENSVS: Regio nimirùm Actore perpetuam habente manus iniectionem. Nostra ætate, Rex Castrundulerium, Cenomaniæ oppidum, luit quindenis scutatorum millibus ab hærede Rohani quondam Tribuni militum Gallicorum, Postridie Idus Octobr. an. 1563. Quippè qui Rohanus oppidum à Triuultio accepisset, regio ipsius donatario. Carolus enim Octauus hac Ditione auxit munificè Ioh. Iacobum Triuultium, egregium bello Ducem, 9. Calend. Iunias, anno 1491. Nec ita diu pòst, militare hoc Munus ratum habuit successor Ludouicus 12. Rescripto Iun. Mens. an. 1498. quod in Senatu promulgatum est ita, Febru. Luce 8. subseq. *Pro per d. Iohannem Iacobum de Triuulce, & eius hæredes ex legitimo matrimonio descendentes dictis Baronia, Castellania, terris & dominio Castriduloir, cum suis pertinentijs, syluis & nemoribus, vt bonus paterfamilias debet, gaudendo, & eleemosynas, cæteráque onera feudalia in posterum soluendo, conditione quòd eidem domino Iohanni eiusve hæredibus summam auri 15. millium soluendo, d. Baronia, quæ prioribus Literis pro d. summa redimibilis erat, ad Domanium domini nostri Regis, & in pristinum statum reuertetur.* Eam verò Dynastiam Triuultius dehinc Petro Rohano transcripsit, Italici agri commutatione *De Castelargue*, apud Insubres. Tabulis permutationis, Idibus Sept. an. 1500.

Rachapt, & reünion de la Barónie du Chasteau du Loir au Domaine, die 16. Octob. anno 1563.

Extractum è Registris Curiæ Parisien.

Hæc Baronia, fuit olim priuatum patrimonium Guillelmi *des Roches*, qui anno 1204. dedit Abbatiæ *de Belle Branche*, pro luminaribus Ecclesię 60. asses annuos super Manerio suæ d. Baroniæ. Ex Archiuis d. Abbatiæ. Item, an. 1297 Beatrix domina huius Castrilidi dedit Ricardo *de London* feudum *de la Faysne*, iustitiam & iura ipsius. Ex Inuẽtario titul. an. deg. Vt Nos infrà, lib. 3. Tit. 3 artic. 14.

Donatio Regia Baroniæ *du Chasteau du Loir, à Iehan Iacques Triuulce, Mareschal de France,* die 24. Maij, ann 1491. Sed quam Triuultius permutauit postea cũ Domino *de Gyé, Pierre de Rohan, Mareschal de France,* die 11. Sept. an. 1500.

6 ET hæc domi à Principe inter suos. Quid cum exteris? Quoties Anglis icto fœdere concessa est Fiscalis Patrimonij portio, Gallus summum ius imperij retinuit, superiusque DOMINIVM. Pacis legibus scriptis, an. 1195. 1200. 1269. 1297. 1303. 1325. 1330. Qua de causa, Richardus Britanniæ Insulæ Rex Philippo 2. Erricus Ludouico 9. Eduardus Valesio, Francis se alligarunt sanctissimo clientelæ iureiurando. Fuit quidem Britiniaco fœdere conuentum, vt Vasconia, Pictones, aliæque vrbes Anglo cederent, optimo maximo iure ac conditione, 8. Idus Maias, an. 1360. Ast huic pactioni Gallus parere nec voluit vnquam, nec, si vellet, potuisset. Expostulat Anglus apud Romanum tum Pontificem, tum Cæsarem. Coram hoc disceptata controuersia, Anglis oratoribus opponunt Galli ius publicum, Ius Regium Galliæ, quod sacrum Coronæ Patrimonium minui non sinit, nedum auelli & abdicari. Suum cuique Genti ritum esse, suum cuique Ciuitati ius augustum sanctúmque Gallis verò id religiorum, ne Regij

Die 8. Maij an. 1360. *Le Traicté de Bretigny auec les Anglois.*

Scripti portio scindatur, abalienetur. Atque adeò luce clariùs patefacta est Iuris Francici professio, ac obseruatio, aduersus tyrannicum fœdus; quùm rex Carolus 5. expedito Iudiciorum ordine legem exercuit commissoriam in Anglum Principi rebellem, ac perduellem. Francicas enim Angli possessiones ciuili more pronuntiauit, Fisco Regio esse commissas. Maij Luce 14. an. 1370. Ac longè antea, Regij Anglorum generis auctor Vuilhelmus gente Normanus arcem extruxerat Gisortium, quasi diuortium & limitem Normanici Franciciq́ue Imperij, quùm iam tunc clientelare Neustriæ iugum detrectaret in Francum Regem. Ast Henrico eius filio Duce, consertum prælium, victore Franco, huius fidem secutus fuit Vuilhelmus Henrici filius, seruandamque ab eo arcem Gisortium impetrauit. Vt à P. Æmylio traditum est in Ludouico Crasso. Verùm succedente tempore, cùm Philippus 4. pronubæ Pacis specie datum vellet Eduardo Britanniæ Insulæ Regi, genero designato, supremum Armorices dominium, Intercedit Britonum Dux, cum Equestri Prouinciæ ordine vniuerso, instantque mordicùs, Augustalia iura à Sceptro Francico diuelli, lege Salica incolumi, non posse. Quocirca de eo consultus Azo, Italus Accursij præceptor, respondit Principibus, talem Dominatus maximi cessionem legibus irritam sibi videri. In sua Disputat. cuius initium est; An dominus Rex. Posteriori etiam Britiniacæ Concordiæ; (de qua suprà) obstiterunt Aquitani Proceres, Froissartis testimonio, eius æui scriptoris oculati, in hunc modum. *Plusieurs Seigneurs de Languedoc ne voulurent mie du premier eux rendre au Roy d'Angleterre: quoy que le Roy de France Iehan par le Traicté de Bretigny les quictast de Foy & hommage: Car il leur sembloit à trop grand contraire & aduersité, si aux Anglois obeyr leur conuenoit. Et par especial és lointaines marches, le Comte de la Marche, le Comte de Perigourd, le Comte de Comminges, le Vicomte de Castillon, le Vicomte de Carmaing, le Seigneur de Pincornet; & plusieurs autres s'esmerueilloient fort du Ressort, dont le Roy de France les quittoit: & disoient aucuns, qu'il ne luy appartenoit point à les quitter; & que par droict il ne le pouuoit faire. Car ils estoient en la Gascongne trop anciennement chartez & priuilegez du grand Charlemagne (qui fut Roy de France) qu'il ne pouuoit mettre le Ressort en autre Court qu'en la sienne, &c.* Histor. Volum. 1. cap. 214.

> Reunio fundorum, per feloniam Anglorum vasallorum.
>
> Guilielmus Bastardus, Angliæ Conquestor dictus, *le Conquerant.*
>
> Castrum & oppidũ *de Gisors en Normandie,* de quo, Nos etiã lib. 1. Parisien. Morum Tit. 2. art. 7.
>
> Azo I. Cons.

7 BVRGVNDIÆ item Duci quid profuit Confluentina Pax, REI DOMINICÆ translatitia? Regem armatus eò perpulerat, vt sibi Monstrolium maritimum daret, Ambianos, ac finitimas vrbes perpetuò possidendas, an. 1465. At non diu pòst, Patrum decreto rescissum infame fœdus, ac propalàm cremari iussum. Quemadmodùm enim in templo Iouis Capitolini, æreis tabulis insculpebantur fœdera legitima (apud Liuium) vel Fastis & Annalibus condebantur, tanquam æternitati dicata monumenta. Sicuti & Athenienses, in arce Mineruæ, tabulas pacificatorias collocabant, ærea pila incisas, quas nulla mortalium deleret obliuio. Ita, ex aduerso, obliterandæ sunt publicæ conuentiones iniquæ, inuoluntariæ, istæ denique, Numantini fœderis instar, exurendæ; quæ Legis Patriæ dignitatem grauissimè labefactent. Haud fœliciùs sanè, Burgundionis pronepos Carolus 5. Cæsar extorsit Madritia pactione, Burgundi Ducatus alienationem, agri Matisconensis, Procomitatus Auxoniæ, Carcellensis Comitatus: quos sibi Carolus, vti optimos maximos, stipulatus fuerat à Rege, anno 1525. Spes Cæsaris accisa, reluctantibus Burgundis, qui in maiori Galliæ concilio, negarunt se passuros, Ditiones illas, extra Francorum imperium mancipiumque traduci. Poscunt à Rege, causam suam publicè agi in primario illo Francicorum PATRVM SENATV, quorum de re Principis iusta ac solida cognitio esset: hoc impetrato, se quicquid PATRES decreuissent, secuturos. Quarè nihil promouit Imperator Madritiana concordia, posteriori Cameracensi stare coactus.

> *Traicté de Conflans lez Paris.*
>
> *Monstreuil sur la mer, Amiens, & autres villes sur la riuiere de Somme.*
>
> Honestum fœdus Romanorum cum Latinis Columna ænea insculptũ fuit monumento. Et Pax à Romanis inita cũ Porsenna, datis obsidibus, quorũ vnus ad suos redut, custodibus deceptus. At summa fide a Romanis redditus est. Liuius 1. Dec lib 2.
>
> Tractatus Pacis *faict à Madric en Espagne, alienatif du Duché de Bourgongne, Masconnois, du Vicomté d'Auxonne, & Comté de Charrolois, sans reseruation de Souueraineté.*
>
> Parlamentum Parisien.
>
> Pax facta *à Cambray,* an. 1529.

8 RESPICERE nimirùm debuit ex suæ Annalibus Hispaniæ, quàm odiosa cunctis visa sit inita quondam à Iacobo Tarraconensi conuentio cum Balearium Rege: Isto, Regnum suum illius tributarium profitente. Qua de Pactione, Oldradus, Iuris responso 231. Aragonia itidem Lege, inhibita est Regibus Patrimonij Fiscalis alienatio (teste Petro Belluga in Speculo Princip.) nisi summæ ac vrgentissimæ rationes eam alienationem expresserint. Vt dictatur Pragmat. Sanctione

> *Traicté entre les Roys Iacques d'Aragon, & de Maiorques.*
>
> Lex Regni Aragonum, die 12. Febru. anno 1311.

ctione Iacobi Regis, Valentiæ lata Pridie Idus Februar. anno 1251. Vix est etiam, vt obseruari immunitatis Pactum debeat, ab Hispano & Lusitano Regibus celebratum, ne Lusitanus cogeretur Hispanicis adesse Conuentibus, qui patria lingua *Curiæ* vocantur. Nam ipsi adeò ex fœdere, Lusitanus Rex & Castulonensis præsto esse tenebantur publicis Hispaniarum Comitiis. Ei autem immunitati color quæsitus fuit, Beatricis nuptiis, Alphonsi filiæ, cum Lusitano: Dote necnon Algarbij Turdetanorum Comitatus adiecta. Ex Hispanic. Annalibus.

Pactum inter Hispaniæ & Portugaliæ Reges, *touchant l'assistance aux Estats generaux d'Espagne.*

Comté d'Algarbe, en Espagne, Turdetani olim dicti.

9 ROMANI verò Imperij Celsitudo, quantoperè variis rei Cesarianæ alienationibus depressa sit ac immunita, produnt veteris memoriæ Assertores Carolo quarto, & Vvenceslao filio erogantur pecuniæ ab Italis ciuitatibus, vænalis summæ libertatis vindices. Sic Florentia, & Luca Hetruriæ sese in libertatem pretio asseruerunt, illa, duodecim, hæc, viginti quinque millium scutatorum. Ita ære promercalis Pisarum dominatus, venditur Petro Gambacurtæ ab eodem Carolo Cæs. duodenis aureorum numûm millibus, anno 1369. Siue igitur Rudolphi Augusti, ac successorum desidia, qui lustrandam pro suo Imperij iure Italiam non curabant otiosi, seu nummaria Principatus vrbium cessione, effectum est tandem, vt Carrarienses Patauium, Rubei Parmam, Mantuam Gonzagæ Reguli occuparint. Tum Scalæ Veronam, Senas Petruccij, Bononiam Bentiuoli, Mediolanum Vicecomites, ac Turriani, Aduocati Vincentiam sibi Principes arrogarint. Genuæ item dominatum Fregosij certatim, Flisci, Adurni, & Oriæ: Malatestæ Ariminum, Fauentiam Antonij, & Manfredi: Appiani Plumbinum, Balcones Perusiam, Feltrij Vrbinates, Vitellij Tifernum, Varanij Camertes, aliique id genus Transalpinæ Galliæ ciuitatum Dynastæ. Ea autem lege dicta, expressim lectus fuit à Septemuiris Germaniæ, Cæsar Carolus quintus, vt non modò abstineret à pigneratione vel mancipatione fundorum Imperialium, sed distractos quoque in ius Fisci reuocaret. Additum hoc, ne bona deinceps possessore vacua, quæ Sacro Imperio debeantur, priuatis darentur à Cæsare, sed Reipub. Prædiis adscriberentur: Si demùm nouam Prouinciam subegisset Augustus subsidio Ordinum Imperij, eam tunc connectere Imperio teneretur, an. 1519. Quam Cæsarei Iurisiurandi formulam exscripsit Ioh. Sleidanus, Histor. lib. 1.

Cæsarum incuria, ciuitates à primoribus occupatæ.

Italicarum Vrbium Reguli.

Iuramentum noui Imperatoris electi à septem Germaniæ Principibus electoribus.

Bona vacantia.

10 OMNIMODÒ certè Lex Regnorum vetat, non dicam remitti summum ius Imperij, sed vel vllam quoque SACRI DOMINII partem alienari. Innocent. & Panor. ad Cap. Intellecto. De iureiur. Lucas Pennatus ad l. 1. & l. In sacris, Versic. sed pone, Rex Siciliæ. De priuileg. scholar. lib. 12. Cod. Idem in l. 1. Ver. augere. De veteran. lib. 11. Cod. Angel. in l. Si certarum. sub. fi. π. De testam. milit. Ioh. Imolens. in Rubr. De verbor. obligat. Et Alexander in l. filio quem pater. D. De liber. & posthum. Iis tantùm casibus demptis, quos sequentibus Titulis exponemus. Imò verò, successori cuiuis liberum est, bona à decessore distracta, pristinum in statum reducere, vt ad ius Regis solidum reuertantur. Id quod de Neapoleos Rege scriptis mandauit Afflictus, in Constitut. Neapol. Quæst. 24. Baldus, in Tit. De Pace Constantiæ. In vers. amplius. Cynus & Albericus Rosates in l. Digna vox. Cod. de legib. Proinde aduocatus Fisci Neapolitanus monuit Carolum octauum Galliæ Regem, qui Neapoli immorabatur, vt iure suo à Baronibus reposceret merum mixtumque in subditos imperium, quo ipsos donarat Alphonsus Rex, suprema Neapolitani Senatus Iurisdictione solutum. Quippè quùm ius Coronæ indiuiduum miserè discerperetur ea plenissimæ Iurisdictionis concessione. Anno 1494. vt Afflictus notat in Constitutione suprarelata, & in præludiis Constitut. Neapolit. quæst. 2. col. vlt. Pari modo, Erricus secundus Britanniæ Insulæ Rex, in Fiscum reuocauit publicos fundos, Regalesque prouentus vberrimos, quos Stephanus Rex priuatis manciparat. Prolatis enim alienationum tabulis, damnati sunt emptores possessionibus cedere. Vsqueadeò, vt Vvilhelmus Albæmarlæ Comes, qui in Transhumbranis prouinciis sub Stephano Rex verior fuerat, iudicio succubuerit, & quæcunque ex Regio Patrimonio dudum possederat, restituere coactus sit. Guilelmus Neubri-

Rerum ad Coronam regiã pertinentium non esse licitam alienationem.

Alta & media Iustitia Regum Neapolit. ab iis passim data Baronibus locorum.

Anglia.

Comte d'Aumale, en Normandie.

gensis indicio, Rerum Anglicar. lib. 2. cap. 2. Vice versa, Britannis parum successit facinus audax Regis sui Adelstani, qui Scotorum Regem Constantinum in sua verba iurare compulit. Id enim, contra decus Regiæ Maiestatis, id Regij nominis dehonestamentum. Adumbratus tamen, clientelari fidei titulus obtendebatur, ius Gentium, ius belli, quo victi victores dominos agnoscant, clientes patronos. Quando & veteri Iure, capti ab hostibus, in eorum mancipium serui transibant, potestatemque Dominicam. Verùm nihilo amplius Britannis accessit deditio illo clientelæ sacramento, quàm fide ipsis posteriùs data à Iano Balliolo, Regni Scotici nomine, an. 1293. Scotis enim, de cooptando Rege diffidentibus, Balliolus sese professus est Britanni beneficiarium, vt Scotiæ Regno præficeretur. Quis factionum exitus? Balliolus, dehinc eius liberi, Regio fastigio deturbati, finibus pulsi. Robertus Brusius, Rex pro dignitate summa, Regnum administrat. Nec aliter Iacobus Cyprij Regis nothus Memphyticum Regem, patronum appellauit, Cypriæque Insulæ dominum superiorem: vt auspice eo, Insulæ Rex salutatus, & Regno liberè potiretur, & annuum vicissim Memphytico vectigal penderent quinquies mille numûm aureorum. An. 1459. Id quod Æneas Syluius commemorat in Vsiæ minoris discriptione, cap. 97. Verùm haud diu pòst, Sceptrum Insulæ ad Venetos translatum est, immune vacuumque pactitio illo Vectigali. Ac deinceps Solymano Turcæ, regios Pannoniæ fasces submisit Vayuoda Transsyluanus, vt Othomanici Imperij auxiliaribus copiis, Regno eiiceret Ferdinandum Austriacum, Cæsaris fratrem. Sed etsi Vayuoda tributo Coronam obligarit, variæ tamen hinc hominum strages editæ, Vayuoda Regno prorsus exactus, circiter an. 1530. Nec fœliciori successu Badurius Cambaiæ Rex in India, Lusitano se Regi vectigalem fecit, vt sibi suppetias ferret in Aimanum Ariæ Carmaniæque Regem, à quo grauiter bellis permebatur. Anno 1536.

Scotiæ Rex, Feudatarium se Angli Regis fecit.

Cyprium Regnum à Iacobo Lusiniano Bastardo, tributariũ factũ Sultano Cayri, & Alexandriæ Ægypti.

Hungaria.

Vayuoda i. Prorex in Trãssyluania, Valachia, Moldauia. Ex lib. Consuet. Hungariæ.

11 Alia causa est fortassis, Regum, clientes se Pontificis Max. profitentium. Laudanda enim pia mens Christiani Principis, qui meritis honoribus prosequatur summum Christi Vicarium. Quantoperè enim Apostolico Regium cedat Solium, vel Cæsareum, indicat aurea nostratis Agobardi sententia, Lugdunens. Antistitis, scriptorisque Theosophi: Qui, Ludouico Pio Cæs. emicuit. Ne peregrinum idcirco, longiùs exquiram Gregorij Nazianzeni ad Imperatorem elogium consimile. Ob id, Inas Vvestsaxonum in Anglia Rex, Regnum suum vectigale constituit Romanæ Sedi: circa annum* χριστογονίας 740. Huic quippè per singulas domos quotannis dependi singulos denarios iussit. Tributum hoc postea auctum ab Etelpho Rege. Quò itidem proferre liceat Ianum 3. Etelphi successorem, qui Diras Pontificias metuens, suorum scelerum vltrices, sponsionem fecit, se Pontificis arbitrio staturum, posterósque Reges idem facturos: vt se dehinc Sacrosanctæ Potestatis beneficiarios agnoscerent, anno 1212. Sicuti Angliæ libris Annalibus fertur. Hiberni verò Principatus titulum Adrianus P. P. concessit Errico 2. Anglorum Regi, an. 1174. condicta formula, & nuncupatis conditionibus, quas Iohannes 22. Rom. Pontif. repetiit præclaro Rescripto ad Eduardum Britanniæ Insulæ Regem. Ex Lib. qui inscribitur, *Collectio diuersarum Constitutionum, & Literarum Romanorum Pontif. à Gregorio 7. vsque ad Gregorium 17.* Nihilo tamen seciùs Hibernia permansit, in duas distributa partes, Anglicam, de qua suprà, & Hibernicam: huiusque partis iam inde Reges 4. superfuêrunt, qui fide se ac hominio deuinxêre D. Eduardo, ac seriatim Richardo, Regibus Angliæ. Posterius fidei huiusce obsequium. An. 1394. recenset Frossartes Historicus, simul & quatuor illorum Hiberniæ Regum nomina. *Le grand Ancel Roy de Mecte: le second, Brun de Tomond, Roy de Tomond & d'Aire: li tiers, Artus de Macquemaire, Roy de Linstre: & le quart, Conhuo, Roy de Cheueno, & d'Erpe.* Histor. Vol. 4. cap. 63. Totius autem Hiberniæ prouinciolas, oppida, ac res in ea gestas literis prodidit Richardus Stanihurstus, Hibernus, Dubliniensis. Hiberniæ pariter finitimum, Scotiæ Regnum olim permissum est Romani Antistitis potestati. Vt tradit Polydorus Vrbinas, Anglicarum antiquitatum scriptor. Quod longè faciliùs ei persuasum sit, qui priscorum Scotiæ Regum in Pontifices studium animaduertet, adeoque in Cleri ordinem

Inter S. Agobardi Opera, Tractatus, De comparatione vtriusque regiminis Ecclesiastici & Politici: Et in quibus Ecclesiæ dignitas præfulgeat Imperiorum Maiestati. Post B. Gregorij Nazian. de Ierem. Dicta scriptaque similia.

* Natiuitatis Christi.

Hibernia, seu Irlandia.

Collectionum Codex iste, typographicis formis impressus fuit Romæ, an. 1579.

riem vniuersum. Decretali Epistola Innocentij 3. P.P. ad Regem Scotiæ, cap. Inter alia. De immunit. Ecclef. Nec ambigitur vtique, Lusitanum Regnum ab Hërico 1. Rege obnoxium fuisse factum Eugenio 3. Pontif. Max. annui nomine Vectigalis. Sub an. 1150. Idque ipsum refricat Pius 5. Bullatis tabulis 6. Kal. Septem. an. 1569. quibus Cosmum Medicen & successores instituit Hetruriæ Duces Magnos, cum Regalis Coronæ Insignibus. Quippè iisdem Pius tabulis affirmat, Alexandrum 3. Innocentium 3. & Paulum 2. decessores Pontifices creasse, appellarique iussisse Lusitaniæ Reges, Bulgarorum, Blachorum, Hiberniæ, Bohemorum. Vt constat Romano Volumine suprà relato, cuius epigraphe est, *Collectio diuersarum Constitutionum & Literarum Roman. Pontif. &c.*

Portugalliæ Rex Henricus 1.

Cosmus Medices, *Grand Duc de Toscane*, Ex Bulla Pij 5. die 27. Augusti, an. 1569.

12 Carolus necnon Andegauensis, Siciliæ Rex declaratur à Clemente 4. P.P. qui annuum simul Regno censum imposuit, Feudi superioris indicem. Qua in parte nonnulli insciтè produnt, idcircò tributum Regno indictum, vt Karolus Pontificia ope subnixus, Regno competitores eiiceret, Manfredum & Conradinum. At multò antea, Nicolaus 2. cùm Robertum Calabriæ Apuliæque Ducem nuncuparet Tancredi Normani filium, toti Siciliæ censum iniunxit. Circiter annum 1060. Vt legere est apud Hugonem Falcandum, de Rebus Siculis, veteris memoriæ Magistrum. Haud temerè igitur Andium Duces, cùm à Iana Regina Sicula in spem Regni adoptarentur, hanc * υἱοθεσίαν curarunt Pontificiis probandam auspiciis. Angel. in l. Eam quam. Cod. De fideicommi. Pari argumento, Pontificij imperij ius est, Regio Solio vacuo, Comitatus Regni quibusdam concedere beneficij nomine, qui in verba Regis postea designati iureiurando adigantur. Apud Odofredum, & Bald. in Extrauagan. De Pace Constantiæ In verb. Inuestituram recipientes. Ad hæc, Sarmatiæ Rex Miecislaus, quò posteris suis illustriorem relinqueret Principatum, à Benedicto 7. Pontifice petiit, vt regium sibi mitteret Diadema, Regemque Polonorum se & posteros suos decerneret. Circa ann. 980. Deinde Casimirus successor Regnum Celsiss. Sedi tributarium fecit, Conrado Cæsare: vt singulorum colonorum capita, obolum dependerent, in lucernam perpetuò in Æde Petri arsuram Romæ. De eo numo D. Petri, Chronerus, Rerum Polonic. lib. 3. Apud eundem Auctorem, Lituaniæ Dux Nindacus voluitur, Regium nomen adeptus Romani Præsulis munere, & à Rigensi Archiepiscopo Regia corona redimitus, Annum circiter 1260. Quinetiam Romani Imperij Sceptra, Galliæ, Lusitaniæ, semel arbitrio stetisse Pontif. Maximi, docet Concilium Lugdunense, in cap. Ad Apostolicæ. De re iudic. lib. 6. Decretalium Epistol. Tum Gelasij P.P. rescriptum ad Anastasium Imperatorem, Can. Alius 15. Quæst. 6. Cum Innocentij 4. P.P. Cap. Grandi. De supplen. neglig. Prælat. in 6. Et Innocentij 3. Cap. Venerabilem. De elect. Quod tamen ita est accipiendum, ne in Cæsarianis vrbibus Pontifici liceat noua Regna constituere, aut abrogatos iam olim Regni titulos instaurare. Quùm enim Nicolaus 3. moliretur, agnatis duobus totidem Italiæ Regna attribuere, vt alter Hetruriæ, Longobardorum alter Rex crearetur, obstiterunt eius conatibus Cæsarianæ vrbes, ac Vicarius Italiæ Rector, quem ideò Rudolphus Cæsar in Italiam confestim legauerat, an. 1280.

An. 1264.

* Adoptionem.

Sarmatia Europæa, Polonia.

Germanic. Imperium.

Gallia.

Portugallia.

Toscane, & Lombardie.

13 Hic quoque sigillatim inuestigari potest de Romani Cæsaris in Reges imperio. Tradit Argentinensis in Chronicis, Sarmatiam, ex Cæsarea Maiestate pendere. Britanniam necnon aliàs Imperatorem salutasse, quasi huius beneficiariam. Sanè Galliarum Reges nullatenùs venerari Cæsarem, plenæ sunt Bibliothecæ Iuris Interpretum, Baldi, Ignei, aliorúmque complurium, post Innocentij 3. Rescriptum, Per venerabilem. Qui fil. sunt legit. Id quod non dubiè ostendit Agathij locus (lib. 1.) testantis, Francorum, primis Imperatoribus, comam tondere fas non fuisse, sed à pueris intonsos manere eos debuisse: Ita, vt à tergo his defluerent crines, quùm à fronte discriminati vtrinque ferrentur. Certissimo equidem solidæ plenissimæque libertatis symbolo & argumento. Idem iuris Tarraconensi Regi adscribit Petrus Belluga, ne Romanis Cæsarum fascibus parere teneatur. In Speculo Princip. ex glossemate Can. Adrianus 63. Distinct. Sin autem in Regij Sceptri honore concedendo, Romanus Princeps supremum excepisset dominatum, lex profectò in traditione dicta, seruanda esset Verbi causa,

Polonia.

Anglia.

Petr Belluga, Aragonius, de Aragonum Rege.

Fridericus 2. Imp. Ducem Austriæ Fridericum, Regem creauit, hac cautione, vt Regij accessione tituli, nihil honorificæ præminentiæ detraheretur Romano Diademati, an. 1225. Verùm an. 1236. nouus Rex cogitur in ordinem, Regio nomine exuitur, Corona Regia priuatur, quòd interesse contumaciter noluisset maioribus Principum Germaniæ Comitiis. Vt ait Munsterus in sua Germanograph. Ac pariter Sigismundus Cæsar, Vitoldo Lituaniæ Duci, vt se Regem dictitaret, missa Corona, indulsit: salua Imperatoriæ Celsitud. prærogatiua. Priùs tamen ille exiit è viuis, quàm solennia coronationis expleuisset. Teste Syluio in Europæ descript. Eóque illud pertinet, quod Ludouicus 12. Galliæ Rex impetrauit à Maximiliano Augusto, vt is, se Insubrum Regem nuncuparet: ipse vicissim, in Corona à Pontifice Max. Cæsari tradenda, opibus suis præsto ei adesse teneretur. Quemadmodùm Bembus narrat In Venet. Hist.

Æn. Syluius.

Nouus Rex Mediolanensium, seu Lombardiæ.

QVINIMÒ in ipsis etiamnùm Romani Imperij primordiis, Reges summissè obseruabant Augustorum Maiestatem, ab iisque regnandi petebant auspicia. Archelaus enim Herodis Iudææ Regis filius tandiu abstinuit à Regio nomine, quoad Cæsar rerum Dominus paterni testamenti tabulas confirmasset, quibus Archelaum filium Herodes Regni hæredem declarat. Vt Iosephus literis mandauit, Antiquit. Iudaïcar. lib. 17. cap. 10. Sic Tyridates in Armeniæ Regem à Nerone Imp. coronatur. Quia (vt Nero de se ipse loquebatur) in mea potestate est, Regna dare, & adimere. Apud Xiphilinum è Dione. Omitto Herodem Agripam Iudææ Regem, Octauij Augusti beneficiarium, dein Tiberij Cæsaris: ex Iosepho. Quadi necnon populi, amisso eorum Rege, haud alium se probaturos dixerunt, quàm qui Romanis placuisset Imperatoribus. Vt inquit Capitolinus in Marco Imp. Sed & Reges amici atque socij, sæpè Regnis relictis, Augusto aderant officiosè. Nec Romæ modò, sed prouincias peragranti, quotidiana officia togati præstiterunt, ac sine regio Insigni, more clientum. Vt est apud Tranquillum in Octauio Cæs. Stante etiam Repub. Adherbal Numidiæ Rex fassus est, Oratione in Senatu habita, Micipsam patrem suum morientem sibi præcepisse, vt Regni tantummodò procurationem existimaret suam, ius autem & imperium eius penes Senatum esse, Populúmque Romanum. Vti Salustius memorat in Bello Iugurthino. Sic Galatiæ regem Deiotarum Cicero affirmat, hoc nomine dignum Senatui visum, Regémque honorificis decretis appellatum. In Orat. Pro Deiotaro, & De Haruspic. respons. Perseus item, vbi regno Macedoniæ potitus est, legatos Romam emisit ad paternam amicitiam renouandam, petendúmque, vt Rex ab Senatu nuncuparetur. Auctore Liuio, lib. 44. Cæsar autem, Belli Gallici lib. 1. exprobrat Ariouisto Germanorum regi, quòd cùm in Consulatu suo, Rex à Senatu appellatus fuisset Ariouistus, hanc sibi Pop. q; Rom. gratiam referret, vt in colloquium venire grauaretur. Atque adeò vniuersim S. P. Q. R. Sceptra & Diademata dono mittebat Regibus, quando eis potestatem Regiam confirmabat. Dionysij lib. 3. Antiq. Roman. Sed ne remotiora illa scrutemur Galli, en nobis Galliæ Narbonensis Prouincia, quam Karolus Caluus Imp. Galliarum Rex, dignitate regia exornauit, titulo Regni Arelatensis: Vti Aquitaniæ, contrà, is vetus Regni nomen abrogauit, anno 852. Caluus enim tum Richildem vxorem duxerat, Prouinciæ Comitis sororem, Bozonis 2. At huius nepote mortuo absque virili prole, Ortho Cæsar Regales infulas ademit Conrado, vltimi Regis priuigno. Quippè qui, licet vitrici supremis verbis ad Regnum vocatus fuisset, eiusdem titulis mulctatus sit, successorésque Prouinciæ Reguli, ob violentas ab eo manus illatas in sacrum caput Archiepiscopi Arelatensis. Nec eò minùs pristinæ dignitatis reliquias quasdam retinuit Arelate (Sextanorum colonia vetus) exhincque legibus subiici ac oneribus recusauit, quæ vulgò Prouinciales subire consueuerunt. Arelatenses quidem gemino Pacto se submisère Phocensis Prouinciæ Comitibus. Priore inito 3. Kal. Maias, an. 1251. cum Carolo 1. Andium & Prouinciæ Comite: Altero cum Ludouico 2. Siciliæ Rege, & Comite Massiliensis Prouinciæ 4. Idus Decem. an. 1385. Quorum capita Pactorum, quæ publicis tabulis consignata sunt, Franciscus 1. Rex comprobauit, an. 1515. & 1526. Ij tamen ipsi nil Prouincialibus habent affine, nec tributis Prouinciæ indictis adstringuntur: nisi quæ

14

Iudææ Regnum.

Armenia.

Quadi, Bohemorum olim gens, sicut & Marcomanni.

Numidicum Regnum.

Prouinciæ Comitatus in Regnum erectus, sub titulo Regni Arelatensis.

Arelate, ciuitas Prouinciæ ad Rhodanum flumen.

Prima conuentio Arelatēsium ciuium cum Prouinciæ Comite, die 29. April. an. 1251. Secunda, die 10. Decem. an. 1385.

quæ communem respiciant vtriusque Populi vtilitatem. Regio Prætorij sacri decreto 11. Kal. Quintiles, an. 1566. Nec propterea desinunt Cæsariani, suis scriptis Acta Karoli 4. Augusti improbare, quasi iura Arelatensis Regni tradiderit Carolo Galliæ Proregi, sororis filio, Franci primigenio Regis, qui in Anglia tùm detinebatur: circa annum 1358. Atqui anteriores Conuentiones Arelatensium ciuium cum Prouinciæ Comitibus, fidem abrogant quodammodò Imperiali Vicario muneri Arelatensis Regni, quod in Gallos Reges collatum falsò iactitant. Eo quippè Galli minimè egebant, antiquissimi iam tunc Prouinciæ Comitum patroni: quorum Comitum subditos se dixêre Arelatenses ante tempora Karoli 4. Imper. De Arelate cecinit obiter Aquitanus vates Ausonius, quùm Viennam Allobrogum celebraret, Heroïco sequenti.

Prode duplex Arelas, quam Narbo Martius, & quam
Accolit Alpinis opulenta Vienna colonis,
Præcipitis Rhodani sic intercisa fluentis,
Vt mediam facias nauali ponte plateam:
Per quam Romani commercia suscipis Orbis,
Nec cohibes, populósque alios & mœnia ditas,
Gallia queis fruitur, gremióque Aquitania lato.

> Arestum intimi arcanique Consilij Regij, die 21. Iunij, an. 1566.

> Imperatoris Vicarium in Arelatensi Regno constituisse fertur à quibusdam Carolus 4. Cæsar, suum ex sorore nepotem, *Regent le Royaume de France*, Regis Galli primogenitum, qui postea Carolus 5. Rex fuit Galliarum.

15 In Regibus, muneris beneficiique Cæsarei (de quibus mox actum) deputantur etiam Reges domo extorres, in patriam Ditionem Romanis Aquilis Cæsarúmque armis restituti. Qualis Muleasses Altzachenus, Tunetensium Rex, quem Karolus 5. in Africam traiiciens, Tunitium in regnum restituit: Tunete, Regia Pœnorum, extorta Solymano Turcæ. Huius enim beneficij gratia, annuum Regno tributum est à Cæsare impositum. Iun. Mense, an. 1535. Tam herclè probabiliter, quàm Terentius Culeo Prætoria familia natus, & inter paucos Senatorij splendidus ordinis, currum triumphantis Africani secutus est, pileum capite gerens, quòd eum à Carthaginensibus captum recuperasset; pristinæque dignitati reddidisset. Auctori enim libertatis suæ ac dignitatis restitutori, tanquam patrono, confessionem meritò præbuit accepti beneficij, Pop. Rom. spectatore. Vt est apud Valerium Max. lib. 5. cap. De Gratitudine. Nec Romani Principes tantùm, sed Northuegiæ quoque Rex, tributarium habuit triginta duarum Insularum Regem: eo iure beneficiario, vt quoties Northuegorum Rex nouus salutaretur, Insularum Rex ipsi denas auri se libras porrigeret. De Nina earum Insularum Rege mentio est, Sigeberti Chronico, an. 1167. Audaciùs verò Moscouita, Basilius Ruthenorum Dux, qui, cùm Tartarorum subesset imperio, primus Regios Moschorum fasces sibi arrogauit, auctore nemine, an. 1526. Hodie porrò Bohemiæ Reges soli Cæsaream colunt Maiestatem, cui cæteri minimè subiiciuntur. Nam paucis abhinc seculis, nudo Ducatus titulo affecta erat Bohemia: quo de titulo Innocentius 3. Pontif. cap. Constitutis 2. De Testib. Et cap. Veniens De Accusat. Cum Æneæ Bohemica Histor. At enim Regiis Insignibus ornata Bohemia est à Friderico 1. Cæsare, ob strenuè nauatam à Ladislao Duce operam, in obsidione Mediolanensi. Impropriè autem, Bohemiæ Regem dici, opinatur Ioh. Baptista Castell. quòd competenti Prouincia careat. Can. Scitote 6. quæst. 3. Hostiens. in cit. c. Constitutis Haud dissimili modo, Mahometes Thraciæ Monarcha, in Regnum euexit Mœsiæ partem, quam superiorem Bosnam vocauit. Isaaco, primo quidem Rege Bosnensi instituto, sed Turcis vectigali. Ac florente antea Græcorum Christianorũ Imperio, Slauini in Morauia, Regium titulum sumpsêre à Constantio Pogonato, Byzantiorum Cæsare. Imprimis verò Bohemi illius Regis auctoritatem (præ cæteris Germaniæ Principibus) auxit Karolus 4. Cæsar. Germanica Lege aurea an. 1356. at exemplo satis illaudato, cùm ipsemet hæreditario Bohemiæ Regno potiretur. Augustiùs sanè, Carol. 5. Imp. qui Cæsarei Diadematis iura aliis non permisit, nec ab Imperiali Corona siuit auelli quauis pactione. Is trãsactionem rescidit, initam ab Alberto Brandemburgensi, Theutonici Ordinis Equitum Magistro, cum Sigismũdo Sarmatiæ Rege, de fidelitatis Pruteniç sacramento. Theutonicus enim Ordo sacer, qui institutus fuerat, an. 1190. Pruteniam possedit prouinciam, iam inde ex quo sacri Equites eam armis in potestatem redegerant: Friderico 2. Orbi imperante. Hinc bella identidem ab iis contra Sar-

> Regnum *de Tunes*, in Africa.
> Tunete, olim Carthago dicta, Africæ caput.

> Northuegia, cuius Regi decem Marcæ auri præstitæ ab Insulanis Regibus, fidelitatis symbolum.

> Moscouia, & Russia.

> Bohemia.

> Mœsia, in Regnum erecta ab Imperatore Turcarum.

> Imper. Constantinopolit.

> Bulla aurea Imperialis.

> Poloniæ rex Sigismundus.

> Prussia.

> *Le grand Maistre de Prusse* Quo ex Ordine Equestri B Ma-

riæ Teutonicorum, Francica exiftit Præceptoria S. Spiritus Hofpitalis d'Aulroy. in Britannia, diœcefis Veneten.

matas vicinos gesta. Albertus demùm, Polono Regi, præstito cliẽtelari obsequio, Pruteniæ Dux creatur ab eo primus. Quo pacto, Imperialia iura non parum minuebantur: quippè cùm Prutenia, solius Cæsaris beneficiaria foret, ac Ducatus honore decorari, iniussu Cæsaris, non debuisset.

Prussiæ Dux.

Polonia.

16 ILLVD igitur generaliter definitum sit, iura Regia iura Coronæ Patrimonialia, abalienari non posse. Quod vel è media illa Sarmatia, nuper Francorum oculis obiectum est, quùm Poloniæ Legati solenne Iusiurandum exegerunt in Senatu Parisien. ab Errico Andium Duce, nouo ipsis Rege designato, concepta hac verborum formula, (quæ ad Fiscalium modò prædiorum tutelam spectat) EGO HENRICVS DEI GRATIA REX POLONIÆ, MAGNVS DVX LITVANIÆ, RVSSIÆ, PRVSSIÆ, MASSOVIÆ, &c. OMNIA ILLICITE' A REGNO EIVSQVE DOMINIO, QVOCVNQVE MODO ALIENATA AVT DISTRACTA, AD PROPRIETATEM EIVSDEM REGNI POLONIÆ AGGREGABO, TERMINÓSQVE REGNI NON MINVAM, SED DEFENDAM & DILATABO, *&c.* 15. Kalend. Octobr. an. 1573. Non solùm verò Reges, sed & maiorum gentium Duces, ac Comites, eadem lege tenentur alienationis prohibitoria fundorum publicorum. Fuêre enim in Gallia illustriores quidam Reguli, qui eam suo in Territorio legem executi sunt alienatorum reuocatoriam. Vt ille, repetita memoria prioris ætatis, Armoricæ Dux Gottofredus, qui ea, quæ Odo Comes detinebat è Ducali Patrimonio, Venetum, Ploasmelium, mediam Cornubiæ partem, postliminio recuperauit, an. 1176. teste Sigeberto. Haud secùs, ac Biarnensis agri Moribus cautum fuit, Biarnensi Toparchæ Dominicos fundos distrahere fas non esse, vsu nimirùm ac possessione suos, non mancipio ac commercio, vtque venditos à Maioribus, curet pristinam in causam restituendos. Rubrica De contract. & permutat. Sic Massiliensis Prouinciæ Comites prisci sanxerunt, publica Comitis patrimonia minimè distrahi, & semel distracta suum in ius reuocari oportere. Robertus scilicet Neapolis & Siciliæ Rex, prouinciæque Comes, Diplomate 12. Kalend. Ianuar. anno 1334. Tum ipsius neptis Iana Regina, Comes, Rescriptis 7. Cal. Iunias, & 5. Kal. Octob. 1365. ac Kalend. Maiis, anno 1368. Deinde Maria filij tutrix, Ludouici 2. Regis Siculi, ac Comitis, Charta memorabili Nonis Septembr. anno 1399. Quæ omnes Comitum tabulæ visuntur in Archiis Regiæ Cameræ Prouincialium Ratiociniorum. Vnde & clausulam hanc sanctæ pollicitationis Principum illorum excerpsi. *Item quòd Nos & prædictus illustris filius noster Rex Ludouicus Prouinciæ Comes nunc & cùm erit ætatis legitimæ, & omnes Reges & Comites successiuè futuri iurare teneamur, & teneantur, quòd omnia quæ antiquitùs fuerunt & sunt de Domanio, siue sint ciuitates, loca, castra, villæ, iura, vel iurisdictiones, non dabimus, nec alienabimus, nec ipsi dabunt nec alienabunt in aliquam communitatem, singularem personam, vel Ecclesias. Et quæcunque data fuerint, prout nobis & eis possibile & rationabile fuerit, reuocabimus & reuocabunt, & maximè ea quæ consistunt in Vicaria Aquensi, & aliis Vicariis sibi confœderatis & vnitis.*

Particula iuramenti noui Regis Poloniæ die 17 Septemb. an. 1573. Reliquas eiusce Iuramenti clausulas habemus.

Bretagne.

Pays de Bearn.

Literæ patentes Comitum Prouinciæ, de Patrimonio Comitis non alienãdo: die 21 Decemb. an. 1334 die 16. Maij, & 27. Septem. an. 1365. die 1. Maij, 1368. & die 5. Septem. an. 1399.

Extractum ex Archiuis Computorum Comitatus Prouinciæ, & ex rubeo Regesto Priuilegiorum & libertatum Aquensis ciuitatis.

17 DE Aquitanis Vasconiæ oppidis idem dicendum, quæ nullo pacto à se abdicare permissum est Aquitaniæ Duci: Is tametsi liberis, propinquísve, Ditionis partem transcribere cupiat fiduciario iure. Quemadmodùm (apud Frossartem) Legatus Burdigalensium Regem Angliæ commonefecit Aquitanorum Principem, an. 1395. quo, Richardus Rex Aquitanicum Ducatum patruo Lancastriæ Duci concesserat. Nam (vt Auctoris verba referam.) *L'Official de Bordeaux mist en termes, que la Cité de Bordeaux, les Citez de Bayonne, d'Ax, & toutes les Seigneuries, qui sont appendantes és metes & limitations d'icelles, sont de si noble condition, que nul Roy d'Angleterre par quelque pactiõ que ce soit, ne les peut oster, ne déioindre du Domaine de la Couronne d'Angleterre, ne donner, n'aliener, à enfant, oncle, ne frere qu'il ayt, par cause de mariage, n'autrement. Et que ce soit verité, les dessusdictes villes, Citez, & Seigneuries en sont priuilegiees suffisamment des Roys d'Angleterre: lesquels ont iuré entierement à tenir ces Priuileges sans nul rappel, & si tres-tost qu'vn Roy d'Angleterre entre en la possession de l'heritage & Couronne d'Angleterre, il iure suffisamment, sur le Messel mainmise, à tenir iceluy, & non l'enfreindre ne rompre.* Hist. Vol. 4. c. 62. Et tamen Angli iam longè anteà ex Aquitanico Ducatu patronum

patronum scripserant Franciæ Regem, anno 1330. Forma fidelitatis nominatim inserta capiti 25. lib. 1. Froissartis Historici. Qua de fidei sponsione Eduardi 3. Anglorum Principis, in Philip. Valesium, Monarcham Galliarum, egit pariter Benedictus in Repetit. cap. Raynutius. Neustriæ itidem Ducatum, Pictauiæ, & Andium Comitatus, beneficiarios professus fuit Augusti Galliæ regis Richardus 1. Britanniæ Insulæ rex Octob. Mens. an. 1195. Vt Francicis Nic. Gillij Annalibus testatum est. Cæsarum verò clientelares Duces omitto, quibus peræquè inhibitum sit, ne Ducale patrimonium vænire patiantur. Vnus mihi erit, instar omnium, quem proferam, Brabantiæ Dux, cui patriis legibus sacrosancta esse debent Ducalis tituli prædia, omníque exempta commercio, nisi de communi Ordinum sententia. Itaque publicis eorumdem suffragiis Rex Catholicus, Brabantinorum Dux, venundedit Aurayco Principi oppidum ac Territorium Grauiæ, in Brabantino agro; annum circiter 1563. Vt memorat Guicciardinus in sua Belgiographia, Tit. De Brabantia.

Actus fidei & hominij Regis Angliæ, tâquam Ducis Aquitaniæ, erga Regem Franciæ, Mēse Maio, anno 1330.

Ad verb. duas habens filias Num. 122. Philippus 2. Theodotus, & Augustus meritò dictus.

Dux Brabantiæ qui non potest vendere, nec obligare suum DOMANIVM, vendidit vrbem & Principatum Grauiæ, sed de consensu trium Patriæ Statuum, & retenta fide in emptorem, Principem Aurengiæ.

Tit. II.

DE DOMANIO NON DIVIDVNDO.

1 *DOMANIVM, inter Regios liberos non diuidi, sed simul cum Sceptro præcipi.*
2 *Galliæ Consuetudine iuniores vocari in partem nobilium hæreditatum priuatarum.*
Principem, in iis, quæ iuris sunt priuati, Consuetudine teneri: in iis quæ sunt publici, non teneri.
3 *Primogenito Regnum deberi.*
Lancastriæ, & Eboracensis, in Anglia factionum origo.
4 *Primogenitos, etiam patre Rege viuo, Reges appellari, vel illustri Principis nomine successores designari.*
5 *Primogenitum Regis postea facti, etiam iunioribus, post Regnum natis anteferri.*
6 *Principatus, etiam minores, diuisionis expertes esse.*
Arestum de Comitatu Angolismensi.
7 *Regum inungendorum solennis apud varias Gentes mos.*
Varia Regum apud varios populos Insignia, Gallos, Troianos, Macedonas, Hetruscos, Lydos, Persas, Pannonios, & apud Rom. Imperatores.
8 *Annulus Regius in Anglia, præsentissimum Comitiali morbo remedium.*
Reges Gallos strumis solo tactu mederi.
Annulo porrecto, successor Imperij Macedonici designatus.
Annulus Mauricianus, es fortitudinis Sabaudiorum Ducum.
Annulo proiecto, Mare Duci Venetorum quotannis desponderi solitum.
Veneti Ducis Insignia, ab Alexandro 3. P.P. accepta.
Annulus, digito Ducis, Diuionem primùm introeuntis; ab Abbate S. Benigni olim impositus.
9 *Regum alia ab Armis Insignia.*
10 *Primogenito, Regnum, testamento præripi non posse.*
Primogenito Regnum lege, non patris iudicio deferri.
Iani Galeatij querula vox, de rigore Legis ætatem virtuti præferentis.
11 *Multorum Regnorum Regi, ea inter liberos diuidere licere.*
Scythicum Regnum, inter liberos à Rege patre diuisum.
Hispaniæ, & Daniæ inter Regios liberos diuisio.
Romani Imperij in Orientem & Occidentem diuisio, & eius occasio.
Orientis Imperium in duo diuisum, Bizantium, & Trapezuntis.
12 *Mundi, inter Saturni liberos, diuisio.*
Imperio Romano penes Gallos residente, diuisio inter liberos vsurpata.

Inter Regiæ ſtirpis liberos indiuiduum Coronæ Domaniũ.

Prohibitio alienationis voluntariæ non extenditur ad neceſſariam, qualis eſt bonorum diuiſio inter ſocios vel cohæredes, l. Alienationes D. famil. herciſc.

1 NIHILO RECTIVS, DOMANIVM, inter Regios liberos diuiduum eſt familiæ herciſcundæ iudicio, quàm in exteros alienabile. Priuati quidem alienare prohibiti, compelluntur ad diuidendum: quòd rerum communium diuiſio neceſſaria ſit, ad quam ſpontaneæ alienationis non trahitur prohibitio, l. 1. §. Si res communis. ff. De reb. eorum, l. penult. Cod. de præd. minor. At Regni, maiorúmque Principatuum, ſolidum ius defertur primogenito, cum indiuidua partium coniunctione.

De iure & titulo Britonici Ducatus, lis mota in regio Philippi 6. Conſilio, inter Ianum Comitem Monfortianum, & Karolum Bleſenſem Ianæ Britonicæ maritum, an. 1340. & 1341.

2 ADMITTO etiam, qualibet Galliæ Conſuetudine, qua res ſoli vniuerſæ reguntur, vocari iuniores in partem hæreditatis. Sed an Lex Municipalis Regium alliget Fiſcum, hæſitatur. Qua de quæſtione fuit conſultum, in cauſa Ducatus Armorici. Vt ait Faber in §. ex non ſcripto. Inſtitut. De iur. natur. gent. & ciu. Multorum certè calculis, Princeps lege tenetur Prouinciali. Fab. ibidem, Baldus, & Barbatias in Addit. ad Tit. Qui feud. dare poſſ. Populus enim inducendæ Conſuetudinis poteſtatem retinuit: nec fuerunt vnquam Gallicæ Prouinciæ Morum patriorum expertes, quorum capita quædam delibauit Cæſar, lib. 6. De bell. Gallico. cap. 1. De feud. cognitione. In Feud. Aſt illud ita procedit, quando Mos ſcriptus decernit circa Principem, de iure priuatorum. Tunc enim maior habetur ipſo Principe Conſuetudo. Baldus & Caſtrenſ. ad l. Cùm de Conſuetudine. D. De legib. In iis autem, quæ iuris ſunt publici, non priuati, Reges minimè ſubiiciuntur popularibus ſubditorum Plebiſcitis. Cardinalis Florent. in Conſil. 2. Felyn. ad cap. 1. De Conſtitut. Boërius in Bituricæ Conſuet. Tit. De iuriſd. omn. iud. §. 1. Eximia præſertim ac ſingularia ſunt Francicæ CORONÆ præcepta, ſunt DOMINII publici Inſtituta propria, quæ Municipiorum Legibus non adſtringuntur: nec *Regia Tellus* Auguſta portiunculis ſcinditur, nihilò magis, quàm Diadema ipſum ſphæricum, rotundum, inſecabile. Ob ídque Baldus Francicam ſuccedendi in Regnum conſuetudinem, *Ius gentium Francorum* nuncupauit. Ad cap. Significauit. De Reſcript. Quo de argumento, Nos pleniùs lib. 1. De LEGIB. ANDIVM, in Præfat. Tit. 1. Scripſit etiam de eo Tiraquellus, An Rex ligetur Statutis aut Conſuetudine ſubditorum: in Tractatu De lineari retractu §. 1. Gloſ. 13. Imprimis certè indiuiduam Regnorum conditionem adſtruit Baldus ſecundùm primigenios, in l. Si plures. C. De condit. inſert. In Authen. Hoc ampliùs. Cod. De fideicom. in l. Ex hoc iure. D. De Iuſtit. & iur. & Authen. Habita. Cod. Ne fil. pro pat.

Art 6. & 7.

Verb. *ou equipollent à vente*, Num. 38. 39.

Aliorum, quàm Fräcorum, exempla de Primogenituræ iure ſeruando.

3 EXTERNA Regnorum Sceptra, eandem Primigeniorum ſeruant prærogatiuam. Apud Hebræos, Oſias Ioræ primogenito commendauit totius Regni gubernacula: vt primo in ſpem regni nato, primæ ac ſummæ partes Maieſtatis darentur. De Ethnicis peruagatum eſt, extincto in Sicilia Dionyſio tyranno, milites in eius locum, grandiorem natu ex filiis Dionyſium ſuffeciſſe, & maturam eius ætatem ſecutos, & quòd firmius Regnum fore, ſi penes vnum remanſiſſet, quàm ſi portionibus in plures diuideretur, exiſtimarent. Vt Iuſtinus narrat. Eodem teſte, apud Macedonas, Amyntas ſenex legauit Regnum ſolidum maiori ex tribus filiis Alexandro. Id ius ſcilicet ordo naſcentibus, & Natura gentibus dedit. Ac malè ceſſit Amulio, prærepta Regni Latini dignitas Numitori fratri protogenio: cuius nepotes, cæſo Amulio, Regnum auitum recuperarunt. Sic Lacedæmoniorum Regnum lege conferri debebat in ſtirpis maximũ. Anaxandridæ enim Leontiæ ſucceſſit Cleomenes, quamuis Doricus illum & prudentia & fortitudine ſuperaret. Herodoti lib. 5. Vnde verò Anglia tot inteſtinis cædibus funeſtata, propter Lancaſtriæ & Eboracenſis, Regiarum factiones familiarum? Nimirùm quòd Errici 3. minor filius Eduardus Regno præpoſitus fuiſſet, grãdiori Edmundo poſthabito. Ex quo, in poſteris continuatæ Procerum factiones duæ, vt Lãcaſtrij, Roſa purpurea, & qui Eboracenſis partes ſequebantur, candida in bellis vterentur. Aragonibus pariter Regni ius natalitium eſt, ætatis ordini attributum: exploſa omni partium ſectione. Vt reſpondit Oldradus, Conſil. 94. & 231. Alberic. ad l. Donationes. Cod. De donat. inter vir. Eundem Pannones ritum ſectantur, cap.

Lancaſtriæ, & Eboracenſis, in Anglia, factionum origo.

Ducs de Lanclaſtre, & Dyork.

cap. Licet. De voto. Britanni itidem seu Angli, apud Petrum Perticensem, in l. 1. Cod. De sum. Trinit. Lusitani, rescripto Innocentij 4. in cap. Grandi. De suppl. neglig. Prælat. In 6. Hispani Castulonenses, P. Castrensis Responso 164. volum. 2. Panormit. Consil. 85. Siculi demùm, apud Yserniam in cap. Imperialem §. præterea. De prohib. feud. alienat. In Feud.

Petrus de Bella Pertica, magnus Consiliarius Regis Phil. Pulchri, an. 1307.

4 Hinc est, quòd Regiis in Monarchiis, primogenitus, viuo patre Rege, vel appellatur Rex, vel illustri Principis nomine designatur successor in paternum Magistratum. Sicuti enim inter priores Romanos Impp. Cæsar: inter posteriores, Rex Romanorum, intelligitur successor futurus in Augustalem dignitatem ac Imperatoriam. Ita quoque in Gallico Monarchatu, Delphinus: in Anglico, Vualliæ Princeps: in Scotico, Cumbriæ Præfectus, & Scotorum Princeps. Quo titulo insignitus fuit Milcolumbus Regis Scotiæ, filius, immatura adhuc ad rerum molem sustinendam ætate. Vt perhibent Hect. Boëthius, & Buccananus, Scotic. Annal. lib. 6. In Oriente etiam, dignitas τῦ Δεσπότυ fuit Regiæ proxima, auctore Nicephoro, & Gregora, lib. 3. Imo, Reges simul nuncupatos à superstitibus patribus, notat ab longa vetustate Plutarchus, in Opusc. De fortuna & virtute.

Prince de Galles.

ὁ Δεσπότης, Dominus. Inde *le Despote de Seruie.*

5 In proposito autem meminit Cynus, nobilis de ætatis priuilegio controuersiæ, inter Caroli Siculi liberos: quùm alter, patre tantùm Phocensis Prouinciæ Comite, alter, eo Rege facto, natus esset. Ad leg. Imperialis §. his illud Cod. De Nupt. Rem ita distinguunt IVRECOSS. vt ætatis beneficio locus sit in auito ac gentilitio Regno. Quod Bartolus Philippi Valesij protogenio refert contigisse, tametsi patre nondùm Rege, procreato. In cita. §. his illud. Congruunt iis Vilhelmi Cunei dictata, ad leg. Senator. De dignitat. lib. 12. Cod. Et Bartol. ad l. 2. §. in filiis ꝟ. De Decurion. Eodem iure, Geysa Belæ Pannonum Regis primogenitus, etsi in priuata susceptus fortuna, anteponitur Vladislao, Stephano, & Almo fratribus, post Regnum in lucem editis. Quos, res nouas, vt regios fasces assequerentur, molientes, facilè pepulit. Vt Mich. Ritius in Reg. Hungar. attestatur. Diuersa autem causa est Regni paterni, seu nouæ Dignitatis patri delatæ, in qua nascendi fœlicitatem, non ordinem spectandum indicat, non modò Senatoriæ prolis exemplum, ex Vlpiani lib. 1. Ad leg. Iuliam & Papiam, sed etiam Præiudicium fraternæ de Persico regno contentionis. Xerxes enim Darij Persarum Regis filius, prælatus fuit Arimeni fratri, honorario Anaphernis patrui arbitrio: quòd Arimenes primùm quidem Dario, sed priuato prouenisset, bonáque priuata, non regnum sibi posset vendicare, Xerxes esset primus, quem Regno Rex pater sustulisset: vt Iustinus tradit. Ast aliquantò pòst, Parysatis, alterius Darij vxor, in Cyrum filium propensior, frustrà suasit, hac ratione in Persica Monarchia illum Artaxerxi natu maximo anteferendum, qua Xerxes fuerat quondam vsus, Artaxerxem se priuato, Cyrum Regi peperisse. Nec enim suadendo proficere potuit, vt id obtineret. Nam qui ætate anteibat, Rex est constitutus, vt asserit Plutarch. in Artaxerxe. Optimè profectò. Nam posteriore casu, alter hic Darius, qui à primo illo descenderat, per manus à maioribus suis Persicum acceperat Imperium. Vnde qui primus etiam ante Regnum adeptum satus erat, antepositus est reliquis postea natis. Priore verò casu, Xerxi postpositus fuit natus ante Regnum patri delatum: quia Darius pater non iure hæreditario, nec genere, sed sorte fuerat Res Persicas consecutus. Haud aliter de Anglico Sceptro definitum fuit inter Henricum & Robertum ortos ab Vilhelmo illo Normaniæ notho, Angliæ Domitore. Quùm enim Vilhelmus pater armis sibi parasset Britanniæ Insulæ Ditionem, eo mortuo, nouæ Prouinciæ Rex declaratus est, minor certè annis filius, sed post Regiam patris dignitatem primus ac summus, Vt est apud Paul. Æmylium scriptorem Rer. Francic. (in Lud. Crasso) & Polydorum Virgilium, Angliæ Hist. lib. 11.

L. Senatoris filium ꝟ. De senat.

Domesticum patrui arbitri iudicium inter nepotes ex fratre, de iure Regni.

Guillaume le Conquerant, ou Conquesteur d'Angleterre.

6 Porrò non tantùm Regna, aut Imperia respuunt inter liberos diuisionem, sed Principatus quoque inferiores. Ac vulgari quidem Italorum Obseruatione, partiri licet illustria quæque Dignitatum feuda, Regalibus demptis, hæredes inter ipsos. Speculat. in tit. De Feud. Alexander, in Responso 30. volum. 6. Quod Longobardico maximè Vsu protritum refert Ysernias, ad cap. omnes filij tit. Si

Regnum, TVNICA INCONSVTILIS.

Comitatuum feuda, Italis diuidua.

de feud. fuer. controu. int. domin. & agnat. Idem in cap. Imperialem §. præterea Ducatus De prohib. feud. alienat. Verùm alio Iure vtimur Galli: Germanorum instar, dictata his idcirco Lege Friderici Cæsaris, in cita. §. præterea. In Feud. Friderici necnon successor Carolus 4. *Bulla Aurea* sanxit an. 1356. ius deligendi Imperatoris vni ex Electoris liberis, primæuo cõpetitarum, simul cum Septemuirali (seu Septemuiri electoris) Principatu. Pari conditione tenentur alia Ducatuum Imperialia beneficia, planè inter cohæredes indiuidua, ac soli debita natu grandiori. Mediolanense (Barbat. Consil. 2.) Allobrogicum, seu Sabaudiæ Ducatus feudum, Anton. Rubæ. Consil. 133. Franciæ pariter illustriora Dignitatum feuda Senatus decreuit obnoxia non esse iudicio familiæ herciscundæ, tametsi hæreditaria, sed eorum proprietatem solidam ad vnum Lege venire primigeniorum. Vt pronunciatum est, Aresto *Parlamentari* Octauæ Omn. Sanctorum an. 1267. infrascripto. *Cùm Symo quondam Comes Angolismen. nomine Alienoræ vxoris suæ, supplicaret domino Regi, quòd reciperet in hominem pro portione Comitatus Angolismen. dictam Alienoram in parte ei contingente ex causa matris suæ quondam Comitissæ Angolismensis. Vocato Comite Angolismen. & præsente. Econtrà, proposuit idem Comes, quòd dictus Symon in dicto Comitatu portionem aliquam nomine vxoris suæ petere non poterat, nec debebat. Auditis igitur quæ dictæ partes proponere voluerunt, de mandato Domini Regis, cum assensu dictarum partium fuit inquisitum, vtrum idem Comitatus esset partibilis, seu deberet partiri. Per quam inquestam fuit manifestè probatum, quòd de dicto Comitatu in plures, & pluries facta fuerant Appennamenta, pro liberis Comitum prædicti Comitatus. Vnde fuit concordatum & pronunciatum, quòd dictus Comes Angolismen. faciat appennamentum competens Comitissæ prædictæ. Quo facto, si terra quæ per appennamentum fuerit assignata, teneatur à Rege, & per homagium, dominus Rex ei faciet quod debebit.* Ex Curiæ Regesto OLIM, fol. 51. Dominium igitur ac proprietas maiorum Dignitatum feudalium diuidi non potest; fructuarius vsus potest. Cuiusmodi est *Appennamentum*, seu fiducia prædiorum, secundonatis adsignata pro tempore, in causam alimentorum. Id quod latiùs exequemur. inf. tit. proximò.

Terra & Dignitas Electoratus cuiusque, ex septem Electoribus Imperij Germanici.

Vetus Arestum Parlamenti, seu Curiæ Franciæ, *du Comté d'Angoulmois.*

7 PRÆCELSIVS adhuc, Diuinæque menti propius aliquid præ se ferunt sacrorum Regum Sceptra, quò minùs pluribus debeant communicari: quando Reges ipsi sublimitatem hanc diuinitùs commissam habeant, ad Religionem, Ius, & Pacem publicam retinendam. Hinc patrio ritu solenni inunguntur sacro oleo Reges, Hebræi Saulis exemplo, Rhemis Gallus, Cantuariæ Anglus, Hungarus autem in Alba Regali coronatur. Aliique aliarum Vrbium delectum habuêre, in quibus more Maiorum, Reges auspicatò salutarentur. Sicuti de Albano Regno, à Marone ita traditum est:

Quatuor tantùm Reges sacra Chrismate delibuti, Gall. Angl. Sicul. Hierosolymit. RHEMENSE SIMPVLVM.

> *Vrbe fuit summa, Laurentis Regia Pici,*
> *Hinc Sceptra accipere, & primos attollere fasces,*
> *Regibus omen erat, hoc illis Curia templum,*
> *Hæ sacris sedes epulis, hîc ariete cæso,*
> *Perpetuis soliti patres considere mensis.*

Sunt & sua Regibus, peculiaria vestium, annulorúmque ornamenta: quibus diuinæ cuiusdam Maiestatis typus, in terris spectandus repræsentatur. Liliati Regum Galliæ flores, signa cœlitùs demissa ad nostrum Clodoueum protoChristianum: quibus intextum flosculis Paludamentum seu Trabea gestatur à Principe, Regiis sacris Rhemensibus initiando. Quin & Troianis Regibus, vates speciem quandam Maiestatis affingunt, ex Regio cultu & vestimenti ornamentis.

Gentilitia Insignia Franciæ Regum, Liliata signa. *Les Fleurs-de-lys.*

> *Hoc Priami gestamen erat, cùm iura vocatis*
> *More daret populis: Sceptrúmque, sacérque thiaras,*
> *Iliadúmque labor, vestes.*

Habuerunt Macedones Chlamydem, & Hetrusci alia Principatus Insignia, quibus suos Reges primitùs exornare soliti sunt, Coronam auream, & Sellam eburneam, Sceptrúmque, in summitate prodens Aquilam, Tunicam auro distinctam ac purpura, togámque pictam, purpuream: Qualia fuêre Lydorum, atque Persarum gestamina, auctore Dionysio, Antiquit. Roman. lib. 3. In Alba Regali,

gali, adseruatur Pannoniæ Regum Insigne ornatissimum, Diadema aureum B. Stephani Regis, cuius Geysa pater, Hunnos primus fide imbuit Christiana. Vt à Bomfinio præclarè scriptum est in Hungaric. Annalib. Ne istis admisceam Cæsareum purpuræ indumentum, Romanis olim Imperatoribus symbolum Augustæ dignitatis assumptæ.

Hungari primùm sacra Lympha perfusi.

Octauius August. cùm morbo grauissimo conflictaretur, deplorata salute, annulum Agrippæ tradidit. Dionis lib. 53.

8 ADDE iis Regios annulos, gemmas diuinæ cuiusdam efficaciæ ac potentiæ. Promptū est ex Angliæ Chronicis, Regium annulum custodiri in Archiis Vvestmonasterij templi, Comitiali morbo laborantibus mirificè salutarem. Et hinc natum, vt Angliæ Reges, quotannis, annulos maxima ceremonia sacratos, populo erogarent, contracta membra diuina virtute dissoluentes. At Galliæ Reges, citra annuli opem, Cheradum morbis solo tactu medentur. Id quod PANEGYRICO nostro Regi dicato, qui extat, planiùs demonstratum est, Sextili Mens. an. 1594. Illam vtique strumarum curationem, Angli, ex D. Eduardi temporibus, quasi hæreditariam, ferunt manasse ad posteros Reges: ab an. 1043. Nunquid & Alexander Magn. annulo Perdicæ porrecto, delegit eum Imperij successorem? Petrus 1. Allobrogum Comes impetrauit à Mauriciani Cœnobij Præfecto annulum D. Mauricij (apud Octodurum Veragrorum) perpetuam exin Sabaudiæ Comitum tesseram & ornamentum: sub an. 1266. Vt Sabaudi haud parciùs, pro Christiana fide, in eius hostes sanguinem effunderent, quàm sacra Thebarum legio, cuius Dux fuerat Mauricius, certissimæ se neci deuouerat pro tuenda Religione Christiana. Rursus Veneto Duci indultum est hoc ius aurei annuli ab Alexandro 3. Rom. Pontif. (quem Sede Vrbéq; exactum ac profugum Veneti reuerentissimè exceperant) vt annulum Dux in mare proiiceret singulis annis, die Ascensioni Dominicæ festo, ac verbis profiteretur, se iactu annuli, Mare ipsum sibi despondere in perpetuum dominium. Circiter annum 1170. Ab eodem Pontifice, Dux alia retulit nauatæ pro eo operæ monumenta, tubas argenteas, vmbellam, auratámque sellam puluinum aureum, vexilla sex verisicoloria, ac ius obsignandorum plumbo Diplomatum. Exinde Innocentius 3. Venetorum Ducem, *Dominum nauium* vocauit, sed Diris obstrictum imprecationibus, quòd Hierosolymitanam expeditionem, quam Christiani susceperant, fuisset remoratus. Vt patet Decretali Epistola, Si verè. De senten. excommunic. Nec tamen illa Ducalis tituli eminentia, Aristocratiæ formam Venetiis imminuit, nedum immutauit. Bald. ad l. Decernimus. Cod. de sacrosanct. Eccles. In Burgundia denique, Abba Fani Benigni, Diuionensis, solebat antiquitùs, noui Ducis digito annulum imponere, Diuionem vrbem primùm introeuntis: quasi pronubo eo annulo, Burgundiæ Ducatus, Résque Pub. Duci desponderetur. Vt literis proditum est ab Oliuerio Marchiano, Aulæ Magistro, & Aulici Satellitij Caroli Burgundiæ Ducis: Histor. lib. 2.

Cheradas Græci nos Strumas dicimus, glādulas induratas: *les Escrouelles*. gutturis vitium.

Panegyricus, Liber typis excusus, an. 1594.

S. Mauricij in Sabaudia oppidum & Monasterium, olim Octodurum Veragrorum.

Ex Paradini Hist. Sabaud. lib. 2. cap. 82.

Innocentius 3. Alexandri 3 P.P. successor mediatus.

S. Benigne de Dijon.

Memoires de Messire Oliuier de la Marche, maistre d'Hostel, & Capitaine de la garde de Charles Duc de Bourgongne.

9 AD REM quoque pertinet armorum Insigne, Regibus quondam vsurpatum: Cuius traditio, Francis index erat successionis in Regnum. Ac propterea Gontranus Rex, quam manu gerebat hastam, nepoti porrexit, donati Regni argumentum & instrumentum: teste Aimoyno. Non aliter ac secures & hastas, primis Regibus Romanorum prætulêre Lictores cum fascibus, Dionysij lib. 5. Inde Quirites dicti, à Quiri, hasta, seu lancea, à Quirino Romulo instituta. Id quod auctor est tit. Liuius. Regum item exemplo, Romani Cæsares suum habent Doryphoron diebus Sacri Imperij Comitialibus, Saxonicum nempè Ducem Electorem, Imperij militarem Architribunum. Ne his obiter inhæreamus, quæ Frisingensis memorat, Regna per gladium, Prouincias per vexillum tradi. Ex quibus perspicuè apparet, Principatus maiores, ac Monarchias, nescio quid augustius præ se ferre, aliarúmque rerum humanarum conditione altius, quæ vulgò, inter communes mortalium natos, hæreditariæ diuiduntur.

Sic donum Inuestituræ minorum Feudorum, baculum, gladius, hasta, vexillum, annulus. Ex Constitut. Friderici, De Pace tenend.

Doryphoros, i. ensem seu gladium gestans ante Imperatorem.

Dux Saxoniæ, Imperij Archimarescallus, & vnus è septem Imperatorum Germaniæ Electoribus.

10 SED nónne testamento licitum est, secundogenitis Regnum dare, legare? Nónne & primigenium exhæredem scribere, aut aliàs primæui summa minuere iura? Nequaquam, ait Benedictus ad cap. Raynutius. In Ver. in eodem testamento. Quippe natu maximo, Regnum defertur Vnde Agnati, Regiæque veriùs agnationis iure gentilitio, quàm hæreditario, nec tanquam hæredi, sed tanquam defuncti filio, fratri, propinquo, consanguineo. In iis igitur, quæ Legis

Galeacij querula exclamatio, de primogeniti prærogatiua.

beneficio, non paterno, attributa sunt liberis, paterna his abdicatio minimè obest, paterna exhæredatio, Regia liberorum iura non conuellit. Iudicio Baldi in Consil. 360. Quod intuens Ianus Galeacius Mediolani Dux, filiis in suum conspectum venire iussis, O dura Lex, (exclamat) dura natalitij iuris prærogatiua, quæ æquales genere ac natalibus, inæquali hæreditatis sorte seiungis. Dolebat autem sagacissimus Princeps, Iani filij stolidi annos, virtuti Philippi Mariæ anteferri. Omnibus cōperta est Caroli 7. Regis exhæredatio, proscriptio, quam Anglus Rex affinitatis specie procurauit, aut potius à Caroli patre fatuo extorsit, Angli socero. an. 1420. Victrix causa DEO placuit, tutelaríque Franciæ Numini. Carolus in maiorum suorum Solium restitutus. Eapropter Pontifex Pius 2. consulente eodem Carolo 7. de spe Regni, à primigenio contumaci in minorem obsequentissimum transferenda, aduersatus est huius rei mentionem. Vt P. Æmylius in Franc. Annal. refert. Ita Fulbertus Roberti Regis Cancellarius, dein Carnutum Antistes, improbauit Constantiæ Augustæ impotentes affectus in Robertum iuniorem filium, vt hic Regio in fastigio potiùs, quàm natu grandior Erricus, collocaretur. annum circiter 1020. Epist. 43. & 91.

In Tricassium vrbe, Catharina Caroli 6. Franciæ Regis filia, in matrimonium pacta Henrico 5. Angliæ Regi, eadem soror Caroli, postea Regis hoc nomine Septimi.

11 NEC verò negarim, Regibus, qui plura Regna possideant, ea inter filios partiri liberum esse. Sic Colaxais Scytharum Rex, cuius latissimè patebat dominatus, liberis Scythicum distribuit in tria Regna Imperium. Vnum quidem (quæ maxima portio erat) vbi aurum adseruabatur. Reliqua verò ad Aquilonem vergentia. Vt tradit Herodotus lib. 2. Per hunc modum, Iacobus 1. Tarraconensis, liberos duos supremo elogio nuncupauit, Petrum, Arogoniæ, & Iacobum, Balearis Insulæ Reges an. 1250. Ex Hispaniæ Chronicis. Legitima sanè diuisio. Demus quippè, Sarracenos Maiori Balearica primùm deiectos fuisse à Raymundo Berengario 3. Tarraconensium Rege, an. 1113. cámque dehinc Balearium Insulam, quùm intercepta fuisset, armis receptam à Iacobo 1. Attamen vsquequaque fuerunt Balearici à Tarraconensibus distincti, nec vllo iis clientelæ officio obligati: sed vno quidem ambobus imperante Populis, & vtriusque Regni vnione in speciem modò sancita. Alphonsi Literis, (6. Kal. Octobr. an. 1286.) & Iacobi, Regum Tarraconensium, sexto Idus Augusti, an. 1291. Nec enim obstante Codicillari hac vnione, Sancius diuisim Balearibus præfuit Insulis Rex, an. 1311. Tum ambo Iacobi, seriatim Balearici reges, pater, an. 1340. filius an. 1366. de cuius in Tarraconensem Bello, Frossartes, Hist. lib. 1. cap. 235. & 299. Ysabella dehinc posterioris soror eum tenuit Principatum, separatim à Tarraconensi, an. 1375. Vti singula isthæc distinctè notantur eximio Andegauorum Ducum Chartario, in Archiis condito Parisien. Ratiociniorum. Alia item Hispaniarum regna diuisit Adelfonsus 7. inter liberos, satis æqua cōditione. Quippè qui primògenitum Sanctium, in Castulonensi, Ferdinandū in Legionensi regno instituerit secundonatū: Circa an. 1150. Vt Rodericus Santius in literas retulit, Parte 3. Daniæ autem Regis filij duo bifariam partiti sunt Ditionem, hac pacifica formula, vt alter terra, alter mari piraticam exercens, imperaret. Sic enim discreto: Natura, rerum imperio, minùs verendum erat, ne fraterna concordia, ipsis cum rebus scinderetur. Prudenter etiam Romanus Cæsar, familiæ herciscundæ iudex inter posteros Iudaici Regis. Vt enim æmulationis inter eos materiem omnem præcideret, Archelaum non Regem declarat, sed Ethnarcham, in Hebræi Principatus, quam ipsi attribuit, portione. Mox dimidiam alteram partitione contulit in alios duos Herodis filios, Philippum & Antipam eum, qui cum Archelao de toto Regno contenderat. Antiquit. Iudaic. lib. 17. Iosephi cap. 13. At enim Constantinus, qui à rerum gestarum magnitudine, Magni cognomen adeptus est, diuisit liberè inter liberos Prouincias amplissimas, inuicémque disparatas. Constantium enim Orienti præesse voluit, Constantinum, & Constantem, Occidenti. Nec idcircò ius ipsum Imperij Romani redegit in partes: quùm interim Constantinum iusserit Cæsarem appellari, primo Imperij sui decennio: secundo, Constantium: tertio, minimum natu Constantem. Necessariò autem distribuenda fuit tanti Imperij Præfectura atque administratio, ne sua mole corrueret, ac longinquæ Prouinciæ Romanum excuterent iugum, pristinámque libertatem armis repeterent. Quare Constantini illius pater Constantius, pepigit

Scythicum Imperium in tria Regna liberis distributum.
Aragoniæ rex Iacob. 1.
Rex Maioricarum, in Hispania.
Alphonsi, & Iacobi vicissim Regum Aragoniæ & Maioricarum Rescripta, die 26. Septemb. 1286. & die 8. Aug. 1291. *aux habitãs de la ville de Maiorques, que le Royaume & Isle de Maiorques ne sera separe du Royaume d'Arragon, & de Catelongne &c.* Ex Inuentario titulorum. *de la Chambre d'Anion, rapporté en la Chambre des Comptes.*
Sancius Maioricarū rex, Comes Rossilionis, & Montispessuli dominus fecit homagiū Philippo Franciæ regi, *à cause de Montpeslier & Chastel de Latis proche*, die 8. Dec. an. 1311.
Cessio Regni Maioricarum per Ysabellam Reginam facta Ludouico 1. Andium Duci pretio conuento *de 120. mil francs d'or*, die 30. August. 1375.
Castellæ, & Leonense, Hispaniarum Regna.
Dannemare.

git cum Galerio Augusto, vt hic Illyricum & Asiam, ille Galliam, Italiam, & Africam prouincias obtineret. Donec ius tandem Romanæ Monarchiæ discissum est inter Constantinum alterum, & Carolum Magnum, Pontificiis Hadriani auspiciis. Adeò, vt Græcus, Orientis: Latinus Augustus, Occidentis Cæsares fuerint constituti. An. 801. Carolus rursùm filiis Regna partitus est, optimus familiæ suæ arbiter: Si Æginarto eius Scribæ fidem habemus. Posteriùs necnon Græci Principes, quùm è Byzantia Aula Trapezuntem legare quosdam assueuissent, Trapezuntis ac Ponti, prouinciæ Rectores decretos, ibidem nouum statuerunt, distinctúmque à Byzantio Imperium. Sed Othomanicus demùm Rex Mahometes 2. deleto Byzantiorum genere, mox & Comneno Trapezunte, in vnum duo hæc Imperia reuocauit.

Duo Græcorũ Cæsarum Imperia, Cõstantinopolitanum, & Trapezuntinum, seu *de Trebisonde*.

12 Miranda igitur non est, in tanta Rerum mole, Regnorúmque multitudine diuisio. Nec otiosè confinxerunt * μυθόλογοι, Saturni liberos distribuisse inuicem latè distantes, totóque Orbe discretas regiones: vt iis commentitiis Magnatum pactionibus * ἀλληγορικῶς expressam humanæ vitæ imaginem cerneremus. Ex quo Neptunus ille Virgilianus, missis ad Æolum nuntiis,

Regi hæc dicite vestro (infit.)
Non illi imperium Pelagi, sæuúmque Tridentem,
Sed mihi sorte datum, tenet ille immania saxa,
Vestras Eure domos, &c.

* Fabulatores Poetæ.

* Per inuersionem, cùm aliud dictum, aliud simulatum intelligitur.

Quandiu pariter, Gallia tulit eundem simul & Regem, & Cæsarem, Carolum Magnum, Ludouicum Pium, & posteros paucos, ij rerum summam partiti sunt inter liberos, non incommodè. Lothario tradita à Pio Austrasia & Italia, Carolo Francia, Bauaria Lodoïco, aliis item Regnis diuisim relictis. Enimuerò post translatum ad Germanos Imperium, vna Francia vnum colit Principem, vnum maximum natu Principis filium, Regni patrij candidatum, lege designatum Regni hæredem ex asse, cum solido Domanio profitetur. Iuxta Homericum istud, * Εἷς κοίρανος ἔστω, εἷς βασιλεύς.

Eò minùs excusanda Regis Deiorati impietas, qui iuniores filios mactabat, vt Primogenitus omnia haberet.

* Vnus esto Dominus, vnus esto Rex.

Tit. III.

De Panagio, (sev Appennagio) in secvndogenitos Regvm.

1 Domanivm, *ex causa Panagij, Bellíque, alienare licere.*
2 *Alienatione prohibita, vsumfructum alimentarium, non contineri.*
In Regno non esse Legitimæ locum: Iunioribus tamen Regum liberis alimenta deberi.
Panagij etymologia, siue Abanagij.
3 Paragium, *nonnunquam pro* Panagio *dici, inter Nobiles.*
Armorica Lex vetus, liberis iunioribus parum æqua.
Panagium, deficientibus masculis, ad Principem redire.
Panagium *Ariberti, fratris Regis Dagoberti.*
4 Panagij *modus quadruplex.*
Panagiorum *primi modi incommoda.*
Galliæ, Regulorum quondam æqualium feraces.
5 *Secundus Panagij modus, in Roberto Henrici 1. fratre, Boberto & Petro, Ludouici Crassi filiis.*
6 *Panagij modus tertius, in Ludouici 8. & 9. liberis.*
7 *Panagij modus quartus, à Iano Rege, & Carolo filio institutus.*
Panagium Ludouici, fratris Caroli 6.
Panagium Caroli, fratris Ludouici 11.
Panagium Caroli, filij Francisci 1.
Panagia Henrici & Francisci, fratrum Caroli 9. regis.
Supplementa Panagiorum *eorumdem Henrici & Francisci.*

8 Panagium masculis tantùm hæredibus dari: etiam in Ducali Sabaudiæ familia.
9 10 Panagium antea, in nummaria pensitatione dari solitum; nunc in fundis æstimatis dari.

VERVNTAMEN duplici casu, Principi ius est, Reipub. Fundos priuatis mancipare. Prior quidem, Panagij nomine, Regis filiis debiti, maribúsque eorum posteris. Alter, in causam Belli gerendi, cum libera ac perpetua redimendi fundi potestate. §. 1. Francicæ Constitutionis, DE RE DOMINICA latæ Febr. Mense an. sesquimillesimo 66. 1

PRIORIS causæ alienandi, manifesta est æquitas. Quoties enim alienatio lege interdicta est speciali, ac patrio Statuto, id non producitur ad fructuariam prædij concessionem, in alimenta præsertim, quæ secundonatis Maribus debentur ex re paterna. Bald. & Castrens. ad l. vlt. Cod. De reb. alien. non alienan. Equidem Legitimæ locus non est in Regio dominatu, liberos inter ipsos. Bald., ad l. Cunctos populos. C. De sum. Trinit. & in authent. Ex testamento Cod. De Collat. Vidus Papa in Decis. Delphin. 476. Alimenta tamen annua munúsque illis peculiare est erogandum, vt habeant, quo Regij stemmatis dignitatem tueantur. Andr. & Abbas in cap. Licet. De voto. Franciscus Ripensis ad l. In quartam D. Ad leg. Falcid. Afflict. in cap. 1. De fil. nat. ex Matrim. ad Morganat. contrac. Quo argumento in hanc partem adductus est Petrus Belluga, vt ab Hispano Rege collatam in Erricum fratrem donationem Sugurbi oppidi, ratam iustámq; responderit videri. In Speculo Princip. tit. De iuramen. per Princip. facien. Quod autem Franci Reges maribus secundogenitis vtendum dare solent, *Appennagÿ* voce significatur. Vt Caroli 7. Constitutio indicat, edita an. 1453. art. 6. Idque ius cum linea masculina finitur, ac rursus cum Patrimonio Fisci consolidatur. Interim ergo *Appennagium*, quasi à *Panis prouisione* dictum, notarunt veteres Galli, ex conceptis hoc modo regiæ fiduciæ verbis Philippi 3. in Carolum & Ludouicum liberos iuniores Mart. Mens. an. 1284. Tum etiam Philippi Pulchri in Carolum filium, Mens. Aprili, an. 1307. Quemadmodùm enim Romani, *Panes ciuiles* filiæ doti adscribebant; seu annuos quosdam reditus, queîs nupta aleretur l. vlt. §. præterea Cod. De iur. dot. Ita masculis natu minoribus in alimoniam decernitur *Appennagium*, panis ciuilis instar. Sic Hebræus Rex Iosephat secundonatis honestas dedit pensiones, Regno filio grandiori relicto. Vt sacris Oraculis proditum est, ac Iudaic. Antiquit. Iosephi lib. 4. cap. 6. Nonnullis item priscorum Regum tabulis, dabantur Francicæ possessiones, tali formula, *Pro sustentamento, pro assignamento.* Quo nomine Panagium * κατ᾽ ἐξοχὴν intelligitur, id est * τὸ πᾶν ἅγιον, quia & hoc sit sacrum DOMANIVM Regni, & ex sanctiori Regum Patrimonio, purum putúmque conficiatur. Hinc quoque Panagij vox Græca à Francis indita Regiæ fiduciæ videri potest, quòd fiduciarij Regiæ stirpis liberi sanctissima religione deuinciantur Panagióque iureiurando Principi donatori. Vt expressim admonuit Paul. Æmylius in Francorum Rebus gestis sub Philippo 2. Neque ab iis longè dissentit alia *Appennagÿ* verbi notatio, seu *Abanagÿ*, quasi ab *Anagio* diuersi & separati: quod *Anagium* (ex annis primogeniti) dicitur ius Primigeniorum, seu Primogenituræ. Vt ait Faber ad §. Cæterùm. Institut. De legit. agnat. succeß. In vers. De consuetudine masculus primogenitus habet Annagium inter nobiles. 2

> Alimenta magis, quàm Legitima bonorum, Regiis liberis iunioribus debita.

> Rex Philippus 3. filius D. Ludouici dedit in appennagium terras duobus filiis suis minoribus pro panis prouisione, & alimentis.

> Paralipom. lib. 2. cap. 21. Ioram primogenito Regnum tradidit pater: Iunioribus autem filiis, Azariæ, Iahieli, &c. Munera argenti, auri, & pensitationes.
> * per excellentiam.
> * totum sacrum.
> Panagiarij Proceres Regij sanguinis, sunt Regi obligati arctissimo fidelitatis officio, & hominio ligio, per religiosum iuramentum.

AD priuatas necnon familias trahitur *Appennagÿ* vocabulum multiplici Francorum Consuetudine. Borbonia scilicet, art. 305. (in ver. *Fille mariee & appanee.*) Niuernensi, art. 24. tit. 23. Marchiana, art. 220. Similiter *Paragÿ* dictio adplicatur iunioribus illustrium nobilitate liberis, cùm ij minorem feudi partem à primogenito obtinent pari iure stirpis, paríque titulo auitæ paternæve hæreditatis. Id quod è vetusto Gallorum Ritu depromptum litteris mandauit Ioh. Butelerius in Summa Rurali, & Neustriæ populares in antiquo patriarum Legum Codice, cap. 28. 30. 35. Post Petrum Fontanum libellis Præfectum supplicibus in Prætorio 3

> Tenent in Paragium Nobiles secundogeniti eam feudi partem, quam iure successorio habent.

> M. Petr. *Fontaine.* Magister libell. supplicum D. Ludouici.

Prætorio Ludouici 6. Libro ipsius de Francica Praxi nondùm edito. Et quia *Paragij* mos inualuit tantùm claris genere familiis, *Paragium* interpretati sunt posteri Nobilitatem, quòd PARIVM dignitate soli honestentur Nobiles, natalibúsque generosi. Ex quo, Siculæ Constitutiones nominatim loquuntur *De filia maritanda secundùm paragium*. i. prò antiquæ stirpis splendore ac decore. Tit. 26. Atque adeò Municipes Andium, (quibus prisca Lex scripta est *De Despie de Fief & de Parages*) videntur olim cum victricibus suorum Principum signis easdem intulisse Leges Neapolim, ac cis trãnsque fretum Siculum: circa annum 1264. Vnde manarit Regia illa Roberti Andegaui Constitutio, *Paragium* filiabus adsignans: sub ann. 1334. De qua Afflictus, in Decis. Neapolit. 160. & 162. Apud eosdem Siculos, *Vita & Militia*, secundogenito tribuitur masculo. Nos alia quædam de Paragio subtexuimus lib. 1. De LEGIB. ANDIVM cap. 63. art. 4. 5. In Armarica Regione, extat memorabile hæreditatum Ius inter Magnates (*Assisiam Comitis Gaufridi* nominant) conditum. an. 1185. Quo Barones, & Equites, bona ad maximos natu transmittere, quasi præcipua, tenerentur. Cùm autem primigenij arbitrio relinqueretur alimentaria iuniorum portio, addictus est nuncupatim secundonatis, in eam portionem, trientis bonorum vsusfructus. Lege lata ab Arcturo 1. Duce Armorico. Idem ius alimentorum, iunioribus adsignatum, in Armoricis, & Andibus, recensetur ab Henrico Bohico in cap. Quia ingredientibus De Testament. De iis voluere est art. 209. vetustæ Britonum Consuet. in eámque Argentræi Commentaria, Rhedonum Proprætoris. Ad hunc modum, Galliæ Proceres regij sanguinis, ita à Rege afficiuntur peculiari quodam Panagij munere, vt mascula sobole deficienti, redeat Panagium ad Principem solido iure, nec regiis interim ornamentis Proceres debeant vti, nisi fortè Patriciali, seu *Parium* Franciæ auctoritate. Ariberto enim fratri donauit Rex Dagobertus Vasconiam: sed adiecta cautione, vt priuato ille habitu contentus, nullius se speraret Regiæ Francorum dignitatis participem fore. Id quod auctor est Aimoynus, Hist. lib. 4.

Inde Paragium dictum, quandiu minores natu isti appariati intra 4. 5. aut 6 gradum genealogiæ continentur pro varietate Legũ Municipalium Franciæ, vtpotè Andensis, Cenomanæ, Turonensis, Pictonicæ, &c.

Fille noble doit estre mariee & emparagee noblement.

Iouuigneurs de Bretagne, d'Anjou, & du Maine, Nobles, qui habent tantùm portionẽ suam directarum hæreditatum *par bien-faict, & à viage* Sed noua Britanniæ Consuetudine prioris reformatiua, iuniores Britãniæ Nobiles sunt domini & proprietarij suæ portionis hæreditariæ, artic. 550. & 567. Consuetud. nouæ, an. 1580.

4 QVADRVPLEX autem legitur Panagij formula, seu Conuentionum, inter Regij generis liberos, pro temporum varietate. Quarum vltima, huius instituti propria est, germanámque Panagij naturam, de quo quærimus, luculentè describit. Imprimis, ante Magni Caroli Monarchiam, variè tractatum est inter regios liberos, de suo in Gallia iure, sed ad summum quadrifariam. Clodoueo enim vita cedente, Regnum, quasi in Tetrarchias, scinditur inauspicatò. Non secus, ac tres quondam Gallogræciæ partes, inter quaternos Tetrarchas diuidi solitæ, apud Strabonem lib. 12. Sic Childeberto Parisij, Theodorico Mediomatrices, Clodomiro Aurelia, & Suessiones Clothario constituunt imperandi fines: Regium quisque titulum sibi arrogat perincommodè. Annum circiter 516. Deinde ad Clotharium deuoluitur Galliæ Ditio vniuersa, cuius liberis, alij Chereberto obtigit ager Parisiensis, Chilperico Suessiones, Guntrano Aurelia, Sibeberto Mediomatrices obuenerunt. Sicuti Agathius narrat, Histor. lib. 1. & Gregorius Turonens. lib. 3. cap. 1. Hisdem vestigiis, post Clotharium 2. egit Aribertus filius, cum Dagoberto fratre primæuo, vtì Aquitania ipsi Regnum daretur: iis terminis, vt Ligeri flumine, & Pyrenæis saltibus clauderetur. Cùm igitur ille Aquitaniam fruendam accepisset à Dagoberto Rege, Tholosam, Regni sedem instituit. Aimoyno teste, lib. 4. cap. 17. Dagobertus demùm successorem reliquit Clodoueum, cuius Sigibertus frater, in Austrasia Regiam collocauit. Ex Gregorij Turon. lib. 4. cap. 22. Aimoyni lib. 3. cap. 1. & apud Rheginonem, sub annum 580. Quinetiam sublato pòst è viuis Pipino Francorum Rege, peractus est Gallici Pop. conuentus percelebris, quo Reges creantur ambo defuncti filij, ea conditione, vt totum Regni corpus in æquas partirentur. Quemadmodùm Æginartus tradit, scriba Caroli Magni. Eòdem propemodùm relabitur scripta ad huius Ludouicum filium Cæsarem Epistola Agobardi, Lugdunen. Præsulis, *de diuisione Gallicani Imperij inter eius heredes*. Isthæc vtique prima extitit Regiæ administrationis forma, & de Principatu inter Regulos concordia planè discors. Indies enim Tetrarchæ isti,

Paris, Mets, Orleans, Soissons.

Generales Status Pop. Francici, in quibus determinatum de successione Regni inter Regios filios.

Ludouicus Pius Imp.

Huic tamen Agobardi Epistolæ talis inseritur clau-

sese infestis armis impetabant, æmula Regni societate. Vnus ex iis quidem, vindicabat sibi principem locum in Francico Dominatu. Alij tamen dum Regium nomen gerunt, nec Principem agnoscunt patronum, nihilo firmiùs Gallia vna tot Reges capere poterat, quàm Mundus duos Soles. Quæris, quibus initiis creuit C. Cæsaris Gallicus triumphus? Scilicet ex multiplici æqualium Galliæ Regulorum voluntate, in vnum sensum imperiúmque minimè coeuntium: quos Iulius ipse Principes ciuitatum vocat. Alius enim Carnutum Tagetius regulus dicebatur, Comius Atrebatum, Viridouix Vnellorum, Aruernorum Vercingentorix, Catamanteles Sequanorum, Moritasgus Senonum, Eburonum Ambiorix: Ollouico Nitiobrigum, Dumnacus Andium, aliíque ita sparsim Reges nuncupabantur.

sula. Cæteris filiis vestris designastis Partes Regni vestri: sed vt vnum Regnũ esset, non tria, prætulistis eum illis, quem participem Nominis vestri fecistis.

Prisci Reguli Carnutum, Attesiæ, Perticensis agri, Burgundi Comitatus, Senonensium, Leodiensium, Monpessulani oppidi, & Andegauensis Regnunculæ.

5 Ita diuisam Regni Maiestatem consecuta est fœlicior altera cum Regulis conuentio, quam superiorum temporum molestia excogitauit. Nam Henricus 1. Rex donauit Burgundiæ Ducatu Robertum fratrem: an. 1030. Decursu temporum, Ludouicus Grassus, Druydum Comitatum attribuit Roberto aliique filio Petro aliquot latifundia (sub annum 1132.) Tenues certè ditiones, sed pacificatorias, ne potentiores Reguli insolescerent, & aliquid in Principalis imperij perniciem molirentur. Subde iis Augustum, Crassi Regis nepotem, qui Philippo filio minori, dono dedit Arcem ac Territorium Dampfrontis Neustriæ oppidi, dehinc Comiti Bononiæ Belgicæ appellato, an. 1208.

Vicecomitatus *de Dompfront*, in Normania.

6 Istis successêre ambo Ludouici 8. & 9. Reges, quorum ille testamento Carolum Andegauiæ Comitem creauit, Robertum, Atrebatum, & Alphonsum, Pictonum, filios, an. 1225. Hic Petro, Alenconium, Roberto Claromontanum Comitatus liberis potiundos destinauit. Alenconium videlicet, Mense Mart. ann. 1268. in hanc phrasin, *Pro parte terræ: Pro portione terræ*. Idem Ludouicus 9. Robertum fratrem priùs auxerat Dampfrontio Normaniæ castro & Procomitatu, qui in Regiam Francicam reuersus fuerat ab præscripta Fiduciæ anterioris cautione in Philippum Augusti filium, deleta huius virili sobole, ann. 1235. Quùm autem Roberti pronepos ex crimine incidisset in legem commissoriam Feudalium suorum prædiorum (de qua Nos inferiùs) Dompfrontia ditio à Principe data est Philippo Alenconio, fratris filio, Caroli Valesij, an. 1343. in solutum sex millium libellarum annui Reditus ei priùs adsignati. Inde Philippo seriatim latifundium hoc erogante Petro fratri, Alenconio Comiti, Rex idipsum à superiori Neustriæ Ducatu diremit, & insolubili nexu, Alenconio Comitatui adunauit. Epistola aperta Idib. Septemb. an. 1367. Obseruandum est insuper Valesiorum Munus fiduciarium, quo Carolus, & Eburouicum, quo Lodoïcus, affecti sunt fratres Phil. Pulchri Regis, an. 1290. & 1307. Hunc in ordinem redigi postulat vtraque Marchia Carolo Pulchro concessa, Aprili Mens. an. 1307. atque Aurelia Philippo Valesij Regis filio natu minori an. 1345. Vt à Nicol. Ægidio perhibetur in Francic. Annalib.

Comté d'Artois.

Poictou.

Clairmont, en Beauuoisis.

De Robert d'Artois les biens confisquez & reünis à la Couronne, infr. lib. 3. tit. 3. art. 2.

Regiæ Literæ Caroli 5. die 13. Septemb. 1367. *d'Vnion perpetuelle de la Seigneurie de Dompfront au Côté d'Alençon, pour estre tenuë soubs mesme Perrie, foy & hommage.*

Pays de Valois.

Eureux.

Haute & basse Marche.

7 Postremas iam tenet receptissima Panagij ratio ac constitutio, quæ horum temporum vsui moribúsque congruit, à Iano, & Carolo filio Regibus instituta. Ianus enim pater, Caletij ad Itium portum, dedit *Panagij* nomine iunioribus filiis, Lodoïco, Andium, & Iohanni, Biturigum Aruernorúmque Ducales titulos, iisdem creatos Codicillis. Saluo eo, vt ad mares tantùm posteros Regium munus transmitteretur. Panagij etiam alienatione interdicta, permultisque exceptis summæ Potestatis Notis, quas Reges minimè à se abdicatum voluerunt. Mense Octob. an. 1360. At Caroli 5. Formula quadam exemplari vetitum est, masculo dari plus quàm ducenta & quadragena millia sestertiûm, seu duodecim millia annui terræ prouentus, cum honorario Comitatus titulo, & octingentis millibus sestertiûm semel numerandis: Filiæ pariter, vltra dotalem summam duodecies sestertiûm, seu sexagies millium libellarum. Lata hæc lex, & πολιτικὴ Panagij forma Octobr. Mense ann. 1374. Vtì à Sapiente condita, sic seruata diutissimè, & ad hanc vsque diem fœliciter prorogata. Ex huius Formulæ præscripto, Carolus 6. Rex fiduciarios præbuit Turones Ludouico fratri, dein Aurelianum, & Valesium Ducatus, Bellimontis ad Ysaram amnem, & Druydum Comitatus. Pridie Nonas Iunias, ann. 1392.

Iohannes Rex ex Anglia rediens, fecit hæc Appennagia in vrbe *de Calais.*

Anjou, Berry.

Forma Appennagij quod Carolus 5. vult dari Ludouico filio suo Iuniori. *Assauoir, douze mille liures de terre au tournois, auec tiltre de Comté, & 40. mil francs en deniers, pour luy mettre en Estat.*

Appennagiũ *du Duché de Touraine*, cuius loco suffectus est Ducatus *d'Orleãs*,

Quemadmodùm

Quemadmodùm in Regiis Lutetiæ Scriniis lectitatur, & Froſſartis Hiſtorici volum. 4. cap. 41. Quid Ludouicus 11. Sexti Regis nepos? Is Carolum fratrem pari cautione, ornauit nunc Bituricenſi, tum Neuſtriæ, tandem Aquitano Ducatu, Menſe Octobr. an. 1461. 1465. & 1469. Interea tamen coacto apud Turonas Francicorum Ordinum concilio, obtinuit Ludouicus, Regiarum artium peritiſſimus Princeps nihilò amplius Regiis liberis tranſcribi debere ex Publico Patrimonio, quàm duodecies mille libras Turonen. in Fundis Ducali titulo Comitatúſve inſignitis, vnà cum fructuaria penſitatione ſexagies millium libellarum viuo Regulo ſoluenda, è Regio Fiſco, Menſe Aprili, an. 1467. Sicuti eius ſeculi æqualis ſcripſit Gaguinus, in Francorum Rebus geſtis. Recentiore autem memoria, Franciſcus 1. donatione contulit in minimum natu filium Carolum, & mares eius poſteros, Ducatum CaſtriHeraldi, in Pictonibus, Clarummontem Bellouacorum, Marchiam ſuperiorem & inferiorem, Subcomitatum *d'Aulnoy*, cum Melleo, Chizeo, Ciurayo; Vſſone; & Fano Maxentij, Pictonum oppidis. Reſcripto pridie Idus Iunias, an. 1540. quod in Senatu propalàm lectum recitatúmque eſt poſtridie Idus Sextiles, eod. anno. Noſtra demùm ætate, verſati ſunt coràm in oculis omnium, Henricus, Andium: Alenconij, Franciſcus Duces fiduciarij. Ex fraterno Caroli 9. Regis beneficio 6. Idus Februar. an. 1566. quod Lutetiana Curia de more promulgauit, 12. Kal. Aprilis proximè conſecuti: Duce Montmorantio, Equitum Magiſtro, præſente ac procurante. Henrico rurſum Princeps adiecit velut *Panagij* auctarium, Aruerniam totam, cum Montfortiano Comitatu, 16. Kal. Septemb. an. 1569. Comprobante Senatu, die 24. Nouemb. eod. ann. Sub id quoque tempus, Franciſco adſcriptum eſt *Panagij* ſupplementum, Sezana Briæ oppidum, Druides, & Eburouices. Diplomate Menſ. Octobr. 1569. Quod Lutetiæ publicatum fuit; dein Rothomagi in Senatu Normanico, poſtridie Kal. Decembres, eod. anno. Ad extremum, Franciſco, quaſi cumulus, acceſſit Andium fiducia, Cenomanorum, Turonum, & Biturigum, vnà cum Caſtro Theodorici: Fraterna Henrici prædicti donatione (Maio Menſ. an. 1576.) qui biennio antea in Regium culmen euectus fuerat, obitu Caroli 9. Sed diem functo Franciſco, omnes hæ fiduciariæ Ditiones poſtliminio reuoluuntur in corpus fiſcalis Patrimonij. Regiis Codicillis, Iunio Menſ. 1584. quos ſubinde, PATRES PARISIENSES Actis Curiæ inſcribi iuſſerunt, 11. Calend. Quintiles ſubſeq.

8 ATTENDITE igitur, vltimam Panagij formulam, dupliciter à ſuperioribus diſcrepare. Priùs enim tradebatur Panagium Mæuio ac hæredibus, nulla ſexus diſcretione, qualitatéve hæredum præfinita. In hanc ſpeciem Atrebaticus ager Roberto datus, Menſ. Iunio, an. 1225. Marchia Carolo Pulchro, Burgundia Philippo Audaci, Nemorenſis Ducatus Carolo 2. Eburouici, Nauarrorum Regi: Clarus-mons Bellouacorum, Roberto D. Ludouici filio. Poſterior verò *Appennagij* forma certis limitibus concluſit, conſtrinxitque eiuſdem ſucceſſionem. Qua tamen conditione antea ſtrictim dederat Philippus 4. Philippo filio Pictonum Comitatum, Menſe Nouembri, an. 1314. Longus Rex Carolo fratri Nyortium, & Montemmorillonem, Pictonum oppida: Ianus Ludouico, Andium, & Iohanni Aruerniæ Ducatus. Perpetuo demùm Edicto Caroli 9. maſculinum eſt prorſus *Appennagium*, maſculæ ſolùm donatarij proſapiæ attributum, Febr. Menſe an. 1566. Vtì & Carolus 5. domeſtica Lege cauerat, finis etiam filiabus dotale modò aurum ſemel erogandum: filio autem pecuniarium Reditum, ſeu eius loco æſtimata prædia, pro tempore aſſignanda, ann. 1374. Neque ab iis multùm abludit nouata iam, in ſecundonatos Allobrogici Ducis, formula Panagij, maſculinæque Ditionum quarumdam Fiduciæ. Nam primitùs quidem, Philippus Allobrogum Regulus, ſupremi iudicij diuiſione adſcripſit (inter tres ex iuniori fratre Thoma nepotes) Amedeo Sebuſianum Comitatum, Thomæ Principatum Subalpinum, Ludouico Baronatum *De Vaux, le pays de Bieugeois, & Verromois*. Circa annum 1280. Atque ita fermè dehinc, Amedeus 8. Sabaudiæ Dux, grandiori filio addixit Ludouico Alpinæ regionis Principatum, & minori natu Philippo Gebennenſem Comi-

cuius appennagium eſt die 4. Iun. ann. 1391. *Valois, Beaumont ſur Oiſe, Dreux.*

Les Eſtats de France tenues à Tours, du Regne de Loys 11.

Ducatus *de Chaſtellerault, Clermont en Beauuoiſis, haute & baſſe Marche, Vicomté d'Aulnoy, Mellé, Chizé, Ciuray, Vſſon, & S. Maixent en Poictou*, donati in Appennagium die 12. Iun. an. 1540. Verificante Curia die 14. Auguſti.

Appennagium factũ à Rege Carolo 9. die 8. Febr. an. 1566. publicatum in Parlamento, die 21. Mart.

Supplementum Panagij Henrici Andium Ducis, *du Duché d'Auuergne, & Comté de Montfort la Maury*, die 17. Aug. 1569. & Panagij Franciſci fratris, *de la Comté de Dreux, Sezane, & Eureux.* Verificatum in Parlamento Normanico, die 2. Decemb. an. 1569. *A quoy ont eſté adiouſtez les Comtez de la Marche, Foreſts, Bourbonnois, Quercy, & Rouergue.*

Literæ reunionis ad Coronam, harum omnium terrarum, Quæ in Curia regiſtratæ ſunt die 21. Iun. an. 1584.

Artois.

Clermont, en Beauuoiſis.

Comté de Poictou.

Villes de Nyort, & Montmorillon. Hoc autem oppidum *de Montmorillon*, pro tẽpore priuatis etiã ceſſit poſſeſſoribus, putà Margaretæ *de Culant*, quæ authentico, alia de re Contractu Dominam ſe Montis Morillonis ſcripſit die 3. Mart. an 1491. Idque oppidum à Bertrã. Gleſquina Conneſtabili Franciæ de Anglis captum ait Froſſartes lib. 1. cap. 307.

Comitatus *de Sauoye*, Principatus *de Piedmont.*

tatum, velut arbiter familiæ herciſcundæ inter ipſos. ann. 1434. Huius exinde Ludouici mares liberi, paterna hæreditate ſortiti ſunt, Amedeus ſenior Ducatum Sabaudiæ, Ianus Gebennenſem, Philippus, Seguſianorum, & Iacobus Romontium Comitatus. Sub annum 1466. Sicuti Allobrogica Paradini Hiſtoria liquet. Aſt poſteriori ætate, mutato diuidundæ familiæ Ritu, attributa eſt Ducis ſecundogenito bonorum portio, haud hæreditaria certè ſeu perpetua, ſed temporaria modò, & fiduciarij poſſeſſoris ſtante virili prole, manſura. Hac enim condicta lege, Carolus Dux Philippo fratri maribúſque ex eo liberis adſignauit Comitatum Gebennenſem, ac Foucignyum Baronatum Poſtridie Idus Sextiles an. 1514. Cuiuſmodi Panagium, Caroli filius Philibertus Emanuel, in Patruelem ſuum Iacobum, auxit opima vtique Penſitatione annua ex publicis Vectigalibus Prouinciæ: ſed eodem tùm iterato maſculinæ Fiduciæ ſtatu ac temperamento. Authenticis chartulis pridie Idus Septembres an. 1564. & 17. Kalend. Decemb. an. 1578. Nunc verò Francicas res noſtras repetamus.

Comitatus *de Geneue.* Comitatus *de la Breſſe, & de Romont.* Lib. 2. cap. 85. & lib. 3. cap. 29. 40. 56.

Die 14. Auguſt. 1514. Panagij augmentum ſub eadem Maſculorum extantium conditione die 12. Sept. 1564. & 15. Nouemb. 1578.

9 ALTERA cautio adhibetur Gallico Panagio, antea parum vſitata. Nam Sapientis Caroli diplomate, Nummaria duntaxat penſio traditur Panagij nomine, pro qua æſtimati fundi præſtantur. In eo genere ſunt duodena millia libellarum annuarum, à Carolo 6. decreta Carolo 2. Nauarro, ex regia Comitum Eburouicum ſtirpe orto: Inde enim Nauarrus annuæ penſitationis vice nactus eſt Nemorenſem agrum, cum aliorum acceſſione, Ducatus titulo illuſtratum. Vt ſuprà edocuimus lib. 1. tit. 3. Ac ne longiùs progrediamur, æui noſtri *Appennagium* centenis Francicorum millibus taxatum, ac circumſcriptum eſt. Panagia etiam aliquot notantur, ante Diploma Caroli 5. iiſdem nummariæ penſionis regulis definita. Quippè Philippus 3. conſtituit quindena libellarum millia Ludouico filio, ex ſecunda vxore Brabantina, an. 1284. In ſolutum verò, addixit eidem Philippus Pulcher, hæredibúſque indiſcriminatim, Eburouices Normanorum, Stampas, & Dordanum, Carnutum oppida, Genabum Aureliorum, aliáſque Dynaſtias. Octob. Menſe an. 1298. & an. 1307. Nec diſpari modo, Philippus ille Tertius adſignauit Carolo filio decies mille libellas Pariſienſes annuas, an. 1284. Cuius in annui reditus ſolutionem ceſsêre Carolo, Valeſiorum, & Alenconius Comitatus, alia necnon latifundia, an. 1290. Quo pariter in filium propenſo ſtudio, Pulcher Longo aſſignauit vicena millia penſitationis annuæ. Decembr. Menſe an. 1311. Sed eius loco, deinde tribuitur Longo Pictauenſis Comitatus. Sic Philipp. Valeſius, cùm ſena librarum millia Philippo Valeſio donaſſet, fratris filio, exemit ſe annua hac penſitatione, tradito eidem Dompfrontis Procomitatu (4. Kalend. Iunias, an. 1344.) Quem & priùs, Rex Ludouicus 8. paternum ſecutus iudicium, permiſerat fratri fiduciarium, Philippo Bononiæ maritimæ Comiti, in hæc verba, *Pro parte terræ.* An. 1223. Atque hîc obiter expendere eſt, tot regiis agrorum Fiduciis, quas enumerauimus, preſcribi tantùm ſolitam nummariam penſionem, quaſi fiduciario Regulo numeranda eſſet quotannis, ſine fundo: eandem tamen fundis lui annuo prouentu æſtimatis, & in annuum æris pretium redactis. Quod genus prædiariæ nummorum aſſignationis vulgò vocarunt Reges priſci, *Libras Terræ*, putà duodecim millia librarum terræ: quæ illi minoribus natu filiis, aut fratribus in fiduciam pollicitabantur. Vt vetuſtiores quoque fundum ex Aſſis partibus diuidebant: l. Minor. §. ſi beſſem. π. De euiction. l. 8. D. De rei vindicat. Exempli vice eſt antiqua Franci cum Nauarro Rege Tranſactio, fundorúmque conceſſio fiduciaria, in modum ſupradictum. De qua apud Froſſartem ſcripta hæc comperiuntur. *Finalement apres pluſieurs Traictez, fut faict accord entre les deux Roys, par certaines manieres, dont aucuns des poincts s'enſuyuent. C'eſt à ſçauoir, que le Roy de France bailleroit au Roy de Nauarre trente-huict mille liures, à tournois, de terre, tant pour cauſe de certaine rente (que le Roy de Nauarre prenoit ſur le Threſor à Paris) & pour autre rente (que le Roy de France luy deuoit aſſeoir par certains Traictez faicts par long temps auant, entre les predeceſſeurs de ces deux Roys, à raiſon de la Comté de Champagne) comme auſſi pour cauſe du mariage du Roy de Nauarre, qui auoit eſpouſé la fille du Roy de France. Par lequel mariage luy auoit eſté promiſe grand quantité de terre: c'eſt à ſçauoir*

Rex Carolus 5.

Ducatus *de Nemours en Gaſtinois.*

Eureux, Eſtampes, Dourdan, Gyen, &c.

Comtez de Valois, & d'Alençon.

Comté de Poictou. Fiduciaria donatio Vicecomitatus *de Dompfront*, per Phil. Valeſium Regem, die 29. Maij, ann. 1344.

Bologne ſur la mer.

Liures de Terre, vetus Gallicum.

De queſtione Comitatus Campaniæ Fråcicæ inter Ianam Lud. Hutini regis filiam, eiúſque poſteros Comites Ebroicarum Nauarræque reges ex vna parte, & Regem

sçauoir douze mil liures de terre. En sorte que le Roy de Nauarre voulut auoir la Comté de Beaumont le Roger, la rente de Bretueil en Normandie, Conches, Orbec, la Vicomté du Ponteaudemer, & le Bailliage de Constantin. Lesquellles choses luy furent accordees par le Roy de France, &c. Histor. volum. 1. cap. 154. eiusque seculi ann. 1353.

Gallum ex altera. vide sup. lib. 1. tit. 6. & inst. lib. 3. tit. 1. vbi Arestum latum inter filiam Phil. Longi & Regium Procuratorem.

10 EAPROPTER, vt in rem in pauca conferram, tolerabilis & æqua est, *Panagij* ergô, REI DOMINICÆ alienatio, vt in pecuniariæ vicem pensitationis suffecta, sic etiam deficientibus donatarij masculis resoluenda. Qualiter Ludouicus 12. Rex, Francisco Angolismæ Comiti fiduciarium transcripsit Valesium Ducatum, regiæ prosapiæ. Codicillis Februar. Mens. an. 1498. Quos Senatus vulgata illa Panagij lege promulgauit sexto Kalend. Maias an. 1499. in hæc verba. *Publicata in Parlamento, audito Procuratore generali Regis, pro per Comitem Angolismensem in albo nominatum, & suos heredes masculos ex suo proprio corpore & legitimo matrimonio descendentes, Ducatu Valesij in forma Appennagij gaudendo, cum reseruatione Iurium regiorum, & Ecclesiarum fundationis & Custodiæ regiorum, ac aliorum, quæ in talibus Appennagijs reseruari consueuerunt.* Nec aliter Franciscus idem, Regios fasces adeptus, Erricum 2. filium munere affecit Ducatus Aurelianensis, cautione hac adhibita nuptialibus Henrici pactis cum Catharina Medicea, Octobris Luce 27. an. 1533. *Quòd si contingat, vt nullis extantibus maribus, hereditas cadat in filias, filiæ bona inter se partientur ex æquo, præter eam portionem seu Appennagium, quod prouenerit ex Corona, de patrimonio Regum Franciæ. Quod Appennagium quidem restituetur vnde profectum fuerit, secundùm Consuetudinem & Legem Francorum.*

Die 26. April. 1499.

Tit. IV.

DE PANAGIO PRIVATARVM FAMILIARVM.

1 AN *ius Panagij in priuatis illustribus Familiis locum habeat.*
2 *Familiaria Iura, bono Patrifamiliâs non esse inuidenda.*
Lex xij. Tabul. de ritu familiæ & patriæ seruando.
Rei familiaris partes tres, in herili dominatu, paterno imperio, & re vxoria.
3 *De iure Panagij in Fuxensi familia, Curiæ præiudicium.*
4 *De iure Panagij in gente Borbonia, vetus controuersia, & Iudicium.*
5 *Ius Panagij in Albretensi familia.*
Albretensis familiæ Proceres antiqui.
6 *In Armeniaca familia, ius Panagij.*
Ius Panagij nummarij, Mirapicensi Baroni à Rege concessum, liberis iunioribus exhibendi.
7 *Balmæam gentem, Panagij iure vti, Principis approbatione subnixo.*
8 *Ius Panagij in Chauuiniaca Biturigum familia, quondam seruatum.*
Ex Ditione in Panagium data, primogenitus Panagiarij *tenetur iunioribus Legitimam, seu* Prouisionem *annuam dare.*
9 *Successionem legitimam, priuata familiæ cautione, mutari non posse.*
Morem Municipalem, in regendis successionibus, Familiari lege potiorem esse.
10 *Controuersia inter Delphinum Viennensem, & Comitem Valentinensem.*
11 *Senatus Decretum aduersus familiarem Albretensium legem.*
Montmorancia Baronia, aduersus legem Familiarem diuidua indicata.
12 *In Flandriæ Comitatu, proximiores fœminas remotioribus masculis præferri.*
13 *Lauallus Comitatus, contra Legem familiarem, diuiduus indicatus, vel aliis fundis hereditariis compensandus.*

EX FACTO agitatum est, ius nè *Panagij* in Regia familiare, procederet in priuatis Magnatum familiis. 1

SPECIE ipsa prima admittendum videretur. Nihil enim vel ad generis conseruationem aptius, vel ad Domus ornamentum splendidius, quàm ius *Panagij* gentilitium exercere inter liberos, & propinquos: vt donatis aliquo munere iunioribus, masculis seu fœminis, primogenitus accipiat paternos annulos, eidémque tota addicatur hæreditas. Alioquin futurum, vt diuisione familiæ, solidum amittatur familiæ clarissimæ decus: in qua nihil tam inæquale, quàm æqualitas ipsa. Hæc domestica lex, maiorum est pactionibus, testantiúmque tabulis sancita, à liberis inter ipsos seriatim obseruata, seculorum vetustate confirmata: vt multorum Procerum secundogeniti, Panagium caperent solum, à patre, fratre natu grandiori, alióve familiæ capite: donati Panagio, nullum præterea hæreditatis iudicium dictarent.

Annulos testator aliquando tradebat custodiæ causa cum clauibus, maiori natu l. cùm pater §. pater pluribus ꝟ. de legat. 2. Cæcilius autem moriens L. Lucullo annulos tradidit, quasi hæredi designato. Quem ideo cùm fefellisset Cæcilius testamentaria alterius hæredis institutione, eius cadauer Pop. Rom. ceruicibus reste circundatum per viam traxit. Valer. Max. lib. 7. cap. 8.

SI igitur Municipium, si Ciuitas, collegium, vniuersitas, Legum permissu Statuta condunt, quæ suæ cuiusque societatis negotia complectantur, quis Patrifam. familiaria sua inuidebit Iura? Quis paternas leges inter liberos sanctas non existimabit, priuatis Familiæ parietibus septas? Bartol. & Bald. ad l. Omnes populi D. de Iustit. & iur. Bald. in l. 2. Cod. de Constit. pecun. Et in l. 1. Cod. Quæ sit lon. consuet. Innocent. ad cap. Cùm accessissent. De Constitut. Lege etiam. xij. Tabul. ita cautum erat, RITVS FAMILIÆ PATRIÆQVE SERVANTO. Egregiè verò Aristoteles in hanc sententiam tres constituit partes rei familiaris: vnam in herili dominicóve imperio, in paterno alteram, tertiam in vxorio & connubiali iure. Politicωn, lib. 1. cap. 8. Liberorum enim imperium Regale esse ait, & qui genuerit, is vt præsit, tum amicitiæ rationem, tum senectutis efflagitare. Paternam insuper prudentiam, in virtute comparanda quàm in facultatibus, ponere plus operæ studiíque consueuisse. Idcircò, cùm parentes, bellica laude cumulati, optimam hæreditatem liberis relinquunt ex æquo, gloriam virtutis omni patrimonio præstantiorem, queri non debent minores natu, se tenui *Panagij* munusculo, paterna substantia priuari. Haud abs re igitur, Familiæ legem probarunt Iuris professores, Bald. ad l. Cùm omnes Cod. de Episc. & cler. Andr. in Addit. ad Speculat. De Testam. §. compendiosè. Faber in Procem. Institut. ciuilium, Angel. Imol. & Cuman. in l. 3. ꝟ. de Testam. Iason in l. Omnes populi ꝟ. de Iust. & iur. Vbi idem consultum se narrat respondisse in oppido Carauagio, secundùm gentilem Siccensis amplissimæ familiæ consuetudinem. Tametsi enim Legitima portio tolli nequeat, iure Naturæ debita: elidi certè ac minui potest seu Municipum legibus, aut *Statuto* prouinciali, domesticáve Patrum obseruatione: quò salua maneat inclytarum familiarum dignitas. Angel. in l. Papinianus. §. quarta. D. de inoffic. testam. & in l. Si quando §. illud Cod. eod. tit. Bald. ad cap. 1. §. mulier, & §. filij. Si de feud. fuer. controuer. Ex contextu cap. 1. De fil. nat. ex matrim. ad morganat. contrac. Aufrerius in Decis. Tholosana. 453. & Benedict. ad cap. Raynutius, In ver. filias duas habens. 2

Ioh. Fabri sententia (In ver. Iustinianus) valet consuetudo domestica, vel alia, ne quis de patrimonialibus bonis suis testari possit. Hæreditatum Legitima Statuto tolli omninò non potest, minui potest.

HVC alludit vetus Curiæ Præiudicium de iure *Panagij*, in Flussate perillustri gente: quod ex publico Nauarricæ Domus Chartario percepimus, accuratè perscripto, Tum ex Francisci Montholonij Oratione, habita in Senatu Parisien. pro Carolo Borbonio aduersus Ludouicam Sabaudam, Francisci Regis matrem, de summa bonorum Domus Borboniæ, an. 1522. Hac enim forensi Oratione, quam scriptis mandatam euoluimus, constat subortam olim de Fuxensi hæreditate controuersiam, in ea primigenium defendisse, sibi licere pro veteri Gentis instituto, *Panagium* præstare iunioribus alimentarium, quam *Panis & Candelæ Consuetudinem* appellabat. Vsqueadeò, vt interlocuti sint PATRES Lutetiani, de vsu familiaris *Appennagij* citato, eiúsque probationem vsus Consuetudinísq; domesticæ testibus erui aut instrumétis oportere. Decreto Nonis Maiis an. 1517. Qualem Legem familiarem admisit pariter Iurisprudentia sequentis 3

Inuentarium Chartarum & titulorum *du Roy de Nauarre, trouuez au logis du feu sieur de Boissy l'ayeul.* *La maison aisnee de Foix*, quæ desiit tandem in filia nupta Albreto Regulo, cuius quoque familia desiit in filia nupta Borbonio, Vindocinensium Duci. Vetus Arestum Parlamenti interlocutorium, die 7. Maij 1517. quo factũ vsus

quentis ætatis, apud Boërium in Decis. Burdigalen. 155. & Iasonem in l. A filio, §. si patri. Vers. adde fortiùs quòd vna progenies ff. De legat. 1. Idque firmius adhuc in Fuxensi domo, cuius longam Regulorum seriem, résque præclarè gestas enarrant Helias Apamiensis, & Albertus Petreus, Libris in id sigillatim editis.

4 De Borbonia gente, ac hæreditate Arcembaldorum procerum, acta causa est apud Principem, & Regni Optimates, inter marem stirpis maximum, & Forcalquerium Comitem, Borboniæ filiæ virum, quæ *Panagÿ* nomine grandem pecuniam acceperat. Filio adiudicatur vniuersum familiæ patrimonium, Baronatus Boiorum: filia hæreditatis petitione summota. Aresto Parlamenti, Mens. Febr. an. 1211. Iura enim auersantur quodammodò muliebrem in Feuda insigniora successionem. Ex Bald. ad l. Quoties. Cod. De suis & legit. Luca Pennato ad l. Si quis. De Profess. & Medic. lib. 10. Cod. Ast nulla virili residua prole, obtinet fœmineum ius successorium in quaslibet clientelarum Dignitates. Transactione authentica Philippi 3. Regis de Borbonio Dominatu, tanquam feudo patrimoniali, inter Agnetem Borboniam, Roberti Atrebatum Comitis vxorem, & Beatricem Roberti Claromontani coniugem, an. 1280. Hoccine verò succedendi ius, mutatum est in Borbonia posteriore familia, quæ à Regibus ortum deduxit? minimè. Ludouicus enim Boiorum Dux (Roberti Claromontani nepos) impetrat à Valesio Rege Codicillos, quorū auspicio decreuerat Iacobum filium natu minorem quinquies mille libellis annuis donare, & his contentum esse iubere. At mortuo Ludouico, re nondùm perfecta, exurgit fraterna lis, transacta pactionibus, & honoraria Arbitrorum sententia. Petrus, Dux agnoscitur, Borboniæ gentis ex asse hæres: Iacobo aliquot millia librarum annuarum, *Panagÿ* ergò, adsignantur. Ab hoc Iacobo MAGIST. EQVIT. principium generis Vindocinensis familiæ.

> Appēnagij in domo Fuxensi receptum fuit, & de eius veritate probanda ordinatum. *Sur ce que Catherine Royne de Nauarre, en playdant contre Odet de Foix sieur de Lautrec, allegua vne Coustume en la maison de Foix, que le puisné sortant de là maison auec pain & chandelle, ne peut venir à la succession de la maison de Foix, si l'aisné n'a des enfans masles ou femelles.*
>
> *Les Arc[illegible]baultz, anciens Barons de Bourbon.*
>
> A Roberto Claromontis Comite, filio D. Ludouici Regis, Borboniæ Heroinæ marito, liberi ac posteri sumpserunt cognomen maternum *de Bourbon* (cuius Principatus domini erant) relicto paterno.
>
> Iacobus, Borbonius Connestabilis Franciæ, à quò oriundi sunt Comites, nunc Duces *de Vedosmois*.

5 IN Alebreta domo, Erricus Alebretus Nauarræ Rex nominatim cauit, tabulis dotalibus cum Margareta Valesia, Francisci 1. sorore, vt qui prior ex iis nasceretur filius, bonorum & sacrorum hæres foret: ab vetusta legis familiaris. Alebretorum prærogatiua, Mense Ianuar. an. 1526. Optimè eandem legem coluit Errici filia, Cantabriæ Regina. Nam connubialibus filij sui Pactis cum regia sorore Karoli 9. fidem obstrinxit, se eum solido iure hæredem testamento dicturam, facturam 3. Idus Apriles, an. 1572. Hæres deinde ab ea institutus filius Henricus Borbonius, Nauarra mater fidei datæ nexu liberatur. Pridie Non. Iunias, an. 1572. In antiquis Alebretæ familiæ Proceribus numeratur Verardus Albretensis, quem Aquitaniæ Duci Anglo militasse, an. 1337. prodit Nic. Ægidius Francicarum Rerum scriptor. Perduccam quoque Alebretum Frossartes accenset primariis Aquitanæ militiæ Præfectis, an. eius seculi 1365. Histor. Volum. 1. cap. 230. Subiungitur his Carolus Alebretus, Magister Gallicæ Equestris militiæ, an. 1402. qui à Britannis cæsus occubuit, Azincuriana acie, 8. Kal. Nouemb. anno 1415. Ex Franciæ Chronic.

> *Maison d'Albret.*
>
> Contractus matrimonij Principis Nauarrici cum Margareta sorore Regis Caroli 9. die 11. Apr. an. 1572.
>
> Testamentum Reginæ Nauarræ, die 4. Iunij, an. 1572.
>
> *Bataille d'Azincourt* cum Anglis, die 25. Octob an. 1415.

6 ARMENIACIS item Regulis fuit hic vsu receptus succedendi mos, ab auitis Comitum Armeniac. testamentis, Iohanne in Transalpina Gallia necato, Bernardus frater solus declaratur hæres frequenti Prouinciæ Ordinum conuentu, anno 1390. Ita tamen, vt duabus Iohannis filiabus certam pecuniæ summam erogaret, pro splendore familiæ. Perbellè enim, gentilitio Magnatum nomine continuato.

> *Per fasces numerantur aui, sempérque renata*
> *Nobilitate virent, & prolem fata sequuntur,*
> *Continuum simili seruantia lege tenorem.* Vt Claudianus ait.

At longè fiunt illustriora, quæ mascula posteritas imitetur,

> *Fortia facta patrum, series longissima rerum,*
> *Per tot ducta viros, antiquæ ab origine gentis.*

Postmodùm verò sublata est ex Armeniaca domo familiaris lex *Appennagÿ*. Pacto conuento inter Ianum Comitem Armeniacum, Bernardum filium, Iohannem & Karolum fratres, Pridie Nonas Maias, an. 1436. Mirapicensi vtrique Baroni, Leuiæ gentis, irrogatum ferunt à Philippo quondam Rege priuilegium nummarij *Panagÿ* iunioribus liberis exhibendi; ne alioquin partium sectionibus solidum Baronatus insignis corpus concideret, monumentum domesticę nobilitatis.

> *Armaignac.*
>
> Artomici, à Iul. Cæsare dicti in Comment. de Bello Gall. qui nunc Armeniaci appellantur.
>
> Armeniacorum Comitum stemmata paucis perstringemus, inf. lib. 3. Tit. 6.
>
> Die 6. Maij, an. 1436. *Maison de Leuis, Baron de Mirepoix*, qui olim etiam Comites erant *de Perdriac, & Fizensac*, Vicecomites *de Monsegur.*

Ast Rogerius Bernardus *de Leuis*, Baro Karolum 6. Regem adsciuit in iurisdictionis communionem Mirapicensis oppidi, ex æquis: ne filius, quem parum morigerum habebat Bernardus, liberè rerum potiretur.

Mirepoix.

EIVSDEM speciei & illa est, quæ in Balmæa gente clarissima inoleuit *Panagij* consuetudo, in fœminas præsertim: Non solùm testamentaria lege Galesij Balmæi, cuius magnificè res gestæ, Allobrogum Annalibus decantantur; sed etiam Authenticis tabulis conuenientium familiæ optimatum, à Duce Sabaudiæ comprobatis, anno 1362. 1428. & 1467. Voluitur necnon in Archiis domus Borboniæ, vetus Pactio generaliter contracta ab Hugone, Ricardo, Iana, & Bernardo Rutheni Comitis fratribus, ne ad eorum hæreditatem filia vnquam vocaretur: Legísque pactitiæ Ruthenus Comes vindicem se & assertorem fore profitetur Idib. Quintil. anno 1229. In forensem quoque disceptationem venit domesticus *Panagij* vsus familiæ Comitum Grinianorum apud Delphinates, & Comitum Mõtis-Bellicardi. Quorum postremorum Familiarem legem excussit inter sua Iuris responsa Oldradus I.Consultus. Sic quodammodò Longueuillanus Dux, Coméſque Dunensis iactitauit pridem, in Tribunalitia Senatus luce Parisiensis. Morem priscum Familiarem, indiuisim seruandæ primigenio supellectilis pretiosorúmque Dunensis Domus Mobilium. Quem quidem PATRES C. Morem sibi adprobandum decreuisse, retulit Cl. Mangotius Ducis aduocatus in publica causæ dissertatione, aduersus Nemorensem Regulum, ex Longeuillana filia natum, cohæredem, anno 1583. 7

Sieurs de la Baulme. Messire Galois de la Baulme, qui floruit anno 1339. eiúſque bellicam fortitudinem prædicat Froissartus Hist. Vol. 1. cap. 45.

Comtes de Rhodais. Quorum tamen Hugo substituit Errico filio masculum ex Vauberga filia, testamento, die 24. Aug. 1271. Isque Henricus inter 4. filias solas bona sua diuisit. Ex Inuentario Aleneoniæ Domus.

Die 15. Iul an. 1229. *Comtes de Grignan. Comtes de Mõtbeliart.* De talibus illustriorum Domuum Ornamentis Mobilibus perpetuis, Nos lib. 1. Paris. Morum. Tit. 1. Art. 32.

CERTATVR etiamdùm de *Panagij* iure apud Conscriptos Curiæ Parisien. in Chauuignea Biturigum Familia percelebri. Andræas Chauuigneus generis auctor, cuius Heroïs nobilissimi incredibilem bello fortitudinem laudibus vehunt Biturici Annales, legem scripsit Familiæ, de *Panagio* natu minoribus dando: circiter annum 1250. Ius istud *Panagij*, regio Philippi 5. Diplomate postea comprobatum, anno 1317. Andreæ vltimi obitu, ad proximum quemque agnatum legibus redit hæreditas, an. 1502. Vnus autem ex iis Harduynus Turris-Landrici toparcha, intendit sibi ius esse, nummario *Panagio* sororem Franciscam, eiúſque posteros excludere asse toto hæreditatis. Aumontius, econtrà, Franciscæ filius, *Panagij* consuetudinem hanc, si priùs nimia iuniorum facilitate probata sit, vim edicti perpetui minimè obtinere. Annosa lis secularisque, hactenus indecisa. Quibus ex omnibus, probabilis censetur quorumdam opinio, ius *Panagij* in priuatis quoque Familiis, nedum Regios inter liberos, esse seruandum. Et in hanc partem, de Angolismensi priuatorum *Panagio* vetus Arestum citauimus suprà (Tit. 2. huius lib.) multò antequàm Engolismensis Comitatus Regiam in ditionem peruenisset. Ast in eadem prisca Angolismorum gente quæsitum fuit denuò, filiarum necne Legitima ex paterno illo Comitatu, licitè peteretur aduersus marem secundonatum, temporaria modò Fiducia paucorum fundorum possessorem, æquè ac in primigenium, d. Comitatus proprietarium. Quo ex preblemate definitum est, fructuariam illam iunioris fratris in Comitatum portiunculam muliebri Legitimæ obnoxiam non esse. Præclaro S.C. *Parlamentari* Diualium an. 1269. Cuius verba in antiquis Curiæ Monumentis sic referuntur. *Cùm per Inquestam dudum super hoc factam inuentum fuisset, quòd Comitatus Engolismen. in quo Comitissa Leincester petebat ratione Fraragij partem suam, non erat partibilis, nisi per Appanamentum, d. Comitissa petiit à Comite Angolismen. & à domino Gaufrido de Lesignan, & ab aliis panatis d. Comitis, qui partem præd. Comitatus tenebant, appanamentum secundùm Terræ illius consuetudinem sibi fieri. Ex parte d. Gaufridi ad defensionem suam propositum fuit, quòd consuetudo est in partibus illis, quòd appanatus non facit appanamentum, & quòd parentes de conquestibus suis suam possunt liberè facere voluntatem. Visis Inquestis super præmissis, & auditis rationibus d. partium, pronunciatum fuit per ius, quòd Gaufridus super petitione d. Comitissæ liberè moraretur, & fuit æstimatum, quòd Comes Engolismen. Comitissæ Leincestriæ 40. libratas terræ ad monetam Patriæ, ratione præd. Appanamenti, tenebatur assidere.* Nec absona est superiori fiduciaria Caroli Nauarri regis cessio in Petrum fratrem natu minorem, Tertio Nonas Nouemb. anno 1410. Nam vt ille parentum primigenius, ex regia Philippi 3. stirpe, sumpserat à Franco Rege, Panagij titulo, Nemorensem Ducatum, anno 1404. (qui variis idcirco distinctisque inuicem 8

Les Sires de Chauuigny, Barons de Chasteauroux, & de la Terre Doloise, en Berry. Harduynus *de Maille, dict de la Tour, Baron de la Tour Landry*, apud Andes. Francisca *de Maille* vxor Dn. *Daumont*, auia Dom. Daumõtij Mareschali Franciæ. *Vieil procez d'Appennage,*

Arestum in Parlam. omn. Sanctor. an. 1269. de Appennamento Engolismensis Comitatus. Vetustiss. More Angolismen. Parentes in vnum ex liberis licitè disponunt de Acquisitis, extante patrimonio, citra onus collationis donatorum.

Die 3. Nouemb. 1410. *Partage ou prouision au puisné du sieur Appennagie, baillee és terres de Coulommiers en Brie, Pons, Nogent & Bray sur Seine, Dymon, Seant en Othe, & S. Florentin, faisans partie du Duché de Nemours, iusques à 3. mill livres de rente.*

inuicem Oppidulis compactus fuerat.) Ita sexennio pòst, idem Naturæ lege debita fratri spopondit annua tria libellarum Francic. millia. Quorum nomine, ipsi fruendas dedit nonnullas Ducatus appendices: Sed hoc quidem, subiecta cautione, adsignatos fundos, extincta Petri sobole, seniori fratri, eiúsve posteris restituîri. Vt solenni Alenconiæ gentis Tabulario comprehensum est.

9 ADVERSARIÆ tamen, priuatorum Panagiis obiiciuntur Iuris rationes haud paucæ. Nec enim mutari debet natura successionis feudi Gallici priuata familiæ Constitutione, summum quendam Principem agnoscentis. Angel. in l. vlt. Cod. de testam. Alexand. in l. Si non speciali. Eod. Tit. Ius formáque hæreditatum tribuitur duntaxat, vel Lege ciuili Romanorum, vel patrio & peculiari suæ cuiusque Prouinciæ ritu ac Instituto. Successionum præcepta, sunt iuris publici, totius Populi gratia condita: nec pro iure singulari, aut voto cuiusque, sunt distinguendæ familiæ. Leges enim ad Rempub. sunt accommodandæ, & ad parem communis populi moderationem: Vt est apud Aristotelem lib. 4. Politicῶn. Hanc sententiam non mediocriter fulcit, quòd sua cuiuis Municipio scripta est ac præscripta Consuetudo, octoginta abhinc annos, in tanta coëuntis vndique Populi corona, intercedente ibidem, pro lege illa Gentilitia, nemine. His consequenter, stare non possunt, Panagia, repugnãte lege publica Municipali in quam triplex Municipum ordo, Nobilitas, Plebs, Sacerdotium, cõuenerit. Doctor. add. l. vlt. Cod. De testam. Cæteroquin, Prouinciæ more deficiente, æquius melius videtur, Familiæ consuetudinem custodiri: Iasoni in l. Omnes populi. ff. De iust. & iur. Vt tamen familiaris hic Vsus, & quomodò probetur, docent Cynus & Bartol. ad l. 1. Cod. Quæ sit long. consuet. Rochus Curtius ad cap. vlt. De Consuet. Alij tenent vsquequaque, succedendi legem domesticam, inter priuatos non recipiendam. Angel. in cit. l. vlt. Cod. De Testam. & Alexand. in d. l. Si non speciali. Cod. eod.

10 NEMO enim potest testando cauere, ne leges suo in testamento locum habeant. Vt eleganter respondit Pomponius lib. 8. ad Sabinum. Volo, fauorabile esse paternum inter liberos iudicium: sed excepto, si quid Masuri Rubrica vetauit. De vasalli quidem postremis tabulis, cùm mota fuisset controuersia à Viennensi Allobrogum Delphino in Comitem Valentinensem, probarunt Iuris-periti illius supremum elogium, quo Cymardantem Valentinensem donarat prænobili feudo: At non eò certè, quòd testatoris voluntas, sua de re ac familia, penitus foret pro lege seruanda, maximè in patroni dispendium, sed quia generatim feudale beneficium, eôdem quo reliqua patrimonia, iure teneretur ab omnibus Gallis. Alberic. in l. Si quis prioris. Cod. de secun. nupt. A quo non longè abest Ægydij Bellameræ opinio, qui proposita de Comite Gebennensi quæstione, censuit, in prædiis beneficiariis potissimùm spectandam Regionis communem legem, ac Ius ciuile Prouinciæ, cuius res hæc clientelaris solo contineatur. In Consil. 48. Faber & Bartol. ad l. Cunctos populos. Cod. De summ. Trinit. Secundùm Durandi Speculat. dictata, in Tit. de Feudis. §. Quoniam. Vers. in Curia Franciæ; semper recipiuntur fidelitates & homagia, saluo alterius iure.

> l. Nemo potest Tit. de legat. 1. Leg testandi C. De testam.

> De Feudo testari non licet Iure Longobardo in præiudicium Domini directi. Secus Gallico More, etiam in Patria Iuris scripti.

> In feudis Consuetudo Patriæ, vbi illa sita sunt, inspiciẽda.

11 PROPOSITO autem aptissimum est Senatus decretum aduersus legem familiarem Albretensium Regulorum. Controuersus fuit pridem inter eos Druydum Comitatus. Negat Alanus stirpis maximus, dehinc Henricus eius filius, Iano Orualli Dynastæ ius vllum esse in Comitatu, sed ab eo Ianum gentilitia Panagij lege repellendum. Alebretæ prosapiæ ortum repetit à secundo filio Aquitaniæ Regum: Huic, cùm arx Albretensis, Regis Aquitani munere obuenisset, exinde posteros omnes sanctè coluisse ius Panagij vetustissimum. Haud licuisse communi auo Karolo, in fraudem primogeniti, ac gentilitiæ legis, Comitatũ donare Arnoldum Amenionem secundònatum, Iohannis patrem. Senatus, omnibus ritè perspectis, contra ius familiare iudicauit ex interdicto, Vti possidetis 6. Idus Maias, an. 1517. Idem rursus in iudicio proprietatis, 4. Kalend. Quintiles, an. 1551. Ac ne illud sanè inuoluendum silentio, Curiæ Decretum in Montmorencia domo, cùm primigenius actioni familiæ herciscundæ opponeret Instituta huiusmodi domestica, & indiuiduam primi Francorum Baronatus prærogatiuam. Namque diligenter inuestigata causa, diuisioni inter fratres locum esse pronuntiauit OR-

> *Les Sires d'Albret.*

> Alanus hic Alebretus successit in Fuxensis familiæ ditiones, iure Catharinæ Fuxensis vxoris.

> Aresta Curiæ Parisien. Die 10. Maij, 1517. & die 28. Iunij, an. 1551.

> Baronia *de Montmorency.*

DO AMPLISS. Saluo primigeniorum iure præcipuo, ciuicis Moribus præstituto. Arestis solennibus, postridie Idus Sextiles, an. 1519.

Aresta publicè recitata, die Assumptioni B. Mariæ profesto, an. 1519.

ANNALIVM itidem monumentis proditum est, Flandriæ (quæ Gallici verè est Imperij) fœminas liberè iura dedisse, maribus posthabitis gradu remotioribus. Iana Balduini filia, Græci Cæsaris, & Flandriæ Comitis, detulit hæreditarium Comitatum dotis nomine Ferdinando Lusitano, maribus agnatis exclusis (Gallorum Rege Philippo 2.) Ianæ dein Margareta soror, Flandrica propalàm Comes salutata, cum Bouchardo Auennensi marito. Ambabus itaque Philippus patruus postponitur. Quin & longo pòst interuallo, Margareta Ludouici Comitis filia, virum ornauit Flandrico Comitatu, aliísque opimis ditionibus, Burgundiæ Ducem Philippum Audacem: cuius posteri audaciores hisce opibus facti, in Gallum Regem cristas erexêre. Maria demùm, Philippi abneptis, iungitur matrimonio in Austriaca Cæsarea familia, nouem Impp. altrice. Quò Belgarum itidem Principatum intulit, nedum Flandriæ Comitatum. Hunc quoque primus vxorium occuparat Lydericus Harlebeccus, Kar. Caluo imperante: Vt narrat Francica Histor. Belgici tamen auctores scribunt, Lydericum Harlebeccanum terra syluáque Flandrica donatum à Kar. Mag. vt Flandrici & littoris Præfectus, & syluæ Saltuarius diceretur, 16. Cal. Februar. an. 792. Antiquitùs enim Regij Saltuarij gratia & potentia valebant apud Principem. Cuiusmodi Theobaldus ille Roberti Regis Saltuarius, qui Montis-Leterici arcem extruxit: teste Aimoyno, Rerum Francicarum lib. 5. Vtcunque sit, Flandricæ Heroïdes vsæ sunt identidem iure nominandi sacerdotis, quasi patronæ templorum, ex Flandrico suo Dominatu. Id quod non improbat Roman. Pontifex Innocentius 3. (qui sacro Solio præsedit, anno 1208) cap. Dilecto De testib. Nec pariter Honorius 3. in Cathedram successor, cap. Cùm dilecta in Christo Comitissa Flandrensis De concess. præben. Haud aliter sanè, ac Blesenses Heroïnas, iuri dicundo inter suos præfuisse, rescribit idem Innocentius Decretali Epistola, Ex parte Comitissæ Blesensis De verb. signific. Vti Mathildem etiam Campaniæ Comitem, Accursius ad l. vlt. Cod. De arbit. Quòd si quis ægrè ferat, transmisso ad fœminam Principatu, inclytum nomen auorum, statuarum titulos, stemmatúmque cereas aboleri imagines, aut affinitatibus alienæ inseri familiæ: imitetur Numerium Otacilium Maleuentanum. Is enim, vt auitum familiæ nomen decúsque conseruaret, Otaciliam filiam nuptiis designauit. Q. Fabio, ea lege ac cautione, vt qui primus filius nasceretur, Numerij aui materni prænomen ferret. Vnde postea Numerius, in Fabia gente fuit celeberrimus. Vt est apud Festum. Nam modicis quoque penatibus non rara extitit nominis ferendi conditio, testamentis præscripta: Quam Gaius I.C. commendat. l. facta §. si dandæ. D. ad S.C. Trebell. & Vlpianus l. hoc iure. §. 1. ff. de Donat. Ac multùm prodesse clari vsurpationem nominis ad tuendam dignitatem, ostendit exemplum Diadumeni Imp. Apud Lampridium in Diadumeno.

12

Bouch. *d'Auennes.* Ludouicus *de Malain*, Flandriæ Comes, socer Burgundi Ducis. Maria Caroli vltimi Burgundiæ Ducis filia, Maximiliani Austriaci vxor.

Lyderic, Forestier de la Forest Charbonniere. i. *Flandres,* die 17. Ianuar. an. 792.

Montlehery.

Laicus patronatus Ecclesiarum competens Flandriæ Comiti.

De tali Nominis ferendi conditione, Nos etiam lib. 3. Andegauen. Legum. Tit. de legat. præstan art. 17.

MANEAT igitur huius partis sententia, omnibus promiscuè liberis, successionum iura communicari Legibus Municipiorum, omni Panagij familiaris vel ignorata formula, vel antiquata. Ac ne ampliùs de eo ambigeretur, percelebri S.C. effectum est, in Laualla gente, tribus gentilitiis Comitatibus illustri, Lauallo, Quintino, Monteforti. Genti morem increbruisse vulgò prædicant, vt columen familiæ, in omnium assem bonorum vocaretur, exiguo cæteris dato *Appennagio.* Nihilo seciùs, Lud. Rohanus experitur iure materno Catherinæ Lauallæ, aduersus Lauallum Comitem, familiæ Herciscundæ iudicio. Moribus Cenomanorum, partem Comitatus æstimatam sibi deberi, & quamuis indiuiduus sit Comitatus, portionem certè hæreditarij ipsius aliis pensandam fundis, aut in æstimationem esse deducendam. Lauallus, contrà, defendere, lege familiari natu minores à iure cernendæ hæreditatis arceri: Panagio donatos pecuniario, minimè ampliùs audiendos. Placuit Ornatiss. Curiæ, Rohanum ad hæreditatem admitti, explosa familiaris Panagij ratione. Seguerio Præside in conspicua purpura recitante: Arestis Paschalibus, seu 5. Idus April. 1565.

13

Laual. Tres Comitatus, *Laual*, in Municipio Cenomano, *Quintin*, & *Montfort*, in Britannia minore. Ludouicus *de Rohan, Sieur de Guemené.*

Solenne Arestum Curiæ die 9. April. an. 1565. & 10. Iul. 1567. in executione illius præcedentis.

Tit. V.

Tit. V.

DE VSV, ET FRVCTIBVS PANAGII.

1 Appennagij *fructus & reditus omnes,* Panagiario *competere fundorum possessori.*
Panagij Andegauensis fructuum enumeratio.
Commodis aduentitiis, vt alluuione, & Insula enata, Panagium augeri.

2 *Confiscatorum prædiorum fructum, ad fiduciarium Panagij possessorem pertinere: de proprietate, dubitatum.*

3 *Feudum regium, per confiscationem* Domanio *vnitum videri.*
Feudum commissum, ad Ecclesiam deuolui, non ad Ecclesiæ rectorem fructuarium.
Grandes arbores vi tempestatis euersas, non fructuario, sed proprietario cedere.

4 *Fiduciaria Panagij lege publicationes bonorum transferri.*
Francicas Heroïdes, quæ prædiorum insignium fructuariæ sunt, bona commisso sibi vendicare, liberéque de illis decernere.

5 *In confiscationibus Bonorum, & mulctis adiudicandis, tempus delicti perpetrati, non rei iudicatæ, considerari.*

6 *Panagio inter prædij emptionem, & iusti pretij supplementum tradito, supplementi tantùm, non etiam pretij totius laudimia* Panagiario *deberi.*
Prædio empto, solutis laudimiis, ad luenda pignora subhastato, adiecti solùm pretij laudimia deberi.

7 *Prædio sub lege redhibitionis empto, in laudimiis exigendis, tempus contractus, non exitus spectari.*

8 *An mulctæ in Iuridicis Sessionibus extraordinariis adiudicatæ, fructuario debeantur.*

9 *Thesaurum auri inuentum, non ad Panagij possessorem, sed ad Regem pertinere.*
Aresta Curiæ, thesaurum aureum Regi, argenteum agri proprietario adiudicantia.
Generali Panagij concessione, Iura Regia non contineri.

10 *Eduardi 1. Anglorum Regis, de thesauro inuento, lex.*
Fortunam argenti, inter Baroniæ iura numerari.
Marmoreæ in Gallia lapidicinæ, ab Vlpiano celebratæ.
Tarbellorum Aquitanorum, in auro effodiendo, industria.

11 *Thesauros argenteos, ad fiduciarium possessorem pertinere.*
De thesauris inuentis, Gotthorum, Romanorum, & Gallorum principum leges.
Thesauri inuenti pars inuentori, pars agri proprietario, pars Domino Iuridico à Senatu adiudicata.
Thesaurus, inter Poloniæ Regem, & eius fratrem. Procerum arbitrio diuisus.

12 *Thesaurum in loco sacro repertum, dimidium ad Templi sacerdotem, reliquum ad inuentorem pertinere.*

13 *Pecuniam licet triginta annis absconditam, Thesauri appellatione non contineri.*

Transitio à Panagij natura, ad eius fructus & obuentiones.

1 EXPLICATO TRACTATV, qui ad summum ius naturámque pertinet Regiæ fundorum Fiduciæ: Transeamus nunc ad singulorum fiduciarij Agri fructuum interpretationem.

APPENNAGIO dato, omnis fructus rei competit fiduciario Regulo, quicunque annuus sit prouentus, quæcunque fundi Fiscalis obuentiones, pensitationes censuales, ius clientis in fidem recipiendi, nemora, stagna, flumina, iurisdictio, sacrarum patronatus Ædium, ordinatio sacerdotum (quam sacerdotiorum collationem dicimus) ordinariorum magistratuum officialiúmque institutio, nothorum successiones aduentitiæ, caducorum bonorum capio, publicationes bonorum, mulctæ, iusta caduciaria, seu Ἀνάχαμψις pro anno caducario (*Releuium* Pragmatici Franci vocant) quina pretij pars Dominica nobilis fundi venditi; laudimia, & cætera clientelaris prædij emolumenta.

Biens vacans, Confiscations, Rachapts de fiefs, Quints des fiefs vendus, &c.

Regium Appennagium Ducatus Andegauensis in Henricum Regis fratrē, die 8. Febr an. 1566.

Quorum omnium seriem in hunc locum transtuli ex vltimo Fiduciæ Andegauensis Diplomate 6. Idus Febr. anno 1566. Quid enim generaliter significetur fructuum & reditus appellatione, indicat Vlpianus lib. 7. ad Sabinum, l. vsufructu legato. §. 1. De Vsufr. Bartol. ad l. fructus. D. de rei vindicat. Et in l. fructus. l. Diuortio. §. si vir in fundo. D. solut. matrim. l. fundi Trebatiani. ℼ. De Vsufr. legat. Eadem in causa habetur commodum omne aduentitium fiduciariæ Ditionis, siue latenter accesserit, velut alluuione: siue à solo appareat separatum. Vt Insula in flumine nata Panagium auget, cap. 1. §. penult. Si de inuestit. feud. fuer. controuer. In feudis. Vsuifructui autem duntaxat adiicitur occultum latensque, non etiam patens incrementum. Vlpian. lib. 17. ad Sabinum. l. Item si fundi. §. sed si insula De Vsufr. Multò enim infirmior conditio est vsusfructus, qui & cùm fructuarij ita perimitur, extinguitur.

QVID de bonis Fisco vindicatis ex crimine, an in mero fructu censeantur? Illorum quidem fructuariam possessionem constat ad Panagium spectare: sicuti & paulò antè Confiscationes in fructibus deputauimus prædij superioris. At de fundi dominio confiscati, * τῶν ἀπόρων quæstio est, vt Africani Græcum hoc vsurpem, lib. 5. Quæst. Nam si fundus Regij purè sit beneficij, publicatione ipsius, consolidatur cum Canone Principali, reünione SACRVM CENSVM adauget. DD. in l. Omne. De petit. bonor. sublat. lib. 10. Cod. Ergo soluta Panagij fiducia, prædium reuertitur ad mensam Principis, cum fiduciario Regni Patrimonio: quemadmodùm & agri dotalis incrementum est dotale, soluto matrimonio cum dote restituendum. Vlpiani responso lib. 24. ad Sabinum, in l. Plerunque. §. 1. De iur. dot. Martianus I.C. in l. Si fundus. De Pignorib. l. Si constante. Cod. De donat. an. nupt. Et corporis additamentum, idem iudicatur cum eo, cui adnectitur. Vlpian. l. hoc iure. §. si aquam. De aqua quotid. & æst. Quantò firmiùs in REI DOMINICÆ parte locanda videtur accessio illa, seu reünio commissorum ob scelus, quæ beneficiaria lege fundi, addicta est prædio, non personæ fiduciariæ? Alber. Rosates in l. Vsufructu legato. ℼ. De Vsufru. Idem in l. Et non tantùm. §. Item non solùm. ℼ. De petit. hæred. Bald. ad §. cùm autem De controu. inuestit. & §. rursus. Eod. Tit. Idem Consil. 9. lib. 1. vbi asserit, clientelari agro commisso, minimè necessariam fore patrono nouam eius possessionem, aut vnionem cum fundo suo superiore: Quandoquidem ipso iure prædium inferius lege illa commissoria redactum sit in corpus Dominici patrimonij. Ysernias ad §. penult. De feudo sine culp. non amitt. Et in cap. vn. Qualiter domin. feud. propriet. priuet. Quo in genere feruntur primores Regni possessiones, quas, si ad Regiam semel redierint, & in Fisci rationes relatæ sint, eo iure metimur, ac si nunquam ab ea disparatæ fuissent. Bald. in Tit. de Feud. March. Promiscua saltem ac confusa à fiduciario possessore fructuum perceptio, inducit vtriusque fundi coniunctionem, vt denuò Regiæ Franciciæ patrimonialis censeatur. Cap. Ex parte. De Feud. In Antiq. §. 1. Qui Feud. dare poss. Bald. in l. 2. ℼ. De orig. iur. Et in cap. translaro. De constitut. l. vlt. Cod. De Alluuion. & Palud. Arcad. & Honor. Impp. in l. Eum qui. De fund. rei priuatæ, lib. 11. Cod. Quo loco, quisquis Curialium corpori triceno annorum curriculo inseruierit, eidem adscriptus *incorporatione* existimatur.

2

* de re dubia quæstio. African. in l. Qui quadringenta. ℼ. Ad leg. Falcid.

Feudum seruiens per Feloniam confiscatum, ipso facto reünitur cum feudo dominante.

ITAQVE multi Legum Antecessores responderunt, fundi commissi proprietatem ad fiduciarium superiorem dominum non pertinere. Oldradus cumulatè in Responso 239. Paul. Castrensis ad l. 1. Cod. De Vsufr. Speculator in §. nunc aliqua. De locat. Benedict. in Cap. Raynutius. in Ver. cætera bona. De Testam. Bonifacius 8. Pontif. in cap. fœlicis. De pœnis. Vbi, repetita Honorij 3. constitutione, sancitum est, feuda commissa deuolui ad sacram Ecclesiam feudorum patronam, non ad Ecclesiæ rectorem temporarium, fructuarium. Peræquè in sylua non cædua, grandes arbores, quæ vi tempestatis euersæ sint, fructuarij iuris non sunt: sed agri partem faciunt, cedúntque proprietatis domino, in quibus tamen fructuarius habet vsumfructum. Vt à Pomponio relatum inuenimus lib. 5. ad Sabinum. l. Proculus. ℼ. De Vsufr. & à Paulo I.C. l. Arbores. eod. Tit. Cui sententiæ consonat argumentum, ab Emphyteuta, colono, & reliquis id genus desumptum, qui tametsi faciant fructus suos, illicitè commissum sibi vindicant prædiolum, quod à fundo Emphyteutico, vel conducto pendebat iure directi dominij, Iuridicæve Potestatis.

3

Vtrum confiscati fūdi proprietas perpetuò competat *au Seigneur appennagier suzerain.*

In hac l. Vsufructu legato. ℼ. De Vsufr. vicina domus non

Potestatis. Ias. ad l. vlt. col. 10. Cod. De iur. Emphyt. Ac Vidi Papij Decis. Delphinal. 477. Albericus in Rubric. Cod. De Vsufruct. l. Si quis. Cod. De vectigal. & commiss. Econtrariò autem allegabitur Vlpiani responsum (in d. l. Vsufructu legato. De Vsufr.) ad fructuarium pertinere vicinarum ædium proprietatem ex causa damni infecti, nedùm vsumfructum: scilicet per missionem in possessionem ex secundo decreto. Igitur multò fortiùs, perpetuæ fiduciæ possessori dominium publicati fundi competiturum. At enim concurrit in ea Legis specie, factum fructuarij in possessionem missi, cum ignauia prioris ædium domini. Prætoria quippè hæc in possessionem missio transfert in eundem dominium, qui ex secundo decreto ita publicè possideat, siue fructuarius sit is, seu superficiarius. Vt placuit Vlpiano, l. Qui bona fide. §. Et superficiarium De damno infecto. His subiunge, domum illam, quæ secundo decreto adiudicata est, non fuisse partem fundi, in quo habebatur vsusfructus, sed permansisse rem prorsus separatam. Vnde nec ei fundo vnitur domus, aut consolidatur.

committitur in vim proprietatis seu directi dominij, nec in vim legis Feudalis, seu Emphyteuticæ, sed ex causa penitus extrinseca & nullo modo proprietatem rei spectante, ac solam personam fructuarij, nempe contumaciam in eum factam à non cauente de damno infecto.

4 ILLVD ego indubitatè dixerim, bona commissa vel confiscata, fiduciario Regulo competere dominij iure, nedum possessionis fiduciariæ prædij dominantis. Regulariter enim Fiduciæ lege transcribuntur à Principe bonorum publicationes: ideóque hæ ad nudam redituum perceptionem non sunt arctandæ, in hac potissimùm donatione Principali, benigna semper interpretatione, adiuuandæ. De cæteris possessoribus non idem erit definiendum, nisi in vsufructu vel Emphyteusi constituenda priuatos inter ipsos, disertè comprehendatur bonorum proscriptorum cessio, quæ fructuariis agris, vel Emphyteuticis obnoxia essent beneficij nomine, aut Iuridici imperij. Nam quæ ex ipsa paciscentium lege oriuntur, necesse est secundùm huius scripti iuris rationem expediri. Argumen. Caij I.C. leg. In his quæ. ꝟ. De condit. & demonstr. Ad hunc modum, Franciçæ Heroïnæ, quæ dotis ergô vel donationis propter nuptias, fructuariæ sunt nobilium prædiorum, bona commisso vindicant, déque his liberè decernunt. Regina Scotorum, cui à consiliis eram, quamdiu vixit, fruebatur Pictauensi Comitatu, regiisque aliis latifundiis, vidua nempè mulier Francisci 2. Galliæ Regis. Illîc bonorum confiscationes suas fecit, tanquam merum fructum: quùm ita nuptialibus pactis cum Principe conuentum fuisset 12. Kal. Maias, an. 1558. ac sequentibus Codicillis, 13. Kal. Ianuar. 1560. qui in Acta Curiæ regesti sunt pridie Non. Mart. & apud Præfecturam rationum Regiarum 16. Kal. April. eod. anno. Idem vsu crebrò versatum est in fructuariis Bituricæ, ac Ferrariensis Heroïdum Ditionibus. Imò, quod magis demirère, Curia Francica olim addixit emptori successorive singulari Magnatis fiduciarij res confiscatas ex crimine hæreseos, certa de causa. Quod vt cognoscatur apertiùs, propono Alphonsum D. Ludouici fratrem, Pictonum Comitem extitisse regio Panagij munere, vtì & Tholosatium possessorem donatione Raymundi soceri, translatitia proprietatis in Regem ipsum, si quidem gener Alphonsus & filia liberis orbi migrarent è viuis. Postmodùm Alphonsi subditus, reus peragitur impiæ de Christo persuasionis, eius bona Fisco adplicantur, tum væneunt Alphonsi iussu. Mortuo dein Alphonso, cum vxore, nullis extantibus liberis, soluitur fiducia illa Pictauensis, & Tholosani Comitatus. Arrepta hinc occasione, Regius Procurator agit in bonorum emptorem. Sed isto præstrenuè ius suum defendente, Senatus *Parlamentaris* illorum temporum, ita decidit controuersiam. *Quædam bona fuerunt, Comiti Pictauen. & Tholosæ ratione hæresis confiscata, Bona eadem Guillelmus Venaudi miles, Tholosanæ diœcesis, à quo tenebantur bona eadem, requisiuit dictam Comitem, quòd dicta bona sibi redderet, vel saltem de eis sibi daret tenentem. Comes sibi vendidit dicta bona pro 1300. libris, de qua pecunia ante decessum suum habuit duas partes. Mortuo autem Comite, gentes Domini Regis asseruerunt, quòd idem Comes non poterat alienationem aliquam facere de terra Comitatus eiusdem, secundùm formam Pacis Parisien. dicta bona saisiunt, & de eis dictum militem spoliarunt. Conquerente igitur super his dicto milite, & petente sibi suam saisinam restitui, cùm paratus esset reddere residuum pretij quod debebat: Attento quòd bona huiusmodi non erant de hæreditate Comitatus, sed quoddam incrementum, & quòd non erat huiusmodi alienatio, si bona huiusmodi veniebant ad manus illius à quo tenebantur, & qui ea tenet à domino Rege. Præcepit & pronuntiauit*

Regum viduæ, quæ pro doario fruuntur Ditione aliqua: sibi acquirunt obuenientes bonorum confiscationes subditorum eius Ditionis. Contractus matrimonij Mariæ Stuartæ, Reginæ Scotiæ, die 20. April anno 1558. cum doario ibi promisso 60. milliū librarū annuarum: Pro quibus assignatus est postea Turonum Ducatus, & Pictauensis Comitatus, Literis Regiis, die 20. Decemb. 1560. verificatis in Parlamento, die 6. Mart. sub modificationibus in Registro Curiæ contentis, & in Camera Cōputorum, die 17. eiusdem Mensis & anni.

Bona damnatorum ex hæresi confiscantur Regi soli. Sed quia in casu huius Aresti emptor taliū bonorum erat dominus eorumdem superior, cui ex iis seruitium Feudi debebatur à nouo possessore, ideo ad redimendam hanc Feudalis obsequij seruitutem faciliùs tolerata fuit emptio bona fide facta illorum bonorum à domino Feudi. Adde quòd Rex, qui donationis titulo successerat in proprietatem Tholosani Comitatus, difficiliùs poterat venire contra factum de-

cessoris Comitis, qui bona illa confiscata vendiderat.

Curia, dictũ Guillelmũ esse restituendum de bonis prædictis, dũ tamen soluat residuũ pretij quod debet. In Parlaméto Pẽtecost. an. 1273. Vt est in Regesto Curiæ *Olim*, fol. 194.

5 ENIMVERÒ, quid si crimen admissum sit ante Panagium Regiofiliodatum, an secuta bonorum confiscatio, stante Panagio, quæratur huius nouo possessori? Mea fert opinio, tempus delicti, non rei iudicatæ, spectandum: cóque fiduciarium possessorem ista excludi bonorum obuentione. Vlpian. l. 1. ꝟ. De pœn. DD. ad l. vlt. §. Tryphonio. ꝟ. De iur. Fisc. Reus enim, ex die criminis videtur in pœnam consentire: quo ex assensu tacito cùm obligetur, tempus obligationis inspiciendum: vbi præsertim agitur de iure acquirendo. Paulus I. C. l. Si filiusfamiliâs. De verb. obligat. His adstipulatur, quòd mulctæ Iurisdictionis, anteriori colono competunt, qui die patrati sceleris conductum detinebat Baronatum: non verò posteriori, die capitalis sententiæ dictæ, conductori. Bald. ad l. vlt. D. De iurisdict. omn. iud. Ias. in l. More. eod. Tit. Alexand. in l. Diuortio. §. si vir. D. Solut. matrim. Quamuis Vido Papa in contrariam procliuior sit sententiam: Decis. Delphinali 535.

Ex huiusmodi tamen Transactione, ex qua possessor non mutatur, Retractus linearis actio non competeret propinquo venditoris, qui contra emptorem ex emptione ipsa prima non venisset intra tempus Consuetudinarium. Argum. l. Si pro fundo Cod. de Transact. *Car il y deuoit venir plustost, à la charge du procés de rescision du contract.*

Decretum Senatus die 4. Ianuar. anno 1564 in causa Reginæ Scotieæ, Pictonum Doariæ

Vente d'heritage à la charge de le faire decreter, idque *au fief du Prioré d'Argentuil.*

Solenne Arestum Curiæ, die 13. Decemb. an. 1565. Iuxta quod postea nouatæ Consuet. Parisiensi adscriptus fuit Articulus 84. Dominum directum vnica tantùm habere laudimia debere ex venditione priuata & publica facta in priuatæ consequentiam: salua tamẽ domino optione, laudimia capiendi ex alterutra, vel priuata venditione, vel publica fundi adiudicatione.

6 ISTVD quoque dubitationem recipit. Fundo ante Panagium vendito, si à sententia venditionem rescindente prouocatum sit, & in ea temporis intercapedine dato Panagio, suppleatur transactione pretium, an debeantur ex vtriusque contractus pretio laudimia fiduciario Regulo superiori? An verò pro rata additamenti pretij, ob transactum litigium. Credibile foret, ex vtroque solida esse præstanda, licet emptor, prioris pretij iusta Dominica soluisset Principi. Venditio enim illa per Iudicem rescissa fuit, non conuentione partium. Transactione igitur, super eo contractu nullo interposita, recessum ab ipso, & noua emptio intercessisse videtur. Bald. Ias. & Castrens. in l. Ab emptione. D. De Pact. & in l. Pacta conuenta ꝟ. De contrah. empt. At Senatus religiosè, vt omnia, fiduciariò laudimia tantùm pro auctario pretij adiudicauit. Eatenùs quippè, prior contractus nouatur, cætera validus & transactione confirmatus. Aresto in publica fori concertatione lato Pridie Nonas Ianuar. an. 1564. Idem vtique sibi constans Curia decreuit aduersus redituum conductorem Argentolij primatus Monastici, in agro Parisiensi. Emptione fundi pactum fuerat à Seio, vt & palam proscriptus is sibi addiceretur in iure: quò venditionis pretium, ad luenda pignora conuerteretur. Adest ad tabulam, licetur Seius, eique prædium addicitur, sed aliquantò pluris, quàm priuata acquisitione stipulatus esset venditor. Ille Argentolij conductor petit solidum ex publica licitatione laudatiuum, quamuis ipsi ex priore emptione satis fuisset factum. Emptor, contrà, vnum se comparasse fundum, iusta dominica exoluere paratum esse, quatenùs iudiciale pretium, conuentum exuperaret: cuius conuenti nomine, laudimiorum iam solutione perfunctus erat Rationem non deposcere, vt integra denuò iura nummaria, totius publici pretij contemplatione dependeret, ex pactitia nimirùm auctione. Quam in sententiam Conscripti Curiæ pronuntiarunt. Decreto in Natiuitatis Dominicæ peruigiliis, an. 1565. Eiusce Argentolij *Prioratus* eximia notantur iura ab Innocentio 3. Romanæ Sedis Antistite, decretali Epistola, Significauerunt De Testib. De Argentolio autem conuentu Monastico, Pictauensi, idem rescripsit cap. Cùm inter. De exception.

7 INSVPER de venditione inita sub lege redimendi, ante Regiam contractam fiduciam dominantis Prædij, quæritur, an redimendi tempore elapso, nouus fiduciarius ex ea venditione fundi seruientis consequatur * εισδικτικά, seu laudationes. Prima fronte ius suum tuebitur fiduciarius Dynasta, ex eo, quia non absolutè perfecta fuerit venditio, nisi pactitia redhibitione per lapsum temporis vanescente. Moribus præsertim Andium, ac Cenomanorum, inter quos nulla parta sunt laudimiorum iura patrono ex tali venditione, nisi dies redhibitoriæ cautioni præstitutus inanis effluxerit. Diem igitur redhibitorij Pacti finiti, non venditionis factæ, esse considerandum: Cùm præcipuè conditio hæc in venditoris potestate sita, non retrò recurrat ad diem venditionis, secus in ea quæ à casu propendet. Vt ait Africanus I. C. l. Qui balneum, & Caius l. Potior. Qui potior. in pign. habean. Isthæc tamen mihi non probatur opinio, sed eum possessorem existimarim laudimia percepturum, qui venditionis tempore, fundum superiorem

* laudimia, & Dominicalia iura.

Conditiones aliæ sunt casuales, aliæ potestatiuæ. Hæ non habent effectum retroactiuum ad diem contractus, illæ secus.

superiorem tenebat: non eum, qui medio tempore, ante Pactum redimendi solutum, possessionem inchoarit. Nam venditio pura & simplex fuit, suis omnibus numeris absoluta: verùm sub conditione resoluenda. Vt respondit Vlpianus l. 3. De contrah. empt. l. 1. π. De lege commiss. l. 2. D. De in diem addict. Quò fit, vt dies venditionis tantùm sit attendendus. Nec dispari argumento, primus superioris prædij conductor, qui die conceptæ venditionis extitit, secundo præfertur in exactione laudimiorum post redimendi agri tempus præteritum, quo secundi conductio consistebat. Bald. ad cap. 1. De Pace tenend. In Feudis. Idem in cap. Quæ in Ecclesiarum. De Constitut. Philip. Francus in cap. 1. post Baldum. De eo qui mittitur in possess. Atque ita PATRES PARISIENSES iudicio rem definierunt, Celebri decreto ad appellationem ex Cenomania, 11. Kalend. Ianuar. anno 1584.

Arestum Curiæ solenniter recitatum à Præside primo, *aux Arrests de Noël*, die 22. Decemb. an. 1584.

8 VARIE agitatum in Senatu, nûm mulctæ pecuniariæ, quæ in Iuridicis Turonum Conuentibus adiudicatæ sunt, competerent Leonoræ Austriacæ Turonum fructuariæ: An verò Principi ipsi, tanquam extraordinarij fructus, *Doary* assignatione minimè æstimati. Seguerius Leonoræ causidicus, hanc Francisco 1. Regi nupsisse, iis legibus, vt superstes viro vxor, Turonum Ducatu potiretur, fructuario iure. Fructibus autem adnumerari Ducalis Iurisdictionis, mulctatitium æs, quodcunque eò loci in reos decernatur: & simul cum Iurisdictione ipsa, patrimoniale prædiariúmque deputari. Ediuersò, publicus Actor, Francicum id axioma, de mulctis ordinariis intelligendum Turonicæ Præfecturæ, non de extraordinariis, accidentariis. Quales in maioribus Senatoriæ Decuriæ Sessionibus irrogatæ fuerant, de quibus in præsens tractaretur. Has rursus, ab extraordinariis Regum quæstoribus administrari. Pura enim ac indefinita fructuum concessio minimè producitur ad insolitos, nec singulo quoque anno renascentes. Boërius copiosè in Decis. Burdigalen. 224. vbi & in hanc partem suo more varios ciet auctores. Curia Parisien. rem consilij esse pronuntiauit, Pridie Idus Decemb. anno 1547. Sanè ego arbitror, mulctatitios nummos eiusmodi, qui iudiciis indicti sint Forensium illarum Sessionum, ac similium, Regi addicendos, non fructuario, aut fiduciario DOMANII possessori.

An emendæ iudiciorum quæ adiudicatæ sunt in Magnis diebus Turonens. à Senatoribus Curiæ Parisiens. à Rege delegatis, Mens. Sep. & Octob. an 1547. cõpetant viduæ Reginæ doariæ Ducatus Turonen. An vero Regi soli.

Appoincté au Conseil, die 12. Decemb. an. 1547. *Grands iours tenus à Tours.*

9 DE Thesauro, planè aurea disputatio, fiduciario nécne sit attribuendus. Andium patrio Iure cautum est speciatim, ad vnum Principem Aurifodinas spectare, artic. 61. Cenomanæ pariter Consuet. artic. 70. Lege Constantini, quisquis thesaurum reperisset, ad Fiscum deferre vltrò debebat. De Thesauris, In Cod. Theodos. Pragmaticæ itidem Gallorum Constitutioni, (quæ lata est, Rege Ludouico 9.) vnum attexitur de Thesauris caput, aureum Principi Thesaurum omnimodò adscribens. Philosophi verò ipsi, Thesaurum auri, velut rem sanctiorem, & diuino Numine præfulgentem consecrabant aut Regi, aut Diis immortalibus. Vsque adeo, vt ab Æsopo scriptum sit, thesauros Regibus solis competiisse. Quinetiam Ionici adolescentes (apud Laërtium) cùm iactum retis emisissent à Milesiis piscatoribus, ac deinde capto, & educto aureo Tripode, exarsisset inter eos contentio, addictum est hoc thesauri genus Pythio Apollini. A Milesiis quippè Delphos mittitur consultum Phœbi oraculum, à quo ita responsum fuit.

Ordinationem hanc Franciæ generalem (*qui fut vn Establissement de tout ce qui se deuoit garder pour Loy en Frãce*) citabat Ægid. Burdinus, in Senatu Procurator Regius, in causa Thesauri reperti, *de certains lingots d'or.* Aduersus Ducem Montmorencium, in cuius fundo ille repertus fuerat, anno 1566.

Ἔγγονε Μιλήτου τρίποδος περὶ Φοῖβον ἐρωτᾷς,
Τίς σοφίῃ πάντων πρῶτος, τούτῳ τρίποδ' αὐδῶ.
De Tripode ex Phœbo quæris Milesia proles,
Huic Tripodem addico, cui sit Sapientia prima.

Ac propterea Tripus aureus Delphicæ Aræ dicatus est, Solonis iudicio, aliorúmque Græciæ sapientum, qui DEVM, primam esse sapientiam affirmabant. Proinde vetustissima extant Senatus decreta, aureum thesaurum quocunque in agro repertum, ad Principem: argenteum, ad agri proprietarium pertinere, an. 1259. & & 1261. Quæ cùm ita sint, aduersus ipsosmet fundorum dominos, in aureo Thesauro: quantò firmiùs aduersùm fiduciarios, fructuarios, emphyteuticos possessores? Regia enim fundorum Fiducia generali, non veniunt iura Principis augustiora, seu Regaliorum: quæ peculiari quadam ratione ac priuilegio, sunt Diademati nuncupata: l. Omnes fundi (& ibi Lucas Pennatus)

Si quis thesaurum esse in fundo sciens (putà magicis artibus) hunc emerit à nesciente domino, fundusque propter thesaurum suprà dimidium pretij conuenti valeret, ex æquitate locus est rescissioni venditionis, vel supplemento pretij. Vt ait Alciat. Parerg. lib. 7. cap. 1.

De fundis patrimonial. lib. 11. Cod. Ysernias ad cap. 1. §. similiter. De Capitan. qui cur. vendid. In Feudis. Quinimò Thesaurus, ne fructus quidem prædij est, ciuilis aut naturalis: Papiniani iudicio, lib. 11. Quæstion. l. Diuortio. §. si fundum. D. Solut. matrim. Nec verè fundi portio, sed res penitus ab eo separata, nihil habens cum fundo commune. Vt admonet Paulus I.C. l. 3. §. Neratius. ff. De acquir. possess. At rectè dixeris, donum fortunæ in terræ visceribus abditum: Triphonini sententia in l. Si is qui §. quòd si seruus. De acquir. rer. domin. Ita nominatur in vetere fabula Menandri, cui titulus est, Thesaurus. Id testatur etiamnùm Philostratus in vita Apollonij Thianei, cùm sumptus fuisset disceptationis arbiter, de Thesauro inter venditorem prædij, & emptorem: Phraote Indorum Rege, de eo Apollonium consulente.

Ricardus Angliæ Rex suum esse contendit Thesaurum hunc, tanquam superior Lemouicum dominus, contra Equitem Thesauri repertorem in suo feudo proximè subiecto Vicecomitatui Lemouicensi. Itaque Ricardus obsidione cinxit Castrum, in quo Eques Lemouicensis erat, dictum *Chaulus de Caprœl*, vbi fortuito Balistæ ictu obsessor cæsus est.

LONGE ergò iniquiùs, aureum thesaurum sibi arrogauit Richardus Britannus, Aquitaniæ Dux, contra equitem Aquitanum: Rege Francorum Philippo 2. Eques thesaurum hunc infectum nactus fuerat in suo prædio, Trapezophoròn, seu auream Mensam, cum personatis Imperatore, Augusta, aliisque ex solido auro effictis Mensæ accumbentibus. Richardus bellum mouet in thesauri repertorem, quem Ducatus Aquitanici iure, suum esse contendit, an. 1199. quo & Ricardus, obsessà equitis Arce, casu interfectus est ab Arcis militibus præsidiariis. Vt Nic. Ægidius refert in Gallicis Annalibus. Vterque verò aliena de re digladiabatur: cùm thesaurus eiusmodi, Franco Monarchæ in totum competeret ex supremo Dominatu. Quòd si Richardus causam suam probare voluisset, non dicam Gallicis, sed suis & Anglicis legibus, dubio procul comperisset, Eduardi 1. lege sancitum: THESAVROS, DE TERRA DOMINI REGIS ESSE: NISI IN TEMPLO, VEL IN CEMETERIO INVENIRENTVR: EÒQVE CASV AVRVM REGIS FORE, CVM ARGENTI PARTE DIMIDIA, RESIDVA PARTE ECCLESIÆ ATTRIBVTA. In Archayonomia Anglica Leg. Saxonic. Lambardi. Ab his non videntur abludere, quæ de Francico vsu Forensi notat Regius Caroli 6. Senator Ianus Butelerius in Summa Rurali, fortunam argenti inter iura Baronatus numerandam, ab eo pluribus ibidem pertractata. Ex quo elicias, fortunam auri infecti, in ius Principis solummodò transcribi. At quid tandiu his immoramur, cùm vix vllæ sint in Gallia aurifodinæ, * ἀλλὰ ἄνθρακες θησαυροί? Nam marmoreas tantùm Galliæ Lapidicinas commemorat Vlpianus l. Diuortio, §. Si vir in fundo. D. Solut. matrim. Nisi fortè apud Tarbellos Aquitanos, quos Strabo dictitat, summa effodiendi auri valere industria. Isthîc nempè è scrobibus paululùm defossis, ad manus mensuram crustas auri reperiri, exiguæ interdum purgationis indigentes: in reliquis autem, frusta & glebulas haud magnum postulantes opificium. Geograph. lib. 4. Cætera de Aurifodinis, & aureis Thesauris discussimus, lib. 1. DE LEGIB. ANDIVM.

* sed carbones thesauri.

Marmoreæ Lapidicinæ Gallicæ.

Thresor d'or en lingots.

Cap. 42. art. 10. & cap. 61.

PERGAMVS ad argenteos thesauros: Fiduciarij eos sibi adscribunt, quin & auri facti, ac signati, nedum argenteos. Quæro, quis exitus quæstionis sit? Credo, ipsos fiduciariis competere *Domanij* possessoribus. Peræque enim thesaurus mariti est, quem in dotali agro, constante matrimonio, nactus sit. Bart. & Bal. in l. Diuortio. §. fundum. D. Solut. matrim. Rursus ad Emphyteutam pertinet Thesaurus in re emphyteutica repertus, §. Thesauros. vbi DD. De rer. diuis. Cùm enim thesaurus sit fortunæ donum, ea quæ fortunæ fœlicitate aut infœlicitate obueniunt, spectant ad emphyteutam,

——Qui veteres tellure recludit
Thesauros, ignotum argenti pondus & auri.

Bocotus septuagenario maior, cùm thesaurum reperisset, eum tamen reliquit, tanquam nihil ad se ampliùs pertinentem. Vt refert Stobæus Sermon 12.

Ad idque exemplum trahitur lex. 1. Cod. De iur. Emphyt. Prisca quidem tempestate, omne genus thesauri cogebantur in Fiscum Principis à Theodorico Ostrogottho Italiæ Rege: qui thesauros *Depositiuas pecunias* vocabat, ex longa vetustate dominis carentes. Auctore Cassiodoro, Variarum lib. 6. Moderatius vtique fuit in thesauris Cæsarianum ius, ex Calistrati leg. 3. §. si in Fiscalibus. D. De iur. fisc. l. vn. De Thesaur. lib. 10. Cod. Imò & thesauros ipsos Alexander Seuerus repertori donauit, & si multi essent, addidit his eos, quos in suis habebat officiis. Vt Lampridius memoriæ prodidit. Mediam certè in eo Iurisprudentiam secuti

secuti sunt Principes Galli, decernente Senatu, diuidundum à Principe thesaurum cum ipsius repertore, ciue Ambianensi: anno 1389. Vti apud Ioh. Gallum relatum est, Quæst. 193. Sed & hoc ita accipiendum, nisi alius meri Imperij fasces habuerit eo in territorio, vbi thesaurus inuenietur. Tunc enim is, excluso Principe, thesaurum consequetur Dominus sublimis Iurisdictionis. Sic Regius actor petitione summotus est, thesauro auri trifariam distributo, tertia parte repertori, alia fundi proprietario, postrema, domino Iuridico, adiudicata. Decreto Curiæ lato 4. Kalend. Sextiles, anno 1570. inter Ducem Montmorencium, Argentolij *Prioratus* Præfectum, Ioh. Fonteneum, & Pet. Brissartum litigatores. Æqualem hanc partium thesauri diuisionem antiquitùs seruarunt Proceres Sarmatiæ Europeæ, quam Poloniam dicimus. Cùm enim Sbigneus, alter è filiis Vuladislai Regis, totum sibi thesaurum vindicaret, nimirùm in arce Plosensi, quæ sibi destinata erat, reconditum: Boleslaus verò frater natu grandior eundem sibi arrogaret Regio iure: conuenit tandem, illis medios se interponentibus, vt æquas vterque portiones ferret: anno millesimo centesimo secundo. Sicuti à Chromero in Rebus Polonic. enarratur. Quinetiam ex veterum auctoritate exemplorum probabile videtur, Thesauros in ius priuati Repertoris omnimodò concedere: vt eidem fermè, quod olim Archimedi, Græcanicum illud fando iactare liceat, * Εὕρηκα, Εὕρηκα. Tamerlanes, Persicus Imperator, thesaurum, quem Agricola inter arandum inuenerat, ipsius esse iudicauit, nec ad se vllo modo spectare; Tamerlanis Satrapis aliud perperàm suadentibus. His ætate superior Robertus Giscardus, deducta è Galliis, Apuliam, Normanorum colonia, Statuam nactus est illhic, circa caput, æneum Circulum habentem, cui insculptæ erant hæ literæ, *Calendis Maij, oriente Sole, aureum caput habebo*. At Sarracenus quidam, Magices peritus, cùm à Roberto illo captus esset, notauit vmbræ terminum Statuæ ipsius, *Kalendis Maij oriente Sole*, & ita effosso loco, thesaurum adprehendit. Quem quidem proprios in vsus contulit, ex eóque Roberti se vinculis liberauit, tametsi artium hominis non ignari. Temporum vtique progressu, duplex successit eiusdem Apuliæ regni Constitutio; Prior, ad Fiscum Regium thesauros pertinere, seu publico, seu priuato in solo repertos: Posterior ex Karolo 2. Rege, qua dimidium Principis, dimidium fit inuentoris. Neapolit. Constitut. De offic. Secreti, & ibi Matth. Afflictus.

Placitum Curiæ die 29. Iulij, an. 1570. inter altos Iustitiarios Ducem *de Montmorency*, & Priorem *d'Argentueil*, Iohannem *Fontaine*, inuentorem thesauri, *qui estoit de plusieurs pieces d'or*, & Petrum *Brissart*, proprietarium agri, in quo repertus est Thesaurus.

* reperi, inueni.

Thesaurus, repertori captiuo, fuit redēptionis pretium. Is tamen, quia magica arte thesaurum exquisierat, eo priuandus videbatur, l. vn de Thes. lib 10. Cod Quales Thesaurarij fures, apud Plautum in Aulular.

12. SED Francica æquitas maior trimembrem statuit Thesauri partitionem, vt Curiæ iudicio decisum suprà admonuimus. Cui planè consentanea accedit Sententia 5. Kal. Apriles, anno 1580. dicta à Regiis Consiliariis in Præfectura *Thesauri* Parisien. secundùm Gulielmum Cruceum, soli proprietarium, (cui forensis patronus adfui) Antonium *Beurray* thesauri in eo solo repertorem, & Procuratorem fisci Regij, tanquam sublimis locorum Iuridici. Inter quos videlicet partiundum ex æquo thesaurum Iudices pronuntiarunt. Quòd si in locis Fiscalibus, vel publicis, non priuatis, thesaurum nanciscamur, Diui fratres constituerunt, mediam inuentori partem, fisco alteram vindicari, l. Non intelligitur, §. vlt. ff. De iur. Fis. Qualem thesauri bimembrem diuisionem sectantur nonnulli in repertis etiam proprio in fundo ipsius repertoris. Verùm hoc refragatur & Cæsareæ Leonis sanctioni, & priscis Galliæ S. Consultis, quæ ad verbum exscripsimus in cap. 61. Lib. 1. DE LEGIB. ANDIVM (ne plura, his vndecunque inspergamus) Iustius enim videatur, proprietarium agri omninò sua facere, quæ in suo cumque adprehenderit. Existunt tamen Instituta patria quædam, seu Plebiscita Municipiorum, queis thesaurus adplicatur Domino partim vtili, partim directo, vel Iuridico fundi, seu qui plena Iurisdictione præditus sit. Itaque pro variis Regionum Moribus scriptis res hæc est tota dirimenda. Cæterùm si in loco sacro & religioso thesauri inuenti sint, aut in monumentis, dimidium pertinet ad Templi sacerdotem, reliquum ad inuentorem. Vt rectè opinatur Christoph. Porcus in §. Thesauros. Instit. De rer. Diuis. Cui nequicquàm obstat edictum Diui Hadriani, quo tales thesauri repertoribus solidi addicuntur. Illud enim purè sensit de inuentis in suo ac proprio inuentoris fundo: quem is religiosum sua voluntate fecerat: vt quondam fas erat priuato cuique, proprium habere locum auctoritate

Sententia Cameræ Thesauri, die 30. Mart. an 1580 inter Guliel *de la Croix*, proprietarium domus sitæ in vico *de la Huchette* apud Lutetiam, in qua thesaurus coronatorum auri adprehensus est, & alios hic nominatos.

Leonis Imper. Lex vnica De Thesaur. lib. 10. Cod.

Herodis Attici patri, diuitiarum initium ex thesauro prope domum reperto fuit. Vnde filius eò peruenit

Vis armata, conuocatio hominum illicita, contra Legem Iuliam de Vi.
In Regij Annuli,, ac Diplomatum falsarios.
In Regios Magistratus, apparitorésque, scelerum animaduersio.
In eos qui Regio viatori munus suum exequenti, vim iniuriámve inferunt.
Commeatus Regius, remeatúsque liber extorri datus Regiis Literis, à Iudice Regio comprobandus.
Pacta conuenta, quibus,se subiecerint Regiæ iurisdictioni paciscentes.
Ius Regij morticinij, seu *Amortizationis* bonorum *Manusmortuæ*.
De cæde, vulnere,dato in fraudem iudicij, Regiis in Tribunalibus cœpti.
Tutela Cathedralium templorum, seu Episcopalium, ad fundationis regiæ, eorúmque hospitum, Prætoribus prouinciæ mandata Rescripto Principali.
Interdictum, Vtì possidetis, in sacerdotiis: at in prophanis, per occupationem Regij Iuridici præuenientis.
Regij priuilegij disceptatio, diiudicatio.
Testamenta, donationes, Regiæ cognitioni nuncupatim submissæ:
Quibus in Curia promulgandis, Senatus adiecit tria hæc maleficiorum genera:
Raptum, incendium, perturbationem diuini cultus.

Port d'armes.
Seel du Roy,& Lettres Royaux.
In regios Officiarios in officio delinquentes.
In excessus factos regio Seruienti, officium suum exequenti.
Cognoissance de Rappeau de Ban.
Submissio specialis facta Iustitiæ regiæ à contrahentibus.
Gardia Ecclesiarum Cathedralium, & aliarum Regias literas habentium *de Garde Gardienne.*

2 SVPERIORI nec non ætate, explicarat Carolus 5. iura sua Regia particulatim: Bina Constitutione, quam è Regestis Curiæ decerpsimus. Altera quidem lata postridie Nonas Maias, an. 1372. postquàm is Montempessulanum, claram olim Volcarum vrbem,transcripsisset Nauarro Regi,permutatam cum Medunta & Meulantio oppidis, ac Longeuillano Comitatu. Nauarrum quippè Francus præmonitum voluit de Regiis casibus, quos ipse permutationis lege sibi reseruarat. Ideoque Princeps agro Monpessulano Rectorem præfecit:penes quem Regij iuris supremi tutela maneret, Principali auctoritate exercenda. Nec diu antea Montempessulanum emerat Valesius Rex à Iano Balearis Insulæ Rege, cum agris plerisque, centum & viginti scutatorum millibus in pretium numeratis. Decimo quarto Calend. Maias an. 1349. Altera fuit eiusdem Caroli de Regiis casibus Constitutio, ne qua in iure dicundo serperent dissidia inter Regios, & fiduciarij Reguli Magistratus. Andes nimirùm, Turones, Cenomanos vtì Princeps fiduciæ lege mancipauit Lodoïco 1. Andegauensi, ita is penes se retinuit eximia Iurisdictionis suæ capita non pauca: quorum Iudices suos iisdem in Prouinciis, voluit distinctis nominibus appellari, *Iudices exemptionum & casuum regiorum*. Tales verò Casus Rex ita designauit, & in Actis Curiæ perscribi iussit.
Regius Iudex, de rebus summi imperij, ac exemptorum ius reddito.
Ecclesiastici, ad iudices Ducis fiduciarij ne vocantor.
Hi de primo capite Maiestatis ne cognoscunto.
Eadem, in falsæ monetæ, vis armatæ, ac protectionis regiæ violatæ criminibus obseruantor.
Contractæ sub annulo regio Obligationes, Ducalium notioni iudicum supponuntor.
Contrahentes tamen si Regio se foro subiecerint peculiari, Regia disceptatio esto.

Edictum Regium die 8. Maij, an. 1372.
Vrbium Permutatio *de Montpeslier, auec Mante, Meulant, & Longueuille.*
Montpeslier acquis du Roy de Maiorque.
Die 18. April. 1349.
Regij iudices exemptorum, & casuum regiorum,quondam diuersi à Iudicibus ordinariis Ducum fiduciariorum, *Appennagers.*

Sed nouo Iure non admittitur illa Iudicum distinctio, Regis nempè, ac fiduciarij Magnatis. Nam priori quidem Rescripto vltimæ Andium Fiduciæ, excipiuntur iura regia, vt olim: sed posteriori, Reges in vniuersum confirmarunt fiduciarij Ducis Iuridicos, vt promiscuo deinceps Regis Ducúmque nomine & auctoritate, suis partibus fungerentur. Quales Principis Tabulæ recentiores, exaratæ sunt quinto Kalend. Sextiles an. 1568. ac in Senatu lectæ propalam recitatæque, modulo quodam adhibito, Postridie Idus Augusti subseq. Præclarè equidem, ne multisformis Magistratuum turba officeret Reipub. & mutuarum discordiarum semina excitaret. Illinc tantùm demas Latrunculatorum munera, quos Princeps lege Panagij sibi recepit, suæque, ac Tribunorum militarium potestati. Quippè quùm eiusmodi rerum capitalium militares Quæsitores verè territorium non habeant, nec territorio circumscriptam Iurisdictionem. Ad reli-

Literæ 28. Iul. 1568. In Curia verificatæ die 14. Augusti. seq. *à la charge que tant le Seneschal du pays appenager (comme estoit lors Bourbonnois) que autres Iuges royaux ès sieges particuliers de lad. Seneschaucee congeront les cas royaux, & qu'il sera faict Registre separé desd. causes d'auec celuy de l'ordinaire.*

Preuosts des Mareschaux de France, reseruez à la disposition du Roy & des Mareschaux de France. Ordinario Caroli 7. Regis, die 4. Nouemb. an. 1458. Hactenus tamen regius Gubernator Delphinatus contulit regia eius Prouinciæ officia. Vnde tantùm excipiuntur Officia nouæ creationis pro prima vice, officia Senatus, & Cameræ rationum Gratianopolit. Literis patentibus Regis die 18. April an. 1576. Modificatis in Parlamento Gratianopol. die 24. Decemb. Eod. anno.

quos autem alios fundi Fiscalis donatarios non transferri ius vllum mandandi Magistratus, documento est regia Constitutio Caroli 7. Pridie Nonas Nouemb. an. 1458. Quùm enim Cenomanorum Comes, regia donatione, potiretur Marsilliaco Occitaniæ oppido, fiuit vtique Rex, à Cenomano in aliquem Salinatoris munus conferri, eo in oppido obeundum: Sed euestigiò idem sanxit Princeps, nemini posthac, vel regiæ propinquitatis Dynastæ, Magistratuum institutionem in Prædio à Rege dato competituram.

Responses faictes par le Procureur du Roy à Sens, aux articles des deputez de Monsieur de Bourgongne. Ordinatio Regia, die 24. Febr. an. 1536. publicata in Parlamento, die 21. April. an. 1537. *que le Roy n'a point entendu par son Reiglement des Baillifs & Preuosts, preiudicier à la Iurisdiction des Seigneurs sur leurs vassaux nobles.* *Vieil Coustumier à la main, de Vermandois, & de Valois.*

3 ILLVD quoque identidem reuocatur ad exemplum de Regiis iuribus, quod Burgundi Ducis res agenti rogatus respondit Actor regius Senonensis, Regium Senonum Iudicem mandata dare solitum in re Principalis Imperij summi, in criminum specie eximia, aliisque suprascriptis regiæ notionis articulis: Nunquam alij, quàm Regio apparitori, mandata exequi regiorum Iudicum licuisse: singula hæc, continua annorum centuria, vtique fuisse comprobata. An. 1463. Quibus alia etiam capita subtexuit Codex Summæ Ruralis, forenses causas nobilium virorum, pupillorum, viduarum mulierum, pactorum dotalium, de fide publica seu securitate danda, commercij fœneratitij crimen, testamentarias quæstiones. Sed isthæc, posterior ætas non admisit. Nam de clarorum genere litibus peculiare extat Edictum, ad suos, quasque, Iudices esse remittendas, nulla Regij Magistratus in eo prærogatiua 6. Kal. Martias, an. 1536. Viduæ autem, egeni, impuberes, aliæque miserabiles personæ, habent ius Fori recuperatorij, seu priuilegium Regij Iudicis deligendi in *Magna Curia Vicaria* regni Neapolitani. Apud Afflictum, in Neapolit. Decis. 41. & 257. Cui congruit lex Constantini vnica Cod. Quando Imperator inter viduas & pupill. Cum Decretali Epistola Honorij 3. Pontif. in cap. ex parte. B. quondam Angliæ Reginæ. De for. compet. Verùm hoc ita moderantur Statuta Allobrogica, vt dotales quidem, & alimentariæ viduarum coniugum lites decidantur ab vno Ducali Senatu: at reliquæ ipsarum, aut impuberum controuersiæ, ad inferiores iudiciorum Sedes reiiciantur, nisi de plano, summatimque à Senatu possint expediri. Quantoperè enim talium res litigatorum curandæ sint piis omnibus Iuridicis, patet Lege Francica Caroli Mag. cuius inscriptio hæc est: De Iustitiis Ecclesiarum Dei, viduarum, orphanorum, & pupillorum, vt in publicis iudiciis non despiciantur clamantes, sed diligenter audiantur lib. 5.

Decretum *des grands Iours de Moulins en Bourbonnois, sur le reglement des cas Royaux*, die 25. Oct. an. 1550. Casus Regij *des Iuges Royaux de Rion en Auuergne, priuatiuement aux Iuges du Duc de Montpensier. A sçauoir des ports d'armes en assemblee illicite, &c. de sauuegarde Royal, des procez touchant le ban & arriereban, de la verification des hommages des vassaux tenans du Roy, des fiefs mouuans du Roy, de la receptiō des foy & hommage par main souueraine, de rescision des contracts passez sous seel Royal, des causes des Eglises de fondation Royale, de remissiōs, rappeaux de ban, de lettres de souffrance, de confortemain, respits des lettres de Chartes, Edits, Foires, & Marchez, affranchissemens, &c. Lettres en forme de*

4 NEQVE verò operæpretium est, his obsoletos assuere notionis Regiæ articulos, qui in vetusto Codice lectitantur Veromanduæ & Valesiæ Consuetudinum. Vtpotè de Pactis regio annulo obsignatis, de rebus generosorum hominum controuersis, aliisque huiusmodi regiis tum casibus, numero sex & viginti: quos situs vetustatis, contrariúsque vsus obliterauit. Sed mihi videntur imprimis PATRES PARISIENSES, regiis Tribunalibus propria accuratè dictasse, quùm in iudiciaria Molinensi Sessione, cui præsidebant illi, constituerunt vniuersim, præscripsêreque suas vtrilibet Iurisdictioni regulas, tum Regiæ Aruernorum, tum Ducali Monpenserij Ducis. Aresto in Iuridicis Molinorum conuentibus lato, 8. Calend. Nouemb. an. 1550. Eo quippè definitum est, Ducis magistratus de regiis casibus ac priuilegiariis minimè ius dicturos: Nempè de armis in cœtu illicito circumlatis, de seditione populari, crimine Maiestatis, adulteratæ monetæ, de patrocinio tutelâque regia violata, in hæreticos, de Augusto Regis patrimonio, de litibus regiam clientum euocationem militiæ ergô spectantibus, de exquirenda particulari rerum clientelarium fide ac veritate, de prædiis Regum purè beneficiariis, de cliente in fidem assumendo manu suprema, de rescindendis contractibus, quorum instrumenta regio sigillo notata sint, de controuersiis Templorum à Rege conditorum, in iis quæ patroni Reges fundationis lege donauerint: de regia criminum Indulgentia veniâque capitali, de Codicillis ab exilio reuocantibus, de regiis Literis quæ suspensa manu patientiam clienti accommodent, de Diplomatis manum patroni in beneficiarios fundos immissam corroborantibus, de Rescriptis debiti exigendi moratoriis, de notabilium Principis Chartarum (*Lettres de Chartes*) comprobatione, regiorum Edictorum, Literarum Emporij publici, nouique Fori venalis, manumissionum seu exemptionum regiarum, de possessione sacerdotiorum, decimarúmque

que sacrarum, aut rerum profanarum, regio Iudice hîc præueniente: de pauperum Hospitiis publicis, de diuidunda hæreditate per multas Regiunculas sparsa, de Literis regio Aruerniæ Præfecto notionem quandam mandantibus, de Diplomatum executione professiones censuales promouentium: Excepto, si subditus euocatus abnuerit solarium ex fundis, quos habeat in finibus Monpenserij Ducatus. Tunc enim huic negotio Ducalis Magistratus cognitionem interponet. Ac deinceps ita propemodùm Carolus 9. Rex percensuit sigillatim egregias, Augustiorisque iudicij causas popularium Baronatus Castrinoui Timerensis, Campirotundi, Senonchiæ, & Brezoliarum, in agro Carnutensi. Quales ipse Regij iuris lites maiori Carnutum Prætori reseruauit, addixit. Epistola aperta 17. Kalend. Quintiles an. 1566. quam Curia Ornatiss. haud dubiè probauit Quinto Iduum Iuliar. Eod. an. Priuilegiariis demùm Rupellæ Chartulis, instituta reperitur his regibus Ædilitia vrbanáque in ciues Iurisdictio, ne Vrbis Decuriones de crimine perduellionis ius dicerent, aliisque id genus ad Regium Magistratum spectantibus, Nevè vlla ex noxa reorum, indictæ æris Multæ, alij, quàm regio Fisco, adplicentur Rupellana priuilegia firmante multiplici Rescripto, Iun. Mens. an. 1498. Mart. Mens. 1514. & Quinto Nonas Martias. 1516. Quod Lutetiani Rationales promulgarunt Februar. Luce 28. an. 1519.

terrier, fors en cas de denegation par le subiect du cens deu pour terres assises dans le Duché de Montpensier.

Baronia *de Chasteauneuf en Timerais, Champront, Senonches, & Brezoles.*

Literæ regiæ, die 15. Iun. Registratæ in Curia die 11. Iulij seq.

La Rochelle.

Die 3. Mart. 1516.

Tit. VII.

DE SINGVLIS CASVVM REGIORVM GENERIBVS.

1 *De Sacerdotij possessione, apud Regium iudicem duntaxat agi.*
Soli iudici Regio in Sacerdotij reditus manum iniicere licere.

2 *Arestum, Regiorum iudicum mandata, solis apparitoribus Regiis exequi fas esse.*

3 *Magnati cuique Apparitores Regios finibus suis arcere ius esse, demptis indigenis, aut ibidem connubio iunctis.*

4 *An Contractuum quæstiones regio sigillo obsignatorum, regio foro vendicentur.*
Iudicum Cancellariæ in Burgundia, Sigilli in Rupellana vrbe, Submissionem in Prouincia Narbonensi, & aliorum huiusmodi, Officium.
Qui Baroni subsunt, eos, si in Regium iudicem consenserint, Baroni nihil obesse.

5 *De falsi crimine in contractus Regio sigillo notatos, solius Regij iudicis cognitionem esse.*
De falso in causam ciuilem & pecuniariam incidente, etiam Iudices Procerum cognoscere posse.

6 *De testamento eius, qui supremæ voluntatis executionem Regiæ iurisdictioni subiiciat, non nisi Regio iudici cognoscere licere.*

7 *Testamentorum cognitio, cum Pontificiis iudicibus quondam communicata, nunc Regiis solis vindicata.*
Promotores Testamentarij, in quolibet Normaniæ Episcopatu.
Testamentarij Instrumenti publici executionem, paratam esse Francico more.

8 *Mandata generalia Nominibus exigendis, vel bonis pignerandis, in Regiis Casibus deputari.*
De regia custodia non alium, quàm Principis Iuridicum, legitimè disceptare.
De bonis à Rege, priuato Dynastæ commendatis, Regium iudicem cognoscere.

9 *Peculiaris quondam in* Burgenses *regios, apud Campanos, Senones, & Altissiodorenses iurisdictio.*

10 *De* Remissionum *literis, Regiorum iudicum cognitionem esse, licet apud minorem iudicem accusatione cœpta. De restitutionibus in integrum, secus esse.*

11 *Ius venialium codicillorum indulgendorum, Regis proprium esse.*
Allobrogum Ducem non sua, sed vicaria Imperij Rom. potestate, veniales Codicillos indulgere.
Cardinales, obuium quemque damnatum in Italia capitali supplicio eximere.

Principis nono in Vrbes introitu, falsi, aut perduellionis reos non liberari.
Ptolemæi Regis facinus egregium.
Vestales, casu interuenientes supplicio, damnatum liberabant.
Clericos, regiæ Iurisdictioni, scelerum Indulgentia regia, alligari.
Ecclesiæ Iudicium incruentum.
12 *De cæde, incendio, raptu, Regij tantùm iudicis, certis casibus cognitionem esse.*
13 *Maiestatis reos, apud Regium duntaxat iudicem fieri.*
De falsa moneta apud Regios solùm iudices quæri.
14 *Monetæ cudendæ ius, Principis proprium esse.*
Iuno Moneta, Triumuiri monetales.
15 *Enumeratio Procerum, quibus olim ius cudendæ monetæ competierit.*
16 *Monetæ cudendæ priuilegio dato, auream non contineri.*
Iano Biturigum Duci ius aureæ monetæ cudendæ à Carolo 5. R. concessum.
Bohemiæ Regi ius idem, Aurea Bulla datum.
Aureæ monetæ cudendæ ius in Polonia, & Anglia, certis Præsulibus nominatim datum.
Aurei nummi & argentei vsus, apud Scotos sub Donaldo 1. cæptus.
Sterlingorum *moneta vsitatissima, apud Anglos: & quando cæperit.*
Magnates Francici, monetæ ius suum quoque Regibus pretio sensim transcripsere.
17 *In monetarum adulteratores, propriam Iudicum regiorum quæstionem esse.*
18 *Falsæ monetæ cognitione alicui à Principe data, non ideò, de adulterata moneta Regia, Priuilegiario quærere licere.*
19 *Non cuicunque ius est excudendæ monetæ, eidem, probatam semel monetam mutare licere.*
20 *In Regiis iuribus computari, sacrilegi & probrosi in Deum Diuósque maledicti accusationem vindicem.*
Improbi fœnoris quæstionem, à Rege purè vindicari in profanos reos.
21 *In Regiæ iurisdictionis casibus esse, si cui in Aulam eunti, redeuntíve iniuria fiat.*
Longobardorum lex, in Commeatus Remeatúsque Aulici violatores.
De Legatus Principum.
22 *Viarum publicarum curam & securitatem, ad Principem pertinere.*

> A generali Casuum Regiorum tractatione, ad specialem singulorum, Transitio.
> *Complainćte pour tiltre de benefices*, est regiæ prorsus iurisdictionis.

1 HABETIS SVMMAM iurium Regiorum, quæ mox enumeranda duxi: Transgrediamur nunc ad singula ipsorum capita, quatenùs vsu Fori probantur, ac rebus iudicatis.

VVLTIS, auspicemur à possessoria Sacerdotij quæstione? Hanc non dubiè Regij tribunalis esse, Lutetiani PATRES decreuerunt. Cliens noster prouocarat à Duensis, Comitatus iudice non Regio, in querela sacri beneficij possessoria, quòd fori præscriptionem cùm opposuisset actori, Regiæque tantùm notionis esse hoc genus causarum defenderet, exceptione fuisset exclusus fori translatiua. Memini, in ea apud PATRES appellationis controuersia, actionéque forensi, Burdinum Cognitorem regium, disertè, vt solebat, memoria repetentem, Tractatum Atrebatensem iurium Regiorum (de quo sup. tit. prox.) fuisse causæ meæ suffragatum. Placuit Senatui rectè prouocasse, Interdicti iudicio, Vtì possideris, ad Regia subsellia relegato. Nobis, & Martineo, vtrinque dicentibus, 9. Kalend. Febr. an. 1565. In Volumine causarum Ambianarum. Nimirùm ea res nullam recipit ambiguitatem, Regij Magistratus disceptationem hanc esse præcipuam, non modò Bullatis tabulis Martini 5. Pontif. an. 1427. verùm & iuris dicundi more vetustiori. Quibus etiam accessit Principis Sanctio, ne vlli fas esset, præterquàm Regio iudici, in res prædiarias Ecclesiastici beneficij publicam manum inuehere 7. Idus Septembr. an. 1571. & Blesensis Edicti, art. 16. Sic Carolus 5. Imp. & Comes Atrebatum, de quibus suprà, grauiorum seriem causarum forensium designauit nostræ consimilem, inter Atrebaticos suos Magistratus. Lege perlata 12. Kal. Quintiles an. 1530. Qùm enim ex Cameracensi

> Arrestum Curiæ latum, *en plaidant au Roolle d'Amiens*, die 24. Ianuar. an 1565. ad appellationem à iudice *du Comte d'Eu Pair de France.*
> Edictum Regium, die 7. Septembr. an. 1571.
> *Conseil Prouincial d'Artois, le 12. May 1530. Composé d'vn President, 2. Cheualiers, 6. Consellers, vn Procureur General, &c.*
> *Traicté de Cambray* die 5. August. 1529.

censi fœdere (icto Nonis Sextilib. an. 1529.) liberum iam teneret, ac Francico summo dominatu solutum Artesiæ Comitatum, is nouam superioris Iurisdictionis Sedem erexit apud Atrebates 4. Iduum Maiarum an. 1530. titulo *Consilij Prouincialis*: Cui recèns adscripti creatique Magistratus, lites definirent appellatorias ab inferioribus Oppidorum Vicorúmque Iuridicis, quæ antea deuoluebantur ad Regium Prætorem Ambianorum, seu Veromanduorum, vel ad Francicam Parisiorum Curiam. Vnde Comes idem paulò pòst, ciuili Sanctione illa, præfiniuit insignia quædam litium genera, quæ minoribus adempta Iuridicis, in nouo Iudicum Concessu maiori dirimerentur.

Cæsaris Edictum die 20. Iun. 1530. *specifiant les cas priuilegiez, à sçauoir des complaintes par preuention, de falsification de Monnoyes, d'infraction de sauuegardes, de blessure faicte à port d'armes, ou assemblee illicite au cõtempt de hayne precedente, & des faits de guet à pens, Lettres de remission & pardon. Desquels cas le Conseil d'Artois seul cognoistra, & non les Gouuerneurs, Baillifs & autres Iuges du pays d'Artois.*

2 MOTA est rursùs de mandatis Regiorum iudicum quæstio huiusmodi. Cenomanus Proprætor regius interdixit Ducis apparitoribus Bellomontani, executione mandatorum suorum, atque contractuum, qui regio annulo obsignati essent. Senatum appellantibus istis aduocationem præbui, Regiis apparitoribus, Brissonius. Ego tum quidem, regiis viatoribus functionem muneris sui prohibitam esse in fundis Gallicorum Procerum. Trino casu dempto, Regio purè, prouocationum, regiíque Iudicis Mandatorum exequendorum, si modò Mandata ea, iuris Regij nominatim mentionem inferrent. Philippina Constitutione Mart. Mens. an. 1302. art. 18. Iuxta hæc, regios prouinciarum Prætores ius reddere non consueuisse in Magnatum territorio Francicorum: Testimonio Fabri ad §. 1. Institut. De Attilian. Tut. Adducebam insuper vetus Curiæ præiudicium in simili Regiæ causæ complexu, cum Duce Bituricensi: quo decretum sit, ius esse Regio apparitori, in Comitatu Pictauensi, Ducis fiduciario, exequi Mandata regij Magistratus, sed in Regiis tantùm casibus ibidem expositis. Quænam verò peculiaris foret Regij Iuridici cognitio, quæ Pictonum Comitis, eodem Curiæ iudicio definitum. Iohan. Gallo enarratore, Quæst. 347. eius seculi circiter annum 1395. Quod autem ad Pactorum tabulas attinebat, nihil proponi, cur obtentu Regij annuli, quo ipsæ comprobarentur, adeundi potius essent Principales Iuridici, aut eorum officiales, quàm inferiores alij, in notione vel executione talium instrumentorum, quæ à Regiis tabellionibus perscripta essent: tribus exceptis sigillis, Parisiensi, Campano in nundinis, & Monpessulano. Quo de sigillo Franciæ, & in eius falsarios, rescripsit Vrbanus 3. Pontif. in cap. Ad audientiam. De crim. fal. Ac Faber nuncupatim de sigillo Parisiensi, & Aureliano, in l. Scripturæ. Cod. de fid. instrum. Causa perorata, Senatus in primo eius capite, secundùm Regios apparitores pronuntiauit: de secundo, censuit ampliùs deliberandum, pridie Nonas Martias, an. 1572. Atque obiter aduertendum, Curiam in promulgando Diplomate Bellomontani Ducatus, è Subcomitatu (de quo mox dictum est) solam excepisse regiorum Casuum disceptationem: die 15. Nouembr. an. 1543. Porrò difficultas illa, quam Senatus in consilium misit de Obligatoriis tabulis contractum regio signo notatis, præciditur in Syluanectensi Præfectura. Edicto postridie Kalend. Quintiles, an. 1566. secundum Principem, eiúsque publicos forenses Nuntios, queîs Obligationum huiusmodi executio solis tribuitur, demandatur.

En quels cas les Sergẽs des Seigneurs peuuent exploicter, ou les Sergens Royaux seuls priuatiuemẽt aux autres. Philip. Pulchri regis Ordinatio.

Iean Duc de Berry, & Comte de Poictou, par appennage, comme fils de France.

Tria sigilla regia, Principi iuridictionem per se attribuẽtia: *le Seel du Chastellet de Paris, de Montpeslier, & des Foires de Champagne.*

Arestum Curiæ, die 6. Mart. an. 1572.

Literæ erectionis Vicecomitatus Bellimontis Cenomanorum, in Ducatum: Verificatæ in Curia, cum exceptione cognitionis casuum Regiorum.

Edictum Regium *pour le Bailliage de Senlis*, die 2. Iulij, 1566.

3 QVEMADMODVM autem Regij isti apparitores præ cæteris fruuntur eximia quadam Ministerij sui prærogatiua: sic priuato cuique Magnati licitum est, eos Territorij sui finibus, ne habitent, arcere, aut inde vt emigrent, compellere: demptis duntaxat indigenis, vel connubio iunctis intra metas Dominicæ Procerum iurisdictionis. Hi quippè solum vertere non coguntur, suo tamen Viatorio munere fungi nequeunt inter subditos Domini Iuridici, vel Regio quidem casu occurrente, aut superioris cognitionis, quem *Ressortum* appellamus. Ita Parlamenti iudicio decisum euoluimus in priscis Curiæ monumentis: Primùm, pro Turoniæ Subcomite, apud Lemouices, Arestis anni 1171. Dein pro Lingonum Pontifice, Iudicatis an. 1271. Tum pro Haricuriæ Toparcha, in Procomitatu suo Castri-Heraldi Pictauorum: Arestis an. 1272. Postremò secundùm Niuernensem Regulum, victo Actore Regio in Senatu Parisien. Decreto Maij luce 13. an. 1334. cuius formula est hæc: *Cum dilectus & fidelis noster Comes Niuernensis Curiæ nostræ conquereretur, super eo quod dicebat, quòd plures seruientes nostri contra Ordinationes regias, & in fraudem eius, & suæ Iurisdictionis præiudicium, in*

Vicecomes *de Tureine.*

Dominus *de Harecourt*, Vicecomes *de Chastelerault.*

Extractum à Registris Curiæ Parlamenti.

Regius apparitor, officio non vtitur in terra Alti Iuridici, nisi in Regiis purè casibus & iuribus, Vt Aresto iudicatum est inter Regium Procuratorem, & Cœnobitas S. Germani Parisien. die 3. Iul. an. 1537. & die 26. Nouembr. an. 1547. Iuxta vetus Pactum Regis cum Monachis Mens. Febr. an. 1272.

Burgo S. Stephani in sua ciuitate Niuernensi situato morabantur, domicilium ibidem tenendo, & officium Sergenteriæ publicè exercendo. Supplicans prædicta Curia, eidem super hoc iuxta Ordinationes regias prædictas de remedio competenti prouideri: Et quòd eisdem inhiberetur, ne ibidem ampliùs morarentur, nec officium Sergenteriæ in dictis Ciuitate & Burgo exercere præsumant. Procuratore nostro è contrariò proponente, quòd dicti Comitis requesta fieri non debebat, cùm essemus in possessione & saisina pacificis habendi ibidem seruientes regios, domicilium & residentiam facientes, ac suum officium ibidem exercentes. Dicto verò Comite, ex aduerso, replicante, quòd contra Ordinationes regias antedictas, ad dictam saisinam allegandam, seu etiam proponendam audiri non debebat, vel admitti prædictus noster Procurator. Quibus partibus auditis, visisq́; Ordinationibus prædictis, Dictum fuit per Arestum, quòd non obstante saisina per Procuratorem nostrum proposita (ad quam proponendam contra Ordinationes prædictas dicta Curia ipsum non admisit) dicti seruientes in dicto Burgo remanere, vel domicilium facere non poterunt, nisi iuxta prædictas Ordinationes ibidem fuerint oriundi, vel matrimonium contraxerint ibidem. In quibus etiam casibus aliquod officium Sergenteriæ, etiam in casu Ressorti, exercere non poterunt. Inter Aresta prolata in Parlamento, quod incipit postridie Martinalium. An. Domini 1334. Similiter in Viennensi Allobrogum Delphinatu, Principis Viatores, Officialésque alij munia sua obire vetantur intra metas Dominicæ iurisdictionis inferiorum Procerum: Excepto, si rogatis desidibúsque istis in iure administrando, superiores illi necessariò adirentur. Id quod Francisc. Marcus, Gratianopolit. Senator commemorat, Delphin. Decision. 91. Parte 2.

Sergens du Daulphiné.

DEINCEPS regio foro vindicantur omnes Pactorum controuersiæ, quæ simul & regij annuli nota insignita sint, & paciscentes testentur, speciatim adstrinxisse se Principali iuridicæ coërtioni. Vt anteriore Tit. ostendimus, & Vidus Papa subnotauit, Decis. 181. *de sigillo Curiæ S. Marcellini*, apud Delphinates. Hinc tota etiam Burgundia, sedent *Iudices Cancellariæ*: In Rupellana vrbe, *Iudex sigilli*: In Narbonensi Prouincia, *Iudex submissionum*, vulgò dicti: quorum officio incumbit, de Contractibus eiusmodi Iudicium interponere. Rupellano vtique illi Iuridico regij Anuli Contractuum, dictatæ fuerunt Officij Regulæ quædam, vnà cum ordinario Municipij Supppræfecto. Vindiciaria Senatorij Conuentus apud Turonas Sententia, xi. Kalend. Nouemb. an. 1547. Quippè iam olim Pactis Iudex datus, eo annulo obsignatis apud Rupellã, apparet scripta Renunciatione actorum in emendandis Municipum ipsorum Moribus ciuilibúsque Institutis, Pridie Kalend. Octob. an. 1514. Petrocoriis demùm: floruit quondam Iudex Castellarius Domnei oppiduli, seruator paruuli Cõtractuum Annuli eius Castellaniæ. Authenticis tabulis an. 1351. Quæso autem, si in contrahenda emptione, Baronis subditi regiæ se submiserint Iurisdictioni generatim, obsitne hæc conuentionalis submissio Baroni? Placuit non obesse, quò minùs iure vtatur reuocandi in suum tribunal subditi litigatoris. Decreto Curiæ, Parisien. 5. Idus Febr. an. 1550. secundùm Vestales sacri cœnobij Calensis, quæ à regio Valesiorum Proprætore Lutetianam Curiam prouocarant. Quò spectat vulgatum theorema Bartol. in l. 1. §. & post operis π. De noui oper. nunciat. Cum aliis sexcentis, quæ nimiùm trita, silentio præteruehor. Quoties tamen sigillatim, regiæ se certæ Sedi iuridiciali subiecerint contrahentes, tunc dubio procul iusta inter eos disceptatio est Regij Magistratus, ab eximia illa ac singulari Regum præminentia, Domino inferiori frustrà obnitente. Vt Aquitanicus Senatus panegyrico Ordinis decreto constituit, Februar. Luce 3. An. 1530. Boërio tùm Præside, recensente, in Burdigalen. Decis. 114. Sed aliundè subuentum est iuridicis Magnatibus, ne Regios videlicet contractuum Scribas suo in Territorio degere patiantur, aut inibi saltem munus hoc publicum obire. Sicuti Regestis Curiæ antiquioribus iudicatum extat, hoc verborum tenore: *Cùm dilectus & fidelis noster Episcopus Lingonensis in Curia nostra proponeret, quòd licet ipse & eius prædecessores Episcopi Lingonenses soli, & insolidùm à tanto tempore, cuius contrarij memoria non existit, fuit & fuerant in possessione & saisina exercendi omnem iurisdictionem spiritualem & tẽporalem in ciuitate Lingonensi, & in castris & villis ad dictum Episcopum pertinentibus, ac instituendi in eisdem Notarios, & Tabelliones pro contractibus quibuscunque*

4

Iuge de la Chancellerie de Bourgongne.
Le Iuge du Seel à la Rochelle.
La Cour des Submissions en Prouence.
Prouisionale Arestũ *de reglemẽt d'Offices, dõné aux Grãds iours de Tours* die 22. Oct. 1547. *entre le Iuge du Seel estably pour le Roy aux Contracts,* die vlt. Septembr. 1514.
Iuge Chastelain, conseruateur du petit seel & rigueur establie aux cõtracts du mont de Domme, sous la Seneschaucee de Perigort, au Siege particulier de Sarlat. Instar du Iuge du petit Seel de Montpeslier, & de Lombrieres de Bordeaux.
Arestum Curiæ, die 9. Febr. An. 1550. *pour les Religieuses de Chelles.*
Nam hic specialis submissionis effectus, inter Regios Casus sup. annumeratus est. tit. præcedenti. Idem in Regis purè subdito ratione iurisdictionis, qui se alteri regiæ iurisdictioni specialiter submiserit Instrumento authentico. Hanc enim submissionem valere, cùm Rex tunc nihil per-

cunque, tam in temporalitate quàm in spiritualitate recipiendis & scribendis, sigillandi, ac fructus pro sigillis & emolumenta recipiendi. Nihilominus Iohannes de Salme apud Lingonen. commorans, ipsius iustitiabilis & subditus, virtute quarundam Literarum nostrarum, tacito de præmissis, per quas, ipsum, vt asserit, instituimus & deputauimus auctoritate nostra regia Notarium in Bailliuiis Regni nostri pro recipiendis contractibus & instrumentis quibuscumque, contractus quoscumque, legata & instrumenta in dicta ciuitate, iurisdictione & Domanio Episcopatus prædicti recipere & audire, literas & instrumenta inde recipere nititur, & officium Notarij exercere, ipsum, impediendo & perturbando indebitè, & de nouo in sua possessione vel quasi, prædicta, & in ipsius damnum non modicum, vt dicebat. Propter quod petebat, impedimentum prædictum amoueri, & quòd dicto Ioanni inhiberetur, ne in locis prædictis dicti Notariatus officium exerceret, & quòd in ipsius expensis in prosecutione huius causæ factis condemnaretur. Dicto verò Iohanne contrarium proponente & dicente, quòd nos eramus in possessione & saisina instituendi & creandi Notarios seu Tabelliones habentes potestatem recipiendi contractus, & instrumenta conficiendi in locis prædictis, & aliis quibuscumque: Et quòd ipse Iohannes erat in possessione & saisina exercendi officium prædictum virtute & auctoritate prædictarum literarum nostrarum. Dicto Episcopo, econtrariò, replicante, quòd ad dictam saisinam allegandam audiri vel admitti non debebat, cùm & Procurator noster ad dictam saisinam allegandam non fuerit per Curiam nostram admissus. Quibus partibus auditis, dicta Curia prædictum Iohannem ad saisinam per eum allegatam non admisit, & ex causa: Sed eidem inhibuit, vt in Iurisdictione temporali dicti Episcopi Tabellionatus seu Notariatus officium exerceat: Ipsum ab expensis per dictum Episcopum petitis releuando, & ex causa. Datum die 25. Februar. an. 34. Inter Aresta prolata in Parlamento, quod incipit in Crastino. B. Martini Hiemalis, an. Domini 1334.

> dat, decisum est, Aresto die 16. Decemb. 1585. *En plaidant du Roolle de Vermandois, Laigneleť, pour l'appellant: Chauuelin pour l'intimé. Et M. Mangot pour M. le Procureur General du Roy.*
>
> Vetus Arestum Parlamenti contra Regium Notarium *pour l'Euesque & Duc de Langres.*

5 EXPLORATVM est vtique, Principis Iudicem haud solum præesse Cōtractuum cognitioni, prætextu regij annuli tabulis ipsorū adhibiti, nisi contrahentes eum in iudicem expressim consenserint. Sed hoc ita interpretandū, nisi falsus contractus proponatur. Tale enim falsi crimen est Principali censura vindicandum. Decreto Curiæ *Parlamentaris* 16. Kal. Iun. an. 1385. Ecquid de falsi accusatione, apud pedaneos Iudices pecuniariam in litem incidenti? Putes forsan, eos nec incidēter quidem de falso quæsituros: Quùm eo admisso Principis dignitas potissimùm lædatur, offendatur. Etsi enim, ciuili incidens falsi quæstio, velut appendix, eundē sortiatur iudicē seu vindicē, qui principaliter alioquin de eo dicendæ sentētię capax, competēnsq; minùs extitisset. l. si lis pecuniaria. Cod. De fals. l. Quoties. Cod. De Iudic. Bartolo tamen visum est, Legū antinomias in eo concilianti, incidens falsi iudicium ab inferiori ad maiores Iudices remittendū: nisi aliàs ipse puniendi flagitij potestate præditus foret. in l. Diuus. 2. D. Ad leg. Cornel. de fals. Quo in negotio, occurrit Senatui facti species isthæc. Cenomano More statutū est, falsi crimen à Regio tum Magistratu solo plectendum, cùm instrumentum, quod falsi coarguitur, regio signo notatum sit. art. 88. Incidenter falsi insimulatur, qui adulterinas literas protulerat coram Marchionis Iuridico Meduani, in Cenomano agro. Mox reus delatus iudicium moratur Regij fori præscriptione, exclusus Senatum appellat. Ego, pro iudicato, cognitionem falsi, incidenter saltem, dominicis competere Procerū iudicibus, tametsi primariò eis denegandam. Sicuti concinnè scripsit Angelus ad l. Nulli. Cod. De iudic. Bald. in l. Nullum. Cod. De testib. Vt enim demus, minores iudices, non posse pœnas irrogare lege Cornelia publicorū iudiciorū indictas: de falso tamen summatim cognituros, vt ciuiliter certè (falsi nube discussa) ferant de nūmaria quæstione sententiā PATRES CONSC. negotium hoc reuocarūt ad maturius deliberandi consiliū: Ameloto, Mēque dicentibus. Tabulis demū vtrinque productis in medium, appellatio iniusta pronunciatur S. Consulto 5. Idus Febr. an. 1572. Carol. Dorualló, & Georg. Bussone, litigatoribus.

> De Literis obligatoriis expeditis sub sigillo Regio, non idcircò solus cognoscit Regius iudex, nisi illę falsi arguantur. Die 17. Mai, an. 1385.
>
> Iudex subalternus Marchionatus *de Mayenne la Iuhez*, in Cenomania.
>
> Placitum Curiæ, die 9. Febr. an. 1572.

6 EODEM loco habentur Testamentariæ tabellæ, quæ signo Principali obsignantur, vt de iis solida sit Regij Magistratus disceptatio, siquidem testator regiæ se iurisdictioni subiecerit. Desumpta hæc sententia, ex vetere Gallici Fori obseruatione, Lutetiano Aresto testata 4. Nonas Ianuar. an. 1355. Cuius & prisci Vsus fidem facit anterius *Parlamentare* decretum ann. 1322. in hanc phrasin. *Cùm Religiosi de Vaucellis peterent in Curia Parlamenti contra certos executores*

> Arestum die 2. Ianuar. an. 1355.
>
> Abbatia *de Vaucelles, en Cambresis.*

Q

Pro hac Abbatia, sui Ordinis, rogat D. Barnardus Symoné filium Castellani Cameracen. In Epist. 186. Eodem in Cœnobio hospitatum refert Froßartes Ducem Brabantiæ, in exercitu Eduardi Angliæ regis an. 1339. Hist lib. 1. cap. 40.

Procureurs de l'Eglise de S. Marc, à Venise.

Statuta Venetorum, ordine concinnata die 6. Septemb. an. 1242.

Duces Veneti.

L. Cornelia Testamentaria.

Testamenti plura damna resarciri, quæ defunctus ipsis intulerat. Comitissa Atrebaten. dicente, Curiam & cognitionem ad se remitti debere, quia ipsi Executores erant sui subditi & iustitiabiles. Dictum fuit, quia hæc causa respiciebat testamentum, & vltimam voluntatem, propter clausulam ibi appositam, forefacta sua restitui, de quibus quotiens pars primò recurrit ad gentes Regis, nulla debet fieri remissio, quòd causa non remitteretur, sed remaneret in Curia. In Veneta planè Repub. non modò certi designantur curatores testamentorum: sed etiam Procuratores Ædis Marciæ, tutores sunt ac custodes fidissimi rerum pupillarium, aut scripti hæredis absentis. Quemadmodùm Venetis constitutionibus præceptum est. Statuta ea in ordinem redacta fuêre 8. Idus Septemb. an. 1242. Iacobo Theupulo Venetorum Duce: aucta dehinc à Barbadico Lauretano, Grimano, & Andræa Gritto, Venetis vicissim Principibus. Meritò herclè ad Principis curam pertinet supremorum cuiusque mandatorum obseruatio atque executio. Nam & Romæ creatus est fideicommissarius Prætor, qui de fideicommissis districtè iudicaret. Sigillatim verò Lege Cornelia de Testamentis, instituta sunt contra eorum falsarios publica Iudicia: falsi quæstione alioquin priuatis adnumerata. Ex Pauli I.C. responso in l. 16. ꝑ. De fals. Summæ enim Legum seueritati sunt testamentorum corruptores obnoxij: Qualis Nero ille, qui Claudij Imp. testamentum violauit, vt tanti successor Imperij euaderet. Auctore Xiphilino in Nerone. Maior igitur videri debet rei testamentariæ diiudicatio, de cuius solennibus testamenti D. Augustinus, Tandiu (infit) contenditur de hæreditate mortuorum, quandiu testamentum proferatur in publicum, & cùm testamentum prolatum fuerit in publicum, tacent omnes, vt tabulæ aperiantur, & recitentur: Iudex intus audit, aduocati silent, præcones silentium faciunt, vniuersus populus suspensus est, vt legantur verbo mortui non sentientis in monumento. Ille sine sensu iacet in monumento, & valent verba ipsius: Sedet Christus in cœlo, & contradicitur testamento eius, &c. In Psalm. 21.

An Testamentariæ lites sint Pontificij fori.

Die 15. Decemb. an. 1329. Disputatio publica de Ecclesiasticis iuribus temporalibus Franciæ. Quam memorauimus etiam lib. 2. Sacræ Polit. tit. 1. art. 6.

Consuetudo Ducatus Britanniæ.

Hungariæ Ius Consuetudinarium, scriptis redactum.

Thesaurarius sanctæ Capellæ Palatij Parisiensis.

NON erit porrò alienum ab instituto, Pontificiam obiter Iurisdictionem attingere, vltimi elogij controuersias sibi iam olim asserentē. Ex Iustinianea l. 36. Cod. De Episc. & cleric. l. Consulta diualia. Cod. de Testam. Eam Pontificij cognitionem repetunt à Carthaginensi sanctorum Patrum Concilio, cuius meminit sacer Canon, Episcopus tuitionem 58. Distinct. Nota est vetus hac de re, Senonensis & Heduensis Antistitum Dissertatio, aduersus Petr. Cunerium aduocatum Fisci, Præside Rege, 18. Kal. Ianu. an. 1329. Britonici quoque Archydiaconi, sui iuris & notionis esse testamenta defenderunt: quousque, Petro Druyde Armorices Duce, tractatum de eo est, maxima Populi omnium Ordinum frequentia. Retinetur ab Ecclesiasticis hæc tanquam iuris Episcopalis disceptatio, quoad testamenti solennia: huius executione Regis Magistratibus attributa. Lege Armorica municipali, quæ literis mandata est an. 1539. & emendata an. 1580. art. 614. Cùm autem Galliarum Præsules alij, tantumdem obtinuissent Principali Sententia in cognitionibus prolata, aduersus regium Patronum, Cunerium, abrogata est hæc deniq; Pontificij fori præscriptio in prophanorū hominum testamentis: non tantùm Regia Cōstitutione, an. 1539. sed Moribus etiam singulorum penè Municipiorū. Vigent & hodie testamentarij Procuratores, in quolibet Neustriæ Episcopatu: Hos vulgus *Promotores* testamentorum appellat. Ac Pannonico quidem Vladislai regis Edicto, Testamētariæ lites à spiritali Iudice solo definiuntur. Quod Pannonum in Mores scriptos traductum est. In summa, etsi nil interesse putet Papinianus, vtrauis Principali, an Pontificali auctoritate cōpellamur ad supremæ volūtatis obsequiū: Tamen vsquequaq; censuit Tiraquellus, cognitionem priorum legatorum spectare ad Regios iudices duntaxat, non etiam ad inferiores profanos, nedū ad Pōtificios, l. Hæreditas ꝑ. De petit. hæred. Tiraquellus, piarum causarū Priuilegio 150. Vtvt sit, testator si se regiæ subdiderit iurisdictioni, eo casu, nec priuilegiariis quidē Ecclesiasticis defertur iudiciaria rei testamētariæ definitio. Iohānes cognomine Clericus supremis suis cauit, de iisdem si enasceretur controuersia, iudicium Senatus futurū. Eo defuncto, Thesaurarius sacræ Basilicæ Palatinæ contrānititur pro sua Iurisdictione, suámq; differit testamenti exequendi procurationem esse ac dispensationem, hoc nomine, quòd testator, in illo Palatij

Palatij Socello sacrificulus foret. Id singulari Iure, suarum esse partium in omnibus Collegij sui Sodalium testamentis. Senatus secundùm testamentum pronuntiauit, an. 1396. Vt refert Ioh. Gallus, Quæst. 355. Ac Francico Ritu præsertim, nobis parta est, ex causa Testamentarij instrumenti, executio, non minùs quàm Pactitij: quùm illud peræquè soleat publica authentici sigilli auctoritate præmuniri. Inquit Faber ad l. vlt. Cod. De edic. diu. Adriani tollen. In Vers. attenta Consuetudine, per quam, probatur testamentum literis publicè sigillatis.

Secus de Testamento facto coram Rectore parœciæ, vel eius Vicario. Vt diximus lib. 2. Parisien. Morum, tit. 4. art. 5.

8 ITEM in Regiis casibus deputantur Mandata generatim edita nominibus exigendis, seu bonis pignerandis. Edicto Ludouici 12. Regis. Cui consentaneum est S. C. Parisiense, Idibus Iuliis, an. 1533. Quod tamen Senatus ità temperauit, vt qui harum executioni Literarum intercederet, ad suum iudicem esset reiiciendus: Aresto Curiæ, Kal. Decemb. an. 1530. Ad hæc, Principale munus est, non inferiorum Regulorum, Codicillos dare prouocationis exercendæ gratia, vel anticipandæ litis prouocatoriæ. Quemadmodùm Senatus edixit in Flandrorum Comitem, & Atrebatum: qui Archiducem Austriæ se scribebat. Decreto postridie Non. Septemb. an. 1505. In eundem censuêre PATRES, iudicata facere & exequi licere in mediis Comitis regionibus promiscuè, tanquam CORONÆ beneficiarij: ideóque decreta Senatus in territorio Comitis mandari executioni debere 7. Iduum Iuniarum, an. 1498. Insuper de Regia custodia ac patrocinio, non alius est legitimus disceptator, quàm Principis Iuridicus. Vtputà, Comes Artesiæ sibi notionem quandam sumpserat in septem Episcopi subditos atque hospites, qui regia se tutela ac patrocinio subnixos defendebant, vnà cum suo Atrebatum Pontifice: quo minùs in eos Comes iuridicam exerceret potestatem. Comes tandem iudicio succubuit Senatus *Parlamentaris*, an. 1278. *Inter Aresta expedita in festo omnium Sanctorum*, quæ Libris Styli Senatorij Parisiorum intexuntur, Parte 7. Arestor. In vers. *cùm ipsi homines & bona sua sint de garda Domini Regis speciali.* Rursus de bonis à Rege commendatis priuato Dynastæ, cognoscit Regius iudex, solido, præcipuo, eximióque iure. Aresto Pentecostes, an. 1279. lato de acquisitis à Pictauensi Comite & eius vxore, quæ Princeps in fiduciam tradiderat Britanniæ Insulæ Regi. Deinceps in Regiæ manus, quæ prædio iniecta sit, violatæ reos animaduertit Regius, nec minor Magistratus. Decreto Curiæ, pridiano die Purificationis sacræ, an. 1268.

Lettres generales de Debitis, ou pour faire saisir.
Decretum Curiæ die 15. Iul an 1533.
Arestum die 1. Dec. an. 1530.
Lettres de Relief, ou Anticipation d'Appel.
Placitum Curiæ, die 6. Septemb. an. 1505.
Arestum die 7. Iun. an. 1498.
De la Garde du Roy dont autre ne peut cognoistre.
Terres commandees, ou baillees en commande par le Roy. Bris de saisine Royal.
Arestum Parlam. Candelosæ.

9 PECVLIARE itidem Campanis obseruatur Regium ius, in *Burgenses* regios iurisdictio: Trecensi scripta Consuetudine, Victriaca, Senonensi, Caluimontia, & Antissiodorensi. Sed hoc non procedit in petitorio iudicio, vel si alios *Burgenses* ipsi in ius prouocarint. Dicuntur autem ij Regiam in clientelam suscepti, vt regio illo potiantur beneficio, qui præfinito Moribus tempore cum regiis Municipibus habitarint, séque huic ciuili iuri dederint: Ære in eam causam Regiis quæstoribus pensitato, ceu præmio Manumissionis. Et hæc quidem ita, dummodò noui Municipes regij eorum omnium testificationem retulerint, libellúmque rei assertorium. Constitutionibus Phil. Pulchri, & Iani 2. Mense Mart. an. 1302. 1351. & 1355. quæ habentur in Stylo Parlam. Subortam de eo quæstionem, Senatus consilij esse pronuntiauit: Vilcotio, & Brussellio, causæ patronis 14. Kal. Sextiles, an. 1570. Status verò *Burgensium* præiudicialem cognitionem, Senatus decreuit Regiorum esse, non iudicum inferiorum, atque eo nomine, appellans prouocatione summotus, 5. Idus Maias, an. 1570. Pasquerio, Senonum Archiepiscopi causidico. Sic antiqua *Parlamentaris* decreti formula an. 1290. *Pendente debato de Iurisdictione criminosi, cognitio ad Regem spectat.* Scio Campanos minores Iuridicos iam olim conflictari aduersus Regium ius illud municipale: Sed Curia pro more controuersiam misit in consilium: Me dicente contra Subcomitem Fani Florentij 18. Kal. Maias, an. 1573. Neque obiter isthîc omittendum, Fani Florentij Procomitatum ab Rege Errico 2. exemptum fuisse Trecensi regiæ Iurisdictioni: Diplomate 13. Kalend. Februar. an. 1552. quod Senatus publica in Acta regessit, 12. Kalend. Maias, eod. anno. Reliqua Ciuilis iuris præcepta hauriuntur ex priscis S. Consultis. Quale istud, Crespiacensem ciuem, incolatu posteriori in Feritate Milonis oppidi, amittere ius prioris ciuitatis: Aresto *Parlamentari* ad sacrum Diuis omnibus

Droict de Bourgeoisie Royale, aux Bailliages de Vitry, Sens, Chaumont, & Auxerre.
Droict de Iuree & Bourgeoisie en Champagne.
Certificat de Bourgeoisie.
Arestum Curiæ, die 19. Iul. an. 1570.
Iudicatum à Curia, status personæ quæstionem præiudicialem, an aliquis sit Burgensis Regis, esse ad iudicem Regium remittendam, proinde ac si tanquã Burgensis notorius, foro subalterni iudicis eximeretur: die 11. Maij, an. 1570.
Appoincté au Conseil en la Cour, auec le V'comte de S. Florentin, die 14. April. an. 1573.
Die 20. Ianuar. an. 1552.
Die 20. April. 1552.

Arrest pour la Communauté de Crespy en Valois, contre celle de l'Afferté Milon.

Arestum Curiæ, *pour les Eschevins de la ville de Cõpiegne*, dictæ Compendium Constantinopolis, vel Combendium, seu Combinium, à Combinantibus simul & confluentibus fluuiis *d'Oyse & d'Aisne.* Plura de ea Vrbe, Nos inf. lib. 3. tit. 20. art. 5.

Placitũ Curiæ *contre les Clercs mariez, & non clericalement viuans*, die 2. Augusti, an. 1561. *du Bailliage de Victry.*

Alterum Curiæ placitum in 5. Camera Inquestarum, die 22. Decembr. an. 1581. *sur vn appel du Lieutenant du Bailly de Vermandois à Reims.*

Diem. an. 1263. Sicuti & ciuis Romanus ciuitatem mutare poterat, amittereque, cùm alteri se vltrò dicauisset. Pomponij I.C. responso in l. Postliminij. §. vlt. ϖ. De captiu. Vbi consimile editur Menandri cuiusdam exemplum. Ac propterea Solon Atheniensis non modò ciuitati adscribebat peregrinos, qui exilio patrium solum vertissent, sed & eos, qui impellente Genio, cum familia Dijsque penatibus Athenas venissent ad artem quandam excolendam. Vt in Plutarchi Solone perhibetur. Prædictis succedit Iudicatum Curiæ vetus, secundùm vrbis Decuriones Compendiensis, ne ciuium quisquam isthinc perpetuò abscedere sineretur, nisi certum aliquid in exitu, vt in introitu Vrbis, erogaret. Decreto in profestis Diualium an. 1266. Iuxta anterius S. C. factum postridie Martinalium, an. 1260. Existit quoque genus aliud *de Bourgeoisie tailliable*, Campanis & Veromanduis familiare, sed quo soluti immunésque sunt viri sacris addicti. Hæc tamen immunitas Clericis negatur coniugibus, aut profana tractantibus commercia. Vt Senatorio iudicio decisum est 4. Nonas Sextiles, an. 1561. in 4. Classe Inquisitionum Curiæ, secundùm Vidonem *de Beaumont*, contra Desiderium *de Serre*, & alios Vici rustici clericos, Fani Stephani, in Victriaca Belgicæ Campaniæ Præfectura. Cui succinit etiam Arestum 11. Kalend. Ianuar. an. 1581. in 5. Inquisitoria, PATRVM decuria, pro Symone *Chertemps*, curatore Caroli *de Montguyon*, qui à Veromanduo Rhemorum Proprætore Senatum appellarat.

Lettres de remission ou pardon.

Arestum die 11. Iulij, an. 1416.

Literæ rescissionis contractuum incidenter obtentæ.

10 PECVNIARIIS litibus nunc criminosas subiungamus. Regium purè forum agnoscunt veniales criminum Codicilli. Decreto Senatus 5. Idus Quintiles, an. 1416. ex Vlpian. l. 1. §. de qua ϖ. De postulan. Quod sibi locum vindicat, etiam si cœptæ coram minori Iudice accusationi inciderit tale Diploma. Edicto Molinensi. An. 1566. art. 35. Secus de ciuili restitutione in integrum, quæ à Principe data interuenerit pendenti coram Procerum Iuridico controuersiæ. Hæc enim, vnius sententia Iudicis, cum primaria lite, terminatur. Ex Gallica fori Iurisprudentia. Nec eadem pariter seruantur in Rescriptis innocentiæ, quæ in Principali venia, seu Indulgentia admissi sceleris. Cuiuis enim libera copia fit, insontem se & criminis expertem cuicunque adprobandi, apud quem fuerit accusatio instituta. Huic rei argumento est Parisien. Curiæ præiudicium, Atrebatici Comitis iudicibus licere, Diplomatis innocentiæ cognitionem præoccupare: Decreto pridie Idus Ianuar. an. 1516. quod Senatorio Lutetiæ Stylo continetur, Arestor. Parte 7. Isthæc quippè Rescripta veriùs excitant Magistratus officium, vt de reorum capite prudenter iudicet, quàm vt nouam tribuere iurisdictionem Principi, aut ad eum causæ cognitionem transferre videatur.

Arestum die 12. Ianuar an. 1516. pro Artesiæ Comite. In Stylo Parlamenti.

De Literis remissionis criminum solus iudex Regius cognoscit.

11 AC rationi certè consentaneum est, in Veniæ capitalis iudicio, adiri Principis Magistratus, à quo vno scilicet reus ordini restituitur, ac dignitati. Nec enim Cæsari, Regivè obnoxiis Proceribus licet, venia donare criminosos, aut pristinæ quenquam famæ reddere. Martiani leg. Relegati In fin. l. Moris. §. Istæ ferè sunt ϖ. De pœn. Bartol. ad leg. Omnes §. qui transfugit. ϖ. De re milit. Et in l. Ambitiosa ϖ. De decret. ab ord. facien. Cum Baldo ad l. Imperium ϖ. De iurisd. omn. iudic. Ecquid de Heroïna Francisci 1. Regis matre, cui filius permisit ius venialium Codicillorum in Andegauo Ducatu, quo illam donauerat? Senatus tandiu sustinuit iuris huiusce comprobationem, donec Princeps consuleretur. Donataria demùm, maluit eo iure cedere, quàm à Senatu, qui interim retulerat ad Principem, Regiæ huius prærogatiuæ repulsam ferre. Vt proditum est Curiæ monumentis 3. & 6. Idus Martias, an. 1514. Quò iustiùs Legatis prouinciarum interdicta est huiusmodi Diplomatum concessio. Lege regia Ludouici 12. (§. 70.) lata, an. 1499. Molinensis Edicti artic. 22. Blesensis artic. 274. Exoleuitque Delphinatibus mos, quo Prouinciæ Prætores legis veniam, publicorúmque iudiciorum irrogabant, Decision. Delphinal. 233. Vidi Papij, Tum Gratianopolit. Decision. 10. 206. 618. Francisci Marci, ibidem Senatoris Parte 1. Ac Constitutionibus ipsis Delphinatium, quas ego carptim euolui. Specialiter enim prouisum est à Rege, ne posteri Delphinatum Rectores (Monpenserio Duce excepto) hanc sibi vsurparent gratiæ criminum faciendæ auctoritatem. Rescripto 4. Nonas Quintiles 1580. quod Gratianopolit. Curia promulgauit 7. Idus Decembr. eodem anno. Imò verò, nec Allobrogum Duci fas esset,

Ludouica *de Sauoye.*

die 10. & 13. Mart. an. 1514.

Statuta Delphinalia. Gubernator Delphinatus potuit quidem gratias & abolitiones conferre, summique imperij exercere iura, sed excepta abolitione perduellionis, alienatione patrimonij Fiscalis

esset, quempiam famæ restituere, nisi Vicaria Romani imperij potestate suffultus diceretur. Ex antiqua Cæsarum concessione, quæ ius venialium Diplomatum adiunxerit. Ita retulit Ozascus Subalpini Senatus Præses, Decision. Pedemont. 101. Alioquin vix est, vt Sacri Imperij Vicarius Legum pœnam remittere queat, nisi nominatim hoc ius ei attributum sit. Felyn. ad cap. Quæ in Ecclesiarum. De Constit. & in cap. Cùm te De re iudic. Aurayco certè Principi facta est à Ludouico 11. potestas expressim, cudendi numismatis aurei & argentei, indulgendæque reis necis pœnæ, nisi maiestatis compertis; diuinæ vel humanæ: annum circiter 1473. Vt temporum illorum æqualis auctor tradit Gaguinus in Francicis Annalib. Purpuratis quoque Romanis tributum est de more, vt iis obuium quemque capitis damnatum eximant supplicio, ad quod tum is traheretur. Si Baldo credimus in l. Addictos. Cod. De Appellat. Vnius autem est Principis, nouo in singulas vrbes ingressu, quasi fœlici embola, Reos compedibus soluere ac publica custodia: Dempto crimine Falsi, aliôve, cuius, data priùs à Rege venia, vinctus iterum arcesseretur. Paris Puteanus in Tract. De Syndico. (in verb. carcer.) Decisione Burdigalen. 217. l. Lucius. D. Ad S. C. Turpil. Cuneus & Castrens. in l. Nemo. Cod. De Episcop. audien. Barbat. ad Cap. Ex literis. De Rescript. Quò vergunt pariter rerum exempla, à Nobis prolata lib. 3. PARISIEN. MORVM CIVILIVM. Neque hinc longè distat egregium Ptolemæi facinus, Ægyptiorum Regis humanissimi, qui procul equitando, cùm sontes adigi in crucem animaduertisset: Accedamus (inquit) vt iis aduentu nostro salutem largiamur. Auctore Æliano, de varia Histor. lib. 1. Quinetiam Romæ Vestales eo iure vtebantur, vt si aliquo casu interuenissent supplicio, non de industria, damnatum liberarent. Id quòd Plutarchus in Numa attestatur. Haud aliter Neustriæ Dux Villhelmus Conquestor, Anglico in Haraldum regem prælio victor, Cœnobium D. Martino, quod de Bello dixit, eo loci consecrauit, addito ipsi Priuilegio, *vt si quis latro, vel homicida, vel alio crimine reus, timore mortis fugiens, ad hanc Ecclesiam peruenerit, in nullo lædatur, sed liber omninò dimittatur. Abbati verò ipsius Ecclesiæ liceat vbique, latronem, vel furem de suspendio liberare, si fortè superuenerit.* Quæ pij Rescripti verba recitat Camdenus, in Britanniæ Insulæ Chorographia. Quùm verò Carolus Angolismorum Comes efflagitasset à Ludouico 11. sibi illo reorum eximendorum iure frui licere, sui Comitatus oppida ingredienti facilè exorari se passus est Princeps: saluo eo, ne per huiusce introitus vrbium occasionem, vinculis soluerentur rei perduellionis, aut falsæ monetæ: Septemb. Mens. an. 1477. Ex regio Lutetiæ Tabulario sanctiori, & Regestis Senatus Parisien. Regia itidem scelerum Indulgentia Clericos alligat regiæ iurisdictioni. Nempè si Ecclesiasticus quispiam, parricidij reus delatus sit, eius gratiam veniámque solus indulget Princeps, antiquo Franciæ Vsu forensi. Vt rectè visum est Guliel. Benedicto. Senatori Tholosano: qui suæ de eo Curiæ decreta ciet, in cap. Raynutius. De testam. De quo etiam Iudicata aliquot concinnauit Paponius Arestographus, lib. 24. tit. *Des Graces & remissions.* Nec iniuria sanè. Ponamus enim, Sacerdoti liberum non esse, priuato consensu profanam Iurisdictionem prorogare, nec eundem Pontificio in foro egere veniali regio Diplomate: quùm Ecclesiæ iudicium ἀναίμακτον sit, seu incruentum. Plerunque tamen reus sacro Magistratui debitur, cum exceptione regij criminis eximia: Cuius ergò, reus coërcitioni Regiæ manet obstrictus.

12 SECVNDÙM hæc, Regiæ censuræ sunt tria genera criminum, lege Philippi Augusti, Regiorum casuum album describente. Prospiciebat enim Augustus, Regiam quodammodò iurisdictionem exinaniri causarum occupatione per inferiores Magnatum iudices: Quibus antea Carol. Caluus, aut, vt alij volunt, Capetus, perpetua sanxerat feuda, & hæreditate possidenda, cum toto Iurisdictionis tractu, annexáque Territorio Iuridica potestate. Eam Augustus lege temperandam censuit, suorúmque modò vltioni reseruauit *Insidiosos Parricidas, Incendiarios voluntarios, & Raptores.* Ac prisci vtique Reges nunquam donati fundi lege cōplexi sunt Ius Gladij, nec tria ista delictorum genera, quæ plene huiusmodi Iurisdictioni tribuuntur. Ex facto enim ferebatur quondam, Dominicum

remissione mulctarum adiudicatarum, & collatione Officiorum Parlamenti Delphinal.
Literæ patentes Regis die 4. Iulij 1580. verificatæ in Parlamento Delphinali die 7. Decemb. eod. an. Quibus Literis adiectum est, futuros Gubernatores Delphinatus minimè collaturos regia officia, nec Aresta Curiæ eorumdem nomine inscriptum iri.
Prince d'Orenge.
Cardinales obuium capitis damnatum eximunt supplicio.
Ex Priuilegio quodam à Baldo ibi citato.
Tit. 1. art. vlt. Et lib. 1. Legum Andeg. cap. 48, art. 6.
Normanica acies, & internecio Anglici exercitus cum suo Rege, Octob. die 4. an. 1067. Ex Norman. Chronic.
In tit. Regni Sussex.
Thresor de Chartres.
Regij iudices soli cognoscunt *des Graces des Clercs accusez, & lesquelles il peut seul ottroyer.*
Benedict. In ver. Et vxorē nomine Adelasiam. Num. 445. Cum duob. seqq.
Haud sanguinarium est Ecclesiæ iudiciū.
Renuoy d'vn Clerc deuant le Iuge d'Eglise, à la charge du cas priuilegié.
Tria hæc crimina communiter dicta, *Murtrum, Raptus, Incendium.*

Ius Gladij, seu Altæ Iustitiæ non comprehenditur in Regia fundi donatione. De quo Nos abundè infrà lib. 3. tit. 20. & 21.

prædium à Rege transcriptum fuisse permutationis pacto cum Ecclesia Carcassonensi: Annum circiter 1270. Quæsitum est igitur in Curia *Parlamentari*, an prædij concessione, translata videretur sublimis iurisdictio, an & hoc Iurisdictionis titulo tria isthæc designarentur, *Murtrum, Raptus, & Incendium.* Sed rogati sententiam PATRES responderunt, *quòd secundùm vsum huius Curiæ, per talia verba generalia non datur Alta iustitia, scilicet Raptus, Murtrum, Incendium, & similia. Inter Aresta Parlamenti octaua omnium Sanctorum. An. Dom. 1272.* Vt in vetustioribus Curiæ Actis comperimus. Iuxta hæc, dudum exscripsimus ad literam vetus Curiæ decretum an. 1276. lib. 3. SACRÆ POLITIÆ FORENSIS. Quo quidem Decreto planum fit, trini huiusce flagitij haud alium quæsitorem esse ac vindicem, quàm Regium Magistratum, aut sublimis Iuridici Dynastæ: Abs quo tamen Reges antiqui excipere tria hæc vulgò consueuerant. Vt ex Regiis illius æui Chartulis deprehendimus, quas alibi inseruimus sparsim, in iisque Regiam transactionem cum Episcopo Parisiensi, an. 1270. Hac quippè, Rex sibi recepit nuncupatim triplicis coërctionem maleficij, quo de agitur: tametsi in profano Episcopi territorio patratum fuisset. At quisquis meri Imperij ius habeat, seu iustam plenámque iurisdictionem, ab auito suo patrimonio, nec noua regiæ Ditionis cessione simplici, tunc existimo, hunc de triplici illa criminum specie rectè cogniturum: Vt in Stylo Parlamenti annotatur cap. 31. versic. *In terra Consuetudinaria Franciæ, aliqui casus non reputantur de Alta iustitia, nisi tres, Incendium, Raptus, & Murtrum.* Scelerum autem castigatio eius est Iudicis, cuius illa in Territorio sint admissa: reus etsi deprehensus non fuerit * ἐι ἔργῳ, seu ἐπ' αὐτοφώρῳ: Constitutione Francica, an. 1563. Iustinianæ Legis in lucem reuocatoria Fori. §. si verò quis comprehensorum. Authen. Vt nulli iudic.

Tit. 6. art. 9.

* in opere, seu in flagranti delicto. Edictum Mens. Ianuar. an. 1563. art. 19. Cum Regia ipsius Declaratione & Ampliatione apud Ruscinonem facta, (*à Roussillon*) die 9. August. an 1564.

Leonora Austriaca, Caroli 5. Cæs. soror.

PRÆCIPVE' verò perduellionis crimen, est animaduersionis Regiæ. Quo in iudicio agitatum est, Principi nécne competant bonorum confiscationes ex eo crimine, an fiduciario regiæ cuiusdam Ditionis possessori. Si de primo vtique Maiestatis capite feratur sententia, expeditum, bona ad Principem lege Regaliorum pertinere. De secundo autem, controuersum in Senatu ius fuit. Seguerius enim forensi Oratione pro Leonora Francisci I. vidua, multa afferre, fuisse pridem à Curia decretum aduersus Procuratorem Fisci, & Carnutum Duci fœminæ confiscationem fortunarum, in secundo capite Maiestatis, addictam. Citabat etiam vetus Curiæ placitum, de eius Ordinis Præside quodam damnato Maiestatis, secundo capite, cuius opes iis, quorum iuris erat, fuerint adiudicatæ. Sed ambiguam illam quæstionem PATRES consilio commiserunt, an. 1548. Cui proxima est hæc de crimine adulteratæ monetæ: quùm huius etiam Rei peracti, lege Maiestatis teneantur. Ex Constantino Imp. leg. 2. Cod. De falsa monet. De eo proinde haud alius est, quàm Principis Magistratus, adeundus. Videtur tamen hoc casu, bonorum publicationem, fiduciario Regulo, non Regi addicendam. Ac promuntur quidem Curiæ decreta, Principali tantùm Fisco bona committi in iudicio falsæ monetæ 9. Kal. Apriles, an. 1510. contra Marinum, & Francisc. Freschardos. Sed hoc intelligendum, aduersus inferiores priuatorum fundorum Dominos, non in eos, qui fiducia vicéque Regia Principalem fundum possideant. Adde, quòd legi fiduciæ Regiæ nuncupatim adiici solent damnatorum res publicatæ. Demus enim, ius Monetæ in Regalibus comprehendi, quæ à Sceptris nunquam diuelluntur. cap. I. Quæ sint Regalia. In Feudis. Id certè in eos trahitur, qui sibi ius arrogant, monetæ sua auctoritate & Insignibus excudendæ: non autem, si ipsa Principis moneta à priuatis adulteretur, aut regio signo impresso, falsa percutiatur.

13

Placitum Curiæ, die 24. Mart. an. 1510.

Monetæ cusio, summi Principatus symbolum.

INTEREA igitur sciendum, vnius esse Principis, monetam sua imagine procudi iubere. Idque cùm insolenter aggressus esset Perennius, Commodi Cæs. perfamiliaris, & sua imagine percussi nummi ostenderetur Cæsari, mox Perennio caput abscinditur: vt narrat Herodianus. Haud aliter, Darius Persarum Rex, quùm monetā excudisset auro purgatissimo, eandem ex argento conflare ausus est Prætor Ægypti Ariander. Re patefacta, Darius insimulatum, quasi rebellaret, morte mulctauit. Id quod Herodotus commemorat. Per hunc modum, Diogenes Iesij mensarij filius, exilio cum patre damnatus est, postquam ambo

14

ambo deprehensi sunt, de ciuili moneta æs adulterare: teste Laërtio. Quinimò ad DEOS etiam ipsos monetæ auctoritatem referebant Quirites. Hi enim, quum pecunia egerent bello Tarentino, votum Iunoni fecerunt. Voti compotes Iunonem monetam coluêre, quasi monitricem & consultricem: vtque nummi in eius Fano cuderentur, decreuerunt. Exinde Triumuiri monetales, à Romanis instituti, æris, argenti, aurique flatores: vt est apud Pomponium Lætum. Quales in Gallia Præfecti rei nummariæ, & Monetales operarij, multiplici immunitate donati à Philippo 4. anno 1296. Karolo 4. anno 1324. Iohanne, anno 1350. & à posteris sensim Frãcorum Regibus. Hanc quoque immunitatem obiter percensuit Frossartes Historicus. Sed cui semel derogatum sit, difficillimis Gallicæ Reipub. temporibus, anno 1355. Histor. Volum. 1. cap. 155. Eandem patrimonialium munerum vacationem ait Vido Papa produci ad Monetariorum liberos ac nepotes: Decision. Gratianopol. 402. 403. Quemadmodùm item certus fuit Romanis, definitusque locus, quem diximus, vbi moneta cuderetur. Sic Francica Lege Caroli Mag. descriptus est locus eiusmodi: DE FALSIS MONETIS, QVIA IN DIVERSIS LOCIS CONTRA IVSTITIAM FIVNT, VOLVMVS, VT NVLLO IN ALIO LOCO, MONETA, NISI IN PALATIO NOSTRO FIAT.

Priuilegia des Monnoyers, & Ouuriers de la Monnoye de France.

15 NONNVLLIS tamen à Principe irrogatum est cudendæ Monetæ priuilegium: Aurayco Regulo, Burbonensi, Allobrogico, Eburoduni Archiepiscopo, & aliis, de quibus perhibetur Vidi Papij Decisione Delphinal. 498. Priscis necnon seculis, eodem iure Francici proceres vtebantur quàmplurimi. Id quod ex Regio Monetalium Iudicum Tabulario facilè dignosces. Niuernensis scilicet Comes, Marchianus, Suessionum, Essüorum, Fani Paulini, Vindocinensis, Andegauensis, Pictonum, Blesensis, Sacri-Cæsaris, Carnutum, & Cenomanorum Comites: Lemouicensis, & Brossius Procomites. Ad hæc, Rhemorum Pontifex, Suessionensis, Magalonæ, Laudunensis, Meldorum, Claromontanus, & Cadurcorum Episcopi. Heroïdes Focambergia, & Castrouillana. Quibus omnibus solummodò Princeps, Monetali lege solebat rei nummariæ speciem, pondus, formámque præscribere. Hinc Flandricus Comes, qui diu cunctatus fuerat monetali Regiæ Constitutioni parere, iubetur districtè eam obseruandam curare in suo Comitatu: Aresto Parlamenti Martinalium, anno 1289. Armoricus quoque Dux, suam Monetam cùm imminuisset, emendare damnatus est, simul & finibus Longobardos extrudere. Senatus Decreto, festa ac solenni Purificatione, anno 1274. Cuius verba Decreti sic referuntur (in Curiæ Regesto *Olim, fol. 27.*) *Comes Britanniæ emendauit hoc, quòd monetam suam, quæ erat de pondere nouem solidorum, minorauit, & posuit ad pondus 12. solidorum: & iniunctum fuit dicto Comiti, vt expelleret Lombardos de terra sua, iuxta ordinationem Domini Regis.* Similiter quiritante Angolismorum Præsule, Senatus interdixit quondam Angolismensi Comiti mutatione aut imminutione monetæ, *& ordinauit dictum Comitem non posse facere monetam parem seu æqualem illi quæ per dictum iudicium cecidit, seu cassata fuit: licet asserat se esse in possessione mutandi monetam.* Eximio S. Consulto ad Pentecostes, an. 1281. Cuius fides fit Curiæ libro OLIM. fol. 5.

Prince d'Orenge, Duc de Bourbon, de Sauoye, Archeuesque d'Embrun.

Les Comptes de Neuers, de la Marche, Soissons, Rethelois, de S. Paul, Vendosme, &c. Sancerre, Les Vicomtes de Limoges, & de Brosse. L'Archeuesque de Reims, Euesques de Soissons, Maguelonne, Laon, Meaux, Clermont, & Cahors.

De Blesensium Comitum monetali auctoritate, Dionys. Pontanus in Consuetud. Blesensi.

Aresta Candelosæ.

Angoumois.

16 QVANTÒ autem reliquis metallis aurum præstantius, eò præ cæteris emicuit Principis dignitas in aurea moneta conflanda: Proceribus aliis non nisi argenteam sua auctoritate ferientibus. Quo nomine bellorum seminarium excitatum est inter Principem, & citerioris Britanniæ Regulum, an. 1464. Isto nummum aureum suapte imagine percutere auso. Nam & hoc diu seruatum fuit à S. P. Q. R. vt argentum deuictis gentibus duntaxat imperaret: Auctore Plinio Nouocomensi. Ac stante dehinc Cæsareo Romanorum dominatu, nemini licuit aurum conflare. Vnde nec Persarum Imperator, etsi argenteum numum conficeret, aureum cudere sinebatur, nec Barbarorum alius quisquam, temporibus Iustiniani: Vt Procopius narrat. Porro Galli Regis concessu, Ianus Biturix frater, Biturigibus auream excudit monetam, *Veruecum lanеorum*, ab huius animalis effigie ita appellatam: circiter annum 1371. Karolus 4. Cæsar. *Aurea Bulla*, permisit Bohemiæ Regi ius aurei nummi fabricandi. Tantumdem indulsit Sarmatiæ Rex Vladislaus Gnesnensi Archiepiscopo, & Posnaniẽsi Episcopo, circa annum 1224.

Bretagne.

Iohannes Biturigum Dux, Frater Regis Caroli 5.

Fodinas cuiusuis metalli Rex Bohemorum tenere potest.

Poloniæ Regis in Ecclesias maiores Indultum.

Vt est apud Chromerum in Polonic. Annal. Inter Scotos, cœpit vsus nummi aurei & argentei à Donaldo 1. Rege: cuius primùm nutu mandatóque percussus est. In Anglia, Cantuariensi Archiepiscopo competit ius procudendæ monetæ, ab prisca lege Regis Æthelstani, lata an. 924. & 940. Edixit quippe Æthelstanus, Cantuariæ vt monetarij septem essent: quorum quatuor Regi, duo Præsuli, ac vnus Cœnobiarchæ operas præstarent. Eiusdem Constitutione, monetarij tres in ciuitate Roffensi, duo Regis, vnus Episcopi: Londini octo, Hamtonæ, Vintoniæ, Excestriæ, aliisque Oppidis maioribus instituti. Cæterùm Errico 3. Britanniæ Rege, primùm permissa est, nunc vsitatissima *Sterlingorum* moneta, ab effigie Sturni sic dicta, an. 1249. In Gallia porrò, omnes sensim Magnates transcripsêre Hutino Regi, & successoribus in Regnum fratribus suum quodque ius fabricandæ monetæ: Ab eius seculi anno 1314. In illis, Robertus Atrebas, Bellimontis Rogerij Comes, Regi venundedit monetale ius suum senis millibus libellarum 10. Kal. Maias, an. 1322. Sicuti in publicis Regni Monumentis lectitatur. (*Layette* 52.) Et hæ quidem Procerum cessiones non exiguum attulerunt Rei nostræ Publicæ compendium. Antea enim varias lites serebat multiformis complurium moneta Regulorum. Regia tamen hoc iam tum habebat singulare ac præcipuum, vt æri alieno contracto in moneta Regia, solus officium suum accommodaret Iudex regius, non inferiores. Ita voluitur in cap. 126. libri forensis vetustissimi, cui manuscripto Titulus præfigitur, *Ci comancent li establissement le Roi de France selon l'vsage de Chastelet de Paris, & d'Orliens, & de Baronie.* Nam in eo lib. Capite hæc reperiuntur: *Se aucuns hom estoit, qui deust deniers au merc lou Roi, & il s'en fust clames à la Ioutise le Roy, & li Bers, de qui Chastellerie li homs seroit, en demandast la Court à auoir, il n'en auroit point, Et tout le trouast deffandant, si n'an auroit-il point. Car le mueble au mes le Roi sunt au Roy.*

Estrelins, Anglica moneta.

Messire Robert d'Arcois, Comte de Beaumont le Roger, vendit au Roy tout son droict de monnoyer, & faire monnoye en ses terres, die 22. April. an. 1322 Ex Thesauro Chartarum, apud Lutetiam.

QVONIAM igitur vnus hodie in Gallia Princeps ea vtitur cudendæ monetæ prærogatiua, nihil mirum, crimen falsæ monetæ à regio tantùm Iuridico esse puniendum. Nam & antiquissimo Senatus iudicio decretum legitur aduersus Niuernensem Comitem, in adulterinæ monetæ percussores animaduerti à Regiis purè iudicibus oportere, an. 1298. Flagitium quippè istud exemplo maiori ac pœnæ seueritate dignissimum. Atque huc sapienter allusit Solon, argentum, numisma esse dicens, commutationum priuatarum causa introductum: Ciuitatis autem numisma, Leges esse, quas si quis corrumpat, & adulterinas inducat, non minùs grauiter eum à summis Iudicibus esse plectendum, quàm qui priuatorum numisma adulterarit, deprauarit. Vt testatur Demosthenes, in Orat. contra Timocratem. Quocirca Aurelianus Romæ, cùm viri monetarij rebellassent, vitiatis pecuniis, & Fœlicissimo Rationali interfecto, eos Cæsar victos vltima pœnæ acerbitate compescuit: Vt ait Eutropius. Cui vitiosæ monetæ incommodo vt obuiam iretur, longè antea ibidem Marius Gratidianus instituit scholam probandi numismatis, quò ægrè fallere possent adulteratores nummi: tam iucunda Plebi lege, vt Mario vicatim statuas dicarit: Quemadmodùm à Plinio traditum est. 17

Solonis Atheniensis Apophthegma, Legem Numismati comparantis.

Schola probandi Numismatis à Gratidiano.

QVÒD si aliquando Princeps ius animaduertendi in falsæ monetæ reos tribuerit Magnati, intelligendum vtique est non de moneta regia, sed quæ Regio permissu antiquitùs percutiebatur priuatorum auctoritate. Quo pacto Rex olim indulsit beneficiariis clientibus Burgundi Ducis, Forestensis Comitis, & Bellijoci, vt monetam excuderent, inque eius adulteratores cognoscerent, moneta Regia solùm excepta 15. Kalend. Iunias, anno 1315. Rursus singulari Diplomate peruetusto attributum est Cœnobitis Fani Dionysij, in subditos, falsæ monetæ iudicium. Cuiusmodi Diploma interseritur *Chartulæ generali Priuilegiorum Dionysianorum.* Singuli verò iustæ plenæque Iurisdictionis Domini, nullo non tempore, præditi fuerunt Iuridica potestate in vtentes adulterina moneta, eámque vulgaribus rerum commerciis vtendam exponentes. Id quòd à P. C. iudicatum hausimus ex veteri Curiæ Regesto OLIM, quod orditur à Parlamento anni 1252. fol. 3. in hanc formulam. *Inquesta facta super iure Iustitiæ, quam vendicat sibi Dominus Rex in Villanoua S. Georgij in falsos Monetarios ratione altæ Iustitiæ, quam dicitur ibidem habere, & in alios Malefactores qui capiuntur in via Publica: Et super eo, quod Abbas S. Germani dicit, quòd ad eum spectat Iustitia illorum qui capiuntur* 18

Comte de Forests, Sieur de Beaujolois.

Die 18. Maij, an 1315. Religiosi Abbatiæ S. Dionysij, in Francia.

Alti Iustitiarij.

Touchant la haute Iustice de Villeneufue S. Georges lez Paris appartenant aux Relig. de S. Germain des Prez.

cum

cum falsa moneta in dicta Villa, & eam expendunt scienter. Remanet Abbas S. Germani de Pratis in saisina prædicta. Huic consimilem Sententiam dixit Senatus 15. Kal. Februar. anno millesimo trecentesimo quadragesimo secundo secundùm eosdem Monachos Ædis Germani, contra Procuratorem Fisci. Antea quoque Niuernensis Comes iudicio euicerat iuridicam cognitionem in expositores adulterinæ monetæ, non in adulteratores. Aresto *Parlamenti*, anno millesimo ducentesimo septuagesimo, & peculiari Edicto Regio de Niuernensi prouincia, Maio Mens. anno millesimo trecentesimo decimo sexto. Cuius clausula Edicti est huiusmodi. *Ludouicus &c. Vniuersis &c. Correctio verò & punitio nostræ falsæ monetæ, vel alienæ in terris d. Comitis Niuernen. Religiosorum d. Comitatus, & Baroniæ Donziaci, & quilibet abusus earumdem, excepta fabricatione nostræ Regiæ monetæ, ad eos pertinebit. Cognitio verò & punitio nostræ monetæ fabricatæ vel cusæ in terris eorum, ad nos solummodò pertinebit.* Alia in hanc partem Curiæ decreta protulimus, lib. 1. De Legib. Andium.

Arestum Curiæ, die 18. Ianuar. an. 1342.

Lud. Hutinus, Rex.

Cap. 77. art vlt.

Hic nobis monendus est Lector, etsi vni Principi ius sit cudendæ monetæ, 19 non tamen semel probatæ, mutandæ ac extenuandæ, in populi detrimentum. Rescripto Innocentij 3. P. ad Regem Tarraconensem, in cap. Quanto De Iureiur. Cui planè respondet vetus sponsio Petri & Iacobi Aragoniæ Regum populo scripta, MONETAM HISPANIÆ IMMVTABILEM FORE. Postridie Iduum April. anno 1245. Et 18. Kal. Octobres anno 1336. Ex Petr. Belluga in Speculo Principum, Tit. De mutatione monetæ. Idem in Siciliæ Reges probandum, notat Afflictus, ab Constitutione Neapolit. 16. Diuersum tamen Francos Reges obseruasse pridem, memorat Faber in Authen. Hoc nisi. Cod. De solut. At verò imminuta moneta à Phil. Pulchro, coorta est Lutetiæ seditio: concitata Plebe, interempti aliquot Fiscalis Coactores pecuniæ. Rex tandem moriens, filio extrema precatione lustrato sanctè præcipit, obtestatúrque, ne Vectigalibus, ac Monetarum mutatione oppressum Popul. pateretur. Itaque Hutinus filius, inter alia sic Rescripsit ad libellum supplicem Niuernen. Comitis. *Monetas verò de lege & pondere B. Ludouici proaui nostri exnunc cudi & fieri faciemus, & continuare, & ipsa continuatio perseuerare & durare valeat cum pluribus Baronibus & personis bonarum Villarum Regni nostri, in talibus, sapientibus & expertis. Necnon super aliarum Monetarum extra Regnum nostrum cusarum cursu quarumcunque, ad vtilitatem Reipubl. Regni nostri intendimus ordinare.* Codicillis anno 1316. quos paulo superiùs etiam citauimus. Similiter Delphinatis prouinciæ Libertatum Capita sic habent, *Quòd Delphinus debet cudendam curare bonam, receptibilem, & perpetuam Monetam, nec potest reprobare vsum Monetæ patriæ; vel extraneæ, nec diminuere Taxam aut valorem sine consensu saltem maioris partis Populi, & dare duntaxat cursum suæ Monetæ.* Vt est apud Francisc. Marcum, Delphin. Decision. 614. Parte 2.

Die 14 April anno 1245 & die 14. Sep. an. 1336.

Antiquus Turonicæ monetæ vsus in Frācia, *& de compter à Tournois la monnoye*, patet Apostolico Iohannis 22. cap. postulasti De præben. In extrauag. §. porro Vers. dummodo valor annuus ipsorum Altarium summam 20. librarum Turonensium non excedat, &c. Sub annum 1320.

Quando Mos scriptus Prouinciæ, simpliciter loquitur de solidis, intelligitur de Turonensib. tanquam minoribus, & non de Parisiēsibus. Ex Molineo, in §. 54. Paris. Consuet. Num. 10.

In Regiis præterea iuribus computatur Sacrilegi maledicti accusatio vindex, 20 seu probrosi in Numen Diuósque maledicti. Romæ quidem, Censoriæ potestatis erat de iuramento cognoscere, & in periuros animaduertere. Francicis necnon Edictis, temerè iurantes relinquuntur ordinariæ Iurisdiction i Magnatum priuatorum. Constitutione scilicet Ludouici 12. 6. Idus Martias, anno 1510. & Francisci, 1. tertio Kal. April. anno 1514. Sed longè grauior eorum causa est, qui blasphema in Superos verba impiè effuderint. Quorum exemplum promitur sacro Canone, Si quis per capillum. Caus. 22. Quæst. 1. Ac Iustinianea Nouella, Vt non luxurientur homines contra natur. Cum Gregoriana Epist. Decretali Statuimus De maledic. Et iis demùm quæ religiosissimi Principes nostri, D. Ludouicus, & Philippus Valesius sanxêre, pœnis maioribus indictis contra huiusmodi sacrilego maleficio se obstringentes. In eos igitur, quasi hæreseos Diuinæque reos Maiestatis inquisitio est, censuráque Regia purè, nec minoris Iuridici. Nam in ipsos, vt seuerissimè Iustinianus rescripsit ad Præfectum regiæ ciuitatis Byzantiæ, (Noua Constitut. præd.) sic capitali supplicio animaduersum memorat Boërius, Præses, Aquitanico suo Senatu vindice, 12. Kalend. Quintiles anno 1530. Ac duodecimo Kal. Februar. an. 1534. In Burdigalen. Decision. 301. Ac pari omnino capitis pœna plexi sunt tales Blasphemiæ rei vicissim, ex Senatoriis Lutetiæ Decretis

De blasphemes execrables & vilains serments Regia animaduersio est: Secus de aliis leuioribus & vulgaribus iuramentis.

Ordinatio Ludouici 12. die 10. Mart. anno 1510.

Ordinatio Francisci 1. die 30. Mart anno 1514.

Gregorius 9. P.

Philippi Valesij Edictum in tales blasphemos, an 1347.

A sçauoir les blasphemateurs du nom de Dieu, de la Vierge Marie, & des Saincts.

Burdigalensia Aresta, die 20. Iun. 1530. & 21. Iānar. an. 1534.

Parisien. Aresta, *à la*

Tournelle, die 21. Iulij, & 27. Septemb. 1604. Prius ex appellatione à Balliuo Prioratus S. Lazari in Suburbiis Lutetiæ Posterius, à Balliuo Abbatiæ S. Genouefæ, Parisien.
* temerè ne iura l. Si dúo patroni §. vlt. π. De iureiur.
Placitum Curiæ, cōtra Scabinos Rhemenses, & Archiepiscopum, die vlt. Mart. anno 1544.

12. Kalend. Sextiles, & 5. Kal. Octobres an. 1604. Quisquis etiam per genium Principis deierasset olim, ac peierasset, fustibus castigatus dimittebatur, eique ita superdici solebat, * προπετῶς μὴ ὄμνυε. Quantò augustiùs, in Principem DEVM blasphemi, sunt terreni Principis iudicio castigandi? Itaque Senatui placuit, coërcitionem hanc, merè Regiam definiri. Aresto contra Rhemensis Vrb. Ædiles, lato pridie Kal. April. an. 1544. Præterea improbi fœnoris quæstionem credas primo intuitu non esse Regum propriam, sed omnibus vicissim communem Dominis Iuridicis. Vtì & sacri Iuris Consulti mixtum hoc crimen appellant, in profanum nempè reum, Foro profano, in Ecclesiasticum, Pontificio adsignandum. Panormit. in cap. At si clerici §. De adulteriis. De iudic. Quod in Aragoniis etiam Tribunalibus vsum receptum, ibidémque vsurarum crimen mixtum esse, prodidit Petr. Belluga in Speculo Princip. Sed verius est, vsurarium crimen à Francis Regibus purè vindicari in profani ordinis viros. Quippè qu਼ùm illi sigillatim mandare consueuerint suis Magistratibus quibusdam hoc cognitionum genus. Quales selecti fuêre à D. Ludouico in Hebræos fœneratores, Decemb. Mens. an. 1230. Quibus subdo Philip. Pulchri Edictum in fœneratitios contractus Nundinis Campanis initos, an. 1302. & 1311. Tum Ludouici 12. Iunio Mense an. 1510. Eapropter sceleris huius vindictam, Regiis iudicibus commissam fuisse, variis Rescriptis continetur, an. 1415. 13. Kal. Februar. 1567. 3. Non. Sextiles an. 1582. & Mense Ianuar. an. 1586. Atque his consequens est dicere, mulctatitium nummum, quo talis Reus damnatus sit, ad Principem spectare, Dominis locorum exclusis. Sunt enim hi extraordinarij mulctarum & Iurisdictionis fructus, ex delegata à Rege, seu Codicillari criminis notione Vsurarij. Argum. Bartol. ad l. Diuortio. §. si vir in fundo. π. Solut. matrim. Qua de re tamen PATRES PARISIEN. censuêre accuratius ineundum consilium 7. Idus Febr. anno 1575. Pasquerio, pro Carnutum Duce: Durando, pro Regis donatario, & Brissone patrono Fisci, vtrinque dicentibus. Huc pertinet quod veteres Galliæ Pragmatici literis consignarunt ab longo suorum temporum Vsu Iudiciario, nudè purèque Regiam esse in *Vsurarios publicos & secretos* animaduersionem. In antiquo Volum. Consuetud. Veromand. & Valesiarum, ac Butelerij Summa Rurali.

Ita Blesensi Edicto prohibitæ sunt vsuræ, de earumque coërcitione statuitur, Artic. 202.
Rescriptum, die 10. Ianuar. an. 1567. & die 3. Aug. 1582.

Appoincté au Conseil, die 7. Febr. an. 1575. Asçauoir, si le Roy, ou le Duc de Ferrare, Duc de Chartres, aura les amendes adiugees pour vsures sur ses suiets.

21 RVRSVS inter Augusta Regis iura, DOMINICIQ. Imperij Iuridici, numeratur coërctio violati commeatus Regij, liberíque remeatus. Si quis enim Principis iussu ad colloquium eius accersatur in Aulam, de contumelia in itinere, aut Regio comitatu eidem illata, agendum est coram Principis iudice, cui simul iniuria fit, nec ad inferiorem controuersia reiicienda. Titulus extat Legis Langobardorum, *Ne ad Regem venientibus iniuria fiat.* Eiusdem Titul. §. 3. cauetur in hæc verba. *Si quis ex aduersariis manum armatam super quemcunque ad Regem venientem iniecerit, suam iniuriam aut qualemcunque culpam nongentis solidis componat, medietatem Regi, medietatem ei, cui iniuria illata fuerat.* Quò iustiùs idem in Principis nuntio sanciendum? Nam & Oroetes Sardium Præfectus mortis supplicio punitus fuit, cùm Darij Persarum Regis missum ad se nuntium, redeuntem curasset in itinere trucidandum. Id quod auctor est Herodotus lib. 3. Principum Legatos prætereo, quos iure Gentium sanctos ac inuiolabiles pulsare, capitale est. Vnde Q. Mutius eum, qui vel hostium Legatum pulsasset, illis dedendum solitus est respondere l. vlt. π. De legation. Ad hunc modum, Romani L. Minutium, & L. Manilium, Carthaginensium legatis per fœciales dediderunt, quòd ipsis manus intulissent. M. Æmilio Lepido, & I. Flaminio COSS. Ex Valerij lib. 6. cap. 6. In hoc genus coniiciuntur Legati ab vrbe Apollonia Romam missi, quibus à Senatu traditi sunt Q. Fabius, & Cn. Apronius Ædiles, quòd eos, orta contentione, percussissent. Ob eámque causam, Quæstor cum legatis ire iussus est Brundusium, ne quam in via iniuriam à cognatis deditorum acciperent. Vt refert Valerius, lib. 2. cap. 4. Atquin Francorum Regum Legati etiam sessionis honore & ordine antecedunt reliquarum Gentium ac Principum Oratores. Barbatiæ Consil. 1. lib. 1. Bologninus in Opuscul. De singular. in Gall. repert. Meritò igitur Franciscus 1. expostulauit cum Cæsare, de Legatis suis præter Ius Nationum omnium cæsis, Fregosio Ligure, & Rinconio Hispano: quos Gallicæ Legationis principes, dum Venetias proficiscerentur, Cæsariani interceptos crudeliter enecarunt, an. 1541.

De Saluo conductu Regio.

De Nuntiis Sedis Apostolicæ à Cæsare impiè spoliatis, Romanus in Consil. 365.

Cæsar Fregosius Ligur, & Anton. Rinconius Hispanus, Galliæ Regis Legati.

GENERALITER

22 Generaliter porrò hoc inter nos definitum sit, viarum publicarum curam securitatémque, ad Principem pertinere: vt subditi tutò commeare possint. Vlpian. l. 1. §. summa. De his qui deiecer. Fuit istud quondam Ædilium officium, & qui posteriùs curatores viarum dicti sunt: Vt Paulus annotauit in l. Ad curatoris Reipubl. Et l. Qui vias publicas muniunt. D. De damn. infect. Vlpian. l. 2. §. Sed & si curatores operum. D. Ad Municip. De his fusè Lampridius in Alexand. Seuero. Ac florente quidem Repub. Censorum ea functio erat, vt vias sternendas in vrbe, silice, glarea extra vrbem substruendas marginandásque locarent: Teste Liuio, lib. 1. Decade 5. Cuiusmodi suis * Ἀστυνόμοις Græci munus decreuêre, vt per Vrbem publicorum itinerum curam gererent, vtì complanarentur, & quæ in vrbem tendunt, ne perfoderentur, aut aggeribus congestis obruerentur; néve quid in militari via exædificaretur. Sicuti à Platone scriptum est, lib. De Legib. 6. At posterioribus seculis, constituto vnius Imperio, Principes eam ad se reuocarunt viarum curam publicarum: vt transeuntibus, à quibus iure Regio vectigal exigunt ipsi, securè liceret commeare, cap. 1. Quæ sint Regal. In Feudis. Paris Putean. In Syndico (vers. Robaria.) Et Neapolit. Constitut. 26. lib. 1. Quod ego sic acceptum velim, vt si de immutando viæ statu, transferenda ea, aut ponendis limitibus agatur, prærogatiua sit Regij iudicis cognitio atque sententia: Quùm viæ publicæ Regalibus & Principum iuri adscribantur. Vt pronuntiatum fuit *in Parlamento quindena Candelosa, anno Domini* 1090. Ex Curiæ lib. Olim, fol. 89. verso. Sin autem de reficiendo itinere certetur, muniendo, reparando, sternendo, aperiendo, id cuilibet locorum ordinario competit, iure Magistratus: nec tam propria auctoritate, quàm à Rege mandata propter publicam vtilitatem cognitione. De quo Nos accuratè lib. 1. De Legib. Andegav. cap. 43. Et lib. 2. De sacra Politia Forens. Tit. 2. artic. 12. & sequen. In hunc sensum ciere possumus veterem nostrorum Regum Constitutionem, apud Aufrerium, Parte 3. Styli, Tit. *De Balliuis*, artic. 65. Ne externorum interim Principum ea in re studium commemorem diutiùs, aut Tarquinij Prisci, in opus Cloacæ omnium in Vrbe maximum, aut Octauij Cæs. qui itinerum publicorum functionem sedulò commisit Agrippæ genero, aut Trajani denique, in curationem ac purgationem cloacæ Amastrianæ ciuitatis. De quibus Plinius Veronensis, Histor. lib. 36. cap. 15. Tranquill. in Augusto, & Plinius Cæcilius, lib. 10. Epist.

* *Politiens, ou Eschevins de Ville.*

Edicti Blesensis Artic. 356. ita cautum est, *Tous grands chemins seront reduits à leur ancienne largeur, nonobstãt toutes vsurpations, par quelque laps de temps qu'elles puissent auoir esté faictes. Et à ceste fin seront plantez, & bordez d'arbres, &c.* an. 1579.

Tit. VIII.

De Regia Fori Præventione, et exemptis Iurisdictione Procerum.

1 *Principi, Pontificique, inferiores Iurisdictiones præueniendi, ius esse.*
In Gallia, non vbique Præuentioni Regiæ locum esse.
In interdicto Vtì possidetis, & Vnde vi, præuenire licere.
Pendente iurisdictionis controuersia, Regij iudicis interim cognitionem esse.
2 *De Præuentionibus Apostolicis* Beneficialium *collationum.*
3 4 *Exemptioni per appellationem hodie locum non esse, nisi scripta Consuetudine expressum sit.*
5 *Ecclesias Cathedrales, & Regiæ fundationis, à Baronum iurisdictione exemptas esse, si modò hæ Rescriptum tutelare proferant.*
6 *Catalogus Ecclesiarum Regiæ tutelæ ac iurisdictionis.*
7 *Cathedrales Ecclesias, Regiæ tantùm, nec inferiorum Iurisdictioni subesse.*
Principes Germanici, Ecclesiarum Cathedralium patroni.
Philippi Longi lex, generali Panagij concessione, in Ecclesias Episcopales iurisdictionem non contineri.
Eduardi Pij Angliæ Regis Lex, Ecclesiæ causas omnes Regio in foro decidi iubentis.

A Casibus purè Regiis, ad communes, in quibus regiæ Præuentioni locus est, Transitio.

DICTVM EST suprà de Regiis iuribus *priuatiuè*, nunc de aliis *cumulatiuè*.i. Principi competentibus cum Magnate inferiori: In quibus datur occupationi Regiæ locus, quàm Fori Præuentionem vocant Praxiarcæ. 1

HAVD obscurum est, scriptis Legibus Principem, ac Pontificem summum inferiores anteuertere in iure dicundo. Proceres enim iurisdictione vtuntur in subditos, haud excluso quidem superiori, sed cum eo cumulata Potestate. DD. ad l. vlt. Cod. De iurisdict. omn. iud. Abbas & Felyn. in cap. Pastoralis. De offic. ordin. Angel. in 1. §. Si quis in appellatione. ff. De appell. Innocent. ad cap. Cùm ab Ecclesiarum De offic. ordin. At Regia Præuentio cessat in Gallicis Municipiis, quæ Moribus gubernantur, nisi eorum patrio Ritu sancita sit nuncupatim: Vtpote in Andibus, Cenomanis, ac consimilibus paucis. Alibi enim, cùm iurisdictiones Francicæ, in eadem, qua patrimonia, conditione habeantur, nil confert præcox festinatáque Regij Præuenientis diligentia, in dispendium Iudicis inferioris: Nisi de interdicto Vti possidetis (quod Normanis ius Quiritationis dicitur) aut de Vi, quorum cognitio cedit occupanti. Senatu Præuentionem, in Interdicto recuperandæ possessionis, comprobante, Idibus Februar. anno 1516. pro Iuridico Montium Aruernorum. Vt apparet in lib. Styli Parlam. Arestorum Parte 7. De retinendæ autem possessionis iudicio, & licita eius occupatione per Regium Iudicem, præstò sunt S. Consulta pleraque in minores Dynastas, antiquitùs facta in Parlam. sacræ Purificationis, anno 1254. 1257. In Parlam. festæ Pentecostes, 1264. & in Parlam. Martinalium, anno 1270. Ex priscis Curiæ Commentariis. Item pendente Iurisdictionis quæstione inter priuatos Magnates, eorúmve subditos, partes sunt interim Regij Magistratus, de summo negotio cognoscere pro iure maioris Imperij. Imò etsi in constituendis iudicibus disputetur, quonam lis transferenda sit, ad Regiúmne, an ad minorem Iuridicum, tunc Regij interea notio est de re principali, ab suprema sua auctoritate. Vt iudicatum à Curia refert Ioh. Gallus, Quæst. 373. Cui affine est Senatus Decretum aliud 14. Kal. April. anno 1557. secundùm Toparcham Columneriarum, in Bria, qui Regio iuri innitebatur: aduersus Ioh. Bonneuallem, & litis consortes. In reliquis, sigillatim Præuentionum regulæ definiuntur sua cuiuslibet Prouinciæ consuetudine:

En complainčte, & redintegrande, le Iuge royal cognoist par preuention, sans faire renuoy.

Arestum, die 13. Febr. anno 1516.

Pendente litigio cõpetentiæ Fori, Rex cognoscere debet manu suprema, *par main souueraine.*

Arestum prouisionale Præuentionis Die 19. Mart anno 1557. pro domino *de Colommiers en Brie*, qui antiqua regiæ huius Ditionis cõmutatione cũ Vice-

consuetudine: Vt Bohico visum fuit & Panormit. ad Cap. Pastoralis. De offic. ordin. Ac in Veromanduis quidem, & Campanis oris, Rex sibi hoc ius asserit præuertendi inferioris Iuridici, in cunctis propè causarum generibus. Sed tale negotium assolet Curia reiicere ad pleniorem deliberationem. Iamdudùm enim Senatus, consilio permisit eam de iure Præuentionis controuersiam, quæ in Nouiomensem Episcopum Comitémque, mota fuerat à procuratore Fisci, vindiciaria obiter possessione Episcopo adiudicata, Decemb. mens. an. 1538. Ac propterea, me pro Antonio Neuuilla Præuentionem regiam oppugnante, in Nouiodunensem Suppræfectum regium, Senatus censuit maturiùs deliberandum, pridie Nonas Decembr. anno 1571. Causa hac * μονομερῶς acta, meque solum audito, Phœbi illius instar, de quo in l. Iulius Phœbus. D. Ad S. C. Trebell. Cumprimis autem ea in Actione forensi, iuuabat Edicto Philippi 4. mens. Mart. anno 1302. (artic. 15.) enixè vetantis, ne sui Magistratus vlla de re cognoscant inter Procerum subditos, præterquàm Regiis in casibus, & superiorum prouocationum, quæ *Ressortus* nomine Gallis significantur.

Comitatu Narbonæ Regi tradito, intendit se habere iura regia qualia antè Rex habebat.

Arestum prouisionale pro Episcopo *de Neyon, contre la preuention pretendue par le Roy, en Vermandois.*

* Ex vna parte.

Appoincté au Cõseil, du 4. Decemb. 1571. contre le Lieutenãt de Noyon, en matiere de preuention.

2 Porrò regiæ Præuentionis vim effectumque discussimus copiosè Lib. 1. De Legib. Andium, cap. 65. & 66. Nam de Pontificiis conferendi sacerdotij Præuentionibus sileo isthîc, tanquam nostro Instituto minimè consentaneis. Sed de earum iure Lectorem relego ad Cap. Dudum. & Cap. si à sede. De præbend. Apud Bonifacium 8. Tum ad §. neque etiam collationes per præuentionem. De Collat. In Pragmat. Sanct. Et §. Declarantes. De mandat. Apostol. In Concord. Talium præuentionum rationem haberi vetat in possessorio iudicio Francica lex Aureliæ lata. (anno 1560. artic. 22.) De quibus tamen in pendenti quæstio est, à Patr. Conscript. missa in consilium (Academia Parisiensi præuentionibus reluctante) In publica Fori disceptatione 3. Calend. Maias, anno 1568. Montholonio, Scholæ Lutetianæ: Choarto, priuati Scholastici prouocantis ex abusu: Versorio, contrà, beneficiarij Romanæ Sedis: Dauide, Pontificij Internuntij causam orantibus.

Præuentiones Apostolicas, quibus Papa Ordinarios præuenit in dãdis sacris beneficiis, tractauimus Lib. 1. de Sacra Polit. Forens.

Appoincté au Conseil en Parlement, du 29. April. an. 1568.

3 Regiis casibus proximè accensentur lites Prouincialium, exemptorum ordinaria loci Iurisdictione. Multiplex enim fertur talium exemptionum genus. Quod ad primum spectat, id Quiritium Leges non recepère, cauentium, apud eum, à quo appellatur, aliam causam agere compellendum: Queîs Pontificij Canones adhærent Alexandri 3. Cap. præterea Cap. ad hæc Cap. proposuit De appellat. Ast in Gallia quondam secùs, vbi prouocatione certantes, in cæteris cognitionibus eximebantur potestati imperioque Iudicis non regij: donec lis appellatione suspensa, finem accepisset superioris Iuridici sententia. Editur hac de re exemplum veteri Aresto Parisien. secundùm Flandros populares, contra ipsorum Comitem, anno 1290. Rursus aliquantò pòst similiter pronuntiatum fuit à Curia Francica, postridie Nonas Maias, anno 1315. verbis ita nuncupatis. *Cùm Consules & Vniuersitas locorum de Lauduno & de S. Bartholomeo appellassent ab Audientia & Curijs Seneschali Agennensis & Vasconiæ pro Duce Aquitaniæ, ad Curiam Regis, Mandatum fuit Seneschalo Petragoricensi, quatenùs ipsos appellantes teneat exemptos in omnibus suis causis à Iudicibus ipsius Ducis, audiátque & determinet causas ipsorum.* Ex autographo Codice Rogerij Barmæ, Lutetiani quondam Præsidis, veterum Arestorum collectaneo. Perscripta est itidem in vetustis Curiæ Actis, controuersia Regij cognitoris aduersus Lingonum Antistitem Ducémque. Regius, antiquum ius Francorum esse, regio Magistratui, præterquàm in causa appellationis, eximi neminem. Quòd si ab alijs Iudicibus prouocatum sit, in cæteris etiam causis vacationem eiusce Fori constitutam. Contrà, Lingonensis, possessionem allegare Iurisdictionis in suos liberæ ac promiscuæ, niti priuato suorum Tribunalium vsu, quo populares, suos Iudices, pendente vel extrema prouocatione, in reliquis agnouissent. Tandem exceptione possessionis summotus est Antistes, nec audiendus in proposita vtendi consuetudine declaratur. Senatorio Decreto 15. Calend. April. an. 1395.

Des exempts par appel, ou autrement, de la Iustice des Seigneurs.

Vlpiani l. vn. D. Apud eum, à quo appellatur, &c.

Die 8. Maij, 1315.

Aduersariæ rationes, *d entre M. le Procureur General du Roy & l'Euesque de Langres, touchant l'exemption par appel.*

Placitum Curiæ, die 18 Mart. an 1395.

4 At enim legi forensis exemptionis derogatum est admodùm, variante seculorum periodo. Dux Britonum Codicillos obtinuit à Principe, vt subditi appellantes, sua demùm iurisdictione soluti immunesque haberentur bino casu, in

Ancienne exemption de la Iustice du Duc, en defendant, & en cas de deny de iustice.

re defendenda, & ob ius denegatum: an. 1302. Nec multò antea ad Ducem reiecta est litis disceptatio inter Armoricos suos: Decreto in profestis Pentecostes, an. 1276. quod in calce Styli *Parlamentaris* describitur, Parte 7. Hisque vestigiis consequenti Diplomate professus est Rex, se de priuatis Britonum controuersiis minimè cogniturum, nisi per causam vel negati iuris, vel prouocationis ab iniqua sententia, aut eximij casus Augustæ supremæque Dignitatis. Februar. Mense, anno 1296. Vt est in Curiæ Regesto OLIM, fol. 8. vers. Item moribus temporum illorum comparatum fuit, ne prouocantes à Rege Angliæ, eximerantur eius iuridicæ Sedi, præterquàm defendendo: Vtì in lib. OLIM lectitatur. Illo quippè æuo, Angli Francicas Ditiones tenuêre, nostrorum Regum beneficiarias. Denique Forensium Immunitatum vsus est valde imminutus regionatim: Municipali qualibet Lege literis consignata, ex præscripto Caroli 7. Regis. Planè Andium Mores, Cenomanorum, & Pictonum, retinuêre temporariam illam Fori vacationem, quæ ex eo Foro semel appellanti quæratur, donec appellatoria lis terminetur. In aliis autem Galliæ Prouinciis, quarum Ritu patrio nil statuitur de forensi hac immunitate, sectamur Ius Ciuile Romanorum. Trita enim Regula est, casũm *Statutis* omissum relinqui communibus Romanorum legibus l. Commodissimè. π. De liber. & posthum. Vnde in Iuridicis Andium Conuentibus decretum fuit à Senatoria Decuria, Principem, apud Angolismos non vti eo iure exemptionis, in Magnatum dispendium, qui mero imperio, sublimivè prædití sint Iurisdictione: Quippè quùm de tali exemptione nil caueretur Angolismensi Consuetudine. Iudicato XI. Calend. Nouemb. an. 1539. Huic affine posterius, secundùm Baronem Aubeterreum, in eodem Angolismorum Municipio: Me tùm aduersæ partis causidico, Sextili mense, an. 1562. cùm primùm adolescens in lucem Fori prodiissem. Iis rursùm in Regionibus, quæ Iure scripto reguntur, nusquam antehac huiusmodi immunitates Fori vsurpatæ, præterquàm in Patritiorum territorio Gallicorum. Vt Stylographus *Parlamenti* edocuit. De iis quoque nonnulla scripsimus, in Tractatu De LEGIBVS ANDIVM, cap. 67. 68. 69.

Don faict au Duc de Bretagne, l'an 1296. Que le Roy n'orra ses subiects en cause d'appel, par simple adiournement: sinõ à defaut de faire droict, ou de faux & mauuais iugement, ou d'autre cas appartenant à la Souueraineté du Roy.

Casus omissus Statuto, remanet in dispositione Iuris cõmunis.

Arestum Senatorum Curiæ sedentium in Magnis diebus Andegauens. die 22. Octob. an. 1539.

Baro *d'Aubeterre, en Angoumois.*

In Patria Iuris scripti, Exemptiones fori inusitatæ, præterquàm in Terris Parium Franciæ. Vt habetur in Stylo Parlam. lib. 1.

MEMINISSE oportebit, aliud exemptionum Fori genus esse, Templorum sacerdotibus indultum, seu Cathedralium, seu Regiæ fundationis: ne coram Procerum iudicibus conueniantur, quorum ipsi iuridicis Sedibus eximuntur. Argumenti causa, ex Iano Rege sumatur exemplum. Is Philippi fratris Aureliano Ducatui adiecit Valesiorum Comitatum, fiduciario Regiæ stirpis more possidendos. Sed euestigio idem vetuit Diplomate, ad fiduciarij Reguli tribunalia vocari Collegia Canonicorum Suessionensium, ac Cœnobitas Ædis Marci, aut Crispini, apud Suessionas. Quibus speciatim iudicem dedit, Præpositum exemptionibus Petri-Fontis, apud Compendium oppidum: vtì de rebus Templorum istorum ius diceret, in Valesio Territorio sitis, Petri-Fontis nempe, & Ouchij Castri 7. Calend. Septembr. an. 1354. Iuxta hæc, Carolus 5. Rex sigillatim lege soluit Panagij Ducis Bituricensis, Ducalisque eiusdem iurisdictionis plana complura Biturigum & Aruernorum, tutelamque ipsorum Regiis Magistratibus commendauit 4. Nonas Septembr. an. 1378. Nec aliter Ludouicus 11. vetuit, Boiorum Ducem fiduciarium, eiusque Magistratus notionem sibi sumere de feudalibus Beneficiis, aut Sub beneficiis Templorum Episcopalium, aliorúmvè, quæ Regem patronum ritè cierent. Codicillis 16. Calend. Februar. anno 1479. qui Senatoriis Actis intexuntur. Quandiu pariter Matiscone, & Burgundio Ducatu potiti sunt regij liberi, fiduciario Principis munere, tandiu delegata fuit certo Iudici profanarum litium cognitio Episcopi Sodalitiique Ecclesiastici maioris, sacrarumque Ædium, quæ à Regibus conditæ fuissent. Eum Iuridicum prisca ætas vocabat, *Le Bailly Royal de S. Gengoux, Iuge des cas Royaux, & des causes de l'Euesque & Capitre, & des Eglises de fundation Royal.* Vt Matisconensium Antiquitatum Libro continetur. Eius sanctam Gengulfi Ecclesiam à ciuibus opprimi, tulit ægerrimè D. Bernardus, querula ad Lotharium Imp. Epistola 139. Ex quibus obiter notandum, haud ideò sacram Basilicam regio patrocinio adscriptam videri, quòd à Principe structa fundataque, sit dotibúsvè aucta, nisi tutelare patrocinij Diploma proferatur. Vt LVTETIANI PATRES

Extat adhuc in Episcopali Aureliorum oppidulo *de Pithiuiers*, præter secularem Episcopi Iudicem, regius Aurelianen. Præfecti Vicarius, qui de Regiis casibus, Mandatisque d. Præfecti cognoscit.

Le Preuost des Exemptions de Pierrefons à Compiegne, pour les terres d'Eglises sises au terroir de Pierrefons, ou Onchie le Chastel.

Die 26. August. an. 1354.

Die 2. Septembr. an. 1378.

In Registris Parlam. Literæ regiæ, 17. Ianuar. 1479. in Borbonium Ducem, de feudis & retrofeudis Ecclesiar. cathedralium, & fundationis regiæ.

Mascon, & Bourgongne.

De regij huius Fori origine *de S. Gégoux* Nos Lib. 1. Legum Andeg. cap. 42. at 14 Petri San Iuliani Liber Gallicus, *des Antiquitez de Mascon.*

La Lettre de Garde Gardienne.

TRES iudicio censuerunt, in Forensi causarum decertatione. Pridie Idus Octob. anno 1533. Tametsi de eo quondam varij in varias distracti sint sententias: Ioh. Galli testimonio, in Quæst. 35. Ac veluti Templorum iura regiæ notioni reseruata sunt antiquitùs, numerataque inter Regios Casus, quos suprà recensui: Ita Edicto Molinensi cuncta abrogantur mandatæ iurisdictionis Diplomata, nisi particulatim huic atque illic Ecclesiæ irrogata olim Priuilegia scripto adprobentur, artic. 56. Ad extremum, Princeps Blesensi Constitutione aboleuit Ecclesiarum tutelaria Rescripta, quasi iam, cessante Regulorum Panagio, minimè necessaria: sed iis ordinarios adsignauit Iudices Regiæ Præturæ Municipij cuiusque, artic. 152. Dominica verò inferiorum Procerum Iurisdictione soluuntur etiamdùm Collegia Ecclesiastica pleraque. Quali immunes potestate Iuridica pronuntiauit Senatus cœnobitas B. Florentis. Decreto anno 1300. aduersus Boronem Sulyacam, quæ iuridicum imperium sibi arrogarat profanis de rebus Monastici Primatus D. Gundulphi: in eo quidem siti Baronatu, sed maiori illi Cœnobio obnoxij, quod & primitùs excitatum à Principe, & tutelari ipsius præsidio subnixum foret.

Arestum Curiæ, die 14. Octob. an. 1533.

Edictum Molinense, ann. 1566. de iure Fori recuperatorij, des Iuges deleguez par Lettres de Garde gardienne.

Iudices ordinarij de chasque Bailliage, ou Seneschaucee.

Abbatia S. Florentis propè Salmurum Andegauiæ oppidū: A qua Prioratus de S. Gondon dependet, situs intra Baroniam de Suilly, en la Soulongne. De eodem Nos Sactæ Polit. lib. 2. tit. vlt. art. 26.

6 EXSCRIPTVS est vtique in Parisiensi Tabulario Præfecturæ Libellorum supplicum, Catalogus sacrarum Ædium, quæ Regiam in fidem receptæ, quarumque tutela disertè Regio Magistratui commissa est, cum iure forensium Codicillorum ab iis impetrato.

Prins du Greffe des Requestes de l'Hostel.

Carnutum scilicet primario Templo iudex datus, Parlamentum, aut non sedente eo, Libellarij Senatores Palatini xi. Cal. Decemb. an. 1380.

Parlamentum, aut Consiliarij Requestarum Palatij Parisien. Iudices delegati, die 21. Nouemb. an. 1380.

Turonensi, eadem Curia Parisien. an. 1372. & Maio Mense, an. 1454.

Cœnobio Dionysiano, ad Lutetiam, Senatus idem, mense Sextili, an. 1480.

Sacello regio Viuariensi, in Bria, Senatores illi, qui Palatinis libellis ius dicunt, anno 1360.

La S. Chappelle de Viuier, en Brie.

Vicenarum Sacello, iidem: Karolo 5. Rege, Templi conditore.

La S. Chappelle du bois de Vincennes.

Collegio Canonicorum Almæ Virginis, Podiensis, apud Andes: iidem, anno 1482.

L'Eglise nostre Dame du Puy, en Anjou.

Collegio D. Maximi, Chinonensis (vel Caynonensis, vt loquitur Gregor. Turon.) iidem: an. 1495. Quo de B. Maximo, honorificè Gregorius ipsemet, cap. 22. De gloria Confessorum.

L'Eglise Collegiale de S. Mesme de Chinon.

De Caynone, Turonum oppido, Gregor. Turon. Hist. lib. 5. cap. 17.

Cœnobio Clarouallensi, iidem. Quod Cisterciensis ordinis Monasterium est, cuius de votiuo in Pontifices obedientiæ sacramento Honorius 3. rescripsit, Cap. Ne Dei timorem. De Symon.

Caroliloci Cœnobio, Syluanectensi, iidem, an. 1378. Cuius ad Monastici templi Antistitem Gregorius 9. Epistola Decretali, Ex parte. De Rescript.

L'Abbaye de Chaslis, vers Senlis.

Vindocinensi Monasterio, iidem. Mense Febr. an. 1483.

Abbatia de Vendosme.

Cœnobio Ædis Nicolai, ad vrbem Andegauam, iidem: mense Quintili, anno 1498. Quo de Cœnobio mentionem intulit Gregorius 9. in Concilio Lugdunensi, cap. Præsentium. De Testib. In 6.

D. Iuliani Turonen. Conuentui Monastico, iidem: Octob. mens. an. 1514. De eo Pontifex Innocentius 3. cap. inter dilectos. De excess. Prælat.

Carthusiensibus Burgofontanis, iidem: an. 1494.

Chartreux de Bourgfontaine.

Iotrensi Monacharum Cœnobio, iidem: an. 1528. De his sacris Virginibus extat Honorij 3. Rescriptum hoc, Dilecta in Christo filia Abbatissa Iotrensis. De excess. Prælat.

Les Religieuses de Iouerre.

Monialibus Fontis Ebrardi, iidem: an. 1423.

Les Religieuses de Fronteuault.

Longicampi Sanctimonialibus, iidem: An. 1425.

Les Religieuses de Longchamp.

Societati Canonicorum B. Hilarij Pictauensis, Regius Pictonum Iuridicus: mense Quintili, anno 1425. Quo in Collegio sacrum collegam esse Regem Franciæ, refert Panormit. ad Cap. Extirpendæ §. quia verò. De præbend.

Cathalaunensi Ecclesiæ Max. Cathalaunensis Proprætor Regius, 3. Calend. Maias, an. 1408.

Chalons. Die 29. April. an. 1408.

Nouiodunensi Veromanduorum Sodalitio Ecclesiastico, Nouiodunensis Suppræfectus April. Mense, an. 1556.

Noyon.

re defendenda, & ob ius denegatum: an. 1302. Nec multò antea ad Ducem reiecta est litis disceptatio inrer Armoricos suos: Decreto in profestis Pentecostes, an. 1276. quod in calce Styli *Parlamentaris* describitur, Parte 7. Hisque vestigiis consequenti Diplomate professus est Rex, se de priuatis Britonum controuersiis minimè cogniturum, nisi per causam vel negati iuris, vel prouocationis ab iniqua sententia, aut eximij casus Augustæ supremæque Dignitatis. Februar. Mense, anno 1296. Vt est in Curiæ Regesto OLIM, fol. 8. vers. Irem moribus remporum illorum comparatum fuit, ne prouocantes à Rege Angliæ, eximerantur eius iuridicæ Sedi, prærerquàm defendendo: Vtì in lib. OLIM lectitatur. Illo quippè æuo, Angli Francicas Ditiones tenuêre, nostrorum Regum beneficiarias. Denique Forensium Immunitatum vsus est valde imminutus regionatim: Municipali qualibet Lege literis consignata, ex præscripto Caroli 7. Regis. Planè Andium Mores, Cenomanorum, & Pictonum, retinuêre temporariam illam Fori vacationem, quæ ex eo Foro semel appellanti quæratur, donec appellatoria lis terminetur. In aliis autem Galliæ Prouinciis, quarum Ritu patrio nil statuitur de forensi hac immunitate, sectamur Ius Ciuile Romanorum. Trita enim Regula est, casum *Statutis* omissum relinqui communibus Romanorum legibus l. Commodissimè. ff. De liber. & posthum. Vnde in Iuridicis Andium Conuentibus decretum fuit à Senatoria Decuria, Principem, apud Angolismos non vti eo iure exemptionis, in Magnatum dispendium, qui mero imperio, sublimivè præditi sint Iurisdictione: Quippè quùm de tali exemptione nil caueretur Angolismensi Consuetudine. Iudicato XI. Calend. Nouemb. an. 1539. Huic affine posterius, secundùm Baronem Aubeterreum, in eodem Angolismorum Municipio: Me tùm aduersæ partis causidico, Sextili mense, an. 1562. cùm primùm adolescens in lucem Fori prodiissem. Iis rursùm in Regionibus, quæ Iure scripto reguntur, nusquam antehac huiusmodi immunitates Fori vsurpatæ, præterquàm in Patritiorum territorio Gallicorum. Vt Stylographus *Parlamenti* edocuit. De iis quoque nonnulla scripsimus, in Tractatu DE LEGIBVS ANDIVM, cap. 67. 68. 69.

Don faict au Duc de Bretagne, l'an 1296. Que le Roy n'orra ses subiects en cause d'appel, par simple adiournement, sinõ à defaut de faire droict, ou de faux & mauuais iugement, ou d'autre cas appartenant à la Souueraineté du Roy.

Casus omissus Statuto, remanet in dispositione Iuris cõmunis.

Arestum Senatorum Curiæ sedentium in Magnis diebus Andegauens. die 22. Octob. an. 1539.

Baro *d'Aubeterre, en Angoumois.*

In Patria Iuris scripti, Exemptiones fori inusitatæ, præterquàm in Terris Parium Franciæ. Vt habetur in Stylo Parlam lib. 1.

MEMINISSE oportebit, aliud exemptionum Fori genus esse, Templorum sacerdotibus indultum, seu Cathedralium, seu Regiæ fundationis: ne coram Procerum iudicibus conueniantur, quorum ipsi iuridicis Sedibus eximuntur. Argumenti causa, ex Iano Rege sumatur exemplum. Is Philippi fratris Aureliano Ducatui adiecit Valesiorum Comitatum, fiduciario Regiæ stirpis more possidendos. Sed euestigio idem vetuit Diplomate, ad fiduciarij Reguli tribunalia vocari Collegia Canonicorum Suessionensium, ac Cœnobitas Ædis Marci, aut Crispini, apud Suessionas. Quibus speciatim iudicem dedit, Præpositum exemptionibus Petri-Fontis, apud Compendium oppidum: vtì de rebus Templorum istorum ius diceret, in Valesio Territorio sitis, Petri-Fontis nempe, & Ouchij Castri 7. Calend. Septembr. an. 1354. Iuxta hæc, Carolus 5. Rex sigillatim lege soluit Panagij Ducis Bituricensis, Ducalisque eiusdem iurisdictionis plana complura Biturigum & Aruernorum, tutelamque ipsorum Regiis Magistratibus commendauit 4. Nonas Septembr. an. 1378. Nec aliter Ludouicus 11. vetuit, Boiorum Ducem fiduciarium, eiusque Magistratus notionem sibi sumere de feudalibus Beneficiis, aut Sub beneficiis Templorum Episcopalium, aliorúmvè, quæ Regem patronum ritè cierent. Codicillis 16. Calend. Februar. anno 1479. qui Senatoriis Actis intexuntur. Quandiu pariter Matiscone, & Burgundio Ducatu potiti sunt regij liberi, fiduciario Principis munere, tandiu delegata fuit certo Iudici profanarum litium cognitio Episcopi Sodalitiique Ecclesiastici maioris, sacrarumque Ædium, quæ à Regibus conditæ fuissent. Eum Iuridicum prisca ætas vocabat, *Le Bailly Royal de S. Gengoux, Iuge des cas Royaux, & des causes de l'Euesque & Capitre, & des Eglises de fundation Royal.* Vt Matisconensium Antiquitatum Libro continetur. Eius sanctam Gengulfi Ecclesiam à ciuibus opprimi, tulit ægerrimè D. Bernardus, querula ad Lotharium Imp. Epistola 139. Ex quibus obiter notandum, haud ideò sacram Basilicam regio patrocinio adscriptam videri, quòd à Principe structa fundataque, sit dotibúsvè aucta, nisi tutelare patrocinij Diploma proferatur. Vt LVTETIANI PATRES

Extat adhuc in Episcopali Aureliorum oppidulo *de Pithiuers*, prærer sæcularem Episcopi Iudicem, regius Aurelianen. Præfecti Vicarius, qui de Regiis casibus, Mandatisque d. Præfecti cognoscit.

Le Preuost des Exemptions de Pierrefons à Compiegne, pour les terres d'Eglises sises au terroir de Pierrefons, ou Ouchie le Chastel.

Die 26. August. an. 1354.

Die 2. Septembr. an. 1378.

In Registris Parlam. Literæ regiæ, 17. Ianuar. 1479. in Borbonium Ducem, de feudis & retrofeudis Ecclesiar. cathedralium, & fundationis regiæ.

Mascon, & Bourgongne.

De regij huius Fori origine *de S. Gégoux* Nos Lib. 1. Legum Andeg. cap. 42. ar 14 Petri San Iuliani Liber Gallicus, *des Antiquitez de Mascon.*

La Lettre de Garde Gardienne.

TRES iudicio censuerunt, in Forensi causarum decertatione. Pridie Idus Octob. anno 1533. Tametsi de eo quondam varij in varias distracti sint sententias: Ioh. Galli testimonio, in Quæst. 35. Ac veluti Templorum iura regiæ notioni reseruata sunt antiquitùs, numerataque inter Regios Casus, quos suprà recensui: Ita Edicto Molinensi cuncta abrogantur mandatæ iurisdictionis Diplomata, nisi particulatim huic atque illic Ecclesiæ irrogata olim Priuilegia scripto adprobentur, artic. 56. Ad extremum, Princeps Blesensi Constitutione aboleuit Ecclesiarum tutelaria Rescripta, quasi iam, cessante Regulorum Panagio, minimè necessaria: sed iis ordinarios adsignauit Iudices Regiæ Præturæ Municipij cuiusque, artic. 152. Dominica verò inferiorum Procerum Iurisdictione soluuntur etiamdùm Collegia Ecclesiastica pleraque. Quasi immunes potestate Iuridica pronuntiauit Senatus cœnobitas B. Florentis. Decreto anno 1300. aduersus Boronem Sulyacam, quæ iuridicum imperium sibi arrogarat profanis de rebus Monastici Primatus D. Gundulphi: in eo quidem siti Baronatu, sed maiori illi Cœnobio obnoxij, quod & primitùs excitatum à Principe, & tutelari ipsius præsidio subnixum foret.

Arestum Curiæ, die 14. Octob. an. 1533.

Edictum Molinense, ann. 1566. de iure Fori recuperatorij, *des Iuges deleguez par Lettres de Garde gardienne.*

Iudices ordinarij *de chasque Bailliage, ou Seneschaucee.*

Abbatia S. Florentis propè Salmurium Andegauiæ oppidū: A qua Prioratus *de S. Gondon* dependet, situs intra Baroniam *de Sully, en la Soulongne.* De eodem Nos Sacræ Polit. lib. 2. tit. vlt. art. 26.

6 EXSCRIPTUS est vtique in Parisiensi Tabulario Præfecturæ Libellorum supplicum, Catalogus sacrarum Ædium, quæ Regiam in fidem receptæ, quarumque tutela disertè Regio Magistratui commissa est, cum iure forensium Codicillorum ab iis impetrato.

Prins du Greffe des Requestes de l'Hostel.

Carnutum scilicet primario Templo iudex datus, Parlamentum, aut non sedente eo, Libellarij Senatores Palatini xi. Cal. Decemb. an. 1380.

Turonensi, eadem Curia Parisien. an. 1372. & Maio Mense, an. 1454.

Cœnobio Dionysiano, ad Lutetiam, Senatus idem, mense Sextili, an. 1480.

Sacello regio Viuariensi, in Bria, Senatores illi, qui Palatinis libellis ius dicunt, anno 1360.

Vicenarum Sacello, iidem: Karolo 5. Rege, Templi conditore.

Collegio Canonicorum Almæ Virginis, Podiensis, apud Andes: iidem, anno 1482.

Collegio D. Maximi, Chinonensis (vel Caynonensis, vt loquitur Gregor. Turon.) iidem: an. 1495. Quo de B. Maximo, honorificè Gregorius ipsemet, cap. 22. De gloria Confessorum.

Cœnobio Clarouallensi, iidem. Quod Cisterciensis ordinis Monasterium est, cuius de votiuo in Pontifices obedientiæ sacramento Honorius 3. rescripsit, Cap. Ne Dei timorem. De Symon.

Caroliloci Cœnobio, Syluanectensi, iidem, an. 1378. Cuius ad Monastici templi Antistitem Gregorius 9. Epistola Decretali, Ex parte. De Rescript.

Vindocinensi Monasterio, iidem. Mense Febr. an. 1483.

Cœnobio Ædis Nicolai, ad vrbem Andegauam, iidem: mense Quintili, anno 1498. Quo de Cœnobio mentionem intulit Gregorius 9. in Concilio Lugdunensi, cap. Præsentium. De Testib. In 6.

D. Iuliani Turonen. Conuentui Monastico, iidem: Octob. mens. an. 1514. De eo Pontifex Innocentius 3. cap. inter dilectos. De excess. Prælat.

Carthusiensibus Burgofontanis, iidem: an. 1494.

Iotrensi Monacharum Cœnobio, iidem: an. 1528. De his sacris Virginibus extat Honorij 3. Rescriptum hoc, Dilecta in Christo filia Abbatissa Iotrensis. De excess. Prælat.

Monialibus Fontis Ebrardi, iidem: an. 1423.

Longicampi Sanctimonialibus, iidem: An. 1425.

Societati Canonicorum B. Hilarij Pictauensis, Regius Pictonum Iuridicus: mense Quintili, anno 1425. Quo in Collegio sacrum collegam esse Regem Franciæ, refert Panormit. ad Cap. Extirpendæ §. quia verò. De præbend.

Cathalaunensi Ecclesiæ Max. Cathalaunensis Proprætor Regius, 3. Calend. Maias, an. 1408.

Nouiodunensi Veromanduorum Sodalitio Ecclesiastico, Nouiodunensis Suppræfectus April. Mense, an. 1556.

Parlamentum, aut Consiliarij Requestarum Palatij Parisien. Iudices delegati, die 21. Nouemb. an. 1380.

La S. Chappelle de Viuier, en Brie.

La S. Chappelle du bois de Vincennes.

L'Eglise nostre Dame du Puy, en Anjou.

L'Eglise Collegiale de S. Mesme de Chinon. De Caynone, Turonum oppido, Gregor. Turon. Hist. lib. 5. cap. 17.

L'Abbaye de Chaslis, vers Senlis.

Abbatia *de Vendosme.*

Chartreux de Bourgfontaine.

Les Religieuses de Iouerre.

Les Religieuses de Fronteuault.

Les Religieuses de Longchamp.

Chalons. Die 29. April. an. 1408.

Noyon.

re defendenda, & ob ius denegatum: an. 1302. Nec multò antea ad Ducem reiecta est litis disceptatio inter Armoricos suos: Decreto in profestis Pentecostes, an. 1276. quod in calce Styli *Parlamentaris* describitur, Parte 7. Hisque vestigiis consequenti Diplomate professus est Rex, se de priuatis Britonum controuersiis minimè cogniturum, nisi per causam vel negati iuris, vel prouocationis ab iniqua sententia, aut eximij casus Augustæ supremæque Dignitatis. Februar. Mense, anno 1296. Vt est in Curiæ Regesto OLIM, fol. 8. vers. Item moribus temporum illorum comparatum fuit, ne prouocantes à Rege Angliæ, eximerantur eius iuridicæ Sedi, præterquàm defendendo: Vtì in lib. OLIM lectitatur. Illo quippè æuo, Angli Francicas Ditiones tenuêre, nostrorum Regum beneficiarias. Denique Forensium Immunitatum vsus est valde imminutus regionatim: Municipali qualibet Lege literis consignata, ex præscripto Caroli 7. Regis. Planè Andium Mores, Cenomanorum, & Pictonum, retinuêre temporariam illam Fori vacationem, quæ ex eo Foro semel appellanti quæratur, donec appellatoria lis terminetur. In aliis autem Galliæ Prouinciis, quarum Ritu patrio nil statuitur de forensi hac immunitate, sectamur Ius Ciuile Romanorum. Trita enim Regula est, casum *Statutis* omissum relinqui communibus Romanorum legibus l. Commodissimè. ff. De liber. & posthum. Vnde in Iuridicis Andium Conuentibus decretum fuit à Senatoria Decuria, Principem, apud Angolismos non vti eo iure exemptionis, in Magnatum dispendium, qui mero imperio, sublimivè præditi sint Iurisdictione: Quippè quùm de tali exemptione nil caueretur Angolismensi Consuetudine. Iudicato xi. Calend. Nouemb. an. 1539. Huic affine posterius, secundùm Baronem Aubeterreum, in eodem Angolismorum Municipio: Me tùm aduersæ partis causidico, Sextili mense, an. 1562. cùm primùm adolescens in lucem Fori prodiissem. Iis rursùm in Regionibus, quæ Iure scripto reguntur, nusquam antehac huiusmodi immunitates Fori vsurpatæ, præterquàm in Patritiorum territorio Gallicorum. Vt Stylographus *Parlamenti* edocuit. De iis quoque nonnulla scripsimus, in Tractatu DE LEGIBUS ANDIUM, cap. 67. 68. 69.

Don faict au Duc de Bretagne, l'an 1296. Que le Roy n'orra ses subiects en cause d'appel, par simple adiournement: sinō à defaut de faire droict, ou de faux & mauuais iugement, ou d'autre cas appartenant à la Souueraineté du Roy.

Casus omissus Statuto, remanet in dispositione Iuris cōmunis.

Arestum Senatorum Curiæ sedentium in Magnis diebus Andegauens. die 22. Octob. an. 1539.

Baro *d'Aubeterre, en Angoumois.*

In Patria Iuris scripti, Exemptiones fori insolitatæ, præterquàm in Terris Parium Franciæ. Vt habetur in Stylo Parlam lib. 1.

MEMINISSE oportebit, aliud exemptionum Fori genus esse, Templorum sacerdotibus indultum, seu Cathedralium, seu Regiæ fundationis: ne coram Procerum iudicibus conueniantur, quorum ipsi iuridicis Sedibus eximuntur. Argumenti causa, ex Iano Rege sumatur exemplum. Is Philippi fratris Aureliano Ducatui adiecit Valesiorum Comitatum, fiduciario Regiæ stirpis more possidendos. Sed euestigio idem vetuit Diplomate, ad fiduciarij Reguli tribunalia vocari Collegia Canonicorum Suessionensium, ac Cœnobitas Ædis Marci, aut Crispini, apud Suessionas. Quibus speciatim iudicem dedit, Præpositum exemptionibus Petri-Fontis, apud Compendium oppidum: vtì de rebus Templorum istorum ius diceret, in Valesio Territorio sitis, Petri-Fontis nempe, & Ouchij Castri 7. Calend. Septembr. an. 1354. Iuxta hæc, Carolus 5. Rex sigillatim lege soluit Panagij Ducis Bituricensis, Ducalisque eiusdem iurisdictionis phana complura Biturigum & Aruernorum, tutelamque ipsorum Regiis Magistratibus commendauit 4. Nonas Septembr. an. 1378. Nec aliter Ludouicus 11. vetuit, Boiorum Ducem fiduciarium, eiusque Magistratus notionem sibi sumere de feudalibus Beneficiis, aut Sub beneficiis Templorum Episcopalium, aliorúmvè, quæ Regem patronum ritè cierent. Codicillis 16. Calend. Februar. anno 1479. qui Senatoriis Actis intexuntur. Quandiu pariter Matiscone, & Burgundio Ducatu potiti sunt regij liberi, fiduciario Principis munere, tandiu delegata fuit certo Iudici profanarum litium cognitio Episcopi Sodalitiique Ecclesiastici maioris, sacrarumque Ædium, quæ à Regibus conditæ fuissent. Eum Iuridicum prisca ætas vocabat, *Le Bailly Royal de S. Gengoux, Iuge des cas Royaux, & des causes de l'Euesque & Capitre, & des Eglises de fundation Royal.* Vt Matisconensium Antiquitatum Libro continetur. Eius sanctam Gengulfi Ecclesiam à ciuibus opprimi, tulit ægerrimè D. Bernardus, querula ad Lotharium Imp. Epistola 139. Ex quibus obiter notandum, haud ideò sacram Basilicam regio patrocinio adscriptam videri, quòd à Principe structa fundataque, sit dotibúsvè aucta, nisi tutelare patrocinij Diploma proferatur. Vt LVTETIANI PATRES

Extat adhuc in Episcopali Aureliorum oppidulo *de Pithiuers*, præter secularem Episcopi Iudicem, regius Aurelianen. Præfecti Vicarius, qui de Regiis casibus, Mandatisque d. Præfecti cognoscit.

Le Preuost des Exemptions de Pierrefons à Compiegne, pour les terres d'Eglises sises au terroir de Pierrefons, ou Ouchie le Chastel.

Die 26. August. an. 1354.

Die 2. Septembr. an. 1378.

In Registris Parlam. Literæ regiæ, 17. Ianuar. 1479. in Borbonium Ducem, de feudis & retrofeudis Ecclesiar. cathedralium, & fundationis regiæ.

Mascon, & Bourgongne.

De regij huius Fori origine *de S. Gēgoux* Nos Lib. 1. Legum Andeg. cap. 42. ar. 14 Petri San Iuliani Liber Gallicus, *des Antiquitez de Mascon.*

La Lettre de Garde Gardienne.

TRES iudicio censuerunt, in Forensi causarum decertatione. Pridie Idus Octob. anno 1533. Tametsi de eo quondam varij in varias distracti sint sententias: Ioh. Galli testimonio, in Quæst. 35. Ac veluti Templorum iura regiæ notioni reseruata sunt antiquitùs, numerataque inter Regios Casus, quos suprà recensui: Ita Edicto Molinensi cuncta abrogantur mandatæ iurisdictionis Diplomata, nisi particulatim huic atque illic Ecclesiæ irrogata olim Priuilegia scripto adprobentur, artic. 56. Ad extremum, Princeps Blesensi Constitutione aboleuit Ecclesiarum tutelaria Rescripta, quasi iam, cessante Regulorum Panagio, minimè necessaria: sed iis ordinarios adsignauit Iudices Regiæ Præturæ Municipij cuiusque, artic. 152. Dominica verò inferiorum Procerum Iurisdictione soluuntur etiamdùm Collegia Ecclesiastica pleraque. Quasi immunes potestate Iuridica pronuntiauit Senatus cœnobitas B. Florentis. Decreto anno 1300. aduersus Boronem Sulyacam, quæ iuridicum imperium sibi arrogarat profanis de rebus Monastici Primatus D. Gundulphi: in eo quidem siti Baronatu, sed maiori illi Cœnobio obnoxij, quod & primitùs excitatum à Principe, & tutelari ipsius præsidio subnixum foret.

Arestum Curiæ, die 14. Octob. an. 1533.

Edictum Molinense, ann. 1566. de iure Fori recuperatorij, des Iuges deleguez par Lettres de Garde gardienne.

Iudices ordinarij de chasque Bailliage, ou Seneschaucee.

Abbatia S. Florentis propè Salmurum Andegauiæ oppidū: A qua Prioratus de S. Gondon dependet, situs intra Baroniam de Suilly, en la Soulongne. De eodem Nos Sacræ Polit. lib. 2. tit. vlt. art. 26.

6 EXSCRIPTUS est vtique in Parisiensi Tabulario Præfecturæ Libellorum supplicum, Catalogus sacrarum Ædium, quæ Regiam in fidem receptæ, quarumque tutela disertè Regio Magistratui commissa est, cum iure forensium Codicillorum ab iis impetrato.

Prins du Greffe des Requestes de l'Hostel.

Carnutum scilicet primario Templo iudex datus, Parlamentum, aut non sedente eo, Libellarij Senatores Palatini xi. Cal. Decemb. an. 1380.

Turonensi, eadem Curia Parisien. an. 1372. & Maio Mense, an. 1454.

Cœnobio Dionysiano, ad Lutetiam, Senatus idem, mense Sextili, an. 1480.

Sacello regio Viuariensi, in Bria, Senatores illi, qui Palatinis libellis ius dicunt, anno 1360.

Vicenarum Sacello, iidem: Karolo 5. Rege, Templi conditore.

Collegio Canonicorum Almæ Virginis, Podiensis, apud Andes: iidem, anno 1482.

Collegio D. Maximi, Chinonensis (vel Caynonensis, vt loquitur Gregor. Turon.) iidem: an. 1495. Quo de B. Maximo, honorificè Gregorius ipsemet, cap. 22. De gloria Confessorum.

Cœnobio Clarouallensi, iidem. Quod Cisterciensis ordinis Monasterium est, cuius de votiuo in Pontifices obedientiæ sacramento Honorius 3. rescripsit, Cap. Ne Dei timorem. De Symon.

Caroliloci Cœnobio, Syluanectensi, iidem, an. 1378. Cuius ad Monastici templi Antistitem Gregorius 9. Epistola Decretali, Ex parte. De Rescript.

Vindocinensi Monasterio, iidem. Mense Febr. an. 1483.

Cœnobio Ædis Nicolai, ad vrbem Andegauam, iidem: mense Quintili, anno 1498. Quo de Cœnobio mentionem intulit Gregorius 9. in Concilio Lugdunensi, cap. Præsentium. De Testib. In 6.

D. Iuliani Turonen. Conuentui Monastico, iidem: Octob. mens. an. 1514. De eo Pontifex Innocentius 3. cap. inter dilectos. De excess. Prælat.

Carthusiensibus Burgofontanis, iidem: an. 1494.

Iotrensi Monacharum Cœnobio, iidem: an. 1528. De his sacris Virginibus extat Honorij 3. Rescriptum hoc, Dilecta in Christo filia Abbatissa Iotrensis. De excess. Prælat.

Monialibus Fontis Ebrardi, iidem: an. 1423.

Longicampi Sanctimonialibus, iidem: An. 1425.

Societati Canonicorum B. Hilarij Pictauensis, Regius Pictonum Iuridicus: mense Quintili, anno 1425. Quo in Collegio sacrum collegam esse Regem Franciæ, refert Panormit. ad Cap. Extirpandæ §. quia verò. De præbend.

Cathalaunensi Ecclesiæ Max. Cathalaunensis Proprætor Regius, 3. Calend. Maias, an. 1408.

Nouiodunensi Veromanduorum Sodalitio Ecclesiastico, Nouiodunensis Suppræfectus April. Mense, an. 1556.

Parlamentum, aut Consiliarij Requestarum Palatij Parisien. Iudices delegati, die 21. Nouemb. an. 1380.

La S. Chappelle de Viuier, en Brie.

La S. Chappelle du bois de Vincennes.

L'Eglise nostre Dame du Puy, en Anjou.

L'Eglise Collegiale de S. Mesme de Chinon. De Caynone, Turonum oppido, Gregor. Turon. Hist. lib. 5. cap. 17.

L'Abbaye de Chaslis, vers Senlis.

Abbatia de Vendosme.

Chartreux de Bourgfontaine.

Les Religieuses de Iouerre.

Les Religieuses de Frontenault.

Les Religieuses de Longchamp.

Chalons. Die 29. April. an. 1408.

Noyon.

re defendenda, & ob ius denegatum: an. 1302. Nec multò antea ad Ducem reiecta est litis disceptatio inter Armoricos suos: Decreto in profestis Pentecostes, an. 1276. quod in calce Styli *Parlamentaris* describitur, Parte 7. Hisque vestigiis consequenti Diplomate professus est Rex, se de priuatis Britonum controuersiis minimè cogniturum, nisi per causam vel negati iuris, vel prouocationis ab iniqua sententia, aut eximij casus Augustæ supremæque Dignitatis. Februar. Mense, anno 1296. Vt est in Curiæ Regesto OLIM, fol. 8. vers. Item moribus temporum illorum comparatum fuit, ne prouocantes à Rege Angliæ, eximerantur eius iuridicæ Sedi, præterquàm defendendo: Vtì in lib. OLIM lectitatur. Illo quippè æuo, Angli Francicas Ditiones tenuêre, nostrorum Regum beneficiarias. Denique Forensium Immunitatum vsus est valde imminutus regionatim: Municipali qualibet Lege literis consignata, ex præscripto Caroli 7. Regis. Planè Andium Mores, Cenomanorum, & Pictonum, retinuêre temporariam illam Fori vacationem, quæ ex eo Foro semel appellanti quæratur, donec appellatoria lis terminetur. In aliis autem Galliæ Prouinciis, quarum Ritu patrio nil statuitur de forensi hac immunitate, sectamur Ius Ciuile Romanorum. Trita enim Regula est, casum *Statutis* omissum relinqui communibus Romanorum legibus l. Commodissimè. ff. De liber. & posthum. Vnde in Iuridicis Andium Conuentibus decretum fuit à Senatoria Decuria, Principem, apud Angolismos non vti eo iure exemptionis, in Magnatum dispendium, qui mero imperio, sublimivè præditi sint Iurisdictione: Quippè quùm de tali exemptione nil caueretur Angolismensi Consuetudine. Iudicato XI. Calend. Nouemb. an. 1539. Huic affine posterius, secundùm Baronem Aubeterreum, in eodem Angolismorum Municipio: Me tùm aduersæ partis causidico, Sextili mense, an. 1562. cùm primùm adolescens in lucem Fori prodiissem. Iis rursùm in Regionibus, quæ Iure scripto reguntur, nusquam antehac huiusmodi immunitates Fori vsurpatæ, præterquàm in Patritiorum territorio Gallicorum. Vt Stylographus *Parlamenti* edocuit. De iis quoque nonnulla scripsimus, in Tractatu DE LEGIBUS ANDIUM, cap. 67. 68. 69.

Don faict au Duc de Bretagne, l'an 1296. Que le Roy n'orra ses subiects en cause d'appel, par simple adiournement: sinō à defaut de faire droict, ou de faux & mauuais iugement, ou d'autre cas appartenant à la Souueraineté du Roy.

Casus omissus Statuto, remanet in dispositione Iuris cōmunis.

Arestum Senatorum Curiæ sedentium in Magnis diebus Andegauens. die 22. Octob. an. 1539.

Baro d'Aubeterre, en Angoumois.

In Patria Iuris scripti, Exemptiones fori inusitatæ, præterquàm in Terris Parium Franciæ. Vt habetur in Stylo Parlam. lib. 1.

MEMINISSE oportebit, aliud exemptionum Fori genus esse, Templorum sacerdotibus indultum, seu Cathedralium, seu Regiæ fundationis: ne coram Procerum iudicibus conueniantur, quorum ipsi iuridicis Sedibus eximuntur. Argumenti causa, ex Iano Rege sumatur exemplum. Is Philippi fratris Aureliano Ducatui adiecit Valesiorum Comitatum, fiduciario Regiæ stirpis more possidendos. Sed euestigio idem vetuit Diplomate, ad fiduciarij Reguli tribunalia vocari Collegia Canonicorum Suessionensium, ac Cœnobitas Ædis Marci, aut Crispini, apud Suessionas. Quibus speciatim iudicem dedit, Præpositum exemptionibus Petri-Fontis, apud Compendium oppidum: vtì de rebus Templorum istorum ius diceret, in Valesio Territorio sitis, Petri-Fontis nempe, & Ouchij Castri 7. Calend. Septembr. an. 1354. Iuxta hæc, Carolus 5. Rex sigillatim lege soluit Panagij Ducis Bituricensis, Ducalisque eiusdem iurisdictionis phana complura Biturigum & Aruernorum, tutelamque ipsorum Regiis Magistratibus commendauit 4. Nonas Septembr. an. 1378. Nec aliter Ludouicus 11. vetuit, Boiorum Ducem fiduciarium, eiusque Magistratus notionem sibi sumere de feudalibus Beneficiis, aut Sub beneficiis Templorum Episcopalium, aliorúmvè, quæ Regem patronum ritè cierent. Codicillis 16. Calend. Februar. anno 1479. qui Senatoriis Actis intexuntur. Quandiu pariter Matiscone, & Burgundio Ducatu potiti sunt regij liberi, fiduciario Principis munere, tandiu delegata fuit certo Iudici profanarum litium cognitio Episcopi Sodalitiique Ecclesiastici maioris, sacrarumque Ædium, quæ à Regibus conditæ fuissent. Eum Iuridicum prisca ætas vocabat, *Le Bailly Royal de S. Gengoux, Iuge des cas Royaux, & des causes de l'Euesque & Capitre, & des Eglises de fundation Royal.* Vt Matisconensium Antiquitatum Libro continetur. Eius sanctam Gengulfi Ecclesiam à ciuibus opprimi, tulit ægerrimè D. Bernardus, querula ad Lotharium Imp. Epistola 139. Ex quibus obiter notandum, haud ideò sacram Basilicam regio patrocinio adscriptam videri, quòd à Principe structa fundataque, sit dotibúsvè aucta, nisi tutelare patrocinij Diploma proferatur. Vt LVTETIANI PATRES

Extat adhuc in Episcopali Aureliotum oppidulo *de Pithiuiers*, præter secularem Episcopi Iudicem, regius Aurelianen. Præfecti Vicarius, qui de Regiis casibus, Mandatisque d. Præfecti cognoscit.

Le Preuost des Exemptions de Pierrefons à Compiegne, pour les terres d'Eglises sises au terroir de Pierrefons, ou Ouchie le Chastel.

Die 26. Augusti an. 1354.

Die 2. Septembr. an. 1378.

In Registris Parlam. Literæ regiæ, 17. Ianuar. 1479. in Borbonium Ducem, de feudis & retrofeudis Ecclesiar. cathedralium, & fundationis regiæ.

Mascon, & Bourgongne.

De regij huius Fori origine *de S. Gégoux* Nos Lib. 1. Legum Andeg. cap. 42. ar. 14 Petri San Iuliani Liber Gallicus, *des Antiquitez de Mascon.*

La Lettre de Garde Gardienne.

TRES iudicio censuerunt, in Forensi causarum decertatione. Pridie Idus Octob. anno 1533. Tametsi de eo quondam varij in varias distracti sint sententias: Ioh. Galli testimonio, in Quæst. 35. Ac veluti Templorum iura regiæ notioni reseruata sunt antiquitùs, numerataque inter Regios Casus, quos suprà recensui: Ita Edicto Molinensi cuncta abrogantur mandatæ iurisdictionis Diplomata, nisi particulatim huic atque illic Ecclesiæ irrogata olim Priuilegia scripto adprobentur, artic. 56. Ad extremum, Princeps Blesensi Constitutione aboleuit Ecclesiarum tutelaria Rescripta, quasi iam, cessante Regulorum Panagio, minimè necessaria: sed iis ordinarios adsignauit Iudices Regiæ Præturæ Municipij cuiusque, artic. 152. Dominica verò inferiorum Procerum Iurisdictione soluuntur etiamdùm Collegia Ecclesiastica pleraque. Quasi immunes potestate Iuridica pronuntiauit Senatus cœnobitas B. Florentis. Decreto anno 1300. aduersus Boronem Sulyacam, quæ iuridicum imperium sibi arrogarat profanis de rebus Monastici Primatus D. Gundulphi: in eo quidem siti Baronatu, sed maiori illi Cœnobio obnoxij, quod & primitùs excitatum à Principe, & tutelari ipsius præsidio subnixum foret.

Arestum Curiæ, die 14. Octob. an. 1533.

Edictum Molinense, ann. 1566. de iure Fori recuperatorij, *des Iuges deleguez par Lettres de Garde gardienne.*

Iudices ordinarij *de chasque Bailliage, ou Seneschaucee.*

Abbatia S. Florentis propè Salmurum Andegauiæ oppidū: A qua Prioratus *de S. Gondon* dependet, situs intra Baroniam *de Suilly, en la Soulongne.* De eodem Nos Sacræ Polit. lib. 2. tit. vlt. art. 26.

6 EXSCRIPTVS est vtique in Parisiensi Tabulario Præfecturæ Libellorum supplicum, Catalogus sacrarum Ædium, quæ Regiam in fidem receptæ, quarumque tutela disertè Regio Magistratui commissa est, cum iure forensium Codicillorum ab iis impetrato.

Prins du Greffe des Requestes de l'Hostel.

Carnutum scilicet primario Templo iudex datus, Parlamentum, aut non sedente eo, Libellarij Senatores Palatini xi. Cal. Decemb. an. 1380.

Turonensi, eadem Curia Parisien. an. 1372. & Maio Mense, an. 1454.

Cœnobio Dionysiano, ad Lutetiam, Senatus idem, mense Sextili, an. 1480.

Sacello regio Viuariensi, in Bria, Senatores illi, qui Palatinis libellis ius dicunt, anno 1360.

Parlamentum, aut Consiliarij Requestarum Palatij Parisien. Iudices delegati, die 21. Nouemb. an. 1380.

La S. Chappelle de Viuier, en Brie.

Vicenarum Sacello, iidem: Karolo 5. Rege, Templi conditore.

La S. Chappelle du bois de Vincennes.

Collegio Canonicorum Almæ Virginis, Podiensis, apud Andes: iidem, anno 1482.

L'Eglise nostre Dame du Puy, en Anjou.

Collegio D. Maximi, Chinonensis (vel Caynonensis, vt loquitur Gregor. Turon.) iidem: an. 1495. Quo de B. Maximo, honorificè Gregorius ipsemet, cap. 22. De gloria Confessorum.

L'Eglise Collegiale de S. Mesme de Chinon.

De Caynone, Turonum oppido, Gregor. Turon. Hist. lib. 5. cap. 17.

Cœnobio Clarouallensi, iidem. Quod Cisterciensis ordinis Monasterium est, cuius de votiuo in Pontifices obedientiæ sacramento Honorius 3. rescripsit, Cap. Ne Dei timorem. De Symon.

Caroliloci Cœnobio, Syluanectensi, iidem, an. 1378. Cuius ad Monastici templi Antistitem Gregorius 9. Epistola Decretali, Ex parte. De Rescript.

L'Abbaye de Chaslis, vers Senlis.

Vindocinensi Monasterio, iidem. Mense Febr. an. 1483.

Abbatia *de Vendosme.*

Cœnobio Ædis Nicolai, ad vrbem Andegauam, iidem: mense Quintili, anno 1498. Quo de Cœnobio mentionem intulit Gregorius 9. in Concilio Lugdunensi, cap. Præsentium. De Testib. In 6.

D. Iuliani Turonen. Conuentui Monastico, iidem: Octob. mens. an. 1514. De eo Pontifex Innocentius 3. cap. inter dilectos. De excess. Prælat.

Carthusiensibus Burgofontanis, iidem: an. 1494.

Chartreux de Bourgfontaine.

Iotrensi Monacharum Cœnobio, iidem: an. 1528. De his sacris Virginibus extat Honorij 3. Rescriptum hoc, Dilecta in Christo filia Abbatissa Iotrensis. De excess. Prælat.

Les Religieuses de Iouerre.

Monialibus Fontis Ebrardi, iidem: an. 1423.

Les Religieuses de Fronteuault.

Longicampi Sanctimonialibus, iidem: An. 1425.

Les Religieuses de Longchamp.

Societati Canonicorum B. Hilarij Pictauensis, Regius Pictonum Iuridicus: mense Quintili, anno 1425. Quo in Collegio sacrum collegam esse Regem Franciæ, refert Panormit. ad Cap. Extirpendæ §. quia verò. De præbend.

Cathalaunensi Ecclesiæ Max. Cathalaunensis Proprætor Regius, 3. Calend. Maias, an. 1408.

Chalons. Die 29. April. an. 1408.

Nouiodunensi Veromanduorum Sodalitio Ecclesiastico, Nouiodunensis Suppræfectus April. Mense, an. 1556.

Noyon.

De societate, Pariagio *dicta, inita ab Ecclesiasticis cum Franc. Regibus, Ducibus, & Comitibus.*

8 *Niuernensis Ecclesia, vtrum à Ducis Niuernensis iurisdictione exempta sit.*

Flandriæ Comites, Templorum Cameracensium hæreditarij custodes & patroni.

9 *Exemptionum genus tertium, ad Episcopalem iurisdictionem pertinens.*

Exemptiones ab Episcopali Iurisdictione, Constantiensi Concilio prohibitæ.

Episcoporum appellationes ab exemptione Capitulorum Apostolica, tanquam ab abusu.

Lingonensis Episcopi, cum Capitulo, vetus transactio, Capitulum eximens ab Episcopi Iurisdictione.

Edicto Aurelianensi exemptiones abrogatæ.

Meldensis Capituli Statutum, *de assidua Canonicorum* residentia.

Laudunensium, Nouiomensium, Niuernensium, Cathalaunensium Capitulorum, ab imperio & potestate Episcoporum suorum exemptiones.

10 *Exemptionis genus, quo vasalli à Dominorum iurisdictione, malæ tractationis actione, eximuntur.*

Atrebas, Comitis iurisdictione, ob denegatum ius, liberatus.

Baro de Rayz, *Ducis Armorici iurisdictione & fide, Curiæ Decreto solutus.*

Clientum origo, à Romulo repetita.

Dominicæ potestatis modus lege statutus.

Dominum vasallo securitatis fidem dare cogendum videri.

11 Saluæ gardiæ *concessionem, Regij iuris esse.*

12 *Vetere Principali Rescripto, discreti inuicem Casus Regij, qui ad Principis Magistratum, & Ordinarij alij, qui ad Dominicos inferiores Iudices spectant.*

A Casibus purè Regiis, ad communes, in quibus regiæ Præuentioni locus est, Transitio.

1 DICTUM EST suprà de Regiis iuribus *priuatiuè*, nunc de aliis *cumulatiuè*. i. Principi competentibus cum Magnate inferiori: In quibus datur occupationi Regiæ locus, quàm Fori Præuentionem vocant Praxiarcæ.

HAVD obscurum est, scriptis Legibus Principem, ac Pontificem summum inferiores anteuertere in iure dicundo. Proceres enim iurisdictione vtuntur in subditos, haud excluso quidem superiori, sed cum eo cumulata Potestate. DD. ad l. vlt. Cod. De iurisdict. omn. iud. Abbas & Felyn. in cap. Pastoralis. De offic. ordin. Angel. in 1. §. Si quis in appellatione. ff. De appell. Innocent. ad cap. Cùm ab Ecclesiarum De offic. ordin. At Regia Præuentio cessat in Gallicis Municipiis, quæ Moribus gubernantur, nisi eorum patrio Ritu sancita sit nuncupatim: Vtpote in Andibus, Cenomanis, ac consimilibus paucis. Alibi enim, cùm iurisdictiones Francicæ, in eadem, qua patrimonia, conditione habeantur, nil confert præcox festinatáque Regij Præuenientis diligentia, in dispendium Iudicis inferioris: Nisi de interdicto Vti possidetis (quod Normanis ius Quiritationis dicitur) aut de Vi, quorum cognitio cedit occupanti. Senatu Præuentionem, in Interdicto recuperandæ possessionis, comprobante, Idibus Februar. anno 1516. pro Iuridico Montium Aruernorum. Vt apparet in lib. Styli Parlam. Arestorum Parte 7. De retinendæ autem possessionis iudicio, & licita eius occupatione per Regium Iudicem, præstò sunt S. Consulta pleraque in minores Dynastas, antiquitùs facta in Parlam. sacræ Purificationis, anno 1254. 1257. In Parlam. festæ Pentecostes, 1264. & in Parlam. Martinalium, anno 1270. Ex priscis Curiæ Commentariis. Item pendente Iurisdictionis quæstione inter priuatos Magnates, eorúmve subditos, partes sunt interim Regij Magistratus, de summo negotio cognoscere pro iure maioris Imperij. Imò etsi in constituendis iudicibus disputetur, quonam lis transferenda sit, ad Regiúmne, an ad minorem Iuridicum, tunc Regij interea notio est de re principali, ab suprema sua auctoritate. Vt iudicatum à Curia refert Ioh. Gallus, Quæst. 373. Cui affine est Senatus Decretum aliud 14. Kal. April. anno 1557. secundùm Toparcham Colummeriarum, in Bria, qui Regio iuri innitebatur: aduersus Ioh. Bonneuallem, & litis consortes. In reliquis, sigillatim Præuentionum regulæ definiuntur sua cuiuslibet Prouinciæ consuetudine:

En complainte, & redintegrande, le Iuge royal cognoist par preuention, sans faire renuoy.

Arestum, die 13. Febr. anno 1516.

Pendente litigio cõpetentiæ Fori, Rex cognoscere debet manu suprema, *par main souueraine.*

Arestum prouisionale Præuentionis Die 19. Mart. anno 1557. pro domino *de Colommiers en Brie*, qui antiqua regiæ huius Ditionis cõmutatione cũ Vice-

consuetudine: Vt Bohico visum fuit & Panormit. ad Cap. Pastoralis. De effic. ordin. Ac in Veromanduis quidem, & Campanis oris, Rex sibi hoc ius asserit præuertendi inferioris Iuridici, in cunctis propè causarum generibus. Sed tale negotium assolet Curia reiicere ad pleniorem deliberationem. Iamdudùm enim Senatus, consilio permisit eam de iure Præuentionis controuersiam, quæ in Nouiomensem Episcopum Comitémque, mota fuerat à procuratore Fisci, vindiciaria obiter possessione Episcopo adiudicata, Decemb. mens. an. 1538. Ac propterea, me pro Antonio Neuuilla Præuentionem regiam oppugnante, in Nouiodunensem Suppræfectum regium, Senatus censuit maturiùs deliberandum, pridie Nonas Decembr. anno 1571. Causa hac * μονομερῶς acta, meque solum audito, Phœbi illius instar, de quo in l. Iulius Phœbus. D. Ad S. C. Trebell. Cumprimis autem ea in Actione forensi, iuuabar Edicto Philippi 4. mens. Mart. anno 1302. (artic. 15.) enixè vetantis, ne sui Magistratus vlla de re cognoscant inter Procerum subditos, præterquàm Regiis in casibus, & superiorum prouocationum, quæ *Ressortus* nomine Gallis significantur.

Comitatu Narbonæ Regi tradito, intendit se habere iura regia qualia antè Rex habebat.

Arestum prouisionale pro Episcopo *de Neyon, contre la preuention pretendue par le Roy, en Vermandois.*

* Ex vna parte.

Appoincté au Cõseil, du 4. Decemb. 1571. contre le Lieutenãt de Noyon, en matiere de preuention.

2 Porrò regiæ Præuentionis vim effectumque discussimus copiosè Lib. 1. De Legib. Andium, cap. 65. & 66. Nam de Pontificiis conferendi sacerdotij Præuentionibus sileo isthîc, tanquam nostro Instituto minimè consentaneis. Sed de earum iure Lectorem relego ad Cap. Dudum. & Cap. si à sede. De præbend. Apud Bonifacium 8. Tum ad §. neque etiam collationes per præuentionem. De Collat. In Pragmat. Sanct. Et §. Declarantes. De mandat. Apostol. In Concord. Talium præuentionum rationem haberi vetat in possessorio iudicio Francica lex Aureliæ lata. (anno 1560. artic. 22.) De quibus tamen in pendenti quæstio est, à Patr. Conscript. missa in consilium (Academia Parisiensi præuentionibus reluctante) In publica Fori disceptatione 3. Calend. Maias, anno 1568. Montholonio, Scholæ Lutetianæ: Choarto, priuati Scholastici prouocantis ex abusu: Versorio, contrà, beneficiarij Romanæ Sedis: Dauide, Pontificij Internuntij causam orantibus.

Præuentiones Apostolicas, quibus Papa Ordinarios præuenit in dãdis sacris beneficiis, tractauimus Lib. 1. de Sacra Polit. Forens.

Appoincté au Conseil en Parlement, die 29. April. an. 1568.

3 Regiis casibus proximè accensentur lites Prouincialium, exemptorum ordinaria loci Iurisdictione. Multiplex enim fertur talium exemptionum genus. Quod ad primum spectat, id Quiritium Leges non recepêre, cauentium, apud eum, à quo appellatur, aliam causam agere compellendum: Queîs Pontificij Canones adhærent Alexandri 3. Cap. præterea Cap. ad hæc Cap. proposuit De appellat. Ast in Gallia quondam secùs, vbi prouocatione certantes, in cæteris cognitionibus eximebantur potestati imperioque Iudicis non regij: donec lis appellatione suspensa, finem accepisset superioris Iuridici sententia. Editur hac de re exemplum veteri Aresto Parisien. secundùm Flandros populares, contra ipsorum Comitem, anno 1290. Rursus aliquantò pòst similiter pronuntiatum fuit à Curia Francica, postridie Nonas Maias, anno 1315. verbis ita nuncupatis. *Cùm Consules & Vniuersitas locorum de Lauduno & de S. Bartholomeo appellassent ab Audientia & Curijs Seneschali Agennensis & Vasconiæ pro Duce Aquitaniæ, ad Curiam Regis, Mandatum fuit Seneschalo Petragoricensi, quatenùs ipsos appellantes teneat exemptos in omnibus suis causis à Iudicibus ipsius Ducis, audiátque & determinet causas ipsorum.* Ex autographo Codice Rogerij Barmæ, Lutetiani quondam Præsidis, veterum Arestorum collectaneo. Perscripta est itidem in vetustis Curiæ Actis, controuersia Regij cognitoris aduersus Lingonum Antistitem Ducémque. Regius, antiquum ius Francorum esse, regio Magistratui, præterquàm in causa appellationis, eximi neminem. Quòd si ab aliis Iudicibus prouocatum sit, in cæteris etiam causis vacationem eiusce Fori constitutam. Contrà, Lingonensis, possessionem allegare Iurisdictionis in suos liberæ ac promiscuæ, niti priuato suorum Tribunalium vsu, quo populares, suos Iudices, pendente vel extrema prouocatione, in reliquis agnouissent. Tandem exceptione possessionis summotus est Antistes, nec audiendus in proposita vtendi consuetudine declaratur. Senatorio Decreto 15. Calend. April. an. 1395.

Des exempts par appel, ou autrement, de la Iustice des Seigneurs.

Vlpiani l. vn. D. Apud eum, à quo appellatur, &c.

Die 8. Maij, 1315.

Aduersariæ rationes, *d'entre M. le Procureur General du Roy & l'Euesque de Langres, touchant l'exemption par appel.*

Placitum Curiæ, die 18 Mart. an 1395.

4 At enim legi forensis exemptionis derogatum est admodùm, variante seculorum periodo. Dux Britonum Codicillos obtinuit à Principe, vt subditi appellantes, sua demùm iurisdictione soluti immunesque haberentur bino casu, in

Ancienne exemption de la Iustice du Duc, en defendant, & en cas de deny de iustice.

TRES iudicio censuerunt, in Forensi causarum decertatione. Pridie Idus Octob. anno 1533. Tametsi de eo quondam varij in varias distracti sint sententias: Ioh. Galli testimonio, in Quæst. 35. Ac veluti Templorum iura regiæ notioni reseruata sunt antiquitùs, numerataque inter Regios Casus, quos suprà recensui: Ita Edicto Molinensi cuncta abrogantur mandatæ iurisdictionis Diplomata, nisi particulatim huic atque illic Ecclesiæ irrogata olim Priuilegia scripto adprobentur, artic. 56. Ad extremum, Princeps Blesensi Constitutione aboleuit Ecclesiarum tutelaria Rescripta, quasi iam, cessante Regulorum Panagio, minimè necessaria: sed iis ordinarios adsignauit Iudices Regiæ Præturæ Municipij cuiusque, artic. 152. Dominica verò inferiorum Procerum Iurisdictione soluuntur etiamdùm Collegia Ecclesiastica pleraque. Quasi immunes potestate Iuridica pronuntiauit Senatus cœnobitas B. Florentis. Decreto anno 1300. aduersus Boronem Sulyacam, quæ iuridicum imperium sibi arrogarat profanis de rebus Monastici Primatus D. Gundulphi: in eo quidem siti Baronatu, sed maiori illi Cœnobio obnoxij, quod & primitùs excitatum à Principe, & tutelari ipsius præsidio subnixum foret.

Arestum Curiæ, die 14. Octob. an. 1533.

Edictum Molinense, ann. 1566. de iure Fori recuperatorij, *des Iuges deleguez par Lettres de Garde gardienne.*

Iudices ordinarij *de chasque Bailliage, ou Seneschaucee.*

Abbatia S. Florentis propè Salmurum Andegauiæ oppidū: A qua Prioratus *de S. Gondon* dependet, situs intra Baroniam *de Sully, en la Soulongne.* De eodem Nos Sacræ Polit. lib. 2. tit. vlt. art. 26.

6 EXSCRIPTUS est vtique in Parisiensi Tabulario Præfecturæ Libellorum supplicum, Catalogus sacrarum Ædium, quæ Regiam in fidem receptæ, quarumque tutela disertè Regio Magistratui commissa est, cum iure forensium Codicillorum ab iis impetrato.

Prins du Greffe des Requestes de l'Hostel.

Carnutum scilicet primario Templo iudex datus, Parlamentum, aut non sedente eo, Libellarij Senatores Palatini xi. Cal. Decemb. an. 1380.

Parlamentum, aut Consiliarij Requestarum Palatij Parisien. Iudices delegati, die 21. Nouemb. an. 1380.

Turonensi, eadem Curia Parisien. an. 1372. & Maio Mense, an. 1454.

Cœnobio Dionysiano, ad Lutetiam, Senatus idem, mense Sextili, an. 1480.

Sacello regio Viuariensi, in Bria, Senatores illi, qui Palatinis libellis ius dicunt, anno 1360.

La S. Chappelle de Viuier, en Brie.

Vicenarum Sacello, iidem: Karolo 5. Rege, Templi conditore.

La S. Chappelle du bois de Vincennes.

Collegio Canonicorum Almæ Virginis, Podiensis, apud Andes: iidem, anno 1482.

L'Eglise nostre Dame du Puy, en Anjou.

Collegio D. Maximi, Chinonensis (vel Caynonensis, vt loquitur Gregor. Turon.) iidem: an. 1495. Quo de B. Maximo, honorificè Gregorius ipsemet, cap. 22. De gloria Confessorum.

L'Eglise Collegiale de S. Mesme de Chinon. De Caynone, Turonum oppido, Gregor. Turon. Hist. lib. 5. cap. 17.

Cœnobio Clarouallensi, iidem. Quod Cisterciensis ordinis Monasterium est, cuius de votiuo in Pontifices obedientiæ sacramento Honorius 3. rescripsit; Cap. Ne Dei timorem. De Symon.

Caroliloci Cœnobio, Syluanectensi, iidem, an. 1378. Cuius ad Monastici templi Antistitem Gregorius 9. Epistola Decretali, Ex parte. De Rescript.

L'Abbaye de Chaslis, vers Senlis.

Vindocinensi Monasterio, iidem. Mense Febr. an. 1483.

Abbatia *de Vendosme.*

Cœnobio Ædis Nicolai, ad vrbem Andegauam, iidem: mense Quintili, anno 1498. Quo de Cœnobio mentionem intulit Gregorius 9. in Concilio Lugdunensi, cap. Præsentium. De Testib. In 6.

D. Iuliani Turonen. Conuentui Monastico, iidem: Octob. mens. an. 1514. De eo Pontifex Innocentius 3. cap. inter dilectos. De excess. Prælat.

Carthusiensibus Burgofontanis, iidem: an. 1494.

Chartreux de Bourgfontaine.

Iotrensi Monacharum Cœnobio, iidem: an. 1528. De his sacris Virginibus extat Honorij 3. Rescriptum hoc, Dilecta in Christo filia Abbatissa Iotrensis. De excess. Prælat.

Les Religieuses de Iouerre.

Monialibus Fontis Ebrardi, iidem: an. 1423.

Les Religieuses de Fronteuault.

Longicampi Sanctimonialibus, iidem: An. 1425.

Les Religieuses de Longchamp.

Societati Canonicorum B. Hilarij Pictauensis, Regius Pictonum Iuridicus: mense Quintili, anno 1425. Quo in Collegio sacrum collegam esse Regem Franciæ, refert Panormit. ad Cap. Extirpendæ §. quia verò. De præbend.

Cathalaunensi Ecclesiæ Max. Cathalaunensis Proprætor Regius, 3. Calend. Maias, an. 1408.

Chalons. Die 29. April. an. 1408.

Nouiodunensi Veromanduorum Sodalitio Ecclesiastico, Nouiodunensis Supprætectus April. Mense, an. 1556.

Noyon.

Ecclesia Collegiata S.Saluatoris, *à Blois*.

Collegio Fani SOTERIS nostri (seu Seruatoris) apud Blesos: Blesensis Magistratus, an. 1559.

Die 29. Mart. an. 1517.

Templis Valesij Ducatus à Regibus extructis, Regius Prætor Valesiorum, 4. Calend. Apriles, an. 1517.

Monasterio D. Victoris, Lutetianus Præfectus Vrbi: Mens. Octobr. an. 1520. Cuius ad Monasterij primatem, seu *Priorem*, Innocentius 3. P. P. in cap. Significauerunt. De Testib.

Pleraque sunt alia Delubra Diuûm, paribus munita Priuilegiis, quorum Catalogũ, quem habeo, non est necesse proferre, præsertim sine Die ac Consule.

QVOD autem prædiximus, Cathedrales Ecclesias quasque eximi dominicæ Procerum Iurisdictioni, id summa nititur æquitatis ratione. Princeps enim omnimodò patronus est huiusmodi Ecclesiarum. Bald. ad cap. Quanto. De Iudic. Vbi multa in hanc rem effatus de Rege Galliæ, idem iuris tribuit Ducibus Germanicis. Speculator itidem in §. Restat. Tit. De Præbend. Can. lectis 63. Distinct. Faber in §. adhuc. (In ver. gardiatoribus.) Instit. De mandato. Cap. Dilectus 3. De præbend. Qua Honorij 3. Epistola Decretali, graphicè depictus ostenditur Regius patronatus Ædis summæ Andegauensis. Proin Philip. Longus lege sanxit, generali Panagij concessione, etsi de Ecclesiis nihil cautum sit nominatim, Matrices seu Episcopales non contineri, nec alias Regiæ fundationis sacras Basilicas. Quin & Romani Cæsares, cunctas res Ecclesiasticas suam in tutelam fidemque recepêre, tanquam suas ac proprias. Iustinianus cumprimìs. l. Sancimus. Cod. De sacrosanct. Eccles. Id quod faciliùs adhuc credat is, qui perpenderit Eduardum Pium Angliæ Regem, latis Legibus, quas Vilhelmus Nothus comprobauit, piè edixisse, in hunc modum: CAVSÆ ECCLESIÆ, ANTE OMNES ALIAS, IN REGIS IVSTITIA DECIDVNTVR, VT VBIQVE DEVS PRÆ CÆTERIS HONORETVR. Leg. Saxon. Lambardi. Eámque ob causam, Britanni Reges, quùm ditionem priuatis manciparent, iis nunquam transcribere ius aliquod putabantur in sacras Ecclesias. Anglica Constitutione, quæ lib. Prærogatiuarum Regis Angliæ, cap. 15. exprimitur, hac verborum dialecto. *Quando Dominus Rex dat vel concedit alicui manerium vel terram cum pertinentijs, nisi faciat in charta sua, vel scripto expressam mentionem de feodis mill', aduocationibus Ecclesiarum, & dotibus cùm accedunt ad prædictum manerium vel terram & pertinen. Tunc his diebus Rex reseruat sibi eadem feoda, aduocationes, cum dotibus: licet inter alias personas non fuerint obseruata.* Idipsum quoque ad Ecclesias porrigitur, quæ Regibus olim, pacto consortio, bona sua communicarint, Iurisdictionem imprimis: vt eorum præsidio ac patrocinio fundos suos Ecclesiasticos tegere ac tueri possent. Nam huiusmodi Ecclesiæ, earumque res, nullo vel Panagij titulo, possunt à Rege emancipari, ac priuatis attribui. Quemadmodùm à Curia iudicatum est 6. Calend. April. anno 1405. secundùm Præfectos Monasticorum Conuentuum Charitatis oppidi, & Portæ S. Leonis, qui in id lege agebant contractæ bonorum cum Rege societatis. Qualem societatem (*Pariagium* vulgò dictum) pepigit Episcopus Aniciensis Vellauniorum Ecclesiæ cum Phil. Pulchro Francorum Rege. Vt priscis Curiæ Commentariis perhibetur, in lib. *Accordorum & Ordinationum Pictauis, fol. 113.* Karolus 7. Societatem hanc, seu *Apparationem* innouauit solenni Rescripto ad Senatum Tholosanum, vtì seruandæ ipsi diligenter prospiceret, an. 1455. Voluitur itidem in Regestis Curiæ Parisien. *Litera de Pariagio Abbatis & Conuentus Sarlacensis, facta à Domino Rege.* Eo modo Philippus 4. Rex in bonorum communionem vocatus fuit à Mimatensi Gabalitanorum Antistite, in Gallia Narbonensi: anno 1304. Propter eandem rationem, fortunarum suarum socium Regem olim declararunt Cœnobitæ Fani Seueri, in agro Burdigalensi. Et Collegium Canonicorum D. Fraimbaudi, apud Syluanectum, consortem rerum suarum instituit Franciæ Regem: Vtì patet ex artic. 18. Syluanecten. Consuetud. Nimirùm, vt summi Principes sese, Ministrorum DEI Aduocatos ipsa re profiterentur, tutores, patronos, protectores. Nec Reges soli in id bonorum consortium patrociniúmque acciti sunt à sacris Ecclesiis, verùm & magni nominis Duces, ac Comites. Nam Archimandrita Ædis Benigni, Diuionensis, eique subditus Monasticus Primas *d'Vlmoy*, socium adiunxêre

Margin notes: 7 — Lex Philip. Longi Regis. — Archayonomia Anglica. — Iudicium Curiæ die 27. Mart. anno 1405. *pour le Prieur de la Charité sur Loire.* — *L'Eglise du Puy en Velay.* — Episcopus *de Mande*, associauit Regem quoad Feuda, in Barones, & alios vasallos Episcopi. — *L'Abbaye de S. Seuer, en la Seneschaucee des Lanes, en Bordelois.* — *L'Eglise Collegiale & Chappelle Royale de S. Frambouft, à Senlis.* — Senlitensis Consuetudo. — Abbatia S. Benigni, *à Dyon.*

iunxêre quondam Ditioni suæ Iuridicæ *d'Helmaulru* Theobaldum BriæCampaniæqueRegulum, qui Cantabriæ simul Rex salutabatur. Literis consignatis Maio Mens. anno 1261. Cœnobiarcha item *de Luxeu* Campanum Comitem adsciuit in Monasticarum facultatum communionem, titulo *Pariagij* suprarelato, anno 1263. Canonici, ad hæc, Rhemensis Ædis sacrarum maximæ, in commune contulerunt, Dynastiam suam *du Val de Roignon* cum Othone Campanorum Comite, vt vim in ipsos, iniuriam molestiasque filij Odalrici Trecassium Comitis propulsaret, An. 1124. Nota est similiter Fuxensis Comitis, & Appamiensis Episcopi consociatio vetus, Decemb. Mense, an. 1297. Probata Bullatis tabulis Bonifacij 8. Pontificis Max. 13. Kalend. Mart. Pontific. an. 5. Vnde Comes & Episcopus socij dicti, paresque Domini Appamiarum, quasi *Appariati*. Nec desunt aliæ huiusmodi in Aquitania, & Campania Belgica Societates seu *Appariationes* Principum cum Ecclesiasticis Præfectis. Quarum nos raptim quoque meminimus lib. 3. De Sacra Polit. Forens. Et Andegaven. Legvm Volum. 2. Vtut sit, Regis vnius solido patrocinio vendicatur maius quodque Templum Episcopalis ciuitatis: quemadmodùm à Nobis suprà demonstratum est.

Hæc Dynastia & Iurisdictio *d Helmauru au Bailliage de Victry, & proche dud. Victry.*

Bulla Pontificia, die 17. Febtuar. *de l'association de l'Euesque de Palmiers, & du Comte de Foix.*

Tit. 3 art 9. Sac. Polit. Foren. Et lib. 2. Andeg. Leg. Tit. 4. De mutuis patronor. in clientes offic. art.

8 Venit nihilominùs in Forum hæc controuersi iuris quæstio, à Montholonio & Brissone, causidicis disceptata. Nouioduni ad Ligerim sacrum Collegium ideò se asserebat Regiæ soli obnoxium Iurisdictioni, quòd Cathedrale esset, princepsque Diœceseôs Sodalitium Canonicorum. Fatetur multa & egregia Niuernensium in se Comitum promerita: multa quidem accepta referre Landerico Comiti, qui, Roberto Rege, floruisset: an. 1001. Sed Pontificalem esse Ecclesiam, Ἀρχιγερουσίαν, seu Episcopalem Senatum. Idcircò tutelæ præsidioque regio purè commissum videri, Inde & Regiæ tantùm subiici, non Comitis Iurisdictioni. Landerico etiam olim indulsisse Regem, vt semel tantùm de profanis litibus Sacri huius Collegij ius redderet, contestatumque, in posterum, concessionem hanc Iuridico Regis imperio fraudi non futuram inter Landerici successores. Conscripti Curiæ ampliùs deliberaturos se pronuntiarunt. 8. Idus Octobr. anno 1568. Nec in celebre profectò est Niuernense illud Canonicorum Sodalitium, de quo rescribitur à Gregorio 9. P. in Cap. Congregato Niuernensi Capitulo. De Elect. Huiusmodi vero Episcopalibus templis exceptis, aliorum tutela procuratioque defertur insignibus pariter locorum Dynastis, nedum Principi: salua tamen huius auctoritate maiori, supremoque patronatu. Cui rei testimonio est caput 46. libri Francicarum Consuetud. manu exarati à Philip. *de Beaumanoir*, anno 1283. hoc prisco idiomate Gallico. *Voirs est, que li Rois generalement a le garde des Yglises du Roiame. Mes specialement cascuns Barons la en se Baronnie, se par renonciation ne sen est ostes. Mes se li Barons renonce especialement a le garde d'aucune Yglise, adont vient ele en le garde du Roi especialement.* Ibidem, post pauca, sequuntur isthæc. *Nos n'entendons pas, por ce se li Rois a le general garde des Yglises qui sunt de soz les Barons, que il doie mettre les mains, por garder, tant que li Barons fera de le garde son deuoir. Mes se li Barons lor fet tort en se garde, ou il ne le veut garder de tex qui tort lor font, adont poent il traire au Roy come au souerain, & ce prouue contre le Baron, qui le deuoit garder, le garde especial esquiet au Roi.* Quò fit, vt Flandri olim Comites, Regum nostrorum beneficiarij, perpetuos se iactarint & hæreditarios Cameracensium Templorum Custodes patronosque Tutelares. Sicuti Monstreletus tradit, Histor. Volum. 1. cap. 144. hoc sermone. *Le Duc de Bourgongne à cause de sa Comté de Flandres est garde de toutes les Eglises de Cambray hereditablement, & à tousiours. Et pour ladite garde prent chacun an perdurablement certaine quantité de grains sur les terres & Seigneuries desdites Eglises au pays de Cambresis: Et se nomme icelle Seigneurie appartenant audit Comte de Flandres, le Gauene de Cambresis. Mais les citoyens de ladite ville de Cambray, qui estoient en discord contre les Chanoines de S. Gery de Cābray, desquels le Duc Iean de Bourgongne se portoit protecteur, ils se trayrent deuers le Duc Guillaume Comte de Haynault, qui estoit gardien de par le Roy de France, de ladite Cité de Cambray, an. 1415.* Pari modo Tullensis Leucorum, & Vertoduni ad Mosam flumen Ecclesiæ, Protectorem implorarunt Francorum Regem trecentos abhinc annos. Sicuti à Nobis dilucidè expositum est in Tractatu Legvm Andegavensivm, eiusque Præfatione De communib. Gallic. Consue-

Niuernensis Ecclesiæ Capitulum.

Landry Comte de Neuers.

Appoincté au Conseil die 8 Octo. an. 1568. Sed nota interim, pro Niuernen. Capituli Iurisdictione seculari Iudicatum in Magnis diebus Riomi Aruerniæ, an. 1546. aduersus illam nil tentari à Duce Niuernensi debere, nec ab huius Officiariis pro imperio Iuridicio.

Philip. *de Beaumanoir*, Bailliuus Claromontis Bellouacorum sub Roberto Claromontis Comite, filio S. Ludouici. Vt ipse in libro suo Consuetudinario asserit.

Eglises Episcopales de Toul, & de Verdun.

tud. præceptis. Parte 2. Ex Belgica Histor. Vuasburgij, Archydiaconi Virdunensis, Et Lib. Stemmatum Lotharingiæ, Franc. Rosierij, Tullensis Archydiaconi. Tomo 5.

TERTIVM genus Forensium exemptionum respicit Episcopalem iurisdictionem, cuius multæ Cathedrales Ecclesiæ iugum excusserunt, variis summorum Pontificum Codicillis. Interdum enim lectus Collegij suffragiis Antistes indignis afficiebat modis Canonicos nonnullos, qui alium cooptandum rogati dixissent liberiore sententia. At Constantiano Concilio, quo tribus Rom. Pontificatus æmulis abrogatum est ius Sedis clauiumque, vetantur postmodùm tales exemptiones fori Episcopalis: priores à Martino 5. rescissæ anno 1416. quas Clemens 7. Antipapa, in schismate Pontificio, irrogarat. De ea forensi immunitate maioris Andium Familiæ sacræ, disputatum est palàm in Auditorio Curiæ Parisien. Olearius quippè Episcopus Senatum appellarat à fori sui vacatione, tanquam abusiuè Capitulo data ab eo Clemente 7. Pseudopontifice. Res consilij esse decernitur. Nonis Sextilibus, anno 1538. Biturigum autem Præsul, in consimili prouocatione velut ex abusu, obtinuit, aduersus Collegium suum Metropoliticum. In publicis causarum Actionibus iudicante Senatu, Quinto, & pridie Calend. Iulias, an. 1542. Optimè, quùm Synodus Constantiana, futuris solùm obuiam ierit, non præteritis exemptionibus obrogarit. Subde, quòd iam ante Clementis illius Pontificatum, efferbuerat superioris imperij contentio, inter Bertrandum *de Canaco*, Biturigum Antistitem, Romanum purpuratum: & Ecclesiæ suæ Sodalitium Max. Quam Clemens 7. litem definiit Sexto Calendas Apriles, an. 1393. verbis ita conceptis. *Attenta Consuetudine & obseruantia aliarum in partibus Gallicanis Metropolitanarum & Cathedralium ecclesiarum, & sequendo vestigia prædecessorum nostrorum, & consideratione Iohannis Ducis Bituricen. Ecclesiam, ac Decanum & Capitulum, singuláresque Canonicos ipsius Ecclesiæ, Vicarios, chorarios, beneficiatos, pueros chori, & alios seruitores eiusdem Ecclesiæ, necnon Claustrum & domos Canoniales, &c. ab omni potestate, visitatione, ac dominio Archiepiscopi, & quorumlibet aliorum Ordinariorum Iudicum eximimus, subijcimúsque Apostolicæ Sedi immediatè. Adiecta tamen exceptione, in priori nostra Bulla similis Priuilegij data, an. 4. Pontificatus nostri, quòd si in Archiepiscopum vel familiares ipsius, supradicti Decani, Canonici, &c. deliquerint, cognitio erit Archiepiscopi, eiusvè Officialis. Vel si illi Beneficia curata extra d. Ecclesiam teneant, subijciantur Archiepiscopo, quantùm ad illa beneficia, teneantúrque Synodo interesse Archiepiscopali, quæ bis in anno celebratur.* Huic demùm exceptioni Diplomaticæ consonam dixêre Sententiam PATRES Lutetiani, an. præd. Iuxta Decretalem Innocentij 3. Epistolam 16. De Priuileg. Et Cap. Quod super his De maiorit. & obed. In nostras quoque manus inciderunt vetustæ Transactionis tabulæ Capituli cum Episcopo Lingonensi: Ex quibus perspicuè cernas vtriusque Iurisdictionem, Mensamque bonorum disparatam, longè ante sacrum illud Romanæ Sedis Interregnum, nec Capitulum fuisse iam olim Episcopo obnoxium 3. Idus Maias, anno 1371. Haud secus, ac Diuionense Sacellum Burgundi Ducis iam tum Episcopali solutum est iurisdictione, cùm Innocentius 3. P. P. Rebus Christianis præesset. Cap. Cùm Capella Ducis Burgundiæ. De Priuil. Nondùm à Senatu terminata est exemptionis controuersia inter Meldorum Antistitem, & summum Ecclesiæ suæ Collegium. Qua in controuersia, me pro Antistite identidem dicere parato, nescio quæ technæ remorantur causæ actionem, Maio Mense, an. 1570. Edicto Aurelianensi derogatum est cunctis id genus Episcopalis imperij vacationibus, quoad morum disciplinam & castigationem, Ianuar. Mense, an. 1560. Artic. XI. Quòd si veterum scripta exactiùs perscrutemur, reperiemus, iam Honorio 3. Romæ sedente, Capituli eiusdem cum Præsule motam contentionem, de *Statuto* assidui in Templo ministerij Canonicorum. Duobus enim ipsorum ab Episcopo detentis in familiari comitatu, agi cœptum est de absentibus, Præbendorum reditu mulctandis: quòd assiduæ quam debebant, functionis sacræ veniam non impetrassent. Cap. Ad audientiam De cleric. non residen. Nec verò Meldensis tantùm Ecclesia matrix, immunitate se in Pontificem suum præmuniit, sed Resbacense etiam, ac Iotrensium Monacharum Cœnobia. Vt probat Innocentius 3. P. Max. Cap. Ex parte Abbatissæ

9

Concile de Constance.

De hoc Schismate Pōtificio, Tractatur Baldi, & Historia Theodorici à Niem, alterius Pontificum familiaris.

Appoincté au Conseil en la Cour, die 5. Augusti, an. 1538.

Arestum Curiæ, die 27. & 30. Iunij, ann. 1542. pro Iac. Regio Archiep. Bituricen. contra Capitulum.

Clementini Rescripti, die 27. Mart. 1393. Clausulæ.

Transactio, die 13. Maij, anno 1371.

Sancta Capella Palatij *de Dyon*, quæ structa est ab Hugone 3. Duce Burgundiæ.

Meaux.

Meldensis Ecclesiæ Statutū Residentiæ, quo absentes Canonici ab eadem Ecclesia, non solùm distributionibus quotidianis, sed omnibus fructibus priuabantur suarum Præbendarum.

L'Abbaye de Resbais.

Abbatissæ Iotrensis. De Priuileg. & Cap. Suborta. De re iudic. Quo nomine; iampridem sibi prospexit Canonicorum Societas Laudunensis templi maioris, eadem qua Episcopus, iuris dicundi auctoritate suffulta. De qua, Gregorius 9. P. P. Cap. Ex parte Decani & Capituli Laudunensis. De Rescript. Nouiomenses item Canonici solutos se prædicant iuridico Antistitis sui imperio ac potestate. Quam in partem citatur ab iis celebre S. C. Lutetianum, ex appellatione abusus nomine interposita ab Ecclesiastico illo Sodalitio 5. Kalend. Martias, an. 1534. Seguerio, Capituli: & Bouguerio, Episcopi causam orantibus. At longo pòst interuallo, in consilium missa est à CLARISS. ORDINE similis dissertatio Claud. Angennei, Nouiodunensis Veromanduorum Præsulis, cum Sodalibus Ecclesiasticis, quibus cum descendit in causam Rhemorum pontifex, puréque superiorem se Collegiis eiusmodi suffragantium Prouinciæ suę Episcoporum affirmauit, vno dempto Laudunensi. Qualis obseruantiæ proximæ indicem protulit tum Archiepiscopus Codicem Decretorum in Synodico Rhemensi Conuentu, apud Suessionas editorum, an. 1455. Queîs Sanctio isthæc ad verbum interseritur. *Constitutiones antiquorum Conciliorum prouincialium, habitorum à Roberto de Cortenayco apud Syluanectum, an. 1317. & à D. Iohanne de Vienne, Rhemensibus Archiepiscopis anno 1344. apud Nouiomum, de libertate, Iurisdictione, & immunitate Ecclesiarum, & Ecclesiasticarum personarum adprobamus.* Sic Curiæ iudicio victores euasêre Niuernenses Canonici, aduersus Præsulem suum in pari exemptionis controuersia fori Episcopalis: Septemb. Mense, anno 1538. At consimilem litem Cathalaunensis Episcopi, & Capituli, Senatus reuocauit ad plenius deliberandi consilium: Episcopo interim honorariis addictis iuribus & prærogatiuis. Decreto 15. Calend. Mart. anno 1564. Aliàs eiusmodi sacrorum Collegiorum exemptiones ab Episcopali iurisdictione, descripsimus lib. 1. De SACRA POLITIA FOREN. Tit. 5. art. 7. & 8.

Les Religeuses de Iouerre.

L'Eglise Cathedrale de Laon.

Placitum Curiæ, *entre l'Euesque & Chapitre de Noyon*, die 25. Febr. an. 1534.

Capitula Suffraganeorum Rhemen. Archiepiscopi, huic immediatè subiecta. & appellationum ab Officialibus ipsorũ, Iudici immediato.

Appoincté au Conseil en Parlement, entre l'Euesque & le Chapitre de Chaalons en Champagne, die 15. Febru. an. 1564.

10 SED hæc* ὐ δὲν πρὸς λόγον. Postremum genus exemptionis, ad patronos refertur, & eorum clientes. Nam malæ tractationis actione Vasallus eximitur iurisdictioni & patronali imperio, iurisque iurandi clientelaris religione soluitur. Ex quo, ad Principem deuoluitur clientis obsequium, cum Iuridica in eum potestate. Verbi gratia, Atrebas quidem, à domina sua Atrebatum Comite prouocauit in Curiam Parisiensem, quòd ius ipsi reddere litiganti recusasset. Exitus litis appellatoriæ hic fuit, appellans non modò liberatur dominica Comitis iurisdictione, verùm & clientela, officioque fidelitatis, quod superiori Domino, Regi nempè, adiudicatur. Arestis *Parlamenti*, an. 1309. & 1311. quæ ex Curiæ Lib. OLIM colliguntur. His affine tulerant antea PATRES CONSCRIPTI aduersus Britanniæ insulæ Regem, qui Francicas ditiones quasdam possidebat. Ab eo namque PATRES eadem de causa transtulerunt in Francum Regem ius Dominicum Feudi hominiique Arcis *de Gimel*. Decreto *Parlamentari*, In Festo Omn. Sanct. an. 1279. Cedò, quid si cliens à patrono appellasset, non quasi ius dicere negante, sed iniquam ferente sententiam? Ne isto quidem casu, diuersum ab anterioribus pronuntiauit Senatus. Iudicato secundùm Baronem Sullyacam, contra Sacri-Cæsaris Comitem, patronum. In Festo Omn. Sanct. anno 1292. Cui rectè aptatur quod Ioh. Gallus commemorat iudicio decisum à Curia Francica, in Armoricum Ducem, pro Radesiarum Barone fœmina, quæ tantisper immunis solutaque declaratur iurisdictione ac fide beneficiaria Ducis, dum huius lucis vsura frueretur. An. 1395. Quæst. 340. Exploratum est enim, Celticæ Britanniæ Ducem Francico Senatui paruisse superiori, in cognoscendis litibus variis, vltimóque iudicio definiendis. Id quod apud Frossartem Historicum, Ducis Optimates aulici proposuerunt, eum increpantes, quòd cæco impetu raptus incautum inopinantemque circumuenisset Clissonem Magistrum Equitum Galliæ, ac tetro carceri inclusum distringeret. Optimatum enim de eo sententiam profert hoc modo Frossartes. *Sire, si le Connestable eust esté occis, & il fust mort, vous ne l'eussiez rançonné, pris, n'ensaisiné son heritage. Car nous auons ressort en la Chambre de Parlement à Paris, &c.* Histor. Volum. 3. cap. 112. Quænam igitur prædictæ Immunitatis causa primaria est clientum in patronos, subditorum in dominos? Eam altiùs repetenti obuersatur animo Romulus

* Nihil ad rem.

Comtesse d'Artois.

Arestum Parlamenti *pour la Dame Barone de Sully, cõtre le Comte de Sancerre.*

La Dame Baronne de Rays, en Bretagne.

Messire Oliuier de Clisson, Connestable de France.

is, qui patritios, patronos plebis, plebeios, patrum clientes fore constituit, ambosque sanctissimo necessitudinis vinculo deuinxit. Vt Plutarchi in Romulo sequens indicat periodus, Ἑτέρους δὲ τοὺς δυνατοὺς ἀπὸ τῶν πολλῶν διῄρει, πάτρωνας ὀνομάζων, ὅπερ ἐστὶ προστάτας: ἐκείνους δὲ κλίεντας, ὅπερ ἐστὶ πελάτας. Vsqueadeò, vt patronus, qui clienti fraudem faceret, censoria quadam nota sacer esset. Ex Dionys. lib. 2. & M. Tullij Diuinatione. Quibus adhæret Valerius Max. de Appio Claudio. In Dominica necnon potestate modus imperandi lege statutus est, Diuusque Hadrianus Vmbriciam matronam in quinquennium relegauit, quòd leuissimis ex causis ancillas suas atrocissimè tractasset. Vice etiam versa, si cliens inofficiosum se patrono præbeat, feudo mulctatur. Vtputà, si ab eo prouocarit temerè, aut querulo in eum libello perperàm expostularit. Tunc enim vasallus beneficium amittebat, prisca Francorum Obseruatione: Arestis *Parlamenti*, an. 1279. 1282. Sed & ea tempestate licuit clientibus maturè resipere, & à prouocatione interposita desistere, ne feudi commissoriam pœnam subirent. Quo casu, factæ prouocationis temeritas damno solo coërcebatur mulctæ nummariæ, non fundi commisso beneficiarij. Aresto Pentecostes, anno 1285. inter Comitem Gallicæ Britanniæ, & eius vasallum, litigatores. Enimuerò si mendacij probrum obiecerit cliens patrono, illum Curia censuit clientelaris prædij vsufructu priuandum, ob mendacij exprobrati contumeliam: cliens tametsi patrono esset natalium splendore illustrior. Solenni Decreto purpurati Senatus, contra Francis. Parthenaium, Diebus Natali Dominico profestis, seu 10. Calend. Ianuar. an. 1565. Quæso autem, patronúsne aliquando cogendus est, clienti in iure fidem publicam dare, quam securitatem dicimus? Pro patrono adferetur vetus res iudicata, secundùm Procomitem Polignacum, anno 1387. Ioh. Gallo scriptore, in Quæst. 121. Verùm similem facti speciem, quam & ipse enarrat, misit in consilium Senatus. Mihi videtur, cum Molineo Galli Interprete, symbolum ac tesseram publicæ securitatis vnicuique dandam: & ius Principis esse, fide ac præsidio publico clientes cum patronis, subditorumque communem salutem conseruare. Faber ad l. vlt. Cod. De his qui ad Eccles. confug.

Auctor Spartianus in Adriano Imp.

Iudicatum Curiæ, die 23. Decemb. an. 1565.

Vicomté de Polignac.

11 VNDE etiam Principis iuribus præcipuis adscribitur publicæ tutelæ assertio & auctoritas maior, quam *Saluagardiæ* concessionem vocitamus. Sumpta videlicet eius origine ac forma ex Honorio, Theodosio, & Valentiniano August. in l. 1. Cod. Vt nemo priuatus titulos prædiis suis, &c. l. Capitalium. §. Ad statuas confugere vel imagines Principum in iniuriam alterius prohibitum est, cùm leges omnibus hominibus æqualiter securitatem tribuant: nisi si quis ex vinculis vel custodia detentus à potentioribus, ad huiusmodi præsidium confugerit. π. De pœnis. Magistratus quidem ciuiles ac militares constat id iuris olim sibi adsciuisse. Quales fuêre legati Regij, ac Prouinciarum Prætores. Magistri Equitum, Aulæ regiæ Præfecti, quos notat Vidi Papij Decisio Gratianopolit. 56. Eandem prærogatiuam sibi vsurparunt Iuridici quondam Municipiorum Præsides, vulgò *Baillivi* & *Seneschali*: vt apparet ex constitutione Ludouici 12. anno 1512. At omnibus his adempta potestas est *Saluægardiæ* tribuendæ: Cremoliensi Edicto, anno 1536. artic. 15. Chasseneus in Consuet. Burgund. tradit, sua etiam ætate vsu receptum, vt specialem publicæ fidei tesseram Prouinciæ Rectores concederent, generalem, vetarentur. Nunc autem hæc antiquata, rediguntur in vnius Principis potestatem. Ex sententia Iac. Plateani, publicæ tutelæ quempiam asserere, Regium esse dictantis. Ad l. vlt. De Erogat. militar. annon. Lib. 12. Cod. Etsi enim in plerisque vis eadem remaneat, quoad formulas quæ ab ordinario Iudice tribuuntur: Augusti tamen tituli appellatio detracta est, Regiæque imaginis amplitudo. Idem ius nihilo seciùs auctoritasque Armoricis Ducibus cauta fuit quondam ac recepta: Pacto beneficiario Petri Druydis, Celticæ Britanniæ Reguli: An. 1231. Itaque iam solus iudex Regius de ea fide fracta cognoscit, quam dederat Princeps: quùm Principalis imperij contemptus haud alium expectet vindicem, quàm Regium Magistratum. Masuerius in Praxi. Tit. De remission. §. item Saluagardia. Aufret. in Stylo Parlamen. Tit. Quorum cognit. ad Reg. pertin. His etiam consonat Gratianopolitana Vidi Papæ Decisio. 418. quæ violatæ huius Fidei publicæ crimen accensuit capitibus Maiestatis imminutæ.

Casus Regius, *Lettre de Sauuegarde, ou Saufconduit.*

Les Gouuerneurs des Prouinces, Connestables, Maistres d'hostel du Roy.

Edict de Cremieu.

Vapincenses Delphinatium ciues, dicuntur esse in Saluagardia & protectione speciali domini Delphini. Guid. Pap. in Decis. 510 & 551. Ita Francis. Marcus in Delphin. Decis. 266. Part. 2.

Inuestitura Petri *de Dreux*, de Ducatu Britanniæ.

minutæ. Verumtamen Dominis territorij licitum est, causa iudicio cognita, securum aliquem esse iubere, tutúmque ab alterius vi ac iniuria, quem minacibus antea verbis vsum legitimè patuerit. Talem securitatem Praxiarchæ veteres dixerunt *Asseurement*, non autem *Sauuegarde*, quasi hæc Regum veriùs propria ac peculiaris esset. Sicuti bellè distinxit Melodunensis patria Lex, artic. 4. Atque hinc, Magnatis iuridici competens forum est, vt in reum animaduertat violatæ securitatis, quam ille priùs in iure decreuerit. Quemadmodùm latiùs de toto hoc negotio egimus in tractatu LEGVM ANDEGAVEN.

Consuetudo *de Melun.*

Cap. 41. 2. & 78. Lib. 1.

12 DENIQVE, vt paucis absoluam, concinnè distributas habemus Regiorum, & Dominicorum inuicem Magistratuum vices partesque Iuridicas. Principali Rescripto Ludouici 10. ad postulata Niuernensis Reguli Mens. Maio, anno 1316. Cuius ideo capita Rescripti præcipua huc transtuli, exemplo profutura pleniùs, si omnium oculis spectanda proponerentur. *Ludouicus &c. Vniuersis &c. Super querimonijs nuper ex parte dilecti & fidelis nostri Comitis Niuernensis, Religiosorum Comitatus Niuernen. ac Baroniæ Donziaci, grauamina, quæ eisdem & populo Comitatus & Baroniæ præd. per gentes, Officiales & ministros recordationis inclytæ genitoris nostri, contra libertatem, vsus & consuetudines antiquas, illata fuisse dicebant, continentibus, cum magna deliberatione consilij ordinandum duximus, &c. Executionem verò Literarum, & cognitiones descendentes ab eisdem super Obligationibus quibuscunque sub sigillis nostris confectis confectarum, eisdem in terris eorum, vbi omnimodam habent Iustitiam, præterquàm in debitis nostris, vel si negligentes fuerint, concedimus faciendam. In casu verò, in quo super d. cognitione ratione falsitatis scripturæ tantùm, vel sigilli, debatum oriri contingeret, ipsius cognitionem debati nobis, quia antiquitùs sic ordinatum est, reseruamus: excessiuas extorsiones pro sigillis nostris in Literis apponendis, & excessiua Notariorum & Scriptorum in scribendis Literis & Actis salaria recipi prohibemus. Officiales nostri proprijs sigillis non vtentur in ijs quæ pertinent ad Officium eorum. Parua sigilla cum signo nostro portabuntur, quibus vtentur: quorum emolumentum, quod inde proueniet, totaliter ad nos pertinebit. Ordinationes etiam domini genitoris nostri, super adiornamento faciendo per Seruientes nostros in terris eorumdem, districtiùs obseruari volumus &c. In terris etiam eorum, in quibus altam & bassam habent Iustitiam, ipsos vel eorum alterum in aliquibus Iurisdictionibus, casibus superioritatis vel ressorti, qui ad nos pertinent, tantùm exceptis, impediri prohibemus &c. Statuta præd. genitoris nostri de Notarijs & Seruientibus nostris in eorum Iurisdictionibus non mansuris, inuiolabiliter seruari volumus. Si nostri Officiales in Iurisdictionibus ipsorum, extra suum Officium deliquerint, ad illum, ad quem loci vbi delictum perpetratum fuit, iurisdictio pertinebit, declaramus punitionem pertinere, tanquam de priuata persona. Reseruata nobis Iurisdictione, si hæc commissa fuerint per eos, officium suum exercendo. Punitio eorum, qui Seruientes nostros vel Officiales, tanquàm priuatas personas, offenderint, ad illos in quorum Iurisdictione d. offensio facta fuerit, pertinebit. Sed si eos, dum sua exequuntur officia, vel ratione executionis huiusmodi per eos factæ vel faciendæ, vel propter causam suum contingentem officium, offendi contigerit, tunc punitio ad nos insolidùm pertinebit; &c. Ordinamus etiam, quòd Iudæi, si eos contingat ex permissione nostra in nostro Regno Franciæ reuerti & morari, quòd illi, qui in alterius Iurisdictione morabuntur, dum tamen illorum, in quorum iurisdictione moram traxerint, fuerint originaliter Iudæi, vel alios Dominos non habeant, sint in omnibus præd. Dominorum subditi, & sui. Si autem nostri fuerint Iudæi originarij, subditi nostri totaliter remanebunt. Si verò tam in aliorum dominio quàm in nostro moram traxerint, ibidem respondeant totaliter de contractibus & commissis. Sed si contra Edicta nostra, vel aliàs contra nos commiserint, ad nos solùm cognitio ipsorum & punitio remanebunt, &c. In Financijs Acquestuum factorum ab Ignobilibus, & Religiosis ac alijs Clericis, de possessionibus alijsque bonis & feudis, & vtrum possint transferri in Ecclesias, & personas ignobiles, antiquam Consuetudinem illius Patriæ volumus seruari, prout tempore B. Ludouici, & eius filiorum seruatum est, &c.*

Lud. Hutin.

Regiis hisce Literis secernuntur inuicem casus Regiæ cognitionis, & Ordinariæ inferiorum seu Dominicorum Magistratuum.

Obligationes sub sigillo regio, earumque executio.

Falsitas Obligationum à quo Iudice puniatur.

Cas de suzeraineté & de Ressort.

De delictis Officiatiorum regiorum.

In Iudæos, eorumvè de rebus, cognitio cuius sit.

De Francis feudis, & nouis Acquestis, vetusta Ordinatio Regia seruanda.

Tit. IX.

DE SVMMO REGIS IMPERIO, ET LEGIBVS REGALIORVM.

1 *Supremum Principis imperium, lege Panagij excipi.*
Idem imperium consistere in Homagio, Ressortu, *& Regaliorum iure.*
Fidem clientelarem Regi ab omnibus Panagiariis *haud dubiè deberi.*

2 *Dombensis Ditionis summum imperium, cuius sit.*
Tuetotius in Normania Principatus, ob Clotharij 1. sæuitiam, Regio dominatu exemptus, Regnique titulum adeptus.

3 *Regalia Beneficiaria, perceptione temporalium vacantis Episcopatus, & beneficiorum collatione significari.*
Regaliorum prærogatiua Angliæ, & Hungariæ, Prælatorum *Sede vacanti.*
Sacerdotiorum collatione, & Ecclesiarum patronatu lege Panagij concesso, tamen quæ in Regalia *vacant, non transferri.*

4 *Ecclesiarum enumeratio, in quibus Regi ius* Regaliæ *esse iudicatum est.*
Limitaneus Regni Episcopatus, etiamsi vacet in Rom. Curia, in aliquem non confertur, nisi Regi gratum & acceptum.

5 *Regalibus Diæceses non omnes obnoxias esse.*
In Bituricensi, Ambianensi, & Matisconensi Ecclesiis Regaliæ ius cessare videri.
Ius Regaliorum, in Burdegalen. Ecclesia insolens.
In Pictauensi Ecclesia, ius Regaliæ controuersum.
In Lemouicensi, & Petragorica, non esse Regaliæ locum.

6 *In quibusdam Ecclesiis, Regaliam profanas tantùm perceptiones redituum complecti, non beneficiorum collationes.*
Arestum in causa Regaliæ Aniciensis Episcopij.
Aurelianensi Ecclesiæ ius Regaliorum à Ludouico Iuniore remissum, quoad elegantiorem supellectilem, & fundorum Episcopalium instrumentum.
An Regàlia locum habeat in Ecclesia Andegauen.

7 *Nûm etiam in Armoricorum Episcopatuum Ecclesiis.*
Nûm & in his locum habeant Indulta beneficiaria Curiæ Parisien.

8 *An Regalia à Principe cedi remittique possit.*
Ius Regaliæ Lingonensi Ecclesiæ, Altissiodorensi, Niuernensi, & Trecensi, remissum à Philippo 2. rege.
Turonensi Ecclesiæ Regalia, à Blancha Ludouici R. matre, condonata.
Procurationis Regni Gallici, à Ludouico 9. matri decretæ, summa.

9 *An Rege absente,* Regalia, *vice regia ab eo cui Rex eam mandauerit, exerceri possit.*
Ius in Regalia *conferendi,* Abbæ *Sancti Dionysij à Philippo 3. peregrè ituro mandatum.*
Rhemensi Archiepiscopo ius collationum in Regalia, ab Augusto expeditionem Asiaticam parante, demandatum.

10 *Regaliam, Episcopi ad alium Episcopatum translatione, aperiri.*
Absentium Episcoporum translationem à summo Pontifice factam, nisi à translatis rata habeatur, pro infecta haberi.
Nûm sede Episcopali translata è Gallica ciuitate, Princeps extraneus Regalia carpat.
Sedes Episcopalis Teruannæ, ipsa vrbe diruta, triplex Pontificale sacerdotium effecta: vnum Boloniæ, alterum Odomaropoli, tertium Hypris.
Regaliæ ius soli Regi competere: eiusque etymologia.

11 *Constante Regalia, Principem Episcopatus onera subire.*
Aresta, in causa Regaliæ Aurelianensis, & Meldensis.

12 *In Regalia, non esse Regulæ,* de verisimili obitus notitia, *locum.*

Aresta,

1 SVPEREST alterum caput eorum, quæ *Appennagij* lege regulariter excipiuntur, in supremo Principis Dominatu positum. Quàmlibet enim generalis donatio à Rege collata in libros, fratrésve, nunquam complectitur præcelsa Imperij maximi Iurisdictionisque Insignia. Vt dicit nominatim Benedictus ad cap. Raynutius De Testat.

> Donatio facta per Regem etiam filiis Domus Frãciæ, non includit supremam Potestatem.

> Benedict. In Ver. & vxorem nomine Adelasiam Numer. 319.

SVMMVS hic Dominatus consistit in duobus potissimùm, Fide clientelari, cui extremarum prouocationum Iudicia connexa sunt: Tum in lege Regaliorum sacerdotalium: cui, nouo Iure Leonini *Concordati*, accessit Regia nominatio ad Ecclesiasticas Præfecturas. Hæ namque supremi honoris notæ, Principatus titulis sic affixæ sunt, quasique innati characteres summæ Potestati, vt incessibiles haud dubiè censeantur, & à Regali Dignitate inseparabiles. Vnde nec vlla Pactione transferuntur ad fiduciarios Ducatuum possessores, nisi Regio forsan nomine & auspiciis exercédæ. Singula verò, quæ plurima sunt, maximi Imperij iura, specialiùs excutiemus lib. 3. Ea enim parum congruunt Panagij explicationi, in qua versamur.

> *La Foy, & le Ressort*, supremi Dominij indicium.

> Concordata Leonis, 10. Rom. Pontif. cum Rege Francisco 1. Titul. De regia ad Prælaturas nominatione, an. 1516.

2 DE Fide clientelari Regibus debita, hæsitabit nemo, nisi suæ Reip. hostis. Haud inficior, Dynastas quosdam, sibi in aliquibus suis finibus arrogare principem Dominatum. Borbonij Duces iactarunt se olim supremos Dombensis agri Toparchas, hoc præsertim colore, quòd regionis Primores antea proclamarint in libertatem, eiusque vindicem & assertorem implorarint Allobrogum Principem, velut Sacri Imperij Vicarium 5. Idus Septembr. anno 1398. Qua die Equites illi in ius Cæsareum transcripti sunt, Allobrogis Reguli Codicillis, & Vicaria ipsius, tanquam Impp. manu auctoritateque regi se permiserunt. Nec ita multò pòst, Bojorum Dux Ludouicus Dombensem occupat Principatum, auito iure Baronum Bellijoci fundi, qui primitùs Dombas tenuerant. Qua ex Ditione, Lugdunensis Antistes Comésque, Borbonij patronum se asseruit, cum

> Principatus *de Dombes*.

> Die 9. Septemb an. 1398. Sabaudiæ Comes, tanquam Imperij Vicarius Dombenses recepit in obsequium.

> *Barons de Beauiolois.*

interdictio, ne Borbonius in Sebusiani Comitis fidem clientelamque se conferret. Vt Borboniæ Domus antiquis Tabulis est comprehensum. Nihilo seciùs Allobrogum Comes præfractè repetiit Amedeus 8. à Borbonio fidelitatis officium ex Baronatu Belliioco, & finitimis prædiis (Dombensibus nempè) Sed id obsequij renuente Borbonio, sumptus est vtrinque honorarius controuersiæ arbiter Ianus Biturigum Dux, anno 1409. Sicuti in literas redegit Monstreletus, Histor. Volum. 1. capite 51. Et Paradinus, Annalium Sabaudiæ, lib. 2. cap. 9. Ad extremum, Dombensis dynastia cessit Monpenserio Duci Ludouico Borbonio, cum lege ac sponsione clientelaris in Gallum Regem sacramenti. Horum Transactione inita, 5. Idus Octobr. anno 1560. quam PATRES PARISIENSES in Acta sua publica retulerunt Pridie Iduum Quintilium, an. 1561. Atque interea Petrus Lizetus Fisci Aduocatus, obnixè disseruit in Causa Borbonia (quæ apud Conscriptos Curiæ palàm actitata est an. 1522.) nulli, præter Regem, Dominatus maximi ius esse in agro Dombensi: hunc Gallicæ Monarchiæ finibus septum, ergo eiusdem beneficiarium videri. Argumento Fabri ad l. 1. Cod. De sum. Trinit. Idem in l. 1. Cod. De iur. Emphyteut. Et in §. adeò Institut. De locat. Quæcunque enim intra alicuius septa Territorij continentur, ea in fide patrocinioque Domini ipsius territorij posita, opinione præsumuntur. Hostiens. & Abb. in Cap. Si diligenti. De præscript. Nisi fortè ex immaniori Principis sæuitia, Magnatum fundus omni soluatur onere, nexúve clientelari. Qualis ille ab Agapito Rom. Pontif. Regibus exemptus Iuetorij Principatus, Vvaltero Yuetotio à Rege Clothario 1. fœdè obtruncato. Vnde & hæc Ditio in Regni titulum prouecta, annum circiter 536. Nihilo minùs Curia Rothomagensis addixit iampridem Franco Regi in Yuetotium Regulum, ius custodiæ nobilis, tanquam Domino superiori. Vindiciario Decreto secundùm Renatum Claromontanum, cui Rex fructuariam hanc tutelam mandarat: aduersus Vidonem Chenuum, qui tutorem se gerebat liberorum Perroti Chenui, Principis Yuetotij. Cuius quidem Iudicati meminit Terrienus in Commentariis Normanici Iuris, lib. 5. cap. 2. De Feudis.

> Sabaudiæ Comes.
>
> Transactio die xi. Octob 1560. Omologata in Curia, die 14. Iulij seq.
>
> Causa hæc de bonis omnibus Borbonij Ducis vltimi Caroli, auunculi Ducis Montpenserij, vindicatis à Ludouica Sabauda Francisci 1. matre, tanquam hærede Margaretę Borboniæ matris.
>
> Yuetotij Regni causa & origo. Sed Regius Yuetotij fundi titulus defecit mascula deficiente sobole Galteri *d'Yuetot*.
>
> Prouisionale Arestum *du droict de Garde noble, en Normandie*.

3 REGALIA beneficiaria, de quibus nunc quærimus, significantur profana redituum perceptione vacui alicuius pontificatus Francici, & sacra pariter donatione sacerdotiorum. Quibus vicissim commodis fruitur Rex Galliæ, donec nouus Episcopus, vel Archiepiscopus eidem se, iuratæ fidelitatis formula alligarit. Id quod à Maioribus veluti per manus traditum accepimus, & adnotatum quondam à Vilhelmo Durando Speculat. In §. vlt. In fi. Ne sede vacan. *Mortuo* (inquit) *Episcopo, in quibusdam Ecclesiis Reges conferunt præbendas, sicut illustris Rex Franciæ in Ecclesia Carnotensi, in qua nos Decanatum habemus.* Similis fermè prærogatiua tribuitur Britanniæ Regibus, & Pannoniæ, apud Baldum in l. Rescripta. Cod. De precib. Imperat. offer. Sed mihi præsto sunt Hungarici Regni Consuetudines scriptæ, quibus *Rex succedit Prælatis, & Ecclesiasticis, in suis Beneficijs, quantùm ad collationem tantùm.* Vt loquar cum Stephano Vverbevvezio, Hieronym. Balbo Præposit. qui Hunnicas suas Leges Latina Toga donarunt, publicaruntque regiis Vladislai mandatis, anno 1490. Anglicæ, contrà, Regaliæ vsus profanus fuit, magis quàm sacratus & spiritalis: Ita quidem, vt profani vacuæ Episcopæ prouentus à Britanno rege colligerentur. Id quod perspicuum fit Capite 14. Lib. Anglici Regiarum Prærogatiuarum, seu *Kinges Prerogatiue collected out of the great, abridgement of Iustice, &c.* Eius Capitis verba graphicè expressimus Volum. 1. LEGVM ANDEGAVENSIVM. At sacra etiam Regaliorum iura ab Anglo vsurpata, Sede vacante, reperio in Decretalium Epistol. Collectionibus, quæ haud dudum emissæ in lucem, aliarumque ex naufragio multarum enatarunt. Hæc quippe Alexandri tertij Rescripto continentur (sub Titul. De Iur. Patronat) *Ex diligenti relatione Magistri E. accepimus, &c. Prædicto Episcopo de medio sublato, & reditibus Episcopatus ad Fiscum deuolutis, cùm quædam præbenda in iam dicta Ecclesia vacaret, charissimus in Christo filius noster H. illustris rex Anglorum, eam Thomæ clerico suo contulit, cui etiam aliam postmodùm in eadem Ecclesia vacantem, cum Archydiaconatu, ad quem dicitur pertinere, concessit. Quas insimul*

> Rex sanctè dispensat Regaliorum fructus. Temporales enim iamdiu dedit Canonicis S. Capellæ Palatij Parisiens. Collationes autem beneficiorum communiter relinquit Episcopo à se nominato (sed regio nomine & diplomate faciendas) donec clausa Regalia, Episcopus suo nomine & auctoritate conferat postea vacantia.
>
> Hungaria.
>
> Anglia.
>
> Cap. 37 art. 7. lib. 1.
>
> Hæ Decretalium Collectiones, cum Anton. Augustini Notis nuper dicatæ sunt Gregorio 13. Rom. Pontif.
>
> Decretalis Epist. ad Decanum, Præcentorem, & Capitulum Vellen.

non

non debet habere, cùm nihil sit licitum, in vna & eadem Ecclesia duas præbendas obtinere. De Francicis autem Regalibus, quæ sumus dicturi, mediis è fontibus hausimus; i. ex antiquis Curiæ tum Regestis, tum Rebus iudicatis. Ne quis arbirretur hæc mutuò accepta à Ruzeo, Probo, Ægidio Magistro, clarissimísque aliis consulendi ac iudicandi Magistris. Nil præterea isthæc commune habent cum merè profanorum Regalium generibus sexdecim, quæ Baldus explanat in l. Imperium. ff. De iurisd. omn. Iudic. Et in l. 1. Cod. De iure aureor. annul. Felyn. ad Cap. Cùm contingat. De for. compet. Seu quæ numero 35. Romanus in d. l. Imperium percensuit. Quamuis igitur Rex filio fratrive transcripserit fiduciario nomine donationem sacrorum beneficiorum, Templorúmque patronatum, vnà cum aliquo Principatu, haud ideò videtur transcripsisse sacerdotij collationem, quæ illi, vacua Episcopo Sede, competat Lege Regaliorum. Ac Regaliæ quidem Theses, ex sequentibus, paucis indicabuntur.

Arnulphus Ruzæus, Probus Bituricus, Ægidius Magister, qui de Regalibus scripserunt.

4 OBTINVIT ius Regaliorum, Arestis vel Actis *Parlamenti*, in Ecclesia scilicet Morinensi, an. 1256. Sagiensi, an. 1268. Aureliana, ad Pentecostes, an. 1280. Cabilonensi, Albiensi, an. 1296. Claromontana Aruernorum, 1309. Lemouicensi, anno 1391. Niuernensi, pridie Kal. April. anno 1564. Cenomana, anno 1002 & 15. Kal. Ianuar. anno 1561. Qua in Diœcesi itidem, Feraldus Procurator Fisci narrat se bis executum iura Regaliorum, quùm & Philip. Lucemburgius Cenomanum pontificatum eiurasset in Franc. Lucemburgij gratiam, & Francisco deinceps mortuo, Philippus eundem noua collatione recepisset: Ludouico 12. Rege. In Tract. de Iurib. & priuileg. Reg. Francor. Colliguntur Abrincensis Ecclesiæ Regalia ex lib. 1. Cameræ Rationalium Parisien. fol. 100. Tum ex Regio Lutetiæ Chartophylacio (2. *Layette, cottee* 11.) Quo de Regaliorum iure testatur Feraldus se legisse Pontificium Innocentij Diploma, Assisij scriptum, an. 11. Veluti & Clementis P. P. de Rhemensi, & Gregorij codicillos de Senonum Ecclesia. Rhemensem vtique Regaliam confirmat Arestum Curiæ citatum in Priuilegio 12. Regaliorum, & profanæ annui prouentus Rationes Rhemensis Archiepiscopatus, editæ apud Magistros ratiociniorum Principalium, 15. Kal. Octob. an. 1507. Senonensis necnon Ecclesiæ Regalia adstruit Senatorium decretum, cuius mentio est in Priuilegio 8. Regaliorum. Quò fit, vt minùs verum esse mihi persuadeam, quod Monachus quidam S. Mariani Antissiodoren. tradit in antiqua Histor. manuscripta, de libertate immunitatéque à Ludouico 7. Senonen. Ecclesiæ data Fiscalium exactionum, quæ, vidua Archiepiscopo Sede, percipiebantur. Eidem rursus Senonum Diœcesi remissa ferunt Regaliorum iura ab Ludouico 11. Rege: circiter annum 1470. At nemo ambigit, ex ea tempestate continuatum ibidem Regaliæ vsum, vacante Cathedra Archiepiscopali. In limitaneis verò Galliæ oris, πολιτικῶς expedit, suum Principi ius seruari nō modò Regaliorum, vacua Episcopo Sede, verùm & auctoritatis præstandæ assumptioni noui Præsulis, missionique eius in possessionem bonorum Præsulatus sui. Quemadmodùm notat Rebuffus in §. 1. De reg. ad Prælat. nominat. In Concord. Ex leg. 2. De fund. limitroph. (ibique Gloz.) lib. 11. Cod. Atque eo nomine, Petr. *de Sacierges*, Fiscalis Cognitor in Prætoriano Consilio, intercessit Apostolicæ collationi Tornacensis Neruiorum Episcopæ in Hannonem quendam, ac extraneum. Decimo tertio Calēd. Decemb. an. 1483. Cuiusmodi Intercessoria publici Actoris syngrapha, cum Appellatorio libello, voluitur in penitioribus Regni Scriniis, tali formula. *Appellatorius actus à prouisione facta, seu promotione à Xysto 4. P. facta de Episcopatu Tornacensi, cuidam Iohanni Monissarc, Hannoni. Quia Tornacensis ciuitas fuit & est sub obedientia Regis & Maiorum suorum, & in confinibus Regni sita, interestq́, multum Serenitati suæ, in ea Ciuitate quæ sua est, Episcopum præsidere, suæ Sublimitati fidum & acceptum. Et ob hoc omnes huius Christianiss. Regni Præsules sacramentum fidelitatis Regi præstare consueuerunt: Nec ad huiusmodi Ecclesias præficiuntur, nisi de Regno, aut per Regem facta priùs diligenti inquisitione de eorum fidelitate, accepti fuerint, &c. Quæ etiam in Ciuitate, Reges hactenus Regalia tam in spiritualibus, quàm in temporalibus habuerunt, donec nouus Episcopus iuramentum Fidelitatis Regi fecisset, &c.*

Ecclesia Episcopalis *de Terouenne.*
Sees.
Orleans.
Chaalõ sur la Saone.
Die vlt. Mart. 1564.
Die 18. Decemb. an. 1561.

Episcopatus *d'Auranches.*

In Thesauro Chartarū Regiarum sunt Literæ, die Martis ante Epiphaniam, an. 1306 quibus Episcopus *d'Auranches* promittit reddere Regi literas Prouisionis Apostolicæ *touchant la Regale que le Roy luy a rendue.*
Die 17. Septem. an. 1507.
Sens.
Huius Historici verba ipsa inseruimus lib. 1. de sacra Polit. foren Tit. 6.

Rebuff. ad Verb. Prouideri possit, Neminem sine Regis consensu ad Archiepiscopatum vel Episcopatum, etiam in Curia vacantem, recipi debere, qui in partibus sit limitrophis Regni.

Oppositio Regij procuratoris in Magno Consilio *à l'execution des Bulles de prouision de l'Eueschè de Tournay*, die 19. Nouemb. 1483.

De Regalia Tornacensi, Arestum Parlamentare, an. 1174. Alterumque latum die 18. Ianuar. an. 1389. cuius meminit Ruzeus in Priuilegio 45. Regalior.

5 HAVD omnes tamen sacræ Diœceses sunt Regalibus obnoxiæ: sed eæ solæ, in

quibus initio Reges vti illo iure consueuerint: Sicuti gemino priscorum Regum Edicto declaratur. Prius, Philippi 4. anno 1302. Vers. Item quantùm ad Regalias, quas nos & nostri prædecessores percipere assueuimus, & habere in aliquibus Ecclesiis Regni nostri, quando eas vacare contingit. Posterius, ex Philippo 6. mense Octob. anno 1334. Vers. *Es Eglises de nostre Royaume, esquelles nous auons droict de Regale.* Vtrumque Edictum in Senatorio Stylo descriptum est, Parte 3. Tit. 31. Exempli gratia, Biturigibus insitata fuit primitùs insolénsque Regalia: quam ideò sibi asserentes posteri Reges causa cecidêre. Iudicato memorabili, quod è Regestis Curiæ deprompsimus, ita exarato. *Motum facimus, quòd cùm dilectus & fidelis noster Archiepiscopus Bituricensis proposuisset coram nobis, quòd dignitates, personatus, præbendæ, & beneficia ad collationem Bituricen. Archiepiscopi in ciuitate & diœcesi Bituricensi spectantia, quæ vacauerint sede Bituricensi vacante, & quæ de facto contulimus, ex antiqua consuetudine Bituricen. Ecclesiæ, ipsius collationi debuissent reseruari: Et ideò peteret, quòd dictæ collationes à nobis factæ non valerent. Ac pro nobis in contrarium dictum fuisset, quòd prædecessores nostri & nos eramus in possessione conferendi dictos personatus, dignitates, præbendas, & beneficia. Tandem visa quadam Inquesta, & de mandato nostro super hoc facta, super præmissis dictum fuit per Curiæ nostræ Iudicium, cùm non constaret de possessione nostra ante collationes prædictas, dictum Archiepiscopum remanere debere in possessione conferendi beneficia antedicta, & esse restituendum ad possessionem antedictam: Et quò minùs vtatur iure suo, ipsum nolumus impediri. Inter Iudicia, Consilia, & Aresta, expedita in Parlamento Epiphaniæ Domini*, an. 1277. In Curiæ lib. *Olim*, fol. 57. Nec eo seciùs, noua Regaliorum lite occurrente, Senatus pronuntiauit non liquêre, statuítque pleniùs deliberandum. Aresto postridie Kal. Iunias, an. 1581. inter Petrum *Reyfort* petitorem, pro quo, Anton. Loysellus, & Leonardum *Perrin* reum, pro quo Amelotus, hinc inde litigantes de Canonicatu & præbendo Ecclesiastici Collegij Diuæ virginis, *de Salles*, apud Auaricum Biturigum. Item in Ambianorum Pontificatu cessare Regalia, iudicauit Curia Parisien. secundùm Iac. Saguierium, aduersus Claud. Saisseualem. Postridie Iduum Aprilium, anno 1579. Matisconensem pariter Ecclesiam Philippus 2. exemit iure, oneréque Regaliorum, & Cathedrali Canonicorum Sodalitio permisit, vt vacante Episcopatu, præesset rebus gubernandis, anno 1209. De Regalibus tamen in Præsulatum Matisconensem, certatur apud Conscriptos Curiæ, & quæstio in consilium missa, 4. Iduum Martiarum, anno 1585. Sæua, Capituli Matisconen. & Escorceueo, Sacelli Palatini causam orantibus. Similiter Ludouicus 7. illius Philippi 2. pater lege soluerat Regaliorum sacram Burdigalæ Metropolim, cum suffragantibus ipsi Episcopis. Vt dictatur in *Libris memorialibus* Cameræ rationum regiarum, hoc titulo, *De remissione Regaliæ Burdegalensis Ecclesiæ, ac totius Prouinciæ, & concessione Canonicæ libertatis.* Vnde postea Anglus Rex, qui Dux Aquitanorum erat, iudicio succubuit, quùm vacui Archiepiscopatus Burdigalen. bona occupasset prætextu Regaliorum. Vt à Senatu definitum est secundùm Canonicos Templi maioris: Decreto, in Parlamento Epiphaniæ, anno Domini 1267. quod regestum fuit in lib. OLIM, fol. 35. Exin quoque factum S. Consultum an. 1277. QVÒD CVSTODIA BONORVM ARCHIEPISCOPALIVM, SEDE BVRDIGALENSI VACANTE, AD CAPITVLVM PERTINET. At enim postmodùm iniecta manus regia est à Philippo 4. in res Pictauensis Episcopæ, licet Burdigalensi Archiepiscopo suffragantis, iisque de rebus Quæstores Principis, rationes reddiderunt apud Præfecturam Ratiociniorum Parisien. 4. Idus Nouemb. anno 1306. Idem quoque Rex, postero anno sustulit quidem manum suam ab Episcopalibus fundis, sed conditione hac addita, *Saluo iure Regaliæ, si quod habemus*, tertio Iduum Iuniar. anno 1307. Exin de Pictonicæ Ecclesiæ Regalibus palàm disceptatum fuit in summo Curiæ Tribunali, 5. Idus Martias, anno 1574. Quo die PATRES negotium in amplius maturiúsque consilium reiecêre, Vilcotio & Brissone, clientum patronis. Lucionensem quoque, Pictonum, Regaliam controuersam ostendimus alibi, & à Senatu pleniori deliberationi commissam. MONASTICŌN lib. 2. Ecquid de Lemouicensi Præsulatu? Huic Regaliorum etiam immunitas parta fuerat Diplomate Ludouici Iunioris, quod sacræ

Stylus Parlamenti.

Bourges.

Vetus Arestum Curiæ, contra Regaliã in Ecclesia Bituricensi.

Appoincté au Conseil, die 2. Iunij, an. 1581.

Bourges.
Amiens.
Arestum pro Ecclesia Ambianensi contra Regaliam, die 14. April. an. 1579.
Mascon.
Appoincté au Conseil, de Regalia Ecclesiæ, *de Mascon*, inter Capitulum eius Ecclesiæ, & Canonicos sanctæ Capellæ Palatinæ (quibus iamdudum Reges donarunt fructus Regaliæ suæ in temporalibus Ecclesiarum) die 12. Mart. an. 1585.

Poictiers.

Die 10. Nouemb. anno 1306.
Die S. Barnabæ 11. Iunij, an. 1307.

Appoincté au Conseil en la Cour. de la Regale de Poictiers, die 11. Mart. an. 1574.

Tit. 3. art. 19.
Limoges.

ſacræ Burdigalen. Prouinciæ irrogauit, anno 1137. Enimuerò à Curia iudicatum extat in Parlam. Omn. Sanct. anno 1276. de Lemouicum Regalibus, quorum nomine profana Epiſcopatus bona publicè poſſidebantur Regio iuſſu. Tametſi enim Cathedrale Collegium interceſſiſſet regiæ fructuum prehenſioni, nempè ſacro Solio vacuo, ſuccedaneum in vicem & iura Diœceſani pontificis: Eo tamen decreto, placuit Senatui, fructus ſequeſtrò deponi, pendente litigio, penes Subcomitem *de Combort*. Vt eſt in Curiæ Regeſto OLIM, fol. 76. Poſtea autem Iudiciis, & Reſcriptis Principalibus terminata eſt quæſtio Lemouicenſis Regaliæ ſecundùm Canonicos Lemouicum. Vt adnotauimus lib. 1. de SACRA POLITIA Tit. 7. vbi à Nobis, de lege Regaliorum, ſcripta, minimùm iſthîc refricabimus. Sic in Petragorico Epiſcopatu non eſſe Regalibus locum, iudicauit Senatus: Areſto ſolenni, ad Natale Dominicum, anno 1564. Cuius Decreti licet ratio alia edi non debeat, quàm ex Pythagoricæ ſcholæ ſymbolo * Αὐτὸς ἔφα, eam tamen fuiſſe coniiciunt multi, quia Petrocoriorum Eccleſia non ſolùm Burdigalenſi metropoli pareret in ſacro imperio, ſed etiam à Regibus fundata primitùs donatáque non fuiſſet. Inde nec temerè elicias Philippinæ Legis, de Regalibus, interpretationem, Octobr. Menſ. anno 1334.

Perigort.

* ipſe dixit.

6 IN aliis quibuſdam Eccleſiis certo modo coarctata ſunt Regalia, iiſque anguſtis finibus, vt profanorum dumtaxat perceptiones redituum complectantur, non etiam collationes ſacrorum beneficiorum. Putà, de Anicienſis Epiſcopij Regalia, Senatus hanc quondam tulit Sententiam. *Inqueſta facta ſuper iure Regalium, quod dominus Rex debet habere in ciuitate Anicienſi, vacante Sede. Non eſt probatum, quòd dominus Rex habuerit Regalia in caſtris & villis Epiſcopi Anicienſis, præterquàm in ciuitate Anicienſi. Item in pedagiis, quæ habet Epiſcopus extra ciuitatem Aniciẽſem à duabus vltimis vacationibus, extrà. Nec eſt probatum, quòd dominus Rex, vacante Eccleſia Anicienſi, tenuerit domum Epiſcopalem, nec fortalitia Ciuitatis, nec quòd contulerit aliquam præbendam in Eccleſia, nec quòd Capitulum vnquam denunciauerit mortem Epiſcopi Anicienſis, vacante Sede, domino Regi, vel quòd petierit ab eo licentiam eligendi. Probatum eſt pro domino Rege, quòd vacante ea Sede, dominus Rex habuit nomine Regalium longè à retroactis temporibus Iuriſdictionem, & omnes Epiſcopales reditus Ciuitatis Anicien. præter reditum altarium, cum duabus vltimis vacationibus pedagij, quæ habet Epiſcopus extra ciuitatem.* In Parlamento anni 1258. Aurelienſis necnon Eccleſiæ in gratiam, Ludouicus Iunior abdicauit ſe iure Regaliorum, quatenùs ad ſuppellectilem elegantiorem, & inſtrumentum fundorum Epiſcopalium attinet. Beneficio Principali, ann. 1157. cuius diploma legiſſe ſe Budæus affirmat in Annotation. ſuis in Pandectas, Tit. de offic. Præfecti Prætor. Andegauenſem quoque Regaliam interpretati ſunt nonnulli, procedere in profanis ſolùm Epiſcopij reditibus, non autem in mãdandis alicui ſacerdotiis. Ex celebri Curiæ Placito, 9. Kal. Mart. an. 1524. inter Ioh. Mauritium *regaliſtam*, & Stephanum Blerellum, cum Natali *Belier*, inuicem contendentes. Fatemur vtique, Ludouicum 9. Andegauenſis fiduciæ Pacto cum Karolo fratre, ſibi expreſſim recepiſſe iura Regaliorum, an. 1246. Simul & Ianum Regem, fiduciaria Andium conceſſione Ludouico filio, an. 1360. Aſt idipſum certè vſus intelligendum oſtendit de rebus tantùm prædiariis Epiſcopatus. Cui rei documento ſunt Karoli 5. Regis codicilli, anno 1370. de iure quadringentarum libellarum, quæ, vacuo Andium Pontificatu, ex profanis eius bonis percipi ſolebant à Principe. Ediuersò autem, adfertur Iudicatum Curiæ vetus pro regiis Tabulis ſacerdotij erogatoriis in Regalia Andegauenſi, ſecundùm Thorellum Regis beneficiarium, contra Ioannem Bodicbartum, 15. Kal. Maias, an. 1442. de Canonicatu & præbendo Eccleſiaſtici Collegij D. Iohannis Baptiſtæ, in vrbe Andegauen. Alterum ſimile taceo, quia dedititium, & dedititia victoria latum, 6. Kal. Octob. an. 1543. & 11. Kal. April. an. 1545. Denique ibidem ſacrorum Regalium, vt prophanorum, ius eſſe pronuntiauit ORDO CLARISS. Extemporali decreto in publicis cauſarum actionibus, 10. Kal. Sextiles, anno 1573. victore filio Dn. *Le Preuoſt*, Præſidis in 5. Claſſe Curiæ Inquiſitoria.

L'Eueſché du Puy. en Auuergne.
In Theſauro Chartharum Regiarum ſunt literæ Hermanni, electi Epiſcopi *du Puy*, menſe Iunio, an. 1256. *Que la Regale dudit Eueſché appartenoit au Roy, des choſes eſtans en la cité, & non autres.*

Orleans.

Angiers.

La Regale, au temporel ſeulemẽt & non au ſpirituel, concernãt la collation des benefices. Ex Areſto, die 21. Febr. an. 1524. quod in ea ſpeciatim diſceptatione latum recenſet Magiſter in Deciſion. ſuis.

Senatorium decretum die 17. April. an. 1442 pro Regaliſta. Areſtũ *par appoincté eſt*, die 26. Septemb. 154 . & die 22 Mart. anno 1545.
Areſtum Curiæ pro Regalia Andegauenſi, die 23. Iulij. an. 1573. tam in ſpirituali, quàm in temporali.

7 PLANE in Armoricis Epiſcopatibus ſitne Regaliæ locus, tractatum fuit multoties in Senatu Pariſien. negotiúmque ab eo in ampliorem delibera-

Epiſcopatus *de Treguier*, in Britannia

tionem reiectum. Buyssone, Durando, & Brissone dicentibus, de Canonicatu Trecorensi, 7. Idus Martias, anno 1573. Ad Trecorensis huius Antistitem Ecclesiæ Honorius 3. Pontif. Max. in cap. Venerabili. De Testib. Per hunc modum, in Nannetensi Ecclesia Regaliorum quæstionem PATRES reuocarunt ad plenius deliberandi consilium, Aresto 17. Kal. Quintiles, anno 1545. quùm Bouguerius, Francisci Brunni actoris, Riantius, cuiusdam *Le Frere*, rei, & Marillacus aduocatus fisci, causam perorassent. Consimilem egimus pro Nannetum Pontifice anno 1576. cuius seriem causæ pertexuimus, lib. I. DE SACRA POLIT. (Tit. 7. artic. 14. & 15.) Nec ita dudum Venetensis Britonum disceptata est *Regalia* in sanctiori Curiæ Auditorio: Quæ, de ea, maturiùs deliberandum censuit Idibus Maiis an. 1603. Choarto, Iani Floretti, petitoris: & Doleo, Ioh. Riguidelli, rei causam orantibus. Nemo vtique dubitat, Britonum Duces priscos habuisse vacantium custodiam Ecclesiarum. Vt Andegauensi illorum Fœdere cum Gallo Rege, cauetur hac clausula, *Ius Regaliæ, quod in suis Ecclesiis Cathedralibus habere dicitur*, an. 1231. Quo iure pariter Galliarum Reges ibidem vtuntur hodie tanquam patroni Templorum munifici, ad profanos quidem bonorum reditus administrandos, non ad titulos sacerdotiorum, vacua Cathedra, conferendos. Qua de re extat Karoli 6. Constitutio, apud Aufrerium in Stylo Parlam. Tit. de immunit. & reparat. Eccles. Proinde in Nannetum Archiis instrumenta reperiuntur antiquissima, quibus noui Præsules Britonici fidelitatis iusiurandum Duci præstitêre in Patriis maioribus Comitiis, eiúsque ius imperij ac titulos agnouerunt, cùm supremæ potestatis recognitione seu professione, tum vltimæ prouocationis in Ecclesias suas iudicio, nulla cuiusquam auctoritate excepta; salua ad Petri Sedem appellatione, an. 1062. Sacrum verò Regaliorum ius Armoricis ignotum, nec vsitatum profitetur apertè Sanctio Ludouici II. Regis, quæ in publicos Commentarios, iubente eo, relata est, & Rationalium Actis consignata. Quùm enim inter causas indicti Armorico belli, hæc quoque esset non exigua, vt patronum Regem solum nuncuparent sacræ Britonum Præfecturæ, pernegauit Armoricus Dux. Vnde ingenti commisso ad Montem-Letericum prælio, inita Pax demùm, cum diserta cautione pollicitationis Regiæ, Gallos deinceps controuersiam de patronatu non moturos 5. Idus Octob. anno 1465. Quòd autem Britannia isthæc Francico diademati nexa sit iam inde ab anno 1532. sacra eius Beneficia teneri videntur Indulto Curiæ Parisiensi, ad sacerdotia iure anno 1538. ex nominatione Principis. Nam etsi Prouinciæ huius cum Gallico Sceptro vnione, receptus fuerit nominatim libet immunísque eiusdem status anterior: decretum fuit à Prætoriano Consilio, Senatorium Lutetiæ *Indultum*, Britonicis Templorum Muneribus, promiscuè cum aliis, indici posse. Aresto 6. Kalend. Augusti anno 1557. quod idcirco Molineus citat, ad Regulam Apostolicam, *De infirm. resignant.* (Num. 236.) Sed Armorica Rhedonum Curia, instante regio inibi Actore, vetuit Prætorianum decretum, quod in absentem & contumacem latum fuisset, executioni mandari. Pridie Idus Octobres Eod. anno. Sicuti Natalis Failhius, Rhedonensis Senator animaduertit, in Collectaneis Rerum à patria Curia sua Iudicatarum. Vtut sit, tali Indulto Pontificio obnoxia non sunt Ecclesiastica Britanniæ Munera, quæ, Anni Mensibus Pontificiæ soli collationi addictis, possessorem amiserint. Pura enim ac indefinita cuiquam facta gratia, demptum censetur vsquequaque Indulgentis ius peculiare, cap. petitio De iureiur. l. Inquisitio Cod. De solut. l. si mercedem §. vlt. ff. De action. emp. Ac velut Indulta huiusmodi non protrahuntur in Regium, seu regij patrocinij ac collationis sacerdotium: Ita aduersus munificum auctorem Roman. Antistitem protendi non debet Pauli 3. P. diploma, Senatorio Ordini gratiosè concessum ad Beneficia Ecclesiæ adipiscenda. Quinetiam Paulinis Indulti codicillis, seposita fuêre expressim Mandata Sanctissimæ Sedis, anno sesquimillesi. 38. Quòd si Bononiensi cum Regibus Pacto, de Apostolica præuentione beneficiaria, standum est (§. Declarantes De mandat. Apostol.) Multò probabiliùs libertati fauendum ordinariæ Rom. Præsulum collationis, ceu Episcoporum sacræ cuiusque Diœceseos Armoricæ. Huius demùm partis sententiam amplexi sunt Prætoriani PATRES, ac CELSISS. SEDIS beneficiario litem adiudicarunt, Decreto prolato

minore, cuius Regalia consilio commissa est, die 9. Mart. 1573.

Nantes, cuius Regalia pariter in consilium missa, die 15. Iunij, an. 1545 super litigio Decanatus S. Petri Nanneten.

Quam maiorem Ecclesiam Iudicael Britonum Rex fundasse dicebatur.

Appoincté au Conseil Die 15. Maij 1603. *Touchant vne Chanoynie de l'Eglise de Vannes, en Bretagne.*

De Nannetensi autem Regalia temporali Iudicatum vide, nostro lib. 2. Monasticôn Tit. 3. art. 17.

Viennensium quoque Delphini olim Custodiam habuêre Temporalium vacantis ibidem Episcopatus cuiusque: sed Custos deputatus reseruare fructus tenebatur futuro successori, eóque bona capere cum Inuentario, & rationes reddere Francis. Marci Decis. Delphin. 556. Parte 2.

Pax Confluentina, *de Conflans*, an. 1465. qua Princeps renuntiauit iuri Regaliorum in Armoricis. Die 11. Octob. anno 1465.

Pauli 3. Bulla die 19. Iun. 1538. Quam præcedebant quidem aliæ Pontificiæ, anno 1402. Idib Decemb. 1412. 18 Mart. 1434. & 18. Maij 1438 de Indultis beneficiis Senatori cuique Paris. Sed ante Paulinam vltimam, sortitæ non fuerant effectum. Ex Regestis Curiæ. Die 27. & Iul. 14. Octob. 1557.

In generali sermone non comprehenditur persona loquentis.

In Concordatis.

prolato 3. Iduum Ianuar. an. 1601. de Monastico Primatu D. Martini *de Vertou*, in finibus Nannetum: Quem Pontificius euicit à cœnobita, nominatione subnixo Magistri libellorum supplicum in Regia.

Magni Consilij Arestum die 11. Ianuar. 1601. pro Francisc. *Vales pourueu par le Pape au Moys du Pape, contra Fr. Nicol. Symonem, nommé par l'Indultaire Maistre des Requestes.*

8 PROPIVS iam ad Regaliorum præcepta accedamus. Certum est, illa ab Principe in extraneum transferri non posse: Priuilegio 16. Regalium. Ecquid si remittantur Ecclesiæ ipsi Episcopali, quæso, ratáne sit cessio eiusmodi? Ratam videri placuit Ruzeo scriptori Regaliorum, Priuilegio 11. Atqui Philippus 2. cessit iure Regaliæ Lingonensis Episcopatus, anno 1203. Antissiodorensis, anno 1206. Nouiodunensis ad Ligerim, ann. 1208. & 1212. Veluti & Trecensem is Regalibus immunem declarauit, obsignatis Tabulis, anno 1207. Garneto id ætatis Trecassium Pontifice. Nec eo secius, in Niuernensem Ecclesiam hodie exercentur Regalia: Ex auctoritate Senatorij Decreti, quod solenni ritu publicè recitatum est, peruigiliis Paschalibus, anno 1564. In Lingonum item Pontificatu, locúsne supersit Regalibus, sub iudice lis est: quam, forensi habita patronorum oratione, Senatus consilio permisit 5. Idus Martias, anno 1574. Brissone, & Vilcotio causidicis. Turonensi necnon Ecclesiæ Regalia iura condonasse videbatur Blancha D. Ludouici mater, regni procuratrix (filio Syriaci tùm belli ductore, sacra ab eo Cruce suscepta) Instrumento Mens. Ianuar. anno 1251. De his tamen Regalibus disputatum acerrimè in summo Foro Parisien. résque non semel consilio commissa, anno 1518. & pridie Idus Ianuar. anno 1550. quùm Francisc. Portanus, pro Mirone petitore: Riantius, pro reo, dixissent: Raynardo, pro Turonen. Canonicorum Collegio maximo, interueniente. Dubitandi causam augebat modus & formula remissæ huius Regaliæ Petro *de Lamballe*, Turonum Archiepiscopo, tali fermè Dialogo, qui supradictis Literis perhibetur. *Led. de Lamballe Archeuesque esleu demanda à la Roine Blanche, que la Regale de l'Eglise de Tours luy fust renduë. Laquelle Dame dist, que volontiers elle feroit grace aud. de Lamballe, & luy rendit de grace lad. Regale. Et que led. de Lamballe dist à lad. Dame, Grand mercy tant de ce bienfaict, que des autres qu'il esperoit auoir d'elle.* Itaque probabilius sit, meram hanc & vnicam Augustæ gratiam, ad consequentias trahi non debere. Quam sententiam iuuat remittentis conditio, puræ Rectricis & procuratricis Regni, non autem Regis. Eius autem verba mandati procurationísque sic habent: *Nos charissimæ Dominæ nostræ & matri Reginæ concessimus & volumus, quòd ipsa in hac nostræ peregrinationis absentia, plenaria vtatur potestate recipiendi & attrahendi ad Regni nostri negotia, quos sibi placuerit, & remouendi, quos viderit, amouendos: Bailliuos etiam instituere valeat, Castellanos, Forestarios, & alios in seruitium nostrum & Regni nostri ministros ponere & amouere, dignitates etiam & beneficia ecclesiastica vacantia conferre, Fidelitates Episcoporum & Abbatum recipere, & eis Regalia restituere, & eligendi licentiam dare Capitulis & Conuentibus, vice nostra.* Iunio Mense, an. 1248. Ad ea verò non deest quod respondeat Turonense Capitulum, Augustam potiùs, agnouisse bonam fidem, & Regalia, quæ nulla habebat, restituisse Ecclesiæ, quàm donasse. Præterea Vrbanum 2. P. P. lustrata D. Martini Æde Turonensi, Præsulatum loci ad se Romanámque Sedem transtulisse, ac eundem protinus Canonicis dedisse, vicario deinceps Romani Episcopi munere erogaturis sacra Ministeria, quæ sacerdotia appellantur. Proin nullum iamdiu Francicum Turonibus Præsulatum manere, in quem Regalia exequi liceat. Sed his Pontificiæ Sedis placitis designatur quidem Martinianum, at non Archiepiscopale phanum primarium: Quibus insuper placitis CORONÆ iura minui ac conuelli nullatenùs intelliguntur.

Langres. Auxerre. Neuers. Troyes.

Curiæ Arestum pro Regalia Niuernensi. Die 11. Mart. an. 1574.

Appoincté au Conseil die 11. Ianuar anno 1510. de Archidiaconatu & præbenda in Ecclesia Turonensi, tanquam in Regalia vacantibus.

Verba Procurationis Regni Gallici, à D. Ludouico matri decretæ.

Ecclesia Collegiata S. Martini Turonēs. exempta est à Diœcesano Turonum Præsule, illique separatim Diœcesana auctoritas attributa.

9 INDE descendit hæc quæstio, Si peregrè profecturus Rex, Magnati concesserit, seu veriùs mandarit Regaliorum ius exercendum, valeátne hæc Regaliæ concessio. Quidni valeat? Tunc enim, Regia vice solùm, exercentur Regalia. Id nimirùm cedendæ Regaliæ ius identidem vsurparunt prisci Reges. Philippus 3. mandauit Antistiti templi cœnobiique Dionysij ius sacrorum munerum lege Regaliæ conferendorum. Antistes multa in eo genere largitus est beneficia Ecclesiastica. Philippi etiam antea proauus Augustus, sumpta Hierosolymitani belli prouincia, clausulam hanc adiecit Procuratoriis Regni codicillis: SI FORTE CONTIGERIT, SEDEM EPISCOPALEM, VEL ALIQVAM ABBATIAM IN REGALIA VACARE, VOLVMVS, VT CANONICI ECCLESIÆ, VEL MONARCHI

An Regalia cedi possit à Rege, vel mand. temp. pro tempore à mandatario exercenda.

Abbas S. Dionysij, in Francia.

Hunc Rhemorum pontificem Rex patruum suum, Proregem, cum Regina vxore, constituit, quandiu sacri belli causa abesset à Regno.

MONASTERII VACANTIS, VENIANT ANTE REGINAM ET ARCHIEPISCOPVM RHEMENSEM: SICVT ANTE NOS VENIRENT, ET LIBERE AB EIS ELECTIONEM PETANT, *&c.* Rursus Iani Regis Epistola ad Senatum missa continetur, ne litigatorum exceptionem admitteret, Regi captiuo, aut eius Legato conferre in Regalia non licere. Quibus tamen omnibus deduci de sententia nequeo, Regaliorum cessionem minimè recipiendam. Quoties enim antiquitùs Reges, Optimatibus Regaliam, quasi vicarias mandauêre operas, causati diuturnam Regno absentiam, reduces demùm, nouo Diplomate comprobarunt anteriores sacerdotiorum collationes, alioqui parum iure valituras. Ita Ianus ille Rex, in libertatem ex Anglia restitutus, auctoritatem interposuit factis à Prorege filio sacrorum munerum donationibus, an. 1360. Sic & Karolus 7. pulsis Britannis, qui sacerdotia ementito Regis titulo erogarant, nouum ius attribuit illorum beneficiariis, quadam velut * Ἀμνηστίας lege, an. 1437. Lutetiæ, tum an. 1450. & 1454. in Normania. Francisco dehinc Rege in Insubres cum exercitu profecto, Senatus decreuit, ipsius matrem, Franciæ rectricem, eadem hac Regaliorum prærogatiua non vsuram: Aresto 14. Kal. Ianuar. an. 1515.

Vide Ordinationem Caroli 7 art. 116. *de publication des Abolitions & octroys de Normandie*, Mens. April. an. 1454.
* Obliuionis.
Placitum Curiæ, die 19. Decemb. an. 1515.

10 REGALIBVS patefactum aditum intelligimus, Episcopi translatione ad alium episcopatum. Vnde Pontifex summus Regem enixè precatus est, ne pro suo Regaliorum iure omninò ageret, quòd Pontifex ipse aliò transtulisset Laudunensem, Carnutum, & Suessionum Antistites. Quippe cùm hæ translationes effectum sortitæ non essent, translatis Episcopis, eas minimè ratas gratásque habentibus. Ad ea Rex perbenignè, Patribus in consilium adhibitis, suóque iure non strictim vsurum rescripsit. Vt Actis Curiæ est proditum 7. Idus Apriles, an. 1368. Reuera enim, translatorum absentium Præsulatus possessore non vacarunt, ex nuda translatione Pontificia, sed ratihabitionis expectatione suspensi tenebantur. Argum. cap. Si tibi absenti. De Præbend. Apud Bonifacium 8. lib. 6. Decretal. Epistol. Quò pertinent Ruzei dictata, in Priuilegio 34. & 41. Regaliorum. At de Episcopalis ipsius translatione Sedis, hæsitatur, nùm, quò translata hæc fuerit, è Gallica ciuitate, illìc Princeps extraneus carpat Regalia: vtì Gallus Rex antea inibi solebat, vnde traductus sit Episcopatus. Putà, in Samarobrinæ Castro, Fœdere conuentum inter Galliæ & Hispaniarum Reges, vt vbi Morinorum Teruanna fuerat, Episcopalis ciuitas, tum diruta, triplex fieret Pontificale sacerdotium: Bononiæ scilicet Belgicæ vnum, in maritima Galliæ ora: alterum Odomaropoli, Atrebatum: Tertium, Hypris Flandriæ oppido nobili, Mens. Aprili, anno 1559. Possessore dehinc vacat Fani Audomari Sedes Pontificalis. Quo in sacro velut Interregno, Hispanus Rex, Artesiæ Comes adgreditur collationem Canonicatuum & præbendarum nouæ Cathedralis Ecclesiæ, hoc prætextu, quòd Fanum Odomari priùs Episcopali subesset imperio Teruannæ Morinorum, vbi Regalia sua Franci dubio procul perceperant. Translato igitur sacerdotio, Legis quoque facta videtur translatio, vt Ecclesiastici Canones loquuntur. His verò præfractè opponitur à Canonicorum Collegio antiquum suæ Ecclesiæ priuilegium, vt sacro Solio vacuo, ij conferant Ecclesiastica Templi sui beneficia soli. Cuiusmodi priuilegium non censetur ademptum posteriore Collegij simplicis erectione in Senatum Episcopalem, seu Cathedrale sodalitium. Vt nuncupatim sensit Oldradus, Iuris responso 267. Nec enim dignitatis adiectione mutatur in deterius prior rei conditio, statúsve personarum. l. vlt. Cod. De nupt. l. penult. ff. De Senator. l. Falsa. §. 1. D. De condit. & demonstrat. Bartol. ad l. vlt. De præposit. agent. in reb. lib. 12. Cod. Cui rationi subiungo, Regalia in sacras Basilicas, Regi soli competere, à quo etiam Regalium appellatio ducatur. Cùm ergo Hispanus dominetur Odomaropoli, non regio quidem titulo, sed Comitis Atrebatum, Gallicæ veteris clientelæ, nil video proponi, cur rectè Comes in suos eodem, quo Gallus, vtatur Iure Regali sacerdotiorum. Etenim Lugdunensi Concilio Regalia tolerantur, ea duntaxat, quæ ab ipsorum fundatione Templorum sibi Reges sumpserint, aut vetustissima possessione. Vt ait Gregorius 10. qui ei Synodo præsidebat, in cap. Generali, §. Qui autem. De elect. In. 6.

Inefficaci Episcoporum translatione Regaliam non aperiri.

Die 7. Aprilis, an. 1368.

Tractatu *de Cateau Cambresi*, Episcopatus *de Terouenne* diuisus est in tres, vnũ *à Bologne sur la mer*: secundum, *à S. Omer*, tertium *à Ypre*.
In Boloniensi D. Mariæ Cœnobio, quod Episcopale nuper factum est, hospitatus legitur Iohannes Franciæ rex, quùm Londinum Angliæ remitteret. Froissartis. Hist. lib. 1. Cap. 119.
S. Omer, Fœdere autem Cameracensi media pars antiquorum redituum Episcopatus Morinẽsis, attributa est nouo Episcopatui Boloniensi Gallorum.

11 CONSTANTE Regalia, Princeps annuis subiicitur Præsulis oneribus pensitandis:

ficandis: iisque adeò prorsus, quæ Antistiti ipsi quotannis subeunda erant. Aresto Pentecostes, an.1280.de Regalia Aurelianen. quod refertur in Stylo Parlament. (Arest. Parte 7.) Eidem concinit aliud Curiæ placitum in Meldensi Regalia 13. Kal. Quintiles. An. 1567. Quò tendit etiam Pontificia sanctio Bonifacij 8. in cap. Præsenti. De offic. Ordin. Et cap. Is qui. cap. Quia sæpè. De Elect. In 6. Ita Fridericus 2. Cæs. Arcis Præfecto mandauit æs alienum dissolui Episcopatus deuoluti ad iura Fisci. Teste Petro Vinea, Cæsareo Iuris-Præfecto, Epistol. lib. 5. cap.94. Eam verò Episcopalium onerum functionem ac præstationem metimur æqua parique fructuum portione, qui, vacua Cathedra, colliguntur à Principe. Cuiusmodi prouentuum æqua rataque portio designatur quodammodò ac definitur veteri S. Consulto, an.1263. cuius scriptura hæc est. *Quæstio erat inter custodes Regalium Suessionens. qui vltimò fuerant, & executores Episcopi defuncti, ac Episcopum nouum super quibusdam articulis, videlicet super vinagiis, Boscis, & Maioriis. De Boscis determinatum est, quòd executores Episcopi mortui habebunt Boscum copatum tempore mortis suæ: Dominus Rex habebit Boscum copatum tempore Regalium suorum. De vinagiis determinatum est, quòd ipsi executores habeant vinagia, quia Episcopus fuit mortuus post vindemias: cùm ipsa vinagia debeantur ratione vindemiarum, licet aliquoties soluantur in medio Martij; & de soluendo in vindemiis, vel in medio Martij, fit ad voluntatem illorum qui debent. De Maioriis verò determinatum est, quòd ea quæ acciderunt tempore Episcopi, sunt Episcopi, & ea quæ acciderunt tempore Regalium, sunt Domini Regis, & pertinent ad huiusmodi Maiorias census, ventæ inuestituræ, & similia.* Vt in Curiæ lib. OLIM inuenitur fol.130.vers.

> Iudicatum à Curia *en la regale de Meaux*, die 19. Iun. an. 1567.
> Petrus de Vineis, Cancellarius Friderici 2. Imperat. circa ann. 1230.
> Rex pro rata fructuum Regaliæ, fert onera vacantis Episcopatus.

12 IN Regalibus cessat Diplomatica Regula Innocentij 8. Pontif. *De Verisimili notitia obitus.* Nam hoc casu, vulgò iactatur, opinionem veritate præueniri, vt maneat regia Sacerdotij collatio, tanquam verè vacantis, morte beneficiarij: licet alioqui eius notitia mortis nōdum eo temporis puncto, quo erogatur sacrum munus, probabiliter ad collatorem peruenerit. Sic gemino Curiæ iudicio decisum est, 10. Kal. Ianuar. an. 1542. & Ibid. April. an. 1568. de Regalia Laudun. His persimile in Regalia Nouiomensi decretum, circiter annum 1567. Ex eodémque causæ argumento, vindicias obtinuit Principis beneficiarius, in Regalia Meldensi: Aresto in publicis Fori actionibus lato 3. Idus Maias an. 1572. Cùm enim veritas anteuertat opinionem, regulæ locum non esse in Regalibus, meritò visum. Quod ciuilibus itidem, publicísque in Muneribus Principis custoditur, ne eorum collatio in dubium reuocetur ex minùs probabili obitus Notitia. Vti pronuntiatum à Curia (4. Kal. Septemb. an. 1537.) notat Rebuffus in Praxi benefic. Eius tamen Regulæ sanctione tenentur collati à Legato sacerdotiorum tituli: Aresto circa Natalitia Christi, an. 1561.

> Regula Cancellariæ Apostolicæ & Romanæ, De verisimili notitia obitus.
> Arestum die 23. Decembr. an 1542. & die 11. April an. 1568.
> *Arrest de recreance en la Regale de Meaux*, die 13. April. an. 1572.
> Iudicatum Curiæ, die 29. August. an. 1537.
> Rebuff. in Regul. Cancellar. De verisimili notit. Glo. 5. Praxis Benefic.
> Die 23 Decem. 1561.

13 TRAHVNTVR etiam Regalia ad Episcopatum, quo quis purè se non abdicarit, sed donandi sacerdotij iure penes ipsum reseruato. Nam irrita planè est, inefficáxque huiusmodi Ecclesiasticorum munerum reseruatio. Sacræ enim Præfecturæ, sunt absque diminutione, aliorum instar sacerdotiorum, conferendæ, vel cedendæ. In fructibus autem Episcopatus, collationum sacerdotalium initur computatio. Argum. cap. Cùm olim. De maiorit. & obed. Deinde Pastorali muneri debentur huiusmodi sacerdotum ordinationes, quas collationes nuncupamus, nec alteri fermè deferuntur, quàm Dominici gregis Pastori, seu protomystæ. De quo quidem, Senatus deliberandum censuit, tali necne sacrarum collationum retentione in eiurando Pontificatu, Regaliorum effectus præpediretur. Pridie Nonas Quintiles an. 1564. in Regalia Carnutensi. Id quod antea decisum fertur, de Cenomanis Regalibus, etsi Cardinalis Bellaius, qui cesserat Episcopatu, sacerdotiorum collationes sibi recepisset. Vnum addam, nec vulgare de eo Curiæ decretum. Permutatur Auxitanus Archiepiscopatus cum Lugdunensi, qui ad Cardinalem Ferrariensem spectabat. Hic pacto permutationis sibi reseruat Lugdunensium sacerdotiorum donationes. Permutatio Romæ comprobata, & à Pontifice, & à purpuratorum Patrum Collegio. Heduensis interea Episcopus, sui iuris esse contendit huiusmodi collationes: eo quòd veteri Pactione Lugdunensis cum Heduorum Præsule, superstitis partes essent, altero Præsulatu vacuo, quasi Interregis, sacra beneficia erogare. Heduensis Senatum Pa-

> Reseruatio collationum beneficialium fieri non potest in resignatione Episcopatus: quia collationes sunt in fructu, quem Episcopus integrum recipere debet.
> *Appointé au Conseil*, die 6 Iul. an. 1564. in Regalia Carnotensi *par la resignation faicte de la part del Euesque de Senlis de son Eueschè de Chartres à son nepueu*, retenta collatione beneficiorum.
> Archiepiscopatus *d'Aux*.
> Episcopus *d'Austun*.
> Lugdunen Hist. lib. 2. cap. 45. Girardus Heduorum Episcopus legitur, vacante Lugdunensi Sede, administrationem habuisse temporalem & spiritualem Archiepiscopatus. Circa annum 1267.

Ex antiquissima earum Ecclesiarum Consuetudine.

risiorum appellat abusus nomine, ab ea Pontificia permutationis comprobatione. Placuit rectè prouocatum: Montolone, Portano, & Rupefortio, causæ patronis, an. 1564.

Voluuntur quoque in Lugdunensi historia Literæ Friderici 1. Cæs. die 18. Nouembr. an. 1157. Quibus inuestimus, inquit, Eracliū Lugdunensem Archiepiscopum & Primatem de vniuerso corpore ciuitatis Lugdunens. & de omnibus Regalibus, infra vel extra ciuitatem per totum Archiepiscopatum constitutis, quæ antiquo tempore visa est habere Lugdunen. Ecclesia, &c. Die 13. Augusti, an. 1405. & die 18. April. 1469.

14 OBITER commemorandum hoc loco, Lugdunensi Ecclesiæ sacrum ius Regaliorum in Heduensem permissum fuisse, saltem Regi probatum an. 1312. & April. Mense, 1320. Bina Transactione inita à Petro Sebusiano Lugduni pontifice cum Philippo 4. & 5. Regibus. Cessit nimirùm Archiepiscopus summo in Lugdunenses imperio, quod quidem, vnà cum iurisdictione & superiori dominio, Lugdunensis Ecclesia sibi asserebat, peruetusta Burgundiæ Regum donatione, ac solenni Charta Friderici 1. Imper. 14. Kal. Decemb. an. 1157. Ecclesiæ vicissim permittitur Regaliorum ius illud in Augustodunum, seu Heduorum Præsulatum, item meri imperij fasces in subditos: Ex quo Regia sedes Iuridica est, non Lugduni, sed Matiscone constituta. Iisdem tabulis, Comitatus titulo decorantur prædia omnia Lugdunensis templi maioris. Priorem verò Transactionem confirmarunt Hutinus, & Longus seriatim, Mense Septemb. an. 1315. & 1320. Vtramque Valesius Rex an. 1341. Senatorio Ordine comprobante, an. 1328. 1367. Aprili Mense an. 1392. Idib. Sextil. an. 1405. & 14. Kal. Maias, an. 1469. At paucis abhinc annis Princeps coëmit à Lugdunensibus Ecclesiasticis profanam illam iuris dicundi Potestatem. Quod reliquum est hodie, Archiepiscopus manet solario iure Dominus in oppidanos Lugdunenses: quùm ipsorum ædes vectigales sint, prædiáque Archipræsuli census nomine obnoxia. Ex Allobrog. Annal. & Lugdunensi Histor. Quo de censuali iure Lugdunensis Antistitis, nonnihil scripsit Decius, Consil. 204.

Quùm Regalia fictionem nō recipiat, ciuilis possessio beneficij per procuratorem, nil prodesset ad impediendam ipsius vacationem de facto, contra nouum Regalistam Sed nec personalis apprehēsio possessionis Canonici, in refutationem Capituli, sufficit contra Regalistam posteriorē, nisi cœpta sit possessio ad Aquilam, Curiæ Aresto die 11. April. 1585. *M. Martin plaidant.* Iudicium Curiæ, die 28. August. 1571. Et aliud Arestum in Regalia *de Bayeux*, die 23. April. au 1573. die 1. Iun. an. 1571. Regulam Cācellariæ Apostolicæ die 20. diebus, in Regia collatione seruari: Aresto die 1. Decembr. An. 1494. & die 23. Decembr. an. 1549. Num. 409. ac seqq. Regiæ Literæ Oct. die 16. in Magno Consilio registratæ die 5 Nouemb. 1592. Placitum Curiæ, die 19. Iun an. 1567. Art. 16. tit. 3. lib. 2. Monasticōn.

15 EFFECTVS Regaliorum minimè definit ciuili sola sacerdotij possessione, quin facto ipso vacare tùm dicatur, quùm morte Episcopi, Regaliæ dies cesserit, & ita denuò illud conferri possit à Principe. Si tamen nouus ipse beneficiarius, qui per procuratorem possidere cœperat, naturaliter dehinc incubuerit rebus Sacerdotij, fructúsve collegerit, haud censetur ampliùs sacerdotium facto ipso vacare, nec quasi vacans recidit in liberum regiæ collationis arbitrium, Regaliæ superuentu. Quo modo in Regalia Parisiensi, naturalis possessionis exceptionem admisit Senatus, déque ea litem inficialiter constituit 5. Kal. Septemb. an. 1571. Idem in Bellocasiorum Regalia: Aresto 9. Kal. Maias, an. 1573. Ponamus autem, Seium ritè sacerdotio donatum, dum nititur possidere, ab alio prohiberi: hóccine Seio fraudi erit, vt vacuo pòst Episcopatus solio, Sacerdotium videatur in Regaliam incidisse? At enim Seij diligentia haberi debet pro facto iustæ possessionis. Curia vtique rem consilio ampliori commisit, In Regalia Meldensi, Kal. Iuniis, an. 1571. Danesio, & Ramato causidicis. In proposita enim hypothesi, nouus Canonicus supplice libello rogarat sacrum Collegium, vt in ipsum cooptaretur: renuente Collegio, postmodùm Episcopus ad Superos emigrauit. Perpendendum, ad hæc, Cancellariæ regulam Romanæ Curiæ, *De infirmis resignantibus*, seruari in Regio Diplomate sacri beneficij erogatorio. Ex Senatus iudicio Kal. Decembr. an. 1494. de Sacello D. Laurentij, in maxima Æde Meldensi, Tum 10. Kal. Ianuar. an. 1549. Quod & frequenti Galliæ Vsu receptum tradit Molineus in Commentar. eiusdem Apostolicæ regulæ 18. Et aperta Epistola Regis Henrici 4. comprobatum fuit postridie Idus Octobres an. 1592. Quam Prætoriani Consilij PATRES districtè obseruari iussêre Nonis Nouemb. subseq. Sed ne à Regalium tractatione digrediar, decumas fructuum in illa cadere, multis adstruitur rationibus in calce Libri *Memorialium* apud Præfectos Ratiociniorum. Quibus adhæret S. Consultum in Regalia Meldensi, 13. Cal. Quintiles, an. 1567. Ast diuersam Maiorum de sacris Decimis sententiam refert Arnulfus Ruzeus, Priuilegio 55. Regalior. Sicuti à Nobis animaduersum est lib. 2. DE IVRE COENOBITARVM. Hos autem Episcopatus vacui fructus, profanásque perceptiones, nostri Reges iampridem concessêre * Ἱεροφύλαξι & Ecclesiasticis Sodalibus Sacelli Palatini, apud Lutetiam. Quemadmodùm sigillatim eius concessionis Literas percensuimus lib. 1. DE SACRA POLITIA FORENSI, tit. 7. art. 14.

* Thesaurario Sanctæ Capellæ Palatij Parisien. Cui, & Canonicis ipsis Carolus 5. rex à Pont. Max. impetrauit priuilegia, iuráque adeo Episcopalia, Sub annum 1370.

16 ENIMVERÒ si Episcopus pensitationis lege cesserit Episcopali sacerdotio, quæsitum

quæsitum est in Senatu, nûm annua hæc pensitatio priùs deducenda sit ex Episcopatus reditibus, quàm eiusdem prouentus Regali iure colligant sacri illi Sodales Palatini. Nos in ea Fori disputatione, pro Bellaio Parisiensis Episcopæ pensionario, Regem pensionis constitutioni in eiurando Præsulatu consensum adhibuisse: Alioqui ne vacasset quidem Præsulatus, nisi lex in eiusdem renunciatione dicta seruaretur. Annuam hanc pensionem, adhuc prioris iuris Episcopatus ipsius partem videri, nec transmitti in nouum successorem aut possessorem, donec mortuo pensionis fructuario, nouus Episcopus ea portione augeretur, ac præstatione alimentaria liberaretur. Tali pensione nil fauorabilius esse, quam vel in ipsis Christianæ Ecclesiæ primordiis instituerint sanctissimi Patres. Quùm enim Ariminensis Pontifex se tandem senex abdicasset Ecclesiastica hac Præfectura, iam tum ei prouisum fuit, hac cautione: *vt quandiu eundem in hoc seculo vita teneret, sumptus ei debiti de eadem Ecclesia ministrarentur.* Sicuti à Gregor. Mag. proditum est, Regesti cap. 243. Contrà, Fonteneus, pro Sacris Sodalibus *Regalistis*, Regium assensum, de quo suprà, efficere iis ipsis non potuisse, prædiarios omnes Episcopij prouentus lege Regaliorum teneri, atque ita ab iis iustè vindicari. Causa vtrinque peruestigata, Senatus censuit, pensitationis reditus, è Regaliorum perceptione, quasi præcipuos, deduci oportere: Aresto 11. Kal. Mart. an. 1573.

De Episcopatu resignato cum retentione pensionis, & ita cadente in Regalià, quoad fructus temporales ipsius, detrahi debet pensio resignantis. Contra Priuilegium 53. Regaliorum Ruzei.

Curiæ Placitum, die 19. Febr. an. 1573.

17 REGVLARITER Basiliense decretum de pacatis sacerdotiorum possessoribus, cessat in Regalia: Guimerij opinione Interpretis Pragmat. Sanctionis, & Curiæ Iudicio, 7. Idus Iulias, an. 1468. Ecce, *Regalista*, vindiciarum victor aduersus sacri beneficij competitores, possidet septennio pacatè & quietè. Eiusdem cedentis successor, sumpta ab Ordinario collatione, incipit possidere. Mox Sede Episcopo vidua, Titius impetrat sacerdotium à Principe, aditum huic Regaliorum iuri prætendens ex prisca lite de sacerdotio mota, in qua fiduciariam tantùm possessionem euicerat Regis beneficiarius anterior, *resignatarij* illius auctor. Vnde nec *resignatario* prodesse videbatur auctoris sui triennis possessio, aduersus vltimum *regalistam*. Quandoquidem litigiosum sacerdotium tandiu subiacet Regalibus, & Regali donationi, quandiu institutum de eo supersit litigium. Superesse autem dicitur ad tricenum vsque annum, vel donec Regalia plenissimè ad effectum perducta sint, citra alicuius contentionis de eo sacerdotio reliquias. Constitutione Ludouici 12. edita an. 1499. art. 11. Nos, econtrà, in causæ eius actione, pro successore beneficiario, priorem controuersiam septenni silentio extinctam fuisse, nedum triennio, antequàm secunda Regalia obuenisset. Decreto quidem, *de pacificis possessoribus*, in Regalia locum non esse aduersus *Regalistam*, sed pro eo ipso, secus: cùm eius modò fauore introductum fuerit illud Basilien. Decreti temperamentum. Priori igitur Regalia plenè effectum sortiente, libera possessione diuturna, nil proponi, cùr ampliùs, Regaliæ posterioris die cedente, sacrum Munus, quasi controuersum, vacare putaretur, eóque obtentu petendum à Rege. Causam auditam Senatus in consilium maturius reuocauit: de Cenomana Regalia, Pridie Idus Quintiles, an. 1572. Duobus autem purè beneficiariis Principis, de sacerdotio certantibus inuicem, libera alterius possessio triennis non modò litem perimit, sed perpetuum quoque ius quærit possessori, ex Synodica Basileæ Rauracorum Sanctione antedicta. Nam mutuo Priuilegiarij vtriusque in conflictu, neuter vtitur in competitorem priuilegio, sed priuatis communi Iure l. verùm §. item quæritur l. Si apud. ff. De minor. 25. ann. l. vlt. D. Ex quib. cauf. maior. Idem quoque bino iudicio decidit Senatus in publica litium disceptatione, Kalend. Aprilib. & 16. Kal. Iunias, an. 1604. Cæteroquin forensi illo Axiomate protritum est, Regalia non admittere fictionem. Quod procedat néc ne in Romana sacerdotiorum Regula *De publicandis resignationibus*, nondum Curia definiuit. Seius putà Ecclesiast. beneficio renunciauit, amici fauore, qui id muneris in se collatum à SANCTISS. SEDE, acceptauit. Sed eo minimè possessionem ingresso, necdum publicitùs lecta sacerdotij cessione, moritur Episcopus, indéque adaperta Principi Regalia. Mox Aulicus quidam sacrum Munus à Rege impetrat, quasi iure ac titulo vacuum, tametsi facto ipso possessum à cedente sacerdote. Inter moras, diem functo isto, post clausæ

Arestum die 9. Iul. 1468 *entre M. Iehan Beaufeu, & M. Florent d'Illiers.*

An resignatarius antiqui Regalistæ recredentiarij, qui post recredentiam multis annis sine lite possederat, noua emergente Regalia, possit inquietari à nouo Regalista, eò quòd ille resignatarius ab ordinario tantùm prouisus fuerat, non à Rege, vel debebat, intra 10. annos primæ Regaliæ, quæ minori tempore non clauditur, attentò litigio resignantis sui.

Die 14. Iul. an. 1572. Inter duos Regalistas locus est Decreto de pacificis possessoribus.

Arestum Curiæ, *plaidant Mornac*, die 1. April. 1604. Et alterum die 17. Maij seq. Choarto, actoris: & Roberto, Clementis *Vaillant*, rei, caufidicis, de canonicatu Trecensis Ecclesiæ.

Nùm Regula Cancellariæ Apostolicæ, De publicandis resignationibus, habeat locum in Regalia.

Regalia, Licinius idem obtinet sacerdotium à Pontifice Max. contenditque, illud solo cedentis interitu, non cessione vacasse, qui moriens adhuc sacerdotij fundis incumberet: Iuxta Regulam Cancellariæ Apostolicæ, *De publicand. resignat.* Econtrariò autem, Principis Candidatus, viuo ei, cuius morte causam suam tueatur Pontificius, nullum reliquum fuisse ius in Ecclesiasticum beneficium semel abdicatum gratiosa cessione, & collatione supradicta. Etsi enim Pontificius Canon *De publicandis*, effingat, beneficiarium, qui eiurati sacerdotij possessione non derelicta, obierit, nunquam ipsum eiurasse, sed eiusdem, velut beneficiarij, decessu vacasse sacerdotium: Huiusmodi tamen fictionis Pontificiæ, Regalia nullam habent rationem, nec Romanis hisce Pontificum legibus obligantur. Quùm verò propediem de eo dicturi sint litigatorum patroni in Auditorio Curiæ Parisien. suspendo interim iudicium: ne vel leuitatis, mutato postea calculo, vel temeritatis coarguar, si grauissimi ORDINIS sententiam præposterè anteuertam.

18 SVBNIXA dehinc alio Priuilegio Regalia sunt, mortuo *Regalistæ* aduersario possessore, vindiciariam nihilominus possessionem addicendam illi Principis beneficiario, contra possessoris successorem: S. Consulto 9. Kal. Mart. an. 1535. *Regalistæ* verò, qui cùm sequestrationis sententia lata sit, os occluditur litem persequenti, donec sequestrationi iudicatæ omninò satisfecerit: etiamsi nouo sacerdotij titulo concurrente, ius suum cupiat prosequi. Vt Curiæ placito decisum est, eodem, quo suprà, Die ac Cos. Dehinc fuit quæstionis, an in permutata sacerdotia Rex vti deberet iure Regaliorum: Item vacétne Episcopatus (vnde Regalia aperiantur) sola rosei Galeri pileiq; per Episcopum assumptione, ante Cardinalitij Tituli concessionem. Cuiusmodi dubitationem licet Regaliorum scriptores attigerint, haud abs re tamen Curiæ visum est, (Loysello, Méque causam orantibus) pleniori deliberationi committere 6. Idus Sextiles, ann. 1571. Tum quia permutatio non est purè vacationis genus sacrorum beneficiorum, sed conditionalis, certisque addictæ personis: tum ob id etiam, quòd ex Titulo Cardinalitio, propriè inducatur vacatio Episcopatus, tanquam illi Titulo minimè consentanei seu *compatibilis*: non autem ex præcedenti honoraria Episcopi lectione in Senatum Romanum, & Cardinalitiæ dignitatis in sacra purpura designatione. Sicuti fusè tractatum est à Panormit. aliisque Iuris sacri Consultis in cap. vlt. De postulat. Prælat.

Arestum, die 21. Februar. an. 1535. prouisionalem beneficij possessionem adiudicans Regalistæ.

Die 8. August. an. 1571.

De eo tamen vide Ruzei priuilegium 32 & 45. Regaliorũ, quo dicitur, Resignationem factam in fauoré certæ personę & non aliàs, seu factam causa permutationis, nihil obstare, quo minùs Rex, aperta Regalia, alteri conferre possit. Ex Aresto die 18. Ianu. an 1389.

19 VIDEAMVS iam de nouo Episcopo, cui Rex Episcopij administrationem indulserit constante Regalia, donec ille, fidelitatis sacramento in Regem purè inito, Scipionem sacrum acceperit, Annulumque pastoralem: Quam nos sacrarum Dignitatum vestituram, iuráque regia appellamus. Quæro, nûm interim talis Episcopus licitè Munera dispenset Ecclesiastica? Minimè herclè, quùm semel impositam Ecclesiæ Regaliam non auferat Episcopij regimen præcarium, temporariaque Principis indulgentia, antequàm in eius verba iureiurando adactus sit nouus Pontifex solenni ritu, institutóque Regni. Vt præfinitum est expressim Francica veteri Constitutione (regesta apud Præfecturam Ratiociniorum Parisien.) quæ sic orditur, DVM EPISCOPVS, & nostris aliis Libris tota inseritur. DE SACRA POLIT. FORENSI tit. 5. lib. 1. art. 11. Idem iuris est de clientelari Antistitis noui fide, Vicario alterius ministerio præstita Regi. Quæ à profanis licet Episcopatus fundis Regiam tollat manum, spiritalia tamen ipsius iura neutiquàm relaxat, nec sacrorum Munerum erogatoria claudit Regalia. Vt Principali Rescripto cautum fuit postridie Idus Februar. an. 1451. à Carolo 7. Cui fidem iuratus adstrinxerat procurator Episcopi Morinorum, Romani purpurati. Atque ita persanctè iudicatum à Curia deprehendimus, sacerdotiorum collationes in Regalia vacantium, ad Præsulem non pertinere, licet regio permissu res Præsulatus sui administrantem. Decreto, an. 1350. secundùm Symonem Buciacum, Principis in eo genere beneficiarium. Cuius Decreti mentio habita est Priuilegio 10. Regaliorum. Eiusdem verò rationem indaganti succurrit vetustior Lex Regia 12. Kal. Octobr. an. 1332. excerpta è Curiæ lib. OLIM fol. 21. cuius summa hæc est: *Quòd sufferentia non tollit Regaliam, quoad collationem Beneficiorum in Regalia vacantium.* Secus in profanorum fructuum collectione,

Fidelitas per procuratorem ab Episcopo iurata Regi, prodest illi tãtùm quoad temporalia Episcopatus, nec quoad spiritualia claudit Regaliam. Literis die 14. Febr. 1451. *sur le serment presté au Roy par le Procureur du Cardinal Euesque de Therouenne.*

Apud Ruzeum.

Ordinatio Regia Phil. Valesij, die 20. Septemb. an. 1332.

Souffrãce, ou surseance de faire la foy & fidelité.

ne, quos solæ Fidelitatis induciæ nouo Præsuli attribuunt: dummodò induciarum Codicilli probentur Senatui, & Magistris Rationum Principalium, exindéque manus Regia soluatur. Vt ait Molineus ad §. 7. De Feudis. In Consuet. Parisien. Verbi gratia, vacante Cathedra D. Flori Aruernorum, nouus Pontifex, antequàm fœdere auctoratus esset à Rege, precariò rogauit, obtinuítque Rescripto, diem diffundi præstandæ fidelitatis. Ex eo tempore defierunt iura & emolumenta Regaliorum profanorum. Sacris autem Regalibus obnoxiáne foret S. Flori Ecclesia (regiæ putà sacerdotiorum Donationi) agitatum in Senatu, & res consilij esse pronuntiatur. Brissone, Cotelli: Mario, Mornati: Me, Cathedralis Sodalitij causam agentibus. 8. Idus Sextiles, an. 1573. Antiquitùs enim non Rex quidem, sed priuatus eques Amblartus suis impendiis extruxerat Primatus Monastici Templum D. Flori, quod mox dono dederit Odoni 1. Cluniacensis Monasterij Patri. Deinceps in Pontificalem Ecclesiam subuehitur Conuentus ille Monasticus B. Flori à Iohanne 22. P. P. dictatis legibus, vt Ecclesiastici Collegij sacerdotia Episcopus tantùm erogaret de communi Canonicorum maioris Templi sententia. Cuiusmodi leges Pontificiis etiam tabulis sancitæ sunt Clementis 6. Syxti 4. & Alexand. 6. Quare æquum videbatur, vacuo Episcopali solio, Collegium succedere in ius sacri beneficij conferendi, tanquam vtrique commune, tum Episcopo, tum Sodalitio Canonicorum. Haud aliter, ac primitùs monachi in Cœnobium cooptatio fieri solebat à Monasterij Antistite, conuocatis singulis Fratribus, & sententiam rogatis cap. 1. Ne sed. vacan. lib. 6. Panormit. ad cap. Illa. Ne sed. vacan. In Antiq. De huiusce *Prioratus* translatione in Præsulatum Aruernorum, Oldradus nuncupatim in Consil. 267. vbi asserit, vetera iura, ac Primatus Monastici priuilegia, in Episcopalem hanc Ecclesiam translata fuisse. De Regalibus porrò Sanflorianæ ipsius Diœceseos, Feraldus in Priuilegiis regni Francorum: & Probus Quæstione 60. Vtcunque sit, secundùm Regalia, regiámque sacerdotij collationem, PATRES PARISIEN. iudicarunt, Bina sententia, priore quidem fiduciaria, 7. Idus Septemb. an. 1574. sed posteriore litem definiente, pari die Menséque an. 1582. Quarum anteriorem illam recensuimus, vnà cum aliis quibusdam Regalia spectantibus, lib. 2. nostri Tractatus De PRIVILEG. RVSTICORVM, Parte 1. cap. 11. art. vlt. Ast de Claromontano Arueniæ Episcopatu, ex quo Sanflorianus hic decerptus est olim, quæsitum fuit, Regalibus necne obnoxius foret. Rem ita diremit ORDO AMPLISS. vt pro varia ac discreta Regaliorum possessione, ipsa quidem, profanis de rebus Ecclesiæ, addiceret Principi, sacris autē de Beneficiis, omnino abdiceret. S. Consulto Mart. Mens. an. 1309. ita descripto. *Lite mota inter Episcopum Claromontensem & eius Capitulum ex vna parte, Et Procuratorem nostrum pro nobis ex altera, &c. Tandem visa quadam Inquesta de nostro mandato super præmissis facta, & visis etiam Regestris nostris,* PRONVNCIATVM *fuit per Curiæ nostræ iudicium, cùm non constaret de possessione nostra, nec nos, nec prædecessores nostros visos fuisse saisina conferendi aliqua beneficia tempore Regalium in Ecclesiis memoratis, Collationem beneficiorum vacantium, sede Claromont. vacante, futuro Episcopo reseruari debere. Item quia per Registra nostra super hoc inspecta inuentum non extitit, nos seu prædecessores nostros de prædict. Cathedratico, Synodatico, procurationibus minutis, oblationibus minutis, censibus & fructibus Ecclesiarum de Roffiaco & de Allodia, & de decimis d. d. Ecclesiarum nouiter per Sedem Apostolicam adiunctarum Mensæ Episcopali aliquid percepisse,* PRONVNCIATVM *fuit per idem iudicium fructus præd. eisdem restitui debere &c. Saluis tamen & adiudicatis nobis omnibus aliis Decimis antiquis, quæ alias tempore Regaliæ à nobis & prædecessoribus nostris percipi consueuerunt. Et saluis etiam nobis, & retentis Regaliis, & aliis Iuribus nostris, in omnibus acquisitis per Episcopos Claromontenses in Canalibus feudis, alodiis & censiuis &c. Item pronunciatum fuit, quod emolumentum Sigillorum existentium in Montanis, quod ratione Iurisdictionis spiritualis perceptum fuit, & à d. regaliatore leuatum extitit, reddi debet eisdem. Prouiso tamen, ne in fraudem nostri vel successorum nostrorum per eundem Sigilliferum exerceatur Iurisdictio temporalis, quam habet d. Episcopus in locis præd.*

Episcopatus *de S. Flour, en Auuergne.*

Appoincté au Conseil, die 6. August. An. 1573.

Erectio Prioratus S. Flori in Episcopatū.

Duo Aresta Curiæ pro Regalia S. Flori, Primum prouisionale, die 7. Septemb. 1574. Secundum definitiuum die 7 Septemb an. 1582. Vtrūque publicitùs à Thuano Protopræside pronunciatum.

Vetus Arestum Parlamenti, *touchant la Regale de l'Eglise de Clermont en Auuergne.*

20 SVNT igitur superiora iura Regaliorum, ἐμφατικῶς, & propriè sic dicta, quòd à Regio Sceptro nunquam diuellantur, quàmlibet generali Ditionum fiducia

regia, seu *Appennagio*. Vt patet ex sequenti clausula fiduciarij Andium Diplomatis in Ludouicum Iani Regis secundogenitum: Octob. Mense, an. 1360. SALVIS TAMEN ET NOBIS RETENTIS ET RESERVATIS IVRIBVS NOSTRÆ REGALIÆ, MONETIS, ET EXEMPTIONIBVS ECCLESIARVM CATHEDRALIVM, ET ALIARVM QVARVMCVNQVE, QVARVM COGNITIO AD NOS ET CORONAM FRANCIÆ, AC NOSTRAM PARLAMENTI CVRIAM PERTINET, AC FIDE ET HOMAGIO, ET SVPERIORITATE, ET RESSORTO, *&c.*

Verba ipsa Regij in filium Appennagij Andegauiæ. De Cenomana autem Regalia, & vtrum in ea Decimæ veniant, & ad Regem spectare debeant, definitum est Aresto an. 1302.

Tit X.

DE REGIA AD PRÆFECTVRAS ECCLESIASTICAS NOMINATIONE.

1 *Reges, & sacerdotes arctissimo necessitudinis vinculo contineri.*
Primi Franciæ Reges, Monasteria & Pontificatus conferre soliti.
2 *A Carolo Mag. & Ludouico Impp. Episcoporum Electionem Clero Populóque permissam.*
Pragmatica Sanctio vetus, de obseruandis electionibus.
3 *Alexander Seuerus, Prouinciis Rectores præpositurus, Populi iudicia rimabatur.*
Athenis rationem vitæ morúmque reddendam ab eo, qui in Magistratum esset allegendus.
4 *Popularem Episcopi Electionem ab Episcopo maiori confirmandam, Nicenæ Synodi instituto.*
Nouæ electionum formæ à Lateranensi Concilio instituta, per compromissum, per viam scrutinij, per viam Spiritus sancti.
5 *Ob Ecclesiarum opulentiam, & ambientium multitudinem liberas Electiones* Prælatorum *à Principibus immunitas.*
Ius Electionum in Gallia, Basiliensi Decreto in vsum reductum.
Pius 2. P. Basiliense Decretum, cui scriba interfuerat, abolere conatus.
6 *Electiones in Germaniam reuocatæ, salua Pontificis Rom. atque Imperatoris confirmatione.*
Concordatum *Friderici 3. Imp. cum Pontif. Max. de sacerdotiorum* electiuorum prouisione.
7 *Antiqua auctoritas, de Imperiali Episcoporum* Inuestitura.
8 *Gallici Antistites, à Regibus vestituram Eccles. Dignitatis assumere, in eorúmque verba olim iurare soliti.*
De fidelitatis iureiurando ab Episcopis præstito.
Angliæ Reges, & Saxonum Duces, Ecclesiis Antistites delectos per virgam Pastoralem inuestierunt.
9 *Error quorundam, sacra beneficia à Feudali Magnatum* inuestitura, *dicta fuisse opinantium.*
10 *Episcoporum delectus in Sicilia liberrimus, reseruata Pontif. Max. confirmatione, & Regi, Regaliorum iure.*
Regum Gallorum cum summis Pontificibus Concordata, *de sacerdotiis* electiuis.
Prioratus *Melitensis Ordinis maiores, núm Regiæ nominationi subijciantur.*
De Episcopatus Salutiorum nominatione regia.
11 *Quinque Cænobia, à* Concordatis *excepta, & electionis ius eisdem conseruatum.*
12 *An* Prioratus *Ordinis sanctæ Trinitatis pro redemptione captiuorum, nominationi Regiæ subsint.*
Priorum *Ordinis sanctæ Trinitatis origo & officium.*
13 *In Generali Ordinis sanctæ Trinitatis, antiquum Electionis ius adhuc retineri.*
14 *Cænobia speciali iure eligendi suffulta, lege Nominationis Regiæ eximi.*
15 *In nominationibus, Principi variare non licere.*
Electiuis *sacerdotiis nullum iniussu regio, pensionis, aliúdve onus, imponi posse.*

Sacerdotibus

Sacerdotibus animarum cura oneratis, nullum pensionis onus imponere licere.
In cessione Sacerdotij electiui, Regis consensu opus esse.

16 *Regi, Senatores Parisienses, ad sacerdotia vacatura nominare licere.*
An Senator ad vacatura nominatus, si se interim Senatoria dignitate abdicarit, nominationis iure, tempore vacationis vti possit.
An Pontifici Max. Curiæ Indultarium *præuenire liceat.*

17 *Nominatorum à Rege capacitatem, non ex nominationis, sed ex vacationis die iudicari.*
Abbas, qui Regiæ nominationi satisfecit decessori suo impositæ, an à Senatore altero grauari possit iterum nominatione.

18 Prioratum, *qui Cœnobio extero ac peregrino subsit, Regiæ nominationi non subiacere.*

19 *De* Abbatiis *S. Stephani* de Femy, *S. Iohan.* Au Mont, *Vaucellarum, & S. Iudoci ad Nemus, controuersis.*
De Abbatiis *sitis in Barrensi Ducatu, & in Tullensi regione.*

20 *Normanicos* Prælatos *nominationis lege teneri.*
Num ad Monacharum Cœnobia nominatio Regia extendatur.

1 IVS NOMINANDI ad sacras Præfecturas, est Augustæ Maiest. coniunctum, ab eâque inseparabile, quauis Panagij concessione latissima. Nam Reges ac Sacerdotes proximo mutuorum officiorum gradu sese contingunt. Ille, ab hoc, sacro oleo coronandus imbuitur: hic, quodammodò ab illo sacerdos ordinatur, vtì patrono ac nominatore. Ex Pacto Conuento cum Leone 10. Pontif. Max. an. 1516. cui, & successoribus vicissim Reges nominare debent sacrarum Diœceseon, Cœnobiorumque Præsules. Est autem politica Principis curatio, vt grauissimi Antistites præsint Ecclesiis, nata propemodùm cum Regio Diademate & vsurpata. Quoad enim longissimè potuimus respicere priscorum Regum memoriam, Regij muneris fuisse accepimus, Monasteria, & Pontificatus etiam conferre in lectissimos sacerdotes. Carolus Magn. Fardulfo Langobardo mandauit Cœnobij Præfecturam Dionysiani, præmium detectæ Pipini coniurationis: vt Aimoynus tradit. Eodem auctore, Sulpitius à Guntranno Rege Præpositus fuit Ecclesiæ Bituricensi. Innocentius vtique Gabalitanorum Comes, Brunechildis Reginæ nutu suffragióque adeptus est Ruthenorum Præsulatum. Huc pertinent quæ B. Gregorius ad hanc Brunechildem, de instituendorum Pontificum cura: Regesti lib. 7. Epist. 113. & lib. 11. Epist. 8. Complura item id genus exempla Turonensis Gregorius, Histor. lib. 4. cap. 6.

> Vltimi quidem Andium & Alenconius Duces Panagiarij, hac nominatione vsi sunt in suis illis Ditionibus, Regio permissu: sed ita, vt Regis tantùm nomine ac postulatione Diploma Pontificium Abbatiæ, aut Episcopatus impetraretur. Concordata Francisci 1 Regis, & Leonis 10. P. P. De regia ad Prælaturas nominat.

> *S. Denys en France.*

> *Euesq. de Rhodais.*

2 MOS autem hic sacri baculi dandi, vim perpetuæ legis non obtinuit. Nam Ecclesiastici ordinis Patribus indultum est à Carolo Mag. & Ludouico filio Galliæ Regibus, vt Cleri & Pop. liberis votis Pontifices designarentur (lib. 1. vtriusque Constitutionum.) Quorum pietatem Principum æmulati sunt Philippus 2. & Ludouicus 9. lata Pragmatica sanctione, de obseruandis electionibus sacris. Nempè vt Cathedralis templi sacerdotes ius haberent iusti suffragij, solutamq; creandi Episcopi optionem, an. 1220. & 1267. Tam piæ Leges à posteris Regibus comprobatæ, Hutino, & Iohanne 2. an. 1314. & 1351. Ac superiorum quidem temporum sanctimonia, electionum ritus primùm inuexit in Ecclesiam. Vt enim fateamur, Petrum, sibi Romæ successorem Clementem suffecisse: Linum item, Anacletum: Abilium in Alexandrina sede Cerdonem constituisse: & aliquantò post à Celadione eidem Sedi successorem relictum Agrippinum: Id sanè tribuendum est, cùm paucitati gregis Christiani, in ipsis nascentis Ecclesiæ cunabulis, tùm persecutioni Christianorum, qui idcircò liberè ad sublegendos Ecclesiæ ministros coire non auderent. Ast sensim propagato Christianæ fidei oraculo, electionum vsus inoleuit, à Matthiæ sorte electi formula repetitus: vt Christiani verè essent, quod dicebantur Clerici. Imprimis Populo promiscuè ius fuit cooptandi sacerdotis, qui Ecclesiæ esset præfuturus. Ea forma,

> Capitularia Caroli ex Ansegiso Abbate.

> Theganus Corepiscopus Treuirensis, scriba Ludouici Pij Imp. & eius vitæ scriptor.

T

Hierosolyma.

aut diuino potiùs afflatu, successit Alexander Cappadox Narcisso Augustæ Solymorum vrbis Episcopo, à tota plebe, festo plausu acclamatus. Vt est apud Eusebium Cæsariensem. Quo etiam æuo, piissimarum electionum fructum indies ostendit * Ἀποθέωσις, sanctissimorum Ecclesiæ Antistitum: quos tunc in Diuorum numerum relatos, * σεβαστοὺς, piè suspicere ac venerari debemus.

* adscriptio in Diuorum Catalogum.
* venerabiles, honorabiles.

3 QVIN Ethnici quoque ipsi imitandam sibi proposuerunt illarum electionum adumbratam quandam imaginem. Etenim Alexander Seuerus, si quos vellet Prouinciis Rectores dare, vel Præpositos facere, palàm edebat eorum nomina, cohortans populum, vt si quis quid haberet criminis, id probaret manifestis rebus: si non probaret, pœnam subiret capitis: aiebátque graue videri, cùm id Christiani & Iudæi facerent in prædicandis sacerdotibus, qui ordinandi erant, non fieri in Prouinciarum Rectoribus, quibus fortunæ hominum committerentur, & capita. Vt de Alexandro narrat Lampridius. Et tamen ille idem codicillares fecit Pontificatus, Auguratus, & Quindecimuiratus, Ethnicæ pseudoreligionis speciosa munera: sed ita, vt in Senatu allegarentur. In Attica verò Democratia, quocunque ex censu lecti fuissent magistratus, omnes oportebat vitæ, morúmque suorum rationem apud Iudices reddere, antequàm Magistratum inirent: quæ iudicij forma dicebatur * Δοκιμασία. Rursus postquàm Magistratu abiissent, eius rationes apud Logistas referebant. Ex Lege Solonis apud Æschinem in Orat. De ementita legatione & contra Timarchum, Vti etiam ex Lysiæ Orat. De Euandri probatione elicitur.

* inquisitio, exploratio, & postulatio, cùm quis non rectè nec ordine probatus contenditur.

4 INTERIECTV temporum, accessit populari ad sacras Dignitates electioni confirmatio Episcopi maioris. Id quod Nicæna Synodus, imperante Constanstantino, instituit, missa ad Alexandrinos Epistola, deditque eorum Episcopo, velut Præsulum Coryphæo * χειροθεσίας potestatem, manúsque sacerdotibus inferiorum Ecclesiarum imponendæ. Ex eóque tot Pontifici Canones, tot Rescriptis editis, commendarunt sacrarum electionum confirmationem. Cæterùm Nicæna 7. & Gangrensi Synodo statutum est, vt ad deligendum Episcopum, sufficiat Ecclesię matricis auctoritas. Nouas item electionum cautiones præscripsit Lateranense Concilium 1. (Alexandro 3. Pontif.) per compromissum, rogatione sententiarum, aut Almi Spiritus ductu. Quarum postrema hæc forma præfert quodammodò typum patefacti in veterum electionibus cœlestis miraculi. Diuinitùs enim sacra administratio Romæ Fabiano delata est, columbæ aduolantis auspitio, capitique eius insidentis. Eusebio teste. Quid in Hierarchia Gallica? Refertæ sunt huiusmodi electionibus, D. Bernardi Epistolæ, imprimísque ea ad Ludouicum 7. Francorum Regem pro electo Antissiodorensi. Qua in Epistola 282. *Videte (inquit) ne illi contra vos faciant, qui electiones disturbant, ne sint in Ecclesiis, qui seruiant Regi, sed ipsis de reditibus Ecclesiarum seruiatur. Ego electioni Altissiodorensi interfui. Concors fuit, quia Clerici, qui antehac in partes dissilierant, sine contradictione nunc tandem conuenerunt. Ita est, Domine mi Rex, non est, quòd reprobare debeatis factas electiones, quibus, vt si fierent, semel vos assensisse constiterit.* Quin & Bernardo antiquior Yuo Carnutum Pontifex: *Francorum (ait) Reges Carolus, & Ludouicus electiones Episcoporum Ecclesiis concesserunt. Quod & in suis Capitularibus scriptum reliquerunt, & in Conciliis Episcoporum Prouincialibus sanciri permiserunt.* Epist. 47. ad Manassen Rhemorum Archiepiscopum.

* manuum impositionis.

Triplex forma Ecclesiasticarum electionum, compromisso, via scrutinij, via spiritus Sancti, cap. Quia propter. De Elect. In Antiq.

D. Bernardus Ludouici Iunioris Regis coætaneus, an. 1150.

Auxerre.
Yuo Carnotensis in lib. Epist qui floruit sub Phil. 1 & LudouicoCrasso eius filio, Galliæ Regibus, an. 1100. & 1110.

5 POSTEA Ecclesiasticæ creuerunt & opes, & opum vitiosa cupido. Intantùm, vt gliscente indies sacrorum Magistratuum ambitu, Principes, illorum electionibus se miscuerint, seu arripuerint ius Litui, Annulique dandi. Sed noui primùm huiusce ritus inuidiam miro astu diluendam curarunt Reges nostri, Pontificio consensu, auspiciisque in eam rem adhibitis. Vt scitè memorat Lupus, Ferrariensis Abba, Consiliarius Kar. Calui Imp. scripta ad Amulum Lugdunensis Ecclesiæ Metropoliten Epistola, numero 81. lib. Epistol. eiusdem. *Non est* (infit Lupus) *nouitium aut temerarium, quòd ex Palatio honorabilioribus maximè Ecclesiis Rex procurat Antistites. Nam Pipinus, à quo per maximum Carolum, & religiosissimum Ludouicum Impp. ducit Rex noster originem, exposita necessitate huius regni Zachariæ Romano Papæ in Synodo, cui Martyr Bonifacius interfuit, eius accepit consensum, vt acerbitati temporis, industria sibi probatissimorum, decedentibus Episcopis*

Pleonexia, seu nimia opum cupiditas, Ecclesiæ pestis.
Hæc de regia approbatione vel improbatione electionis noui Prælati. Nam quoad inuestituram noui Prælati à Rege faciendam. & fidelitatis iuramẽtum ipsi à Prælato præstandum ratione supremi Dominij Regalis, longè aliud ius est: de quo infra dicemus art. 7 8 & 9.

copis, mederetur, Ne fortè simplicitate Pontificum posset contingere, quod in hac Heduorum vrbe, cuius nos nunc cura exercet, euenit, &c. Antea etiam Concilio Aurelianen. 5. (quod sub Childeberto Rege actum est) disertè adiectum fuit, vt Præsulis Electioni Regium accederet arbitrium. Idem iuris ab Hispaniarum Regibus iam olim vsurpatum, ex Toletana Synodo. In Can. Cùm longè 63. distinct. Yuo Carnutensis, lib. 8. De Elect. Pontif. Vnde sumptus sacer Canon, Adrianus 63. distinct. In Gallia tandem postliminio restitutum est Electionum ius, vt primi nominis sacerdotia Collegiorum arbitrio adiudicarentur. Nam Carolus 7. Rex in Biturigibus recitari præcepit Basiliensis Conuentus placita, seu Pragmaticam Sanctionem in cœtu Francorum Patrum, ex eáque ius dici: an. 1438. Qua ex re, cogi in ordinem videbatur propemodùm Maximus Pontificatus in sacris beneficiis conferendis, caussisque eorum cognoscendis, ac controuersiis diiudicandis. Ob id Pius 2. P. conatus Basiliense decretum abolere, cui tamen Scriba interfuerat, Librum edidit de ipsius Abolitione: impulitque Ludouicum 11. vt eam Pragmatici iuris prærogatiuam tolleret. Quod sanè perfecisset, nisi Regiæ abrogationi in Senatu promulgandæ intercessisset Regius Actor, nomine & virtute Romanus: Scæuolæ consimilis, qui percontanti Porsennæ, quis esset, respondit, Romanus sum, fortia facere ac pati, Romanum est. Aliàs, Ludouici literæ voluuntur ad Pium illum Pontificem scriptæ, quibus Gallicum Clerum Sacerdotiáque primi ordinis, subiecerit Sedi Romanæ 5. Kal. Decemb. an. 1461. Epistola 402. lib. Epistol. Pij 2. P. P. Regiam necnon Pragmaticæ sanctionis retractationem in Gallia, testatur æquæuus Vido Papa, Delphin. Decis. 103.

Hæc Epist. scripta est ex parte Guenilonis Episcopi, & Gherardi Comitis.

Concilium hoc Basilien. Poggius Florentinus impiè detestatur Inuectiua sua in Fœlicem Antipapam. Quo tamē Cōcilio, De Electionibus, non tollitur ius Regium Inuestituræ nouorum Episcoporum, & Fidelitatis Regiabus faciendæ: De quo postea loquemur.

De hac regij Procuratoris in Senatu intercessione contra Abolitionem Pragmaticæ Sanctionis, Benedict. in Repetit. Cap. Raynutius Ad Vers. si absque liberis moreretur. num 44. Die 27. Nouemb. an. 1461.

6 SVB idem ferè tempus Germanis reuocatur in vsum prisca Electionum disciplina, salua Cæsari, ac summo Pontif. auctoritate superiori, vt comitialia suffragia ab iis comprobentur. Id quod à Friderico 3. Cæs. tractatum est cum Sancta Sede. Pacto percelebri in hanc vsque diem obseruato, de collatione omnium Episcopatuum, Cœnobiorum, minorúmque sacerdotiorum. In quo etiam Cisrhenanæ Germaniæ populi speciatim continentur: Vtpotè Menapij, Sicambri, Eburones, Brabantini, Aduatici, Flandri, aliique quàmplurimi. Decimo quarto Calend. Apriles. anno 1447. ac 13. Kal. Mart. an. 1448. Eiusdem Conuentionis fidem facit Liber Romanus, qui nuper typis excusus sic inscribitur, *Collectio diuersarum Constitutionum & Litterarum Rom. Pontif.* Capite sequenti, *Statutorum & Ordinationum inter Romanum Imper. & Principes nationis Germanicæ, ex vna, ac Sedis Apostolicæ Legatum, ex altera, partibus: Concordatorum beneficialium Ratificatio per bullam Nicolai 5. P. P.* Kal. Aprilibus, an. 1447. Ac Pactitiam vtique Legem istam amplexati sunt posteri vicissim Germaniæ Augusti sacris Rescriptis: Maximilianus, Quinto Idus Iulias an. 1518. & Carolus 5. an. 1554. 5. Iduum Februar. antiquitùs etiam Pontificias electiones Imperatorio Romanorum elogio firmari solitas, constat ex Cassiodoro (Variarum, lib. 8.) & Concilio Carthaginensi, de Bassiano Præsule Ephesino, cuius promotionem Theodosius Cæs. Literis adprobauit. Neque ab iis longè dissentit Pannonum Mos de Re Ecclesiastica peruetus, qui ita Latio pridem donatus est, PAPA NON CONFERT, SED COLLATOS EPISCOPATVS CONFIRMAT.

Concordata Friderici 3. Cæs. cum Papa, die 19. Mart anno 1447. & die 17. Febr. an. 1448. de electione Episcoporum, cōfirmanda ab Imperatore & Pontif. Queis Concordatis cōprehenduntur etiam Iuliacenses populi, Gheldrenses, Leodienses, Brabantini, *Bosleduc*, & Flandri. Papalis ratificatio Concordati Imperatorij, die 1. April an. 1447. celebrati cum Iohanne, tituli S. Angeli Cardinale, Sedis Apostolicæ Legato. Cæsare, Germanici Concordati confirmationes die 11. Iul. 1518. & 9 Febr. 1554. Hungariæ Consuet.

7 ANTEQVAM verò illa Pactione sanciretur Cæsarea electorum Germaniæ Antistitum confirmatio, id tantùm sibi arrogabant Germani Augusti, ne lectus quisque Pontifex sacrari posset, priusquàm ab illis Regalia per Sceptrum accepisset. Sicuti Otho, & Guntherus memoriæ mandarunt. Ita Albertus Argentinensis sæpè meminit Episcoporum & Abbatum ab Imperatore de suis Regalibus solenni Formula vestitorum, hominio & fidelitate deuincta. Cui rei testes accederunt Sigebertus, Turpinus, Gottofredus, & Helmodus in Slauorum historia: Romanos scilicet Præsules Augustis concessisse, vt Episcoporum facerent vestiturā per annulum & virgam, néve antea inauguraretur pontifex & consecraretur, quàm esset à Cæsare laudatus & inuestitus. (iuxta Canonem in Synodo distinct. 63.) Cæteris verò luculentiùs de eo, Anselmus Abbas 8. Gemblacensis, Sigeberti successor, exscripto ad verbum pactitio Diplomate Calyxti 2. Pontif. Max. & Henrici 5. Imp. Vvormatiæ. *Ego Calixtus concedo Henrico Imperatori*

De Imperiali, & Regali nouorum Episcoporum inuestitura, ratione temporalium Episcopatus.

Archiepiscopi & Episcopi per singulas Prouincias à Rege inuestiturā accipiant, & nisi ab eo laudetur Episcopus, à nemine consecretur. Can In Synodo 63. Distinct.

Augusto, Electiones Episcoporum, Abbatum Theutonici Regni, qui ad Regnum pertinent, in præsentia tua fieri absque Symonia & absque violentia: vt si qua inter partes emerserit discordia, Metropolitani & Comprouincialium consilio vel iudicio, saniori parti assensum & auxilium præbeas. Electus autem, à te Regalia accipiat per Sceptrum, exceptis omnibus quæ ad Romanam Ecclesiam pertinere noscuntur. Rescriptum autem Henrici Imp. *Ego Henricus pro amore* DEI, *& sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & pro remedio animæ meæ dimitto* DEO, *& sanctis Apostolis D. Petro & Paulo sanctæque Catholicæ Ecclesiæ, omnem Inuestituram per Annulum & Baculum, & concedo in omnibus Ecclesiis, quæ in regno & Imperio meo sunt, canonicam fieri electionem, & liberam consecrationem.*

8 GALLICI itidem Pontifices iam olim à Regibus Scipionem sacrum assumunt, Annulúmque pastoralem: Quam Franci Ecclesiasticæ Dignitatis Vestituram, iúsque Regium nuncupamus. Nec vllum fermè tempus extitit, quin noui Præsules Francici iurarent in verba Principis, & fidos se ei fideléſque fore pollicerentur sanctissima iurisiurandi religione. Nam in publicis Lutetiæ Scriniis visitur Charta iuratæ in Principem fidelitatis, ab Mauritio, nouo tùm Antistite Cenomano, mense Nouemb. an. 1223. Ibidem perspicias Instrumentum quoddam Aldeberti Viuariensium Præsulis, Collegiique Episcopalis: quo profitentur ingenuè, profana sua bona supremo Regis dominatu teneri. Seorsùm verò Episcopus sacramento dicit fidelitatis in Principem, non hominij clientelaris: quùm eius res prædiariæ immunes sint solutæque proxima quauis patronorum clientela. Quemadmodùm iisdem Literis comprehensum est, Februar. mense an. 1305. Constat præterea ex Rationalium Parisien. Commentariis, Burdigalensem Archiepiscopum fidem suam Regi, & obsequium solenni ritu obstrinxisse, 13. Kalend. Februar. an. 1456. Imò & trecentis, antè, annis relatum fuit ab Yuone Carnutensi, de fidelitatis sacramento huiusmodi, & regia Episcoporum vestitura, in hanc sententiam. *Curia reclamante, plenariam pacem impetrare nequiuimus, nisi prædictus Metropolitanus per manum & sacramentum eam fidelitatem Regi faceret, quam prædecessoribus suis regibus Francorum antea facerant omnes Rhemenses Archiepiscopi, & cæteri Regni Francorum, quàmlibet religiosi & sancti Episcopi.* Annum circiter 1100. Ex lib. Epistolarum Yuonis, Epist. 206. ad Paschalem Roman. Pontificem. Angliæ pariter Reges tradit Sigebertus, legem hanc diu coluisse, vt delectos Antistites *per virgam pastoralem inuestirent Ecclesiis.* In Chronico an. 1097. Britanno tamen Regi graue intercessit de sacrorum Vestitura cum Clero dissidium, quod Anselmus Cantuariensis Romæ composuit, sub Paschali 2. Pontif. an. 1104. Quin & eodem in Episcopos iure Saxonici Duces vtebantur, Helmodo scriptore, in Slauorum Hist. Anglicam certè Episcopalis fidelitatis formam, quæ Regi præstetur, Froſſartes proponit quodammodò, Histor. volum. 3. cap. 86. hoc sermone. *En cause d'hommage, les oncles du Roy baiserent le Roy, & luy fisrent & iurerent foy & hommage, à tenir à perpetuité. Apres les Comtes & Barons iurerent, & aussi les Prelats, & ceux qui tenus estoient de releuer, & baisoient par foy & hommage leurs mains ioinctes (ainsi comme il appartient) le Roy en la bouche.* An. 1387. Huc vergunt quæ Frisingensis memoriæ mandauit de Imperatoria Episcoporum vestitura, & beneficiorum Regalium iure per Sceptrum conferendorum, lib. 1. Chronic. Quo loci, Regalia etiam pro maioribus Sacerdotiis accipiuntur. Vt innuit hæc Friderici Imper. epistola ad Hadrianum P P. *Ab Episcopis, qui Regalia nostra tenent, cur homagium & Regalia sacramenta non exigamus?* Id quod neotericus auctor post alios Nauclerus commemorat. Neque istìc referre attinet Pontificium Alexandri 3. Diploma in Fridericum 1. Cæsarem, qui *Scismaticum quendam de Papatu, quod est à seculis inauditum, per annulum inuestitit.* Vt Alexandri verba vsurpem, cuius querulum Rescriptum Epistolis assuitur Arnulphi tum Lexouiorum Episcopi. Circa annum 1170.

Regium ius Francicum inuestituræ Episcoporum.

Lettre de feauté de l'Euesque du Mans. Littera Aldeberti *cottee en la Layette 49. au Thresor des Chartes.*

Die 20. Ianuar. an. 1456.
Hoc fidelitatis iuramentum, est inuestitura quam Episcopus accipit à Rege: De qua inuestitura seu fidelitatis iuramento loquitur antiqua Ordinatio Regni, (quæ est in Camera Computorum) cuius initium est, *Dum Episcopus.* Eius mentionem fecimus tit. præcedenti.

9 QVO tamen ex vsu Regiæ Imperialisve Inuestituræ, nonnulli, sed falsò ac nugatoriè, putarunt beneficia, quæ Clericis dantur, esse Feudorum genus quoddam, quæ comparentur feudis habitationum, feudis annonariis, vel ærariis, feudis functionum priuatarum, vel publicarum. Cuiusmodi sunt eorum, quos prædiis nostris actores aut custodes imponimus, & aduocatorum olim Bithyniæ, & beneficiariorum

& beneficiariorum apparitorũ, qui & Cæsariani feudales dicuntur. Inde horum imitatione, credunt illi Clericos esse Principis beneficiarios, hincque Beneficiorum sacerdotalium nomen tractum, quæ à Principe olim, vt feuda propria, conferri solerent. Reuera autem nullum Principi in singula Sacerdotia ius est beneficiarum seu feudale, ast in quibusdam ab eo erectis ius Patronatus, non tanquam libertorum, sed Templorum: Quale priuatus quisque Ædis sacræ conditor ac dotator esset habiturus, si modò id iuris sibi reseruasset. Item Regaliorum ius Francicum, vacante Cathedra, quoad aliquis Episcopalem Præfecturam, designante Rege, obtinuerit Pontificiis Codicillis, & ratione profanarum Ecclesiæ possessionum illi deuinciatur fidelitatis sacramento: quùm ex sacris rebus, mortalis cuiusquam in verba iurare non teneantur Sacerdotes. Vt rescripsit Innocentius 3. P. cap. Nimis. De iureiur. post Lucium 3. P. cap. vlt. De reg. iur. Eò denique spectat antiqua Hunnorum Consuetudo, iamdudùm Romano stylo exarata, in hanc sententiam. OMNES DOMINI PRÆLATI, ET PERSONÆ ECCLESIASTICÆ, REGI NOSTRO AD FIDELITATIS HOMAGIVM PRÆSTANDVM OBLIGANTVR, ET RATIONE BONORVM TEMPORALIVM CORAM IVDICIBVS SECVLARIBVS IVRI STARE TENENTVR.

10 IN Siculo Regno liberrimus est Episcoporum delectus, sed Pontifici Max. auctori probandus. Pactis à Carolo 1. Rege celebratis cum Pontifice: Regaliorum iure solo iis in Templis excepto, quorum patronatum Reges initio retinuerunt. Glozematarius in Caus. 16. Quæst. 7. in princ. Vbi de Rege Apuliæ multa, & Ysernias in proœmio Constitut. Neapolitan. Galli item Principes *Concordata* iniêre cum Martino 5. & Syxto 4. Pontif. de Ecclesiasticorum munerum collatione. Id quod pariter annotatur eiusdem Syxti Constitutione 1. De Treuga & Pace. In Extrauagant. Commun. Peruicerat tamen inclyta illa Francicarum electionum Sanctio Bituricensis, nisi Palladium hoc Gallicæ Ecclesiæ nobis extorum trans Alpes deportasset Bononiensis Conuentio Principis cum Leone 10. P. P. qua electionum ius abrogatur, maiorum nostrorum virtute ac innocentia partum. Hoc modò de Christiana Politia non pessimè ominantibus dicendum est, cum Tranquillo.* Ἔσται πάντα καλῶς. Sensim verò ita coaluit, viresque sumpsit Regia ista nouorum Præsulum nominatio, ex Bononiensi Pactione, vt nuper iudicatum sit in Auditorio Principis, non tantùm Aruernum sacræ Militensis militiæ Archiprioratum, qui controuersus tùm erat, sed reliquos etiam *Prioratus* maiores sacratissimi eius Ordinis, regiæ subiici nominationi. Decreto 11. Kal. Iunias, an. 1578. secundùm Ludouicum *de Camera*, aduersus fratr. Stephanum *de Freignes*, & Magistrum ac Conuentum equestris Militiæ Melitensis (Titulo D. Ioannis Hierosolymitani) licet inuocantem citantémque peculiares Familiæ piæ Leges de sacerdotiis suis *electiuis*. Ac triennio pòst, coorta est de Eporediæ Pontificatu quæstio, nûm cui, nisi nominante Rege, mandandus esset. Episcopatum hunc in Alpina regione instituit Iulius 2. P P. Bullatis tabulis 4. Kal. Nouemb. an. 1511. postulante Margareta Fuxensi, & Michaële Antonio Salassorum Marchione, eius filio. Atque hinc Episcopale factum Collegium Canonicorum Deiparæ Virginis in Salutiano oppido, quod priùs sacræ Diœcesi Augustæ Taurinorum contributum erat. Cùm igitur Gregorius 13. P. respuisset oblatum sibi à Rege, Salassorum Episcopum, variè de eo disceptatum est à Regiis ministris, cum Pontificio in Gallia Nuntio, an. millesimo quingentesimo octuagesimo primo. Illi vtique mordicùs tuebantur Regium ius nuncupandi Episcopi, nec in media solùm Francia, verùm & in Delphinatu Allobrogum, à quo Salutiana Marchia penderet clientelæ nomine. Tit. *Concordati* De regia ad Prælatur. nominat. In princ. Vers. in Delphinatu & Comitatu Valentinensi & Diensi. Eam postea Marchiam, clientis Marchionis perfidia commissam esse superiori Delphinatum fundo: Itaque eadem, qua Delphinates, lege regendam, quasi prædio dominanti vnitam & consolidatam. Ex aduerso, Nuncius Apostolicæ Sedis, quo tempore pacta fuerit Regia nominatio ad primores Ecclesiæ Dignitates, Marchiam Salassorum minimè Regi competiisse, at priuato Marchioni, qui nusquam ius nominandi Antistitis

Pro rebus spiritualibus homagiũ à Clericis non præstatur, nec fidelitatis iuramentum, Sed tantùm pro temporalibus bonis: Quorum temporaliũ ratione Episcopi omnes Regi tanquam supremo temporalium Regni domino præstare debent iuramentum fidelitatis, non tamen homagium, nisi purè vasalli sint Regis, & eorum temporalia præcisè in feudũ à Rege teneantur. De quo vide Magistrum in suis Decision. cap. 6. Tractat. *Des Regales.* Ius Hungariæ Consuetudinarium.

Pragmatica Sanctio Caroli 7. regis ex Concilio Basilien. decerpta In vrbe Bituricen. an. 1438.

* Erunt omnia benè.

Grands Priorez de l'Ordre de S. Iehan de Hierusalem. Comme le grand Prioré d'Auuergne.

Die 22. Maij an. 1578.

Statuta Ordinis S. Ioh. Hierosolymit.

Erectio Episcopatus *de Saluces*, die 29. Octob. an. 1511.

Thurin en Piedmont.

Marchionatus *de Saluces*, feudatarius Galli regis, ex suo Delphinatu Viennensi. De cuius feudi per confiscationẽ vnione regia, Nos sup. lib. 1. tit. 7. art. 11.

Nuncius Apostolicus.

sibi arrogarit, an. 1516. Proinde inspecto Contractus initi die, eius vim vlteriùs porrigendam non esse, quàm ad ea, de quibus inter paciscentes actum sit vel cogitatum: Nempè ad Ditiones, quibus iam tum Gallus Rex liberè fruebatur. Tandem summo Pontifici gratus acceptúsq; fuit nouus Regis candidatus, Theologus Parisiensis, cognomine Pichonius: quem propterea, commendante Rege, Pontifex donauit Episcopatu. In iisdem Salutianæ Marchiæ finibus constitutum est Cœnobium *de Stafarna*, cui, designante Rege, præfectus fuit nuper Gallus quidam nobilis, sacerdos cognomento Chastaignierus. Minùs itaque mirum, Prætorianos Senatores Fremyoto Regia nominatione subnixo Preuersinam addixisse cœnobiarchiam in Foro Segusianorum sitam: Victo Allobrogum Ducis beneficiario, competitore 4. Idus Februar. an. 1602. Quùm enim Segusiana priùs suffecta fuisset prouincia in Eporediæ vicem, ditionis Regiæ, vni licuit Gallo Monarchæ, in res subrogati Municipij eo iure vti opt. max. quo antea in Marchiam illam, vicissim commutatam vtebatur. Ex publico Principum fœdere Ianuar. Mens. an. 1601. Iuxta protritum Iuris axioma, in Leg. Si eum §. qui iniuriarum D. si quis caution. Et l. Imperator. §. vlt. Cum leg. seq. ff. De legat. 2.

Preuersin, Abbaye prés Geneue, pays de Bresse.
Magni Consilij Arestum, die 10. Februar. 1602. publicè prolatum Septembr. sequente.
Tractatus Pacis Sabaudiensis, commutatiuus *du pays de la Bresse, &c.* pro Rege, *& du Marquisat de Saluces* pro Duce Sabaudiæ.

NIHILO minùs regiæ Nominationis lege excipiuntur Cœnobia quinque, titulum gerentia Congregationis Casalis Benedicti. Nempè D. Ilidij Monasterium, apud Clarummontem Aruerniæ: D. Vincentij, in suburbiis Cenomanis: D. Sulpitij, & Casæ Benedicti, apud Biturigas: ac D. Martini, in Sagiensi Neustriæ ciuitate. Illius vtique exceptionis Pontificium Diploma irrogatum est Kal. Decembr. an. 1516. repetitum Sexto Nonas Martias an. 1525. Item an. 1537. 1551. & 1555. Quæ omnia principi placuit rata firmáque permanere. Rescriptis 14. Kal. Iun. an. 1517. & 1552. Quorum prius, vnà cum Bullatis Literis, publicatur in Prætoriano Consilio, 7. Iduum Februar. an. 1518. cum hac ciuili moderatione; vt tandiu vigeret Principale beneficium, *quandiu Reformatio dictorum Conuentuum duraret.* Alterum autem Principis rescriptum Senatus Parisien. promulgauit 7. Kalend. Sextiles, an. 1552. Iisdem præterea Codicillis sancitum, Primores singulorum huiusmodi Conuentuum Monasticorum, qui iustis Fratrum comitiis deliguntur, Trienni lege teneri, nec eorum Præfecturam, exacto triennio, (nisi noua forsan sacrorum Sodalium suffragatione) prorogari. Adeò Cœnobiorum id genus nihil est cuique proprium ac perpetuum, vt in communem Cœnobij Mensam omnes *Prioratuum* cellulæ, reditibus confusis, inferantur, plusquàm Pythagorica bonorum communione. Ac propterea quoties aliquis hosce *Prioratus* impetrarit à CELSISS. SEDE, toties Lutetiana Curia abusum fuisse eum Pontificia gratia, pronuntiauit. Iudicatis duobus in publica fori concertatione, pro Monachis Fani Vincentij, ad vrbem Cenomanam. Anterius quidem 11. Kal. April. an. 1564. contra frat. Michaëlem *Paumier*, de *Prioratu d'Asse le boisne.* Secundùm 11. Kal. Iunias, an. 1565. aduersus Petrum *Desprez*, de Prioratu *de Courgaing.* In promptu causa est, quòd minores hi Primatus Monastici iamdiu insolubili vinculo iuncti fuerint Mensæ præcipuæ alicuius è quinis illis Monasteriis. Vt Regio, & Pontificum priuilegio constat, à Parisien. Curia pridem confirmato. Denique cooptandi suffragiis, legendíque Patris horum Cœnobiorum morem probauit Rex concordibus Aulicorum Optimatum sententiis. Decreto in Regiis cognitionibus prolato 3. Nonas Octob. an. 1571. aduersus Procuratorem Fisci in Prætoriano Senatu, qui ab electione noui Abbæ Fani Vincentij, velut ex abusu, prouocarat. Talium cœnobiorum institutio, seu reformatio Benedictina cœpit ex Congregatione reformata Cassinatis Monasterij (aliâs S. Iustinæ) quæ Patauij primùm inclaruit, Eugenio 4. P. P. & sancita est præclaro eiusdem Diplomate 7. Calend. Mart. an. 1434.

11

Monasteria *de Chezaubenoist*, Ordinis reformati S. Benedicti. Vt purà S. *Alire, en Auuergne, S. Martin de Sees, &c.*
Bulla Apostolica, die 1. Decemb. an. 1516. Et 2. Mart. 1525.
Regium rescriptum, die 19. Maij, an. 1517. verificatum in Magno Regis Consilio, die 7. Febr. an. 1518.
Aliud Rescriptum an 1552. verificatum in Parlamento, die 26. Iulij 1552.
Arestum Curiæ, die 22. Mart. an. 1564.
Placitum Curiæ, die 22. Maij, an. 1565.
Arestum priuati Cōsilij Regij, die 5. Octobr. an. 1571. contra Procuratorem Regis in Magno Consilio.
Bulla Eugenij 4. Pōtif. die 23. Febr. an. 1434. pro Congregatione reformata Monasterij S. Benedicti, in Monte Cassino.

NVPER quidem hæsitatum est de monasticis Conuentibus ordinis Almæ Triadis *pro redemptione captiuorum*, an eorum Primatus sint Nominationi Regum obnoxij. Causa in Prætoriano Consilio acta, in qua, Nos tùm pro *Priore* electo, aduersus nominatum à Rege, hos *Prioratus* χαταχρηστιχῶς vocari, veriùs sacras Militias seu Ministeria, ab Innocentio 3. Pontif. institura, an. 1196. Vt est apud Gaguinum, rerum Francicarum scriptorem, (lib. 6.) eiusdémque Ordinis maiorem

12

Religiosi Ordinis S. Trinitatis pro redemptione captiuorum.
Robert. Gaguinus, Generalis Ordinis Mathurinorum.

rem

rem Ministrum. Nimirùm vt ij sacri Ministri, collecta Christianorum stipe, longinquas Orbis terrarum regiones peragrarent, captiuos Christianos à Sarracenis auro redempturi. His consequens esse, vt §. Monasteriis (De regia ad Prælaturas nominat. In Concordat.) ad Primatus hosce Monasticos produci non deberet. Regios item codicillos proferebamus, Mart. Mens. an. 1559. in Acta relatos Prætoriani Senatus, Pridie Kal. Maias, anno 1560. Quibus, Princeps nullum sibi ius competere in huius sacerdotia Religiosæ Sectæ declararit. Partibus auditis, causa consilio permittitur. Vindiciæ tandem, Principis candidato seu *Nominatario* adicuntur 12. Kal. Octobr. anno 1570. Nec enim Bononiensis Pacti vis effectúsque minui potuit sola Regis Galli renunciatione, nisi & paciscentium alter (Rom. Pontif.) coniunctim suo de iure decederet. At biennio pòst, Diploma Pontificium Regio superiori conforme promulgatur in Consilio Prætoriano. Circiter Idus Decembr. anno 1572. Tum in Curia Parisien. Mense Mart. anno 1573.

Verificatio Literarum Regiarum, in Magno Regis Consilio, die vlt. April. anno 1560.

Arestum recredentiæ Prioratus seu Ministerii *des Mathurins*, in vrbe Parisiensi, latum in Magno Regis Consilio, die 20. Septem. an. 1570.

Circa diem 13. Dec. 1572. Vt specialiùs Nos, lib. 1 Monasticôn, Tit. 1. art. 12.

13 ENIMVERÒ restringitur Nominationum regula in principe huius Ordinis, capitéque sacræ Familiæ designando. Quo casu à veteri Electionum ritu non disceditur. At controuersa fuit, apud Conscriptos Curiæ, Electionis formula, cùm inde facta prouocatione tanquam ab abusu, differeret Pasquerius, celeberrimus fori patronus, electum, fuisse ad id muneris cooptandum vocalibus, non tabellaribus suffragiis. Ego, contrà, pro Electo, hanc tabellarium sententiarum formulam Synodo præscriptam Tridentina, cui Francicus saltem Clerus alligaretur. In florentissima quaque Republica eundem vsurpatum morem, Atheniensibus Ostracismum, Syracusanis Petalismum, Romanis Tabellam, qua populus in iubendis vetandísque legibus suffragium ferret: Quod Papyrij Carbonis lege fuerat constitutum. His subtexebam, quæ Aristoteles de forma legendorum Magistratuum, an suffragio ac voce, vel sortitò ex omnibus ciuibus, aut ex tribubus, seu ex curiis. Politic. lib. 4. cap. 15. Sic Decemuiri Veneti legem tulêre circiter annum 1492. ne suffragia apertè inirentur: Qui secus fecisset, suffragiorum iure, magistratibúsque annos duos careret. Vt Bembus scriptum reliquit, Venetæ Histor. lib. 1. Perorata causa, nullum electioni abusum inesse, decreuit Senatus 3. Idus Sextiles, anno 1570.

Generalis totius Ordinis Mathurinorum.

In Tabellis Romani iudices sententiam suam scribentes in vrnam mittebant, ita vt alter alterius, & omnes omnium sententiam ignorarent. De his Nos quoque, lib 2. Parisien. Morum Tit. 7. art. 12.

Iudicium Curiæ, die 11. Augusti, an. 1570.

14 RVRSVS pia Cœnobia, quæ speciali iure eligendi suffulta sunt, eximuntur lege Principalis Nominationis §. per præmissa. De reg. ad Prælatur. nominat. In Concord. Vtpotè Cistercienses cœnobitæ, qui de eo priscis nituntur Ordinis sui Constitutionibus. Quas ideò religiosè secutus, Princeps Erricus 2. significauit, nullo se iure præditum nuncupandi Præfecti maximo Cisterciensium Monasterio, nec aliis quatuor ipsi secundis, putà Clareuallensi, Pontigniaco, Feritatis ad Albam fluuium, & Morismundi: nec pariter 24. Ordinis eiusdem Cœnobiis, quorum vacatio primorum occurrerit. Rescripto Idibus Iuliis, anno 1558. quod palàm recitari iussêre Magni Consilij Senatores 16. Kalend. Februar. eod. anno. Paternis deinde vestigiis inhærentes filij Reges consimilia irrogarunt Cisterciensibus Diplomata: Franciscus 2. Kalend. Octob. anno 1560. & Karolus 9. postridie Kal. Octob. an. 1571. Blesensi demùm Edicto cauit Henricus 3. Reges minimè postea nominaturos capitibus Ordinum Cœnobiis Antistitem, Cluniacensi nempè, Cisterciensi, Præmonstratensi, Grandimontensi, Vallis Scholarium, D. Antonij Viennensis, S. Triadis Mathurinorum, Vallis Caulium, nec aliis iure eligendi subnixis peculiari: Neque itidem Quatuor primis Cisterciensium, cœnobiis scilicet Pontiniacensi, Feritatis, Clarouallensi, & Morismundi, artic. 3. eius Edicti, an. 1579. quod ea in parte consentaneum est Synodico Tridenti decreto, Session. 25. anno 1563.

Abbatiæ *de Cleruaux, S. Esme de Pontigny, la Ferté sur Aulbe, & Morismond*. Literæ patentes Regiæ, die 15. Iulij, an. 1558 verificatæ in Magno Consilio, die 17. Ianuarij, eod. ann.

Regiæ patentes die 1. Octobr. an. 1560. & 1. Octob. an. 1571.

Concil. Tridentin.

15 CÆTERVM in nominando quolibet Templis sacerdote non admittitur Principis variatio. Vt sanctiori in Prætorio definitum est 14. Kalend. Decemb. an. 1538. in causa cœnobij Charitatis. Prophani quidem inferiores patroni variare non prohibentur, ac mutare calculum in offerẽdo collatori sacerdote, cap. Quod autem, cap. Cùm autem. De iur. patron. Sed Principalem Maiestatem minimè decet leuicula hæc votorum sententiæque mutatio: quùm eius vox, ac fides publica debeat inconcussè constantérque seruari. Vt expressim sensit Baldus, Iuris Responso 327. Volum. 4. Versa etiam vice, Ecclesiasticis Præfecturis, quæ Re-

Iudicatum intimi, arcanique Consilii Regii die 18. Nouemb. an. 1538.

Laicus patronus potest variare.

Curata beneficia non possunt grauari pensione.

gięæ nominationis sunt, nullum pensionis, onúsve aliud imponi potest iniussu Regio: sacerdotiis præsertim animarum salutem curantibus. Imò & Episcopi ipsius commodo, qui annua se pensitatione onerarat, idem iudicauit Senatus Paris. Extemporali Aresto de Lucionensi Episcopatu, pro Baptista Tiercelino, contra N. Daillonem pensionis fructuarium 8. Kal. Maias, anno 1570. Montolone, Tiercelini: & Brissone, Daillonij causam orantibus. Censuit quoque Innocentius Pontificiarum Legum interpres, in cessione sacerdotij *electiui*, necessariò Regis consensum, tanquam patroni, postulandum, cap. vlt. De renunciat. Cui suffragatur Panormit. opinio, ad cap. Significatum. De præbend.

Decretũ Curiæ pro Episcopo *de Luçon en Poictou*, die 24. April. an. 1570. Contra N. *de Daillon*, Abbatem *des Chasteliers*.

16 SVBDAMVS & aliud ius Regiæ nominationis ad sacra Munera, in gratiam Parisiensium Senatorum. Priuilegio generali, iis primùm indulto à Pontifice Max. vt sacerdotia ipsis erogarentur, an. 1413. Tum priuilegiario Diplomate Eugenij, 4. P.P. 15. Kal. April. an. 1434. Ac demùm Pauli 3. successoris, 13. Kal. Quintiles, an. 1538. Quæ omnia Actis Curiæ perscripta lectitantur. In hoc Nominationum genere quæsitum fuit, nùm Senator tempore nominationis, qui sponte Magistratum deposuisset, vacationis tempore sacerdotij, frui deberet regiæ nominationis beneficio. Causa dubitationis erat aduersus nominatum, quia ius hoc sacerdotiorum Senatori competeret, ab mero quodam priuilegióque singulari. Priuilegium igitur Magistratui datum, statu personæ mutato, sublatum videri. Vt Papinianus similiter respondit lib. 19. Quæst. l. Titia Seio, §. vsuras. De legat. 2. l. Per procuratorem. ϖ. De acquir. hæred. Paulus I.C. lib. 5. Sentent. in l. Locatio vectigalium, §. vlt. ϖ. De Publican. Econtrariò defendi potest, nominatione ipsa ius tributum fuisse, & vacaturum sacerdotium semel affectum (quod aiunt) nominatóque soli adsignatum. Qua de controuersia, Prætoriani Consiliarij ampliùs deliberandum pronuntiarunt: Pridie Kal. Septemb. anno 1570. Ibidem de eo disputatum est, an Pontifici summo liceret, Curiæ *Indultarium* præuenire. Quod mihi sanè ideò probatur, quia Pontifici ius est, anteuenire mandatarium Apostolicum, qui ipsimet *Indultario* præferretur. §. Declarantes. De Mandat. Apostol. In Concord. Hæc autem quæstio, simul in superioris causæ Actione, consilio permissa est.

Bulla Eugenij P. P. die 18. Mart. an. 1414 & Pauli 3. die 19. Iunij 1538. de Beneficiariis Nominationibus Consiliariorum Curiæ Parlam. Parisien. Quarum etiam anteriùs mentio facta est, Tit. superiori, art. 7.

Appoincté au Conseil, in Magno Regis Consilio, die vlt. Augusti, an. 1570.

17 EQVIDEM nominati à Rege capacitas spectatur die ipso vacationis, non nominationis. Decreto Prætoriani Senatus, in rem *Prioris* Charliaci, Mart. Mense, an. 1546. Idem pro Musæi publici nominatario statuitur, §. Cùm verò. De Collat. in Concord. Et Iudicato Curiæ, 11. Kal. Mart. an. 1537. Vincentio à Rupe, & Ægid. Guesbino altercantibus. Secus in Pontificis Max. candidato, seu Apostolico mandatario, cap. Si eo tempore. De Rescrip. In 6. Nunc ambigitur de Cœnobiarcha, qui Regiæ nominationi satisfecit decessori suo impositæ, collato scilicet in Senatorem beneficio Ecclesiastico: Nùm idem Cœnobij Magister ab Senatore altero grauari possit iterum nominatione Beneficiaria. Haud videbatur vtique onerandus, quippè qui vnius tantùm mandati onus subire teneatur. Atquin eo onere muneréque semel perfunctus est, qui alieni officij succedaneus, sacrum beneficium pensitarit ei, qui Abbam decessorem suum habebat obligatum. Ediuersò allegat Senator, ipsius intuitu præsentis Abbæ, nouum hoc, primúmque esse mandatum, & quoad ipsum attinet, nouo Mandato adstringi Præfectum Monasterij potuisse. Ad hæc, petitorem se nullodùm mandandi sacerdotij onere grauem molestúmque fuisse præsenti Monastico Antistiti. Suopte igitur respectu, nouum istud ac primarium dandi sacerdotij mandatum dici debere. Iuxta Gregorij 9. sententiam, cap. literis. De Rescript. Rem vtrinque publicè discussam Prætoriani Consiliarij dignam putarunt deliberatione pleniore 16. Kal. Septemb. an. 1570. Hanequino, Præside in Senatu Parisien. & Cardinale Ferrariensi, Abba D. Marci Suessionen. litigatoribus.

Arestum Magni Cõsilij, *pour le Prieur de Charlieu*.
Graduatus nominatus ab Vniuersitate.
Placitum Curiæ, die 19. Feb. an. 1537.

Die 17. Augusti, an. 1570.

18 QVÒD si Cœnobium, caput *Prioratus* nominatione grauati, situm sit in Allobrogica regione, hic autem *Prioratus* in regno Francico, hunc Prætorianus Senatus decreuit, Regiæ nominationi non obstringi. Postridie Nonas Februar. an. 1545. Pari fermè ratione Baldus asserit, Gallum Regem ius dicere nequiisse in Allobrogum Comitem, Romano solùm Imperio subditum, nec de feudo etiam ipso Marchiæ Salutianorum, quam Gallus Delphinatium clientelarem esse contendebat: quamuis Rex alioquin feudi regalis, & à Regno pendentis Iudex summus existeret.

Arestum Magni Cõsilij, die 6. Febr. an. 1545. de prioratu *de Saulmac*, Claromõt. diœcesis, membro Abbatiæ S. Michaelis *de l'Escluse*, Taurinens. diœceseos, contentioso inter frat. Robertum *Trãsfier*, actorem, & Ianũ

ret. In Responso 218. Volum. 3. Et in cap. 1. Tit. Qui feud. dar. poss. Sed Baldi opinionem refellit peruulgata Feudistici Iuris regula, patronum in clientes clientelaris causæ disceptatorem esse legitimum, cap. 1. §. penult. De prohib. feudi alienat. Deinceps, vt ad institutum reuertar, in Consistorio Principis tractatum est, quatenus Ecclesiastica Collegia nominatione oneranda essent. Isthæc enim Collegia & Corpora non moriuntur: eorum autem singula, semel tantùm in vita grauari possunt à Regiis nominatis, lege *Indulto* præscripta. Dubium fuit igitur, cuius vitæ hoc casu ineunda foret computatio. Vitam Collegij vita Regis metiundam arctádámque, decernitur in Sacro Auditorio, Nonis Decemb. an. 1558. Quin & post semestre spatium à die vacui sacerdotij, Regia nominatio caret effectu. Iudicio Prætoriani Consilij 3. Nonas Februar. an. 1548. Argum. cap. Quia per diuersitatem. De concess. præben.

19 INTERDVM Regiæ nominationi negotium facessit Cœnobiorum situs, Franciæ confinium, Hannoniæque, vel Artesiæ. Putà, Monasticum Femidense Templum, est intra metas Veromanduæ Ribemontis Præturæ, ac ibidem Regiæ iurisdictioni respondet. Sed quia opimis Hannonij agri dotibus instructum est, Monachi licentiùs è suis vnum delegerunt Cœnobij Magistrum: alterum Rex Pontifici Max. nominauit, an. 1586. In hoc autem Femidensi Monasterio, olim exceptus fuit hospitio Eduardus Britanniæ Insulæ rex, quùm Gallias hostis popularetur, an. 1359. Vt retulit Frossartes memoriæ scriptor temporum illorum, Volum. 1. cap. 208. De limitaneo rursus Franciæ, Flandriæque Monasterio D. Iohannis Montani disceptatum est inter summos vtrinque Principes, & Cameracensi Pacis Tractatu relegata ad Arbitros quæstio supremi in Cœnobium imperij: Vindiciis interim cuilibet eorum dictis pro modulo Ecclesiasticorum fundorum, qui intra Principatus sui metas continerentur. Tertio Nonas Apriles, an. sesquimillesi. 59. Sic Veruino Fœdere pactum fuit 6. Nonas Maias, an. 1598. Arbitros finium sumi Monasticæ Ædis Vaucellarum, & Femidensis: Vti honorario peritorum Arbitrio, vna quæque iustis sigillatim Præfectis, & summus in eas dominatus alterutri addiceretur Principum, competitorum. Quoniam verò selecti vtrinque I. COSS. posthæc, eandem in sententiam coire nequiuerunt, Franci cœnobiarchiæ Francicas Ecclesiæ suæ possessiones excolunt, vti priùs, ac Belgici vicissim aliis suos intra limites perfruuntur. Iamdudùm quoque similis enata est controuersia de Fano Iudoci ad Nemus, Atrebatum finitimo Monasterio. Istud quidem situm habet trans Authiam amnem, cis Hisdinum Artesiæ oppidum: sed non alium hucusque Iuridico imperio agnouit de rebus suis profanis, quàm Pontiuensium Prætorem regium. Tametsi enim Pontiuensis Comes Atrebatico dereliquit Iuridica sua omnia, Dominicáque iura, quibus trans Authiam flumen præditus antea fuisset: Pacto conuento, an. 1244. Vtriusque tamen patronus Ludouicus 9. ea demùm lege ratam habuit transactionem, vt Atrebas deinceps vna eadémque Beneficiariæ Cautionis formula clientem se regium profiteretur vti Atrebatum, sic recens accedentium sibi feudorum ac ditionum, de quibus Pacto illo agebatur. Cùm ergo Atrebatum Comes nullum hodie Gallo Regi exhibeat clientelæ fidelitatisque officium, ita nec potest Gallus videri pactionem illam comprobasse, nec priuata clientum inter ipsos conuentio patroni Regis iura minuisse. His subiungitur, Gallum vsquequaque suo iure vsum in ambas Cœnobiarchias, Femidensem, & D. Iudoci ad nemus. Cuiusmodi pacata nominandi Abbæ possessio multum lucis adfert ambiguis forsan Pactionum titulis & instrumentis. Argum. cap. Abbate S. Syluani De verb. signific. Vtcunque sit, Principes Gallus, & Hispanus idem Hannonum Atrebatúmque Comes, mandarunt hanc finium regundorum prouinciam lectissimis hinc inde Iurisperitis: vt re exactè perpensa, sacræ Nominationis quæstio, simul cum Principatuum limite, dirimeretur. Pace suprà relata. Insuper Ambarri Ducatus Cœnobia in disquisitionem vocari potuerunt Regiæ nominationis Francicæ. Nam à parte Regis stat maximum in Barrenses imperium: quùm Dux Lotharingus, ex Barrensi suo Ducatu, Gallum Regem colat superiorem, clientelæ nomine, & Iudicialium prouocationum. Od id, Francisco 1. Rege nuncupante, collata fuit Apostolicis literis cœnobiarchia *d'Escure*, 15. Kalend. Octobr. an. 1532. in Stephanum Niceum, cuius gratia Claudius,

Mareschal, Erat Gabrielem *de la Treille*, & Clementem *Grasdepain*, reos. Inter quos, regius Curiæ Parisien Indultarius succubuit.

Isthic Baldus, à cōsultoribus suis facti veritate suppressa, ait Sabaudiæ Principem non potuisse, inconsulto Imperatore, facere compromissum in Regem Franciæ de Castris quæ erant de Regalibus Imperij. Quasi verò ista non sint Francici Delphinatus feudataria. Vt talia ipsa his libr. ostēdimus.

Arestum intimi arcanique Cōsilij Regij die 5. Decemb. an. 1558.

Decretum Magni Consilij, die 3 Febr. an. 1548.

Abbatia S. Stephani *de Femy, au Bailliage de Vermandois, siege particulier de Ribemōt, non loing du pays de Haynault.*

Abbatia *de S. Iehan au Mont.*

Attic. 14. arcanorum Capitum vltimæ Pacis, priuatos spectantium, de limitrophis rebus suis contendentes.

Abbatia *de Vaucelles*, Cistercien. Ordinis, sita in Cameracen. regione, versus Fraciam. De qua Nos, sup. Tit. 7. huius lib. art. 6.

Abbatia *de S. Iosse au bois, au de là la riuiere d'Authie, de la Seneschaucee de Ponthieu, non loing du Comté d'Artois.* Fundata in territorio Domini Martini à Comite Pontiuensi, an. 1159. qui idcirco dedit d. Territorium. Inde Dommartinēse Monasterium dictum per translationem à Fano Iudoci ad Nemus, propter aquæ penuriam. Huic B. Milo primus Abbas præfuit, lectus dehinc Episcopus Teruannæ Morinorum.

Abbatia *de Femy.*

In Ducatu Barri *tenu en foy & ressort du Roy de France*, sunt Abbatiæ *de l'Isle, d'Escure, de Iandures, de nostre Dame de Vaulx, de Ianuilliers, &c.*

Apostolica prouisio Abbatiæ *d'Escure*, ad nominationē Regis, Die 17. Septem 1532.

patruus Monasticam hanc Præfecturam eiurarat. Contrà autem, pro Cœnobiorum libertate differitur, Ambarris inauditas fuisse hactenus & inusitatas Galliæ Nominationes ad sacra beneficia, tum Scholasticas, tum Senatorias. Imo nec Francos Reges vllas vnquam nummarias Decumas è Barrensibus sacerdotiis exegisse, nec plebeias quasuis Indictiones à populo Barroducæo. Itaque ferunt, Karolum 9. Regiam suam manum ilico sustulisse à rebus prædiariis Insulæ, Monasterij Barrensis vacui, & quem ipsius regimini præposuerat, Oeconomum prouincia decedere iussisse. Codicillis 14. Kal. Ianuar. an. 1568. Postrema item, cum Duce, Regis Conuentione, an. 1575. nullum huic in Ambarros ius receptum fuisse, præter clientelare illius sacramentum, & vltimam forensium litium ex prouocatione cognitionem. Si tamen Reges liberè antea pacatéque ius suum executi essent designandi Cœnobiarchæ Ambarri cuiusque, ac Regij Candidati quietè Monastica tenuerint Sacerdotia, quibus fuissent inibi à Rege nominati, eo casu nil proponitur, cur non & illi eandem retineant nominandi prærogatiuam, quandiu manserint Pontificia Regiáque Conuenta, an. 1516. Ex ratione Innocentij 3. P.P. in Epistola Decretali, Cùm Ecclesia Sutrina De causa possess. & propriet. Denique in aulico Prætorio certatum est de regia Abbæ designatione Fani Leonis, in Tullensi Leucorum Diœcesi, an. 1601. Sextili Mense. Nam Fr. Iacobus *Duchon*, quem Rex Sanctæ Sedi nuncupauit Cœnobij Magistrum, contendit, Tullenses, ac Vertoduni Municipes Regiæ se Francorum tutelæ ac præsidio iam olim commendasse: proin honorariam istam sacræ Nominationis prærogatiuam minimè illi negandam. Ediuersò autem, Fr. Alberic. Nicolaus, qui Comitialibus cœnobitarum suffragiis lectus fuit, Tullenses, ab Germanica sacerdotiorum Lege, obstrictos continuò mansisse sacris Ritibus Electionum huiusmodi. Diœcesanum, ad hæc, Clerum superiori parere solitum Augustæ Treuirorum Archipræsuli, Germanico: & à Tullensi foro Ecclesiastico appellatorias lites, ad Treuirense Metropoliticum deferre, cognoscendas, decidendas. Tantæ verò Tullensium controuersiæ, in Auditorio Principis exitus quis fuerit, haud dùm accepi.

Nominations des Graduez des Vniuersitez, & des Conseill. du Parlement de Paris.

Die 19. Decemb. an. 1568.

Abbatia *de S. Leon* Ordinis Augustiniani, *au diocese de Toul.* Concordata Alemaniæ, de Electionibus ad maiores Ecclesiæ Dignitates. De quibus Nos, sup. art. 6.

Archiepiscopi *de Treues*, suffraganeus Tullensis Episcopus.

NON est huius loci, de Nominationibus Academicis differere. Vnum interim 20 xam, Normanicos Ecclesiæ Antistites, quàmlibet harum nominationum contemptores, earum lege obligari. Decreto Prætoriani Consilij secundùm Syndicum Cadomensis Academiæ, aduersus Syndicum Antistitum 7. Kal. April. an. 1533. Cùm enim apud Cadomum Neustriæ excitata sit publica Schola ab Eugenio 4. P.M. ad libellum supplicem Ordinum Prouinciæ, 3. Kal. Iunij an. 1437. Meritò damnati sunt patrij sacrorum Præsules, sacerdotia conferre in Cadomenses studiosos literarum, Academicis gradibus insignitos. Iam verò ad Monacharum cœnobia porrigatur nécne Regium ius nominandi, sciscitemur. *Concordati* Pactitia lex sentire videtur duntaxat de viris, non de fœminis DEO dicatis. In §. Monasteriis. De regia ad Prælat. nominat. Ex trita sermonibus Regula, In odiosis masculorum appellatione fœminas non contineri, l. 1. §. sed etsi incertum. ff. De vent. in possess. mitten. Bartol. ad l. 1. ff. De verb. signific. Verùm huius ambigui iuris caliginem discussit ritus electionum Antistitæ Monialium, Edicto Aurelianensi repetitus, ex ea quam Bonifacius 8. P. constituit, eligendi formula, in cap. Indemnitatibus De elect. Addito eo, vt alia tertio quoque anno liberis Sanctimonialium votis allegeretur ad Monasterij præfecturam: Edicti artic. 3. an. 1560. Cuiusmodi triennem muliebris Cœnobij Magistratum primus instituit Nicolaus 5. Roman. Pontifex. Rescripto Nonis Martiis, an. 1447. Iuxta quæ, districtè iudicatum fuit à Senatoria Decuria Parisien. in Iuridicis Pictonum Conuentibus. Decreto 16. Kal. Octob. an. 1567. Brissonio, Marthæ *Larcher*: & Ramato, Ludouicæ *Dudoüet*, causidicis, de Primatu Monastico Moncellensi, ordinis Cisterciensis. Ast similem fermè causam, de Magistra Gomerifontis Cœnobij, PATRES PARISIEN. consilio commiserunt Brissone, Méque dicentibus 4. Idus Maias, an. 1573. Qua denique solenni formula, sacrarum Virginum Præfecturæ deserantur hoc æuo, dispicere est nostro Volum. 1. DE IVRE COENOBITARVM.

Nominationes Vniuersitatum. Arestum Magni Cõsilij pro Vniuersitate Literaria *de Caen*, die 26. Mart. an. 1533. Cõtra Prælatos Normaniæ *forclos d'escrire & produire.*

Erectio Vniuersitatis de Caen. Ex Bulla Eugeniana, die 30. Maij, 1437. Ac emologata seriatim à Nicolao 5. & Calyxto 3. Pont.

In fauorabilibus, masculinum concipit fœmininum: In odiosis, secus. Decius in l. feminæ ff. De reg. Iur. Glo. in Cap generali De Elect. In 6.

Bulla Apostol. die 7 Mart. 1447. Quòd Monialium Abbatissæ non nisi ad triennium eligantur, illásque à maiori Monialium parte cooptatas, canonicè electas declarat.

Arestum in Magnis diebus Pictauẽsibus, die 16. Septemb. an. 1567 *du Prieuré de Moncel, vers Amboise. Appoincté du Conseil*, die 12 Maij, an. 1573. *touchant l'Abbaye de Gomerfontaine.*

Monasticõn lib. 1. Tit. 1. art. 11.

Tit. XI.

Tit. XI.

DE PANAGII SVCCESSIONE.

1 *De Panagij successione, triplex quæstio.*
2 *In Panagium non agnatos, sed solos liberos succedere.*
3 *Hæredum nomen, pro rei qualitate & natura, ad primos restringi.*
Dispositionem Statuti, *vel testatoris, semel in filio ad effectum perductam, ad vlteriores non porrigi.*
Primogenitum, Panagij hæredem esse, data fratri minori alimentaria portione.
4 *De Panagij Andegauensis successione inter defuncti agnatos, & Fisci procuratorem, duplex controuersia.*
5 Panagiario *Clarimontis Comite defuncto, Panagium ad Regem, non ad demortui propinquos rediisse, iudicatum.*
6 *In feuda Imperialia agnatos non succedere, sed liberos solos.*
7 *Alphonso Pictauensi Comite sine liberis defuncto, Panagium ad Regem, non ad Carolum Alphonsi fratrem rediisse, definitum.*
Karolo Burgundiæ Duci sine mascula prole defuncto, neque Mariam filiam, neque Niuernensem Comitem agnatum, successisse in Panagium.
Niuernensis Comitatus, iunioribus Burgundiæ filiis dari solitus.
8 *Æquiori iure, agnatos, à primo Fiduciario ortos, in Panagium succedere, veluti per mortis causa capionem.*
In feudum paternum, deficiente primogeniti filij linea, secundogenitum succedere.
9 *Legatum familiæ relictum, primo cum sua prole defuncto, ad alios ex eodem stipite redire.*
Vero rectæ lineæ sensu, non solos à primogenito ortos, sed omnes à communi stipite descendentes intelligi.
In iis quæ ad hæredem extraneum non transeunt, hæredis nomen pro agnato accipi, etiam citra hæredis qualitatem.
10 *In causa Claromontana, & Pictauensi, patruos, & fratres, non filios, aut nepotes primi Fiduciarij victos fuisse.*
In Borbonias Ditiones Petrum Iohanni fratri iure auito successisse.
Epilogus, Panagium ad agnatos deuolui, dummodò à primo Panagiario *descendentes.*

1 ACCEPISTIS, QVÆ iura sequantur regiam Ditionum fiduciam, seu *Appennagium*, quæque inde excipiantur à Principe: Nunc Fiduciario decedente, triplex emergit de eius successione dubitatio. Prima, Panagij illius nûm Agnati hæredes sint, an verò Rex successor legitimus. Altera, secundogenitus nécne fiduciarij Reguli, Panagio excludat primigenij filium. Tertia, nûm iuri accrescendi in Panagio, locus relinquatur. Quas seorsûm ordine tractabimus, sed crassiore Minerua: magis hac in parte nostrorum Feudorum rudi popularique argumento tribuentes, eorúmque Interpretibus neotericis, quàm Philosophus ille Tyberio Cæsari, à quo homines, non verba, ciuitate Romana donari posse aiebat.

2 AD primæ quæstionis explicationem præmittenda facti species. Mæuius, qui Fiscalis prædij donatarius erat fiduciaria lege, moritur, duobus relictis liberis. Primogenito dehinc è viuis sublato, frater intendit, Panagium suum esse, fraternæ hæreditatis iure. Ex aduerso, Regius Actor, Panagium, recta linea deficiente, reuerti ad Principem fiduciæ lege, nec successionis agnatorum in eo gradus admitti. Palàm est enim, Fiduciam solummodò, scriptam Mæuio, eiúsque recta linea hæredibus: vt suprà à Nobis expositum est. Atqui hæredum appellatio, quantùmuis

In Appennagium regium solos Panagiarij liberos, ac nepotes succedere, non agnatos.

latè pateat ad hæredes hæredis, certè hoc casu, non debet vltra primum successionis gradum in recto limite trahi, neque ad consanguineas successiones laterales. Defuncto autem stirpis maximo, ampliùs non dicitur directa, Fiduciarij, communis patris hæreditas, sed fratris patrimonium, qui antea patri successerat. Nam hæreditas semel adita, fit patrimonium hæredis, l.1.§. veteres. Ibidémque Accurs. & Alexan.ff. De acquir. possess. Ergo morte protogenij, superstes frater, aliunde non posset, in Panagio hæredis personam suscipere, idipsúmque petere velut hæreditarium, nisi ex transuerso limite succederet: Cui successionum generi, Fiduciæ lex refragatur. In Regale enim, seu Imperiale beneficium soli succedunt per rectam lineam descendentes, non agnati vltimi possessoris: tametsi à primo beneficiario sint seriatim propagati. Calderinus in Responso 9. Tit. De Feudis Vbi citat Hostiensem ad §. Qualiter. In Summa. Tit. De Feud. Illud saltem inter omnes liquet, si patronus clientis mortui filium paterno feudo, tanquam nouo vestierit, consensu lateralium propinquorum, hos, absumpto morte filio, excludi, feudúmque ad Dominicam mensam redire, cap.1.in fi. An agnat. Aluarot. in cap.1.§. Præterea Quib. mod. feud. amitt.

Quia qui alij consentit, sua iura perdit, & aliena fortificat, l. Cùm quidam Cod. de Administ. tutor.

3 NEQVE absurdum videri debet, aliquando ex natura rei concessæ, angustiùs sumi nomen hæredis, vt primus tantùm significetur. Putà, in vsufructu Mæuio & hæredibus dato, l. Cùm antiquitas, Cod. De vsufr. Nonnunquàm ex verbis disponentis familiam, testatore ita cauente, *aliquem hæredum meorum*, &c. coarctatur vltimum hoc Elogium in primo gradu hæredum: quia verbo, *meorum*, suos proximos tantùm nuncupasse hæredes testator censeatur. Oldrad. Cons. 21. Idem in substitutione impuberis, l. Sciendum. ff. De verb. signif. Et l. qui liberis §. 1. ff. De vulgar. Imò etsi Iuris interpretatione, nomen filiorum complectatur nepotes: Quoties tamen patria Constitutio, vel lex supremorum mandatorum priuati cuiusque, deducta semel est ad effectum in filio, non porrigitur ad vlteriores, à primo licet stipite, sanguinis iure profectos (Bartol. in l. liberorum. ff. de verb. signif. Alexand. Responso 105. Volum. 1.) Multò minùs igitur ad agnatum, transuersis gradibus eum contingentem, de cuius hæreditate contenditur. Nam in Panagio illo, primigenius semel extitit fiduciarij Reguli hæres ex asse, fratri data alimentaria portione (ab Panagij natura & conditione, de qua Nos aliàs.) Completo itaque recta in linea iure succedendi, Panagium à Principe liberè recipitur: vtpotè resolutum, superstite fratre à fraterna hæreditate summoto. Quippè quùm directæ nepotum successiones, Fiduciæ formula comprehendantur, non transuersariæ.

Si testator dicat, quisquis mihi hæres erit, idem filio hæres esto, Tunc hærens hæredis non continetur, quia incertus est. Cùm enim huiusmodi verba de certa persona intelligi possint, non debent extendi, vt incertas quoque contineant.

4 EAM ob rem dissertatum est in Senatu (Karolo 7. Rege) de Panagio Andegauensi, his legibus pacto. EIDEM LVDOVICO SECVNDOGENITO NOSTRO AD HÆREDITATEM PERPETVAM, PRO SE ET SVIS HÆREDIBVS, ET LIBERIS MASCVLIS, EX CARNE SVA LEGITIMO MATRIMONIO PROCREATIS ET PROCREANDIS, COMITATVS ANDEGAVIÆ, CENOMANIÆ, AC CASTRVM ET BARONIAM CASTRILIDI, IN COMITATV CENOMANENSI SITVATAM, ET CASTRVM NOSTRVM ET CASTELLANIAM DE CHAMPTOCEAVX, TENENDVM PERPETVÒ PER EVM ET EIVS LIBEROS MASCVLOS TANTÙM, &c. MENSE OCTOB an. 1360. Mortuo sine liberis Ludouici 1. nepote Ludouico 3. illud agitatum est, an Renatus huius frater natu minor, sibi licitè assereret Andium & Cenomanorum ditiones, Rursus Cenomaniæ cessioni à Renato, fratri Karolo factæ, intercedunt regij Optimates ac Nestores in Aulico Prætorio, ne isthæc Andegaui Panagij successio lateralis, diuisióque Regi probaretur, an. 1442. Illorum Principatuum fiduciam coniunctim fuisse contractam initio, eósque Ludouico 1. mancipatos vnica fiduciæ lege, vnius esse beneficij fundum indiuiduum: Eius ergo fidem ac clientelam disiungi minimè oportere. Ita Ludouicum 3. patris & aui hæredem solum extitisse, in iure Panagij vnum duntaxat hæredem recta linea lege Regni adprobari. Parique in causa, olim Gallicum Senatum decreuisse, Angolismensem Comitatum partitioni nusquam fore obnoxium, nisi *Appennagy* nomine in liberos conferendi. In Parlam. Omn. Sanctor. an. 1267. Sicuti hæc omnia aduersariis Libellis continentur in Camera Parisiensium Ratiociniorum. Indulsit tamen Princeps Andium Regu-

Calesij ad Gessoriacum littus, Panagium à Iohanne Rege liberis iunioribus adsignatum, an. 1360.

Castrum & Castellania *de Champtoceaux*, quæ olim fuit minoris Britanniæ Ducû, ideo à Rege, tanquã proprietario tradita est Ludouico filio, an. 1360 quia Francicis armis illud Castrũ Celsi expugnatum fuerat, an 1342 vt ait Froissartes, hist. Volum. 1. cap. 72. Sed Pacis cum Duce Tractatu regio posteriore Castrum Celsi fuit Duci restitutum, cuius loco Lodunensis Ditio à Rege data est dicto Ludouico, Literis die 4 Febr. an. 1356. De quo vide Annal Britonic. lib. 4. Alani Bouchardi, fol. 107.

lis

lis, siue quòd Augustæ fratres essent, Regia in aula gratiosissimi, seu quia Gallicum bellum in Britannos, Regis obstrueret aures, nec Legum vocem eum fineret exaudire. Defuncto tandem sine maribus liberis Renato, Procurator fisci solidum reposcit, integrumque earum Ditionum Panagium. Carolus, contrà, Renati ex fratre Carolo nepos, seriem gentis referre ad Ludouicum 1. proauum, se ideò ex recta linea vocatum ad fiduciariam Panagij conuentionem. Ad ea Publicus Actor, solutum fuisse Ludouici 3. obitu Panagium. Quippe qui vltimus ex recto tramite, non ex latere successisset: Ludouico 3. liberos aut nepotes nullos superfuisse: Longeque infirmiùs Ludouici fratrem Renatum, transmittere Panagium ad Carolum potuisse, qui transuerso eum gradu tantùm contingeret. Illud ex Iure Ciuili fando vsurpabat, spectandum esse, non stipitem quidem, ex quo traxisset originem Carolus, verùm agnationem postremi decessoris in acquirenda ipsius hæreditate. Quocirca in Panagio, ius cernendæ hæreditatis ex transuersa linea reiiciendum. Ast immatura mors Caroli, Regiam controuersiam diremit, rapta fato Andegauensium virili progenie, an. 1481.

Maria Andegaua vxor Caroli 7. regis, soror Renati & Caroli Andegauensium Regulorum.

Longobardo Iure, frater fratri in feudũ non succedit, nisi Domino permittente, ambo pacti essẽt, vt alter alteri succederet. Vt dicemus infra tit. 13. Sed aliud in feudo indiuisibili duobus fratribus cõcesso, vt in iure piscandi, venandi, eundi, &c in feudum fratribus dato. Nã tunc præmorientis portio ad fratrem deuoluitur, non ad dominũ.

5 Conferatur etiam huc probabilius argumentum ex rebus iudicatis. Claromontanus Bellouacorum Comitatus à Theodoto rege datus est Philippo filio, possidendus Fiduciario nomine. Diem functo isto, Ludouicus Diuæ memoriæ Rex Comitatum repetit, ceu Dominicum, & Coronæ profectitium fundum. At regij fratres lege agunt, (Carolus Andium, & Alphonsus Pictonum Comites,) sibi obtigisse hæreditarium defuncti, communis patrui, Comitatum. Princeps, èdiuersò, resolutam fuisse Clarimontis Bellouacorum Fiduciam, donatario liberis orbo. Hunc Comitatum suum esse, i. Regium, nec iure patrui Philippi hæreditarium, sed Principali, Augusto, & Regio, quo Panagia obeuntium absque prole, ad Regiam mensam reuoluuntur: de cætero, nullum agnatis in Panagium succedendi locum superfore. Princeps denique iudicio obtinuit: In *Parlamento*, ad Natalem Deiparæ virginis, an. 1258. Atque hoc Francici Senatus decretum citat Budæus ex Regiis venerandæ vetustatis Commentariis, Annotat. in Pandectas l. vlt. de Senator.

Bald. in cap 1. De fratr de no. benef. inuest. Ioh And. in addit. ad Specul. De feud.

Philippus 2. Rex, *Dieudonné* dictus.

Antiquorum Clarimontis Comitum in Bellouacis seriẽ dispice inferiùs, lib. 3. tit. 3. art. 11.

Arestis Septembribus, an. 1258 de Claromontani Comitatus Appennagio, pro Rege, contra eius fratres iudicatum: In eóque iudicio affuit non solùm Rex cum Consilio regio, sed etiã Rhemensis, Rothomagensis, Trecensis, aliique Episcopi, Abbatésque & maximus fratrũ Prædicatorum, Constabularius, Comites, ac Primores nobilitatis, Consiliariique permulti, tum sacerdotes, tum profani.

6 Ivngenda est iis dubitandi rationibus, Imperialium feudorum Constitutio, in quibus directa agnoscitur duntaxat, non transuersaria hæreditas. Recta enim linea deficiente, qui sunt à latere, non succedunt in huiusmodi feuda, licet à primo cliente deriuentur. Cap. 1. De Natur. feud. & ibi Andr. Castrens. ad l. Cùm ita §. in fideicommisso. D. De legat. 2. Notat. in l. vlt. Cod. De verb. signif. Simili modo, id Germanorum iudiciis terminatum, narrat se obseruasse Calderinus, Responso 8. sub Tit. De feud. Peræquè Iure Romano, vt apprimè noscas conditionis liberorum implementum, hæ Contractus dictiunculæ, *in recta linea*, referuntur non modò ad substantiam personarum, verùm etiam ad hæreditariam qualitatem. Bald. Consil. 334. & Ancharan. Consil. 195. Proposita igitur ea Panagij conuentione, vt hæredes ex linea directa vocentur, haud satis est aliquem iure sanguinis exortum esse à fiduciario primo Duce, sed ei quoque necesse est in ius hæreditatis successisse: quia non solùm in spem bonorum accitus est tanquam filius aut nepos, sed tanquam hæres. Bartol. in l. Ex facto §. vlt. D. Ad Trebell. Idem in l. Vt iurisiurandi §. si liberi. ff. De oper. libert. Bald. ad. l. Si filius familias. §. Cùm quis. ff. De legat. 1. Atqui in Panagio, quod Regni naturam, ex quo delibatum est, imitatur, vnus est tantùm gradatim hæres. Cùm ergo varia successionum serie, consumpta fuerit liberorum & hæredum in recto limite conditio Panagio apposita, nullum Panagij ius reliquum esse potest vltimi possessoris agnato, licet primi donatarij pronepoti. Cap. 1. De fratr. success. Et ibi Gloz. cum Baldo.

7 Clarvm de eo superius exemplum est, nec minùs tamen illustre, quod sequitur, de Pictonico Alphonsi Comitatu. Sublato è viuis Alphonso sine prole, intendit Carolus frater Siciliæ Rex petitionem hæreditatis aduersus Principem: quia proximus Alphonsi hæres, lege anteferendus Regi Philippo, vtriusque tantùm ex fratre nepoti. Defendit Princeps, eam Panagio legem insitam, vt quicquid Regiis fratribus datum esset, solidum integrumque, liberis non extantibus, rediret ad Principem, nec transuersa hæreditate superstiti fratri deferretur. Ca-

Philippus 3 Ludouici 9. Regis filius, Rex.

rolus intentione depulsus est, *Parlamentari* Decreto, ad Pentecostes, an. 1283. Cuius meminit expressim Iohan. Tilius protoscriba Senatus Parisiensis, lib. 1. Memorabilium Francicæ Regiæ. Sed eius tenorem S. Consulti integrum subijcere oculis præstat ex autogragho Curiæ Tabulario, cum argumentis causæ, ibidem vltro citroque oppositis. *Notum sit omnibus, quòd cùm dudum sanctæ memoriæ Ludouico quondam Franciæ Rege prædefuncto, bonæ memoriæ Alphonsus quondam Comes Pictauiæ postmodùm decessisset, illustrissimo domino rege Philippo, possidente Comitatum Pictauen. & terram Aruerniæ, procurator serenissimi Principis Karoli regis Siciliæ fratris d. A. quondam Comitis Pictaniæ, & patrui d. domini Philippi Regis Franciæ, in Curia d. domini Regis Franciæ d. Comitatum Pictauen. & terram Aruerniæ petijt deliberari & reddi à d. domino Philippo rege regi Siciliæ Carolo præd. Cùm d. Carolus frater d. A. Comitis quondam, esset proximior quàm dominus Philippus, qui Alphonsi tantùm nepos erat, ex generali Consuetudine Regni, & speciali locorum, vbi bona consistebant prædicta. Verùm parte domini Philippi regis in cõtrarium proponente; quòd de generali Consuetudine hactenus à multis generationibus Regum plenius obseruata, cùm donatio quæcunque hæreditagij procedit à domino Rege vni de fratribus suis, donatario ipso, sine hærede proprij corporis, viam vniuersæ carnis ingresso, donationes ipsæ ad donatorem, aut eius hæredem succedentem in Regno, reuertuntur pleno iure. Et in hoc casu nepos patruum excludit: quùm idem nepos suo iure & generali Consuetudine in omnibus personam patris donatoris repræsentet. Adijciens pars domini regis Philippi, quòd defuncto Rege, filióque regis primogenito succedente in Regno, eiusdem Regis fratres portionem certam bonorum patris non possunt petere, tertiam putà, quartã, vel quotam: sed primogenitus, quantũ vult, & quando vult, eis confert. His autẽ non contenta pars Regis proposuit speciales consuetudines locorum, vbi bona petita sita sunt, tales esse, quòd in talibus Baronijs tales donationes, decedentibus donatarijs sine hærede proprij corporis, non ad fratrem donatarij, sed ad filium donatoris succedentem in Regno, mortuo donatore, reuertuntur pleno iure, &c.* PRONVNTIATVM *fuit, d. dominum Regem Siciliæ non habuisse nec habere ius petendi Comitatum Pictauen. ac terram Aruerniæ: Ac dominum Philippum regem absoluit Curia ab impetitione Regis Caroli.* In Panagio autem Burgundiæ, tacitus conquieuit, mortuo Duce Carolo, huius patruelis Niuernensium Comes, nec proaui paterni hæreditarium condixit Burgundiæ Ducatum, absumpta primigenij Burgundi mascula sobole, an. 1476. At iustius videbatur, à Niuernensi Ducatũ condici, quàm vt hæredes Mariæ Caroli filiæ, Burgundiam peruicacibus animis à Rege exposcerent. Burgundij Panagij formula hæc erat; DVCATVM BVRGVNDIÆ IN PARIATV, ET QVICQVID IVRIS ET PROPRIETATIS HABEMVS IN EODEM, NECNON IN COMITATV BVRGVNDIÆ EX SVCCESSIONE PHILIPPI VLTIMI DVCIS CONSANGVINEI NOSTRI, CHARISSIMO PHILIPPO FILIO NOSTRO CONCESSIMVS, TENENDA ET POSSIDENDA PER EVM ET HÆREDES SVOS IN LEGITIMO MATRIMONIO EX PROPRIO CORPORE PROCREANDOS PERPETVÒ, HÆREDITARIÈ, PACIFICÈ, ET QVIETÈ, &c. 8. Idus Septembr. an. 1363. Cuiusmodi paternum Iani Regis in Philippum filium munus confirmauit Carolus 5. successor. 4. Nonas Iunias, an. 1364. Illis autem Panagij verbis, nullus marium delectus hæredum, potiùs quàm fœminarum. Inspecta tamen Panagij natura, quo de agebatur, nomen hæredis placuit ad mares tantùm pertinere. Cap. 1. §. & si clientulus. De Alienat. Feud. Notat. in l. etiam. D. Solut. matrim. Cap. vn. De success. Feud. Cap. 1. §. & quia vidimus. Ibique Aluarotus, Ysern. Cardinal. Qui Feud. dar. poss. Aretin. & Neoterici ad l. Gallus §. etiam si. π. De liber. & posthum. Decius ad Cap. In præsentia. De Probat. Et Consil. 171. Bald. Responso 9. Volum. 2. Idem in l. 1. Cod. De condition. insert. Bartol. in l. Ex facto §. vlt. D. Ad Trebell. Facilior igitur patebat aditus Niuernensi ad Burgundiæ petitionem, quàm Mariæ hæredibus: quippè qui masculus foret, ex prima Philippi Audacis stipite ortus. Nihil verò ad eam rem noui molitur Niuernensis, prudenter ratus, se iam Niuernensi Comitatu donatum, qui minoribus Burgundiæ Ducum filiis dari consueuerat, nihil acturum in eo Ducatu petendo, primæuorum scilicet Burgundiæ patrimonio.

Tit de la Branche des Comtes de Thoulouse.

Inquestæ & Apprisiæ expeditæ in Parlamento Pẽtecostes anno 1283. Feria 4. post Inuocauit me.

Huius Caroli vltimi Burgũdiæ Ducis, pater fuit Philippus 2. filius Ioannis, qui Philippo 1. Burgundiæ Duci Panagiario patri successerat.

Die 6. Septemb an. 1363.

Die 2. Iunij, an. 1364.

8 VERVMTAMEN æquior præualuit sententia, defuncti agnatos Panagij hæreditatem adipisci: dummodò ortum à primo deduxerint, fiduciario possessore.

Si Feudũ antiquum seu paternum in de-

Ius enim causamque sumunt à primo Panagij donatario, non ab eo qui supremus vita cesserit, idque per quandam mortis causa capionem. Bartol. ad l. mortis. π. de donat. caus. mort. Castrens. in l. apud Iulianum §. si quis alicui. π. De legat. 1. Eadem ratione, irrita quidem est Legibus Feudorum retrograda super stipitem feudi successio ac renouatio: sed ad stipitem vsque, in feudis auitis seu paternis adprobatur huiusmodi successorium ius. Cap. 1. De Gradib. success. In Feud. Quibus consequens est, in Feudo vel Emphyteusi Publio ac posteris condicta, ius deuolui ad filium secundogenitum, ex eoque gradatim progenitos: vt natos natorum, & qui nascentur ab illis. Bartol. in l. Si mihi & Titio. π. De verb. obligat. Ad primarium enim titulum, velut ad scopum, dirigitur feudi successio. Bald. in cap. 1. De eo qui sibi & hæred. suis mascul. Hinc talis beneficiaria successio semper respicit suum stipitem, cap. 1. §. si verò. De success. fratr. vel Grad. success. vbi Bald. Decius copiosè in Responso 390. Volum. 3. de feudalium prædiorum concessione ab Alphonso, Tarraconensi Rege, in Ludouicum Aragalium, & successores.

scendentes primò sit deuolutum, his deficientibus, tūc transuersales agnati à latere, qui à primo ascendente exorti sūt, etiam in infinitum succedunt. Zasius In Tit. de Feudi success. In Tract Feud. Conclusione 3. post Aluarot. in cap. 1. §. si Capitanei De Feudo March.

Donatio Regis Aragoniæ.

9 AMPLIUS dico, si familiæ legentur fundi, qui ideò appellantur * γενεάρχικοι, primo cum sua prole deleto, ad alios fit regressus, ex eodem trunco & columine familiæ oriundos. Bald. in l. Cùm ita §. in fideicommisso. π. De legat. 2. Bartol. & Socyn. ad l. Si cognatis. π. De reb. dub. Panagium autem, regij Diplomatis verbis, trahitur ad masculos omnes, eadem ex linea seriatim editos. Vero autem rectæ lineæ intellectu attenditur stipes, non qui postremus migrarit è viuis. Castrens. ad l. Maritus. Cod. De Procurat. Bald. Consil. 236. Ac pariter viris Prudentibus placuit, vnumquemque in feuda directò succedere, habito respectu ad principem auctoremque familiæ, non ad vltimum descendentem. Bald. in cap. 1. §. si Capitanei. De feud. Marchiæ. Angel. Consil. 110. In nouum certè feudum succedunt filij duntaxat, nepotes, pronepotes, non agnati, gentilitio iure. Cap. 1. in fi. De feud. success. Cap. 1. in fi. De feud. March. At secus in feudo antiquo vel paterno. Aluarot. in 6. Diuisio. Feud. Text. in cap. 1. §. His verò. De success. fratr. vel de gradib. success. In Feud. Cap. 1. in fi. De success. Feudi. Nec diuersa Panagij ratio habenda est, Sempronio dati & hæredibus ex eo descendentibus, vt hæredum nomine omnes descendentes intelligantur, quamuis propriè in bona Sempronij non fuerint primitùs successores. Castrens. in l. Ex facto §. vlt. D. Ad Trebell. Eapropter, si in lege Beneficiaria vel Ἐμφυτεύσεως ita scriptum sit, *Hæredum ex ijs descendentium*, sufficit sola necessitudinis & coniunctionis ratio, citra ius & nomen successoris, bonorúmve possessoris. Tunc enim hæredis appellatio refertur ad liberos, aliósque ex iis ducentes originem, defuncti hæreditatem adierint néc ne. In iis præterea, quæ ad extraneum hæredem non transeunt, vocabulum, *Hæres*, accipitur pro hærede sanguinis, prætermissa etiam hæreditaria qualitate, & citra hæreditatis aditionem. Alexand. in l. Quod dicitur. π. de verb. obligat. l. Pro hærede §. si quid tamen. (& ibi Bartol.) π. de acquir. hæred. Quemadmodùm igitur regium *Appennagium* non manat ad extraneos hæredes: sic datum hæredibus, omnes amplectitur, ex primo donatario per rectam lineam propagatos.

* Gentilitij fundi, & antiquitùs familiæ adscripti à principe, & auctore familiæ.

10 DECRETORUM porrò, quæ suprà citaui, antinomia diluitur facillimè. In Panagio enim Claromontano, & Pictauensi, de quibus latæ in contrarium Sententiæ, fratres erant, qui causa cecidêre, non filij, aut nepotes primi fiduciarij possessoris. Hic verò, facti species omnimodò diuersa. Proinde minùs nouum sit, fratrem vltimò mortui, fiduciariam eius hæreditatem capere, qui, vnà cum hærede fratre, descenderint à primo Regij fundi in fiduciam beneficiario. Vnde & in Borboniæ Domus prædia Iano Duci successit Petrus frater, haud dotali modò & aduentitia Pactione cum Ludouico XI. socero inita, sed iure suo, profectitio, & auito. Circa annum 1487. Petrus enim nepos erat Iohannis 1. Ducis, cui, & masculæ stirpi, Boiorum Ducatus, cum Aruernis, fuerat à Principe permissus: anno 1400. Vt ostendimus suprà lib. 1. Tit. 5. Petro rursus extincto, relicta filia, Carolus Borbonius huic iudicium dictauit fiduciariæ successionis, iste quidem Petri agnatus, sed directo ordine, Iani 1. pronepos. Coactum de eo Procerum concilium à Principe, vt sua ipsius, partiúmque iura circumspicerent. Quibus diligen-

Petrus Borbonius, Dominus *de Beaulieu* (gener Ludouici XI. regis) Qui Iano Borbonio Duce fratre mortuo, successit in bona omnia Borboniæ domus, Carolo 8. rege.

Borboniæ gentis primariæ fundi remanentes penes Carolum Borbonium, Montpensarij Comitem (postea Franciæ Connestabilem) Aulicorum Magnatum opinione.

ter perspectis, Borbonias Ditiones Carolo competere visum. Sed conciliandæ totius familiæ gratia, Princeps nuptiarum auctor fuit, inter filiam Petri Susannam, & Karolum: illam tametsi Carolo Alenconio mater despondisset. An. 1504.

STABIT ergo in Iudiciis posterior opinio, Panagium ad defuncti propinquos deuolui gentilitio iure, dummodò à primo fiduciarij Reguli stipite descenderint.

Tit. XII.

QVI POTIORES IN PANAGIO HABEANTVR, PRIMOGENITI'NE FILIVS, AN SECVNDOGENITVS.

1 *An in Panagij successione, filius secundogenitus nepoti ex filio primogenito sit præferendus.*

Emphyteusin patri, liberisque datam, Iure à filio, licet patris hæreditatem repudiante, retineri.

In Panagij ratione, successionum regulas præcisè non seruari.

2 *Regnum, Ducatum, Comitatum non testamento, sed lege relinqui, & de his testantem nihil agere videri.*

In Vandalorum Regno, filius secundogenitus nepoti ex filio primogeniti prælatus.

In Regno Siciliæ, & Ducatu Mediolanensi, filius iunior, nepote ex filio grandiori potior habitus.

Bernardus Italiæ Rex, ob Imperium ab eo occupatum, captus, & punitus.

3 *Apud Lacedæmonios, Latinos, Hispanos, ex filio primogenito nepotes filijs secundogenitis postpositi.*

4 *In Campaniæ Comitatu, & Angliæ Regno, patruos filijs fratrum primogenitorum superiores euasisse.*

Iani Fuxensis Narbonæ Procomitis, cum Catharina fratris filia, de Regis Nauarri successione, controuersia similis.

5 *Nepotem tamen ex primogenio, in auita hæreditate, patruo duplici ratione anteponi debere.*

Legem perinde, ac paternam pietatem, consilium pro liberis capere.

Nepotes, cum filio, Attica lege in stirpes succedebant.

De Comitatu Bigorræ, pro Comite Fuxensi.

6 Doarium consuetudinarium *inter liberos, ex æquo, nulla habita ætatis ratione, diuidi.*

Arestum in causa Montmorantia.

Dotem, & donationem propter nuptias conferri, & in Legitimam imputari.

Filium primogenitum, vel ex eo defuncto nepotem, Panagij legitimum successorem esse.

De antiquis Moribus Burgundorum procerum, in feudaria *successione.*

7 *Ducatus minoris Britanniæ, primogeniti filiæ aduersus patruum à Senatu adiudicatus.*

8 *Idem in Comitatu Flandrico, pro nepote obseruatum.*

De fide clientelari Artesiæ, & Flandrensis Principatus, Gallo Regi debita.

Fœdera Gallorum Regum, & Flandriæ Principum.

In Francica Corona, primogeniti filius patruo potior.

9 *Lacedæmoniorum Regnum, à Lycurgo restitutum fratris filio posthumo.*

Patrui, in Germania, à fratrum filijs duello superati.

10 *Scriptorum Iurecoss. calculis, filium fratris primogeniti, patruo superiorem esse.*

11 *Ius Prætoris designandi, & Arcium custodiendarum, filio natu maiori, licet secundogenito, relinqui posse à patre, quamuis ex filio primogenito nepotem habente.*

ATQVE

1 ATQVE vt Panagium, ordine quo proposui, exequar, Nesennius auus testamento hæredem instituit prima cera Lucium Titium, Seij primogeniti filium. Telemachum secundogenitum, ima cera. Telemachus lege experitur de Panagio paterno aduersus Titium: Patri non licuisse, sibi ius spemque Panagij præripere, quod liberis maribus concessum sit. Titium quidem patris vice succedere in ius cernendæ hæreditatis perpetuæ. Vlpian. l. 1. §. sciendum. De suis & legitim. Aliud verò censendum, de fiduciaria ac temporaria Principis donatione collata in Nesennium, eiusque liberos, tanquam liberos. Hinc magis esse, vt liberi ordine, dein nepotes successoriis gradibus potiantur regio beneficio, inuicemque ex cõmuni fatorum sorte substituantur. Nec caret ratione secundogeniti actio. Nam de Emphyteusi Plautio & liberis pacta, quasi fideicommissaria, patri inhibita est testandi potestas, siquidem liberorum alteri, altero posthabito, velit gratificatum. Omnes quippè liberi sumunt ius ab Emphyteuseos auctore, proprietatis domino, non à testatore. Alexand. in l. Si patroni. D. Ad S. C. Trebell. Bartol. in l. Vt iurisiurandi §. si liberi. π. De oper. libert. Castrens. ad l. Si mihi & Titio. π. De verbor. obligat. Vnde colligitur, filium, repudiata hæreditate, nihilò seciùs liberè retinere Emphyteuticum prædium. Bartol. ad cit. §. Si liberi. Speculat. in Tit. De locato §. nunc aliqua. Vers. 168. Secundùm quæ, de Panagio idẽ videtur statuendum. In eo enim districtè non seruantur Hæreditatum regulæ, quibus nepos, deficientis personam refert primogeniti, paternumque subit gradum: at formula Cautionis fiduciariæ animaduertenda, quæ, stantibus liberis primi gradus, vlteriores non admittit. Gradatim quippè, ac successorio velut edicto, singuli è familia, Principali fruuntur liberalitate. Vt Papinianus respondit l. Peto. §. fratre. De legat. 2. DD. in l. vlt. Cod. De verbor. significat.

2. Quæstio, de secundogeniti, cum primogeniti fratris filio, prælatione in re Appénagij nomine data à Principe.

Oldradus in Consil. 94 Vers amplius certum est. Sẽsit pro patruo contra nepotem. Ita Andr. Y[illegible]rn. in cap. 1 De Nat succeß. Feud: & in cap. 1. § & olim Vers. si ergo viuens tit. de succeß. Feud.

2 ILLVD quoque à maioribus & consilio prudenter, & exitu fœliciter prouisum, ne de Regno restari fas esset, de Ducatu, aut Comitatu nisi idem scriberetur hæres, ad quem Principatus ij lege redituri essent. Aluarot. in Tit. Qui feud. dar. poss. Bald. in Tit. De succeß. Feud. Inde etiam de Regis Tarraconensis Notho responsum est, eum, vel procurante patre, natalibus restitui non posse à Romano Antistite: quo minùs agnati, Rege dehinc absque iusta sobole mortuo, Regios fasces consequantur. Decision. nou. Neapol. Antonij Capycij 121. Demus enim, Regna, ac Principatus hæreditate deferri: ita tamen deferuntur, vt Lex Regia alium hæredem esse non sinat, quàm qui intestatò foret alioqui successurus. Ioan. Monach. Archydiac. & Dominicus ad cap. Grandi. De supplen. negligen. Prælat. in 6. Panormit. ad cap. Intellecto. De iureiur. Atqui natalitium primatum in succedendo metimur ipsa die obitus Regis aut Reguli, vt qua die interierit is, tunc natu grandior filius, protogenius censeatur. Proinde cùm esset adscriptum supremo elogio Gizerici Vandalorum Regis, vt Regni successio propinquiori traderetur ex virilis sexus genere, & ex iis qui ætate præcederent, exclusit patruus nepotem, qui tẽpore mortis paternæ, maior natu reperiebatur. Sũmouit enim Honoricus Gundabundum, Genzonis primigenij filium: & rursus Gundabundus Hildericum Honorici filium. Hanc autem supremi iudicij legem cùm spreuisset Gilimer, Iustiniani arma in se prouocauit. Vt relatũ à Procopio inuenimus, lib. 3. De bello Vandalico. Nec minori argumẽto, Robertus Rex, aduersus Hungarum, Siciliæ Regnum obtinuit summi Pontif. sententia, patruus aduersus nepotem ex fratre primigenio. Vt Clemens 5. P. P. admonuit, in cap. Pastoralis. De re iudic. Ex Concilio Viennensi. & Collenutius in Neap. Hist. Romanæ autẽ Ecclesiæ ius erat, de Regno decernere, SANCTÆ SEDIS beneficiario. Quid cõmemoram Ludou. Sfortiam, qui iure superior Iani Galeacij filio est habitus in Mediolanensi Ducatu? Iasone scilicet Mayno hoc longa oratione Proceribus persuadente, in nepotẽ ex primogenito fratre. Nõ eò quippè cõstituti sunt Principatus maiores, vt vnus super alios locupletior fieret, sed vt cõmodiùs subditi, vnius imperio gubernentur. Quod Dion argutè disputat lib. 44. Enimuerò Bernardus Italiæ Rex ab auo Car. Mag. factus, præter hæc, occu-

Fallitur quidã scriptor qui negat, Honorium hunc Gizerici secundũ filium, & Gensonem primogenitum extitisse. Nam Græci exemplaris autographi Latinus Interpres Procopii Raphael Volater hæc scribit. *Paulò pòst Gizericus testamento mandauit, vt per manus eius Regni successores illi propinquiori ex genere virilis prolis traderentur, & ex his qui ætate præcederent. Honoricus eius senior filius successit, quum Genzon frater iam decessisset, &c. Honoricho autem extincto, Gundabundus Genzonis fratris filius successit, qui propior genere Gizerichum attingebat.*

pauit Imperium, quòd ex Pipino natus esset, Caroli primigenio ante patrem vita functo. Sed deinde captus, patruo pœnas dedit Ludouico Piò Imper. Etsi idem igitur in patris locum nepos regulariter succedat, non est in Principatu, aut Imperiis, in quibus magis ad prudentiam attendimus, quam is qui annis maior est, maiorem quoque habere existimatur.

3 PROIN & Agesilaus Leotychidi prælatus fuit, ex Agide fratre nepoti, in Lacedæmonio Regno, totius Pop. votis: Vt testatur Xenophon, rerum Græcarum lib. 3. Syluius pariter Latinorum Regnum euicit post longam controuersiam, in Iulum fratris Ascanij filium. Nam postulante Iulo in paternum Regni ius succedere, eam litem populus diremit iusto suffragio, præter alias rationes hac motus etiam, quòd Syluius matre hærede Regni procreatus esset. Vt Halycarnass. literis prodidit. Si ad Hispanos transeamus, haud dubiè comperiemus Sanctium secundonatum Regis Castulonensis, & filiæ D. Ludouici, à successione Regni arcentem senioris fratris liberos. Quibus ex liberis prodiit inclyta illa, præ cæteris Hispaniæ proceribus, familia Ducis Medinei *Del Rio Seco*, seu Augustæ Emeritæ Hispaniarum. Vt Mariani Siculi Hispanica Histor. perhibetur. In laterali autem patrui hæreditate, cùm Corbis & Orsuas patrueles certarent de Ciuitatis Principatu, quam Ibem vocant, Corbis antiquior vicit Martis iudicio Orsuam, cuius tamen pater Regulus proximè extiterat. Auctore Liuio, lib. 8. Decad. 3.

Origo Ducum Medineorũ Hispaniæ, ex filio primogeniti Regum Hispan.

Orsuæ pater, suæ Ciuitatis Princeps.

4 APPOSITE subnectuntur his, consimiles Gallorum res iudicatæ. Obtinuit Campanum Comitatum secundonatus frater Errici Campani (qui in Asiatica expeditione occubuerat) aduersus filiam Errici ipsius primigenij, Erardo Brenneo nuptam: Aresto *Parlamenti* Melodunensis, an. 1216. In Britannia quoque Insula, Ricardus Rex designatur auito iudicio, patre ipsius præmortuo, qui Regis primigenius, vocabatur Vvalliæ Princeps. Hoc nomine conqueritur Henricus Lancastriæ Dux, legitimum Regni ius sibi auferri: quòd Regis quidem ipse filius esset secundogenitus, at Ricardo nepote natu grandior. Quò tandem istud euasit? Regno exuitur Ricardus, Londinensibus Comitiis: Henrici filius iure paterno, Rex salutatur, an. 1399. Vt tradit Frossartes, Rei quoque Anglicæ Polyhistor. lib. cap. 325. & lib. 4. cap. 113. & 114. Planè in hoc Senatu altercatum est diu, de opulenta Phœbi Fuxensis hæreditate, Cantabrorum Regis. Eam quippè Ianus Fuxensis, Narbonæ Procomes sibi vindicabat, patruus in neptem ex fratre Catharinam. Causa in plenius deliberandi consilium reuocatur, Michonio, & Ganayo dicentibus, Quintili mense, an. 1488. Huic denique opinioni pro patruo subscripsère Cynus, in l. Si viua matre. Cod. De bon. matern. Bart. in Authent. Post fratres. Cod. De legit. hæred. Bald. ad leg. Cùm antiquioribus. Cod. De iur. deliber. Qua de re in vtramque partem Decius accuratè, ex recèns orta quæstione Lusitani Regni inter patruum, & primogeniti filium, Responso 443. 2. part. Volum. 3. Aduersarias quoque Lusitanorum iudicum de eo Sententias profert Anton. Gamma, senator Vlyxipponensis: in iisque antiquiùs latam an. 1457. pro secundonato, aduersus nepotem ex fratre seniori. In Lusitanica Decision. 307.

Arrest du Parlement assemblé à Melun.

Edouart Prince de Galles, en Angleterre.

Aux Parlemens, à Londres.

Phœbus *de Foyx*, Nauarræ Rex.

Portugallia.
Portugalliæ Iudicatum, inter Fernardum Coutinho, & Petrum Coutinho patruum suum.

5 ECONTRARIÒ, acriùs vrget causa nepotis contra patruum ratione validiore. Nam vt admittamus, Panagium liberis dari, tanquam liberis, non tanquam hæredibus: haud negabimus certè, nepotem paternæ ætatis priuilegio, semper auita successione patruum remouere. Atqui in Feudis & beneficiario prædiorum concessione mos est Gallicus, redigi hæc omnia instar patrimoniorum, hæc patrimonij vice defungi: in quo Patrum repræsentandorum vsus obtinet, vtique recta linea perdurante. Idem ergo dicendum de beneficio seu Panagio à Rege Magnatibus viris attributo. Adde quòd primigenius non censetur mortuus, qui superstitem filium reliquerit: nec pater solùm eadem cum filio persona reputatur, sed nepos etiam auo in filij locum agnascitur. Bald. ad l. 1. Cod. De condit. insert. Proinde nepos in auita hæreditate patruo anteponendus gemina ratione: tam iure propagationis & transmutationis primigeniorum à patre in seipsum, quàm ex propria persona. Lex enim, perinde ac paterna pietas, consilium, pro liberis capit, tam in secundo, quàm in primo gradu.

Ius repræsentationis in successione directa.

du. Nempè Lex Vellea, cuius meminit Scæuola I.C. l. Gallus Aquilius §. 1. De liber. & posthum. Cum Vlpiano l. Posthumi. De iniusto rupt. & irrit. Nec aliena ab his Cæsarea ex Alexandri. Si auus. Cod. De liber. præter. Sic Attica lege nepotes cum filio succedebant in stirpes: Teste Demosthene in Orat. περὶ Ἀγνίου κλήρου. Hinc etiam Feudistico Iure cauetur, Iustinianeam Nouellam, Post fratres, procedere in fundo clientelari, vt nepos cum patruo succedat in feudum agnati, patrono iure: Bartolo perperàm, contrà, sentiente in d. Authent. Post fratres. De legit. hæred. cap. 1. De success. Feud. cap. 2. De Feud. March. cap. 1. De natur. success. feudi, & Bald. ibidem. Abbas Consil. 3. Volum. 2. vbi multa de Francico Bigerronum Comitatu à Petronilla donato Vastoni, Procomiti Bearnensi genero, cuius gradatim hæredem tum gerebat Flussatum Comes. Inibique tractat Abbas de vetere controuersia Britanni Regis tanquam Aquitaniæ Reguli, & Aniciensis Vellauniorum Ecclesiæ, in Curia *Parlamentari*, pro iure patronali, superioreque dominio Bigorrensis Comitatus. Quò rectiùs igitur, prædicta secundùm nepotes sanciri debent, in Regia, qua de ambigitur, fundorum Fiducia? Hæc enim tametsi Nesennio ac liberis pacta fuerit, vt liberis, non vt hæredibus: quamdiu tamen penes liberos manet *Appennagium* istud, eadem succedendi ratione definiendum est, qua perpetuò constantes facultates. Ac ideò succedunt liberi in Emphyteusin, non tanquam hæredes, aut iure hæreditario, sed quia hæredes, & pro virilibus, non pro portionibus hæreditariis.

> In feudo paterno seu antiquo, filij fratris cum patruo in stirpem succedunt. cap. 1. De Grad success. In Vsib. Feud.

> *Bigorre, donnee à Gaston Viscomte de Bearn*, à socru Petronilla.

> Episcopalis Ecclesiæ *du Puy, en Velay*. Controuersia cũ Anglo Aquitaniæ Duce, de feudo superiori Comitatus Bigorræ.

6 Svbiiciamvs exemplum ex rebus in Foro decisis. Moribus quorumdam Galliæ Municipiorum, cedit dimidia patrimonij mariti, fructuaria viduæ mulieri, filiis dominica ac perpetua, tanquam filiis, nec paternam adeuntibus hæreditatem. Id quod populariter *Doarium*, seu Dotalitium nuncupamus. Tale igitur *Doarium* (veriùs quàm ὑπόβολον) Senatus decreuit in æquas diuidi, liberos inter ipsos, etiam in nobilibus prædiis, exploso ætatis priuilegio. Aresto in Montmorentia familia lato Calend. Februar. anno 1492. Liberis enim, vt liberis, * ἀντίφερνα tribuitur patrio Iure Prouinciæ, non quasi à patre, hæreditaria. Argum. l. Defuncto. Cod. Si quid in fraud. patron. DD. in l. Si arrogator. π. De Adoption. Diuersum respondetur in liberis patris hæredibus. Nam eo casu primigenius natalitia vtitur prærogatiua, seu præcipuo iure Primigeniorum, in bonis *Dotalitio* quidem addictis antea: sed eodem postea extincto & confuso aditione hæreditatis. Vlpian. in l. Sed & si plures §. filio impuberi. π. De vulgar. & pupil. substitut. Quia dos & donatio propter nuptias, veniunt in collationem inter hæredes l. Vt liberis Cod. De collat. Et in legitimam hæreditatis partem imputantur l. Quoniam nouella. Cod. De inoffic. Testam. Quam in sententiam, aduersus filios hæredes Curia pronuntiauit, xi. Calend. Ianuar. anno 1523. Sciendum autem, in Panagio, ad quod liberi nominatim inuitantur, primogenitum, iustum esse omnium bonorum possessorem, perpensa Fiduciæ honorariæ natura & qualitate. Cùm enim fiduciaria prædia delibentur ex Regio Patrimonio, pari cum eo conditione ac splendore præfulgent. Nam quod de Regno, idem ratio exigit in Regali feudo: quod scilicet à Rege directò proficiscitur, quodque obtinentes, sunt velut Reguli quidam. Idcirco in huiusmodi feudum succedit primigenius solido iure. Bartol. in Consil. incip. Ex facto proponitur. Alexand. Consil. 25. Volum. 5. Bald. in Authen. Ei qui. (Cod. De bon. auctor. iudic. possid.) subiungens, hasce Regalium feudorum Dignitates, quasi Regni partes existimari, magisque adhuc semper videri penes Rempub. vel Coronam manere, quàm penes clientem beneficiarium. Quin & Frisingensis testimonio, Burgundis proceribus mos fuit, qui in omni penè Gallia seruabatur, ad illius vsque tempora productus, vt seniori natu, eiusque liberis, cederet paternæ hæreditatis auctoritas, cæteris ad illum, tanquam ad Dominum respicientibus. Iuxta illud Isaaci Hebræi, ad suum opinione protogenium: Esto Dominvs fratrvm tvorvm, et incvrventvr ante te. Genes. 27. cap. Huc alludunt Petri Vineæ, de Gallico hæreditatum vsu, dictata, circiter Annum 1235. hoc modo: Vivens Ivre Francorvm, in eo videlicet, qvòd maior natv, exclvsvs mi-

> *Douaire, propre aux enfans, à Paris.*

> Iudicatum Curiæ Parisien die 1. Febr. anno 1492.

> * Quod viciſsim à marito vxori dotis loco datur Doariũ.

> Arestum Curiæ, die 22. Dec. an. 1523.

> Petrus de Vineis, Friderici 2. Cæs. Cancellarius.

NORIBVS FRATRIBVS IN CASTRO IPSO SVCCEDAT. Epist. lib. 6. cap. 25. Multò igitur firmiùs in Panagium, vt hæreditarium, iure patrono succedit ex asse filio primogeniti, paternæque ætatis ordine secundonatum excludit. Oldradi I. C. Responso 224. de primariis id genus Feudorum illustrium titulis. Quam demùm in partem CLARISS. ORDO pronuntiauit. Octobris Luce 7. an. 1517. secundùm Cantabriæ regem Alebretum: cuius matre, Catharina Fuxensi, aduersus Ianum patruum litigante, missa fuerat in consilium ardua quæstio Fuxensis splendidissimæ hæreditatis. Nec absimili iudicio, apud Lusitanos, nepotis causa potior est visa, an. 1472. cireriorique die & Consule feriatim: Antonij Gammæ relatu, Vlyxipponensis Senatoris, Lusitan. Decis. 307. suprà citata. Verùm Eduardus 3. Britanniæ Insulæ rex, præcidendum duxit ciuilis huiusmodi seminarium discordiæ, egregio isto commento. Is enim, suscepto externo Bello, prudenter egit cum Optimatibus Regni, vt si quid sibi grandiori-vè filio Eduardo, in crastrensi expeditione humanitùs contingeret, Ricardum ex eo nepotem iam tùm Regem agnoscerent, suisque ipsius patruis anteferrent. Quemadmodùm Historico Frossartis lib. 1. scriptum inuenimus, cap. 311. & 325.

Primogeniti filius aut filia, patruo excluso, succedit in maiores Feudorum dignitates. Oldrad.

Placitum Curiæ *sur l'appoinct é au Conseil,* de quo Nos suprà ar. 4. *adiudicatif au Roy de Nauarre, du Comte de Bigorre, Viscomte de Nebousan, Marsan, Turzan, Geuoudan. Et le sieur de Lautrec, & Germaine de Foix, deboutez de leur demande. Quant au Cõte de Foix, Interlocutoire d'informer.* De quibus vide infrà, lib. 3. tit. 6. art. 9.

Anton. Gamma disserit in Lusitan. Decis. 160. de simili patrui & nepotis successione cum clausula, vt filius hæres primogenitus succedat.

7 IN numerato est quoque ad hanc partem solenne Francici Senatus præiudicium de Ducatu Celticæ Britanniæ. Is filiæ primogeniti adiudicatur, Caroli Blesensis vxori, contra patruum, Ianum Montfortensem. Decreto 7. Idus Septembr. anno 1341. At Tragicè postea è foro ad castra ventum est, ius armis expugnatum, Mauortiaque vi transacta res: Ita, vt Britanniam extorserit Montfortianus. Transactionis tabulæ, pridie Idus April. an. 1364. quùm plusquàm decennali bello, velut ad Troiam dimicatum esset. Verùm ne paribus dissidiis vexarentur Armoricæ, Franciscus 1. Dux testamento cauit, iussit an. 1450. vt grandior natu filia desponderetur Francisco Armorico, Ricardi patrui sui filio, Stempensi Comiti, qui Britonibus Dux vltimus imperauit. Prospiciebat namque prudens testator, sibi maribus orbo successuros gradatim Petrum fratrem, & Arturum patruum, quos non falsò auguratus est, morituros irrita spe masculæ prolis. Verba superioris Transactionis fermè sunt hæc, è Gallico idiomate, Latina facta. *Dominus Iohannes de Britannia, Comes Montisfortis, erit Dux, & habebit nomen & arma cum Ducatu Britanniæ, pertinentias, franchisias, libertates, & nobilitates quascunque tam per terram quàm per mare. Et domina Iohanna Britanniæ, pro compensatione omnium iurium, quæ habere posset in successione dicti Ducatus, habebit Comitatum Pentebriæ, Vicecomitatum Lemouicum, & decem millia librarum terræ in perpetuum assignanda in Comitatu Rethelensi, Campaniæ, Burgundiæ. Fiet matrimonium inter Iohannem filium Iohannæ, & Iohannam sororem dicti Comitis, & deficientibus masculis dicti Comitis, Iohannes prædictus succedet in Ducatum Britanniæ, & successiuè de masculo in masculum ex linea Ducum Britanniæ: quibus extantibus, nunquam succedent fœminæ. Quo casu, filiæ prædicti Ducis, vel Ducum Britanniæ habebunt pro omni Legitima, quinque millia librarum terræ extra Britanniam, vel super arca finantiarum Ducis Britanniæ.* Ac demus vtique, mulieres, anterioribus seculis, Armorico Ducatui idemtidem præfuisse: Alani 3. nempe Ducis Hauoysiam filiam, quæ Hoelo Nannetum Comiti nupta, ab Odone patruo armis Principatum euicerit, sub annum 1060. Bertham, ad hæc, cum Odone marito, in paternam Conani Crassi Ducis Ditionem successisse an. 1148. Queîs subtexere est non modò Constantiam iunioris Conani Ducis gnatam, quæ Vidum, Procomitem Thoarcium, coniugem, sed & communem horum progeniem Adelam, quæ Petrum Druydem maritum, vicissim auxère dotali Ducatu, anno 1165. & 1213. Ex Armorica Bocardi & Argentrei Historia. Tandem certè Britonum Dux Petrus, in Veneticis maioribus Comitiis, Lege sanxit masculinam omnino Ducalis tituli fastigijque Armorices hæreditatem, nec fœminas, maribus Liberis extantibus, ad eam admittendas. Nouemb. mens. an. 1455.

Arrest de la Cour des Pers, donné à Conflans prés Paris, die 7. Sept. anno 1341.

Die 12. April. 1364.

Summa Transactionis, in Guerrãda Britanniæ oppido factæ anno 1364.

Poinctieurs.

Ordinatio generalis *passee aux Estatz tenuz à Vannes, en Bretagne.*

8 VVLTIS, eadem de re sententiam Caroli Pulchri trahamus ad exemplum? Ludouicus Niuernensium Comes dictauit Roberto patruo de Comitatu Flãdriæ iudicium, quòd ille ipse ex maximo natu filio nepos esset, ante obitum patris rebus humanis exempto. Sed antequàm ea lis definiretur à Conscriptis Curiæ,

riæ, aut in Regis verba iuraret Ludouicus, ausus Comes Flandriæ scribere, ac fidelitatis iusiurandum à suis exigere, euocatur Lutetiam, in custodiam conijcitur, Lupara in arce asseruatus, cùm satis pœnarum metu suspensus dedisse videretur, vxoris gratiæ condonatur, quæ filia Longi Regis esset, ac causa cognita, iure Comitatus Flandriæ in clientelam assumitur, seueritatem simul ac clementiam Regis expertus. Anno 1323. vt tradit P. Æmylius in Francor. reb. gest. Aduerte obiter, quantæ molis fuerit, Flandricos Regulos ad iustum fidelitatis obsequium pertrahere. Cui tamen primitùs Comites arctissima se iurisiurandi religione adstrinxerant, Balduinus anno 1199. & Ferrandus anno 1211. in regem Augustum. Ex Francicis Nicol. Gillij Annalibus. Ac Burgundiæ quidem Dux Philippus 2. pariclientelæ officio deuinxit vtrumque, in Gallicam Regiam, Atrebatum & Flandriæ Comitatum Sextili mense, an. 1461. eiusque adeo pronepos Philippus Austriacus Quintili mens. an. 1499. Sed Carolo huiusce filio, tanti immemore Beneficij Gallici, Regius Actor in eum commissoria Feudi lege egit grauissimis verbis, frequenti Patritiorum Franciæ Senatu, Rege pro Tribunali sedente. Decreuit Princeps vocari in ius Carolum, Regiamque interim manum fundis illis inijci CORONÆ beneficiariis, 15. Calend. Mart. an. 1521. Pridie Calend. Quintiles an. 1522. & 18. Calend. Februar. an. 1536. Hinc Flandricum atrox bellum exortum. Quòd si rebelles Flandriæ Toparchi mortalia temnerent arma, at sperent Diuos memores fandi atque nefandi. Quippè quùm Flandrus olim se Pontificiis Diris, posterosque omnes deuouerit publica testatione, quamprimùm clientelaris in patronum Regem officij fuisset perfidè quisquam ipsorum oblitus, anno 1225. & 1226. Eamque ob rem, Pontificiæ execrationis Diploma, postulante eodem Comite, impetratum, quod in contumaces Comites actutùm exequeretur Meldorum Antistes, aut Syluanectensis. Hoc quoque nomine, Anglici in Gallum belli societatem detractarunt Flandricarum vrbium Decuriones, Bruxellensi in Conuentu Ordinum, coràm, audiente ipso Britanniæ Insulæ Rege Eduardo, anno 1339. Vt eius seculi testis oculatus prodidit Frossartes Historicus, capite 44. Volum. 1. Sed identidem postea Flandrorum Comitum cum Gallis discordias secutum est multiplex solenne Fœdus: Atrebaticum, Septembr. mense an. 1435. Confluentinum Octobr. mens. an. 1465. Peronense Mens. Octobr. 1468. Atrebaticum alterum Mens. Ianuar. an. 1482. Syluanectense an. 1492. denuò confirmatum pridie Idus Sextiles 1498. Parisiense Martio Mens. an. 1514. & Nouiomense, anno 1516. Sextili Mens. Postremò, de Monarchia Gallica, præmissarum tot Ditionum principe, vt dicamus obiter, Nusquam dubitatum est, primigenij Regum filios patruis, in Francico augusto Diademate, anteponi. De quo, ne pluribus agam, Libellus extat Francis. Othomani, quo, impendentem nuper apud Gallos de Regiæ successionis iure controuersiam inter patruum & fratris filium, explicauit is Auctor non minùs verè quàm eruditè, in gratiam Henrici 4. legitimi Francicum in Regnum successoris.

> 14. millia libellarum annuatum antiquæ Cōpositionis Atrebatensis, Gallici supremi imperij argumentum. Inde *Arras, ville de Franchise*, dicta in Fœdere 2. Atrebatensi an. 1482.
>
> Comites Flandriæ, & Artesiæ.
>
> Carolus Austriacus, Imperat.
>
> Publica Actio Regij Aduocati in Senatu Parisien. cōtra Flandriæ & Artesiæ Comitem, die 15. Febr. an. 1521. die vlt. Iunij, an. 1522. & die 15. Ianu. an. 1536.
>
> Episcopi *de Meaux, & de Senlis* executores Bullæ Pontificiæ.
>
> Vers. *Mais nous sommes obligez par foy & serment, & sur deux millions de Florins, à la Chambre du Pape, que nous ne pouuons esmouuoir guerre au Roy de France, quel qu'il soyt, sur peine d'écourir en ceste somme, & cheoir en Sentence, &c.*
>
> Varij Tractatus Pacis inter Gallos Reges & Flandriæ Comites.
>
> Die 12. Aug. 1498.
>
> Rex Henricus 4. Antonij Borbonij filius primogeniti Borbonæ Domus Regiæ: Cui frater iunior extiterat Carolus Borbonius, Cardinalis, mortuus an. 1590.

9 DANDVM est aliquid loci etiam alienigenis exemplis, vt domesticis aspersa, varietate ipsa delectent. Lycurgus, humanæ sapientiæ quasi quoddam terrestre oraculum, cùm fratri suo successisset Polybitæ Spartanorum Regi, Regnumque quodammodò retinere potuisset, id summa fide restituit Charilao fratris filio, qui natus posthumus fuerat, cùm ad ætatem adultam peruenisset: vt intelligerent omnes, quantò plus apud bonos pietatis iura, quàm opes valerent. Vti Iustinus memorat lib. 3. De eodem Lacedæmoniorum Imperio contentione orta inter Cleonymum patruum, & primigenij fratris Acrotali filium Areum, succubuit ille Ephororum sententia, & nepoti auitus Cleomenis Principatus adiudicatur. Scriptore Pausania, lib. 7. Quin &, Otthone Germanico Cæsare, cùm idem casus obtigisset, ac propter varias Iurisperitorum opiniones rem singulari certamini commisisset Imperator, bis victus est à fratris filio patruus. Vt Germanici Annales produnt. Vviticindus necnon in Errici 1. historia, sub eo consimilem speciem refert accidisse, & tum quoque patruum, ceu Diuino iudicio, superatum. Nec minori ratione Arcturus continentis Britanniæ Dux, potiorem se Anglici Diadematis hæredem intendebat, aduersus

> Gladiatorium Iudicium.

Ianum patruum, quòd ex Gottofredo natus esset, qui Ianum fratrem ætate antecessisset primique geniti prærogatiua. Eius causæ Philippus 2. Rex suffragabatur: Ianus verò pacem à Philippo redemit, tribus redditis oppidis in finibus Biturigum, Castro Rodulphi, Issoduno, Grasseiano: cautumque, ne ius Anglo foret Velocassium citeriorum repetundorum, Eburouicum, ac quicquid Normaniæ Francus nuper recepisset: an. 1200. Sicuti à Nic. Ægidio, & P. Æmylio prohibetur in Chronic. Gall. Insuper de Francici soli hæreditatibus vt aliquid interseram, Borbonium Dominatum Hanno solus totum inuasit, expulso Ercembaldo adolescentulo, fratris maioris filio: Rege Ludouico Crasso. Sed Hanno coactus est, positis armis, iudicio Procerum stare: Adolescenti idem ius datum, quod patri, si viueret, addiceretur: Pars tamen bonorum patruo seruata. Annum circiter 1120. Ex eodem Æmylio in vita Crassi.

Castrum Rodulphi de Dolis, inuasum fuit ab Henrico Angliæ Rege, an 1177. inquit Sigebertus in Chron. *Qui est Chasteauroux de Deolz, & terre Doloise, en Berry.*

Veuxin le François, Evreux, &c.

10 VT nostras igitur in compendium rationes conferamus, præualet hæc Iurecoss. calculis sententia, patruo, filium primogeniti fratris anteferri: quòd hic videlicet paternam conditionem accipiat, patrisque ex persona nepos ad iura paterna admittatur. Ias. in l. Is potest. D. De acquir. hæred. Præpos. in cap. 1. De Feud. March. Ac ne nos fallat suprascriptum Campani Comitatus iudicium, idcircò decretum est, quia Erricus, dum sacræ militiæ accingitur, iusserat fratrem, si ipse quidem fato præriperetur, in Comitatum succedere. Eius autem Campaniæ Comitis Syriaca expeditio prædicatur ab Innocentio 3. Pontif. in cap. Magnæ. De voto. Ita Errici decessorum Diuus Bernardus pietatis elogio commendauit Hugonem Comitem Belgicæ Campaniæ, militem Templi factum. SI CAVSA DEI (inquit) FACTVS ES EX COMITE MILES, IN HOC PROFECTÒ TIBI, VT IVSTVM EST, GRATVLAMVR, IN TE DEVM GLORIFICAMVS, SCIENTES, QVIA HÆC EST MVTATIO DEXTERÆ EXCELSI. In Epistola 31. Ne interim Gottofredum Vilharduinum sileam, Belli Sacri, Tracijque scriptorem, Campani Comitis Theobaldi, aliorumque è regia Nobilitate Primatum Gallicorum. Quo in bello, Vilharduinus Tribunus militum Campaniæ emicuit anno 1200. & in Byzantia expeditione anno 1204. Clarimontis vero Comitem traxat acerbè Pontif. summus Alexander 3. quòd sumpta ille sacra Cruce, Hierosolymas profecturus, eam mutata voluntate deposuisset. Decretali Epistola ad Rhemorum Archipræsulem, cap. Ad audientiam De voto. In veterum Decretalium Collectione nuper typis impressa.

Posthumus, etiam ex primogenito ante patrem mortuo, excludit patruũ. Vt scribit Dn. *Cirier* in Tract. primogenituræ.

Canon Historicus.

Geoffroy de Villehardouyn, Mareschal de Champagne, & de Romenie, qui a faict l'histoire de la Cõqueste de Constantinople, par les Barõs François associez aux Venitiẽs, l'an 1204.

11 VNVM tamen mecum adnotate, fiduciario Duci, auo permissum, in nepotis dispendium, ius Prætoris designandi, & Arcium custodiendarum maiori natu filio concedere, tanquam prudentiùs gesturo, quàm si id negotij filio primogeniti committeret: salua nihilominùs vnicuique liberorum, in reditibus & pecuniariis emolumentis, rata ac legitima portione. Vti non ineleganter responsum est à P. Castrensi, In Consil. 179. & Felyn. ad cap. Prudentiam. De Offic. Deleg.

Prudentiorem Regionis Gubernatorem, & Capitaneum Castrorũ constituere oportet.

Tit. XIII.

DE PANAGIO ACCRESCENDO.

1 *An primogenito* Panagiarij, *Rege facto, Panagium paternum filio secundogenito accrescat.*

Ludouico 12. ad Regnum promoto, Panagium Aurelianum à Francisco Angolismorum Comite petitum fuisse.

In donatione à Principe facta, iuri accrescendi locum esse.

2 *Feudum indiuiduum, quasi per ius accrescendi, solidum fratri secundogenito obuenire.*

Edictum Philippi Augusti, de obsequijs pro feudo debitis.

Philippo Caroli Valesij filio primogenito, Rege facto, Ludouicus secundogenitus integro Valesiæ gentis Panagio potitus.

3 Partium

3 *Partium ab eodem iure profectarum deficientem alteri adcrescere.*
Angolismensis, & Aurelianensis Ditiones, vnius & eiusdem Panagij quondam portiones.

4 *In Panagio ius accrescendi non procedere.*
Panagium, non diuisionis aut hæreditatis nomine, sed certa lege & conuentione Regijs filijs, aut fratribus dari.
Panagiario *Regnum adepto, Panagium cum* Domanio *confundi, nec secundogenito accrescere.*

5 *Dignitatis accessione, nullius conditionem fieri deteriorem.*
Philippo Longo, Rege creato, Pictonici Comitatus Panagium penes eum resedisse, non autem Carolo Pulchro, secundogenito accreuisse.
Philippus Aurelianensis Dux, postulans fratris, Regnum adepti, Panagium sibi accrescere, minimè auditus.

6 *Idem in Valesia, & Alenconia gente, tum in Andegauensi familia obseruatum.*

1 EXPOSITA RATIONE succedendi in regiam fundorum Fiduciam, nunc iure nécne accrescendi alterius, portio nobis accedat fiduciarij prædij seu *Appennagij*, excutiendum.

1. Quæstio, an in Panagio Regio locus sit iuri accrescendi.

NONNVNQVAM euenit, fiduciarij Reguli primogenitum in Regiam dignitatem promoueri: ambigitur, nûm iuniori alteri solidum Panagium adcrescat, paternum seu auitum. Hoc ius accrescendi non iniquum apparet specie ipsa prima, nec caret exemplo. Franciscus enim Angolismorum Comes, petiit à Rege Ludouico 12. iure accrescendi integrum Panagium domus Aurelianensis (ex qua genus vterque ducebat) Maio mense, an. 1499. Quandoquidem Regium in fastigium elatus fuisset Ludouicus, Aurelianen. familiæ caput. Raram hanc egregiamque disceptationem recitat Vvilhelmus Monserratus, eius ætatis I. Consultus, in lib. De success. Reg. Constitutionibus enim cauetur, in donatis à Principe, ius accrescendi locum habere: Vt Constantinus Imp. sanxit l. vn. Cod. Si Imperial. liberal. socius lib. 10. Principale enim beneficium plenissimè est interpretandum: cùm perabsurdum foret (Anastasij Augusti verbis) Cæsareæ liberalitatem pietatis, quanquam astuta interpretatione, non ad augmentum anterioris priuilegij, sed ad diminutionem conuertere, concedi l. vlt. De præposit. agent. lib. 12. Cod. Proinde omnium Iuris auctorum sententiis probatur ius accrescendi inter Principis beneficiarios. Bald. Cardinal. Alexand. in cap. 1. De fratrib. de nouo benefic. inuestit. In Feudis. Verbi gratia, Si Rex duobus fratribus Marchiam dederit iisdem Tabulis, aut Comitatum, fratris portio deficiens alteri aduoluitur, superstesque in mortui locum subrogatur, siquidem feudum Imperiale sit, aut Regium. Bald. ad l. vn. §. in primo Cod. De caduc. tollen.

Ludouicus 1. Aureliæ Dux, frater Caroli 6. Regis, tres reliquit mares liberos, Carolum, Ludouici 12. Regis patrem, Philippum (qui prole orbus decessit) & Ioannem, patrē Caroli, ex quo natus est Franciscus, Angolismorum Comes, postea Francorum Rex.

2 CVI opinioni conueniens est dicere, quòd in beneficio seu feudo sui natura indiuiduo, hoc præstat ius accrescendi, vt solidum alteri, quasi augmentum obueniat. Glo. & Bald. ad cap. 1. De fratrib. de nouo benefic. inuestit. Eademque ratione, plures clientis hæredes solido in patronum, indiuiduoque obligantur clientelæ obsequio. Regia Sanctione Philippi 2. edita in maximo Aulicorum procerum Consessu, Kal. Maiis, an. 1209. cuius verba inseram. *Quicquid tenetur de Domino ligiè, vel alio modo, si contigerit per successionem hæredum, vel quocunque alio pacto diuisionem inde fieri, omnes de illo feodo tenebunt, de Domino feudi principaliter & nullo medio tenebunt, sicut vnus antea tenebat, priusquàm diuisio facta esset: Et quandocunque contigerit, pro illo totali feodo seruitium Domino fieri, quilibet eorū secundùm quod de feodo illo tenebit, seruitium tenebitur exhibere, & illi Domino seruire, & reddere rachatū & omnem iustitiam.* Atqui Panagium multò magis est origine indiuiduū, liberos etiam inter ipsos, Regij nimirùm portio Patrimonij. Itaque à Maioribus nostris vsu receptum fuisse videtur, vt aliis in feudis, sic in Panagio ius accrescendi. Atq; hūc in modum Carol. Valesius, ex quo nostri Reges generis seriem assumpsêre, cùm duos potissimùm sustulisset filios Philippum & Ludouicum, hic, illo Rege inaugurato, potitus

Ordinatio Regia Philippi Augusti de obsequiis pro Feudo debitis, die 1. Maij, an. 1209. De qua Nos etiam, lib. 1. Parisien. Morum tit. 1 art. 12.
Si feudum tāquam rectū & nobile duobus fratribus, & cuilibet insolidū per inuestituram cocedi tur, tunc alter alteri succedit ius non decrescendi. Bald. in c. 1. De feud. success. Arg. l. idem erit De Assig. libert. & l. si creditor. §. duobus. ℱ Mand.

est integro Valesiæ gentis Panagio: Andegauensi nempè Valesio, & Alenconio Principatu.

TERTIA iuris accrescendi argumentatio deducitur ex Vlpiani sententia in l. Filium. §. vlt. D. De legat. præstand. Vbi, quoties ab eodem iure portio vtraque proficiscitur, deficiens, alterius fit additamentum. Atquin ditio Angolismensis, vnica Panagij lege tenebatur à Ludouico primo Aureliorum Duce, cum reliquis ipsius fiduciariis latifundiis. Defuncto Ludouico, cessit Aurelianus Ducatus Carolo primigenio, Angolismensis Iohanni, Francisci auo. Caroli dein filius Dux, Regnum iniit, anno 1498. Consequens ergo est, Aureliæ Ducatum Angolismensi Regulo communicari, aut omninò potiùs incrementi iure accedere, simul & alia Panagij capita, quæ, primogenito, Rege sacrato, desierint, inque eius persona Panagij nomen amiserint. Nec aliter in Emphyteusi tradita Mutio & liberis, tacitè videtur actum, vt altero liberorum ius suum abneunte, aut decedente, portio deficiens alterum augeat, non proprietatis dominum, nisi aliud conuenisse appareat. Panorm. in Consil. 103. Volum. 2. Itemque Panagio nomen liberorum appositum, ita est accipiendum, vt iis liberos dicatur habere, cui superstes, ex filio nepos agnascatur l. Cùm testatorem. Cod. De condit. insert. cap. 1. De eo qui sibi, & suis hæred. mascul. In Feud. Pater igitur, singulos ex liberis aut nepotibus, Panagij lege vocari ad portionem deficientem. Secus esset, si noxa, aut canonis non soluendi contumacia, intercideret vnius Emphyteutæ portio. Tunc enim pœnæ causa, proprietario committeretur. Culpa autem cessante verisimile est, ius accrescendi obtinere.

Ludouicus 12. Galliæ Rex, antea Dux Aurelianen. Caroli Ducis filius.

4 EX ADVERSO, verius est, in Panagio ius accrescendi non admitti. Nam singulari quodam iure detrahitur Panagium è Sacro DOMINIO, aliàs Francicis legibus inalienabili. Nec ipsum quidem inter liberos Panagium diuiditur *ἀκριβοδικαίως: sed alimentaria quadem ratione iunioribus certæ adsignantur à primogenito possessiones. Exin efficitur, vt licet omnes portiones ab Regia eadem Fiducia processerint, altera tamen alteri non accedat contra voluntatem concedentis, quæ lege Regni suppletur, incrementi huius expultrice. Accurs. in l. Mulieri & Titio. D. De condition. & demonstrat. Cùm itaque Panagium detur à Principe, non diuisionis aut hæreditatis ergô, sed spontanea, ac simplici voluntaria conuentione, æquum est, portionem deficientem, ei tantùm quæri, cuius fauore lex generalis Regia fuit constituta (Doctor. ad l. Defunctis. Cod. De legit. hæredit.) Atque ita ius Panagij ea in portione euanescit, fauorabili quadam cum AVGVSTO CENSV confusione, ex quo illud digressum erat: Familiæ præsertim vertice in Solium euecto, qui Panagium tenuerat. Quemadmodùm LVTETIANI PATRES in Regia simili causa pronuntiarunt. Celebri Decreto, Ianuar. Luce 22. anno 1322. quod infrà exscribetur ad verbum, lib. 3. tit. 1. Huc pertinet etiam Feudistica lex, feudo purè duobus concesso fratribus, præmorientis partem, minimè ad superstitem deuolui, sed ad patronum: nisi alterum in ius alterius fratris suffectum iri, nominatim fuisset adiectum. Cap. 1. De duob. fratrib. de nouo benefic. inuestit. Cap. 1. De success. feud. Cap. 2. De feudo March. Cap. 1. De benefic. fratr. Baldus Responso 141. Volum. 1.

* Stricto iure.

Inter eos qui admittuntur de iure speciali, non habet locum ius accrescẽdi cõtra voluntatem disponentis. Doctor in l seniũ Cod. Qui testam fac.

Licet secundogenitus Panagiarij Reguli iniustè petat à primogenito, postea Rege facto, Panagij diuisionẽ: eidem tamen competit ius agendi ad supplemẽtũ Appennagij, quasi Legitimę, vel prouisionis alimentariæ. Vt Guliel. *de Monserrat* scripsit de supplemento Regij Francorum Procerũ Appennagij. In lib. De Success. Regum. Ad 4. Dubium.

5 ADIVVATVR hæc sententia, argumento Pauli I. C. in l. Senatores. π. De Senator. & Martiani in l. 33. §. sed si cui. De condit. & demonstrat. nouæ dignitatis accessione iniquiorem non fieri cuiusquam conditionem. Cedere igitur ea Ditione Principem, quam ipsi iam liceat multò firmiùs iure Regio possidere, qua fronte poterit hoc desiderari? Eapropter Carolus Pulcher prouide acquieuit in suo & peculiari Marchiani Comitatus Panagio, pòstquam Longo fratre, Rege creato, desiit in eo Panagium Pictauensis Comitatus, an. 1317. At Philippus Aureliæ Dux, libellum porrexit Karolo 5. Regi fratris filio, vt vltra Aurelianum Panagium, aliis ab eo ditionibus augeretur: sed perperàm. Leue enim hoc erat ac frigidum, quo Philippus mouebatur, Ianum fratrem, Andes cum Normania possedisse, antequàm Regiis Insignibus esset decoratus: Ex Rescripto 13. Calend. Mart. anno 1331. Eo postea Rege facto, illos Principatus sibi competere iure accrescendi, aut alia prædia eorum loco tribuenda Princeps cognoscens

Philip Longus, Pictonum Comes.

Literæ Appennagij pro Ioanne Philippi Valesii Regis primogenito, die 17. Febr. an. 1331.

gnoscens decreuit, Philippum petitione summoueri: In Aulico Regiorum Assessorum Consilio interiore. Ianuar. Mens. an. 1366. Quinetiam Philippus renunciauit Aureliorum Ducatui, aliis contentus Oppidis, quæ, extincto eo, data sunt Ludouico Aureliano:

Arcani intimique Consilij Regis Sententia.

6 QVOD magis est, fiduciarij Reguli liberos inter ipsos, cessat ius accrescendi: Aliquo putà ex iunioribus fratribus obeunte, superstites ferendi non sunt, si fiduciariæ portionis augmentum à primigenio postularint. In Valesia enim gente, Karolus 2. Alenconij Comes, Lodoïco fratre mortuo, intendit, sibi à Philippo Valesio amborum primigenio deberi opimum quoddam hæreditariæ portionis supplementum, abs fraterni iuris accessione, quasi in commune conferendi. At Valesius Princeps, Optimatibus consultis, respondit, in Regia fiducia vnum ex asse hæreditatis cretione frui primogenitum: Hinc consequenter, iunioribus hunc solido iure succedere, nulla fraterni iuris fiduciarij communicata reliquis portione, an. 1332. Id quod ex publicis Rationalium Monumentis desumptum est. Idem iuris amplexi sunt Aurelianæ familiæ Proceres, quùm humanis erepto Philippo, Virtutis oppidi Comite, solus in eius bona successit Karolus Aureliæ Dux, vtpotè, natu maximus: negata fratri Angolismorum Comiti quasi hæreditatis diuisione, aut accrescentis veluti portionis communicatione: an. 1420. Quod & Andegauos Regulos scriptum legimus obseruasse, vt vno è iunioribus masculis diem claudente extremum, grandior natu, solidus maneret rerum demortui possessor, atque ita Regiæ fiduciæ prædia semper ad stipitem, vnúmque Familiæ caput reuocarentur.

Carolus Valesius frater Philippi 4. Regis genuit Philippum, Ludouicum, & Carolum.

Singularibus autem Codicillis Philippus 6. Rex Carolo fratri nonnulla Lodoïci prædia adiecit, Vernolium, Castrumnouum Timerense, Senonchias, Camporotundum, & alia quædam die 14. Martii an. 1332 & die 12. Maij, an. 1335.

Philip. *Comte de Vertus, puisné du Duc d'Orleans.*

Tit. XIV.

DE ALIENATIONE DOMANII BELLORVM CAVSA FACTA.

1 *In Bellorum vsum, annua Principi stipendia initio conferri solita.*
De Repub. agere, nisi in communi Gentis Concilio, olim non licuisse.
Patrimoniales Regni prouentus, in Ærario ad subsidia belli adseruari.
Vectigalia, à Romanis in Ærario adsumptus belli ordinarios condi solita.
Sanctius ærarium, auro vicesimario asseruando destinatum.
Æra militaria, & eorum Curatores, apud Athenienses.
2 *Vasa sacra, ad redemptionem captiuorum licitè distrahi.*
3 *Stipendium quondam, in speciebus frumenti & vini conferri solitum.*
4 *Per belli occasionem,* Domanij *alienandi causa.*
Claromontanus Comitatus, Errico Brunsuicensi venundatus à Rege, ex causa Bellorum ciuilium.
Britanniæ Reges, ex Fiscali suo Patrimonio nummaria bellorum subsidia petunt, excepta Gallici belli causa.
5 *Romanos primùm suis singulos sumptibus militare consueuisse.*
Stipendiorum modus apud Græcos, partim singularum, partim binarum in dies singulos drachmarum.
Aurum & argentum muliebre, à Carthaginensibus ad militis stipendia collatum.
Karoli 7. temporibus, sagittariis, quaterni in mensem Franci dati.
Apud Moschos, iuuentus in quoque oppido pacis tempore in militum ordinem transcripta, eique ex ærario prouinciali stipendium pensitatum.
Danorum militum stipendium, à Frothone Rege constitutum.
Augusti Imp. legata militibus relicta.
6 *Militarem virtutem, premiis & honoribus, non stipendio tantùm prosequendam.*
Baroniæ de Marsillargues *donatio, Nogareto Equiti facta.*
Gaurensis, Vasconiæ Comitatus, Carolo Alebreto Druydum Comiti à Karolo 7. donatus, ob virtutem militarem.
Baronia de Lesparre, *Arnoldo Amenioni Alebreto ab eodem Rege concessa.*

ptitij, operísque addicti seruilibus.

Primogenitum Regni successorem, seruandis pactionibus, & debitis decessoris exoluendis obligari, si in causam Reipub. potissimùm sit conflatum æs alienum.

In rebus ad Dignitatem pertinentibus, successorem in dignitatem, antecessoris contractui alligari.

24 *Priuatum Regis patrimonium, iis qui cum eo contrahunt, perpendendum.*

Dunensis Comitatus, Iano Aureliano à Carolo fratre datus.

Aresta, de Procomitatu de Martegue, *& Castris supra Mosellam, & Blainuillæ, Regni limitaneis.*

Tacita S. Consulta, apud Romanos visitata.

1 EX DVOBVS licitæ DOMANII alienationis generibus, Panagij & Bellorum ergô: Restat hoc secundum, vt quomodò alienetur DOMANIVM rei bellicæ causa, paucis aperiamus. Iuxta §. 1. Legis Regiæ Molinensis, an. 1566. & §. 333. Blesensis, an. 1579.

Duabus de causis permissam esse *Domanij* Regij alienationem, nempè titulo Appenagij in Regios liberos, & masculos ex iis descendentes, ac necessaria ex bellis venditione, cum perpetuo redimendi pacto.

PRIMITVS annua Principi stipendia erogabantur, in vsum bellorum, habitis annuis Francicorum Ordinum Comitiis. Quandoquidem de Republ. agere, nisi in communi Gentis concilio, antiquitùs fas non erat. More isto Gallico vel à Iulij Cæs. temporibus repetito, lib. 6. de bell. Gallico. Vnde & expedita Regni, Regúmque negotia Conuentibus permissa, apud Aimoynum, Histor. lib. 4. cap. 1. & 41. Enimuerò certior est Principis Fiscus, in quo Patrimoniales reditus, ad vltimos bellorum casus adseruentur: nempè hos quæsitum munus in vsus. Qualis ille, bello Pharsalico (apud Lucanum)

Conditus imo
Eruitur Templo, multis intactus ab annis
Romani census populi, &c. Et paulò pòst:
Quicquid parcorum mores seruastis auorum,
Quod dites Asiæ populi misère tributum,
Egeritur.

Plinius, C Cæsarem ex Ærario protulisse ait laterum aureorum 16. millia, & in numerato, pondo 300.

Romæ etenim custodiebantur in Ærario vectigalia, quibus bellici sumptus ordinarij sustinerentur. Alterum, ab iis sanctius ærarium appellatum, in quo Aurum vicesimarium seruabatur. Illúdque promi placuit, Fabio 5. & Flacco 4. COSS. Vt auctor est Liuius, Bello Punico 2. Athenienses necnon æra legerunt militaria, seu στρατιωτικά, quæ in vsus militiæ ex publica administratione conuertebantur. Adeò, vt statutum fuisse scribat Demosthenes, pecunias * διοικήσεως fieri militares. In Orat. contra Neæram. Curatores autem harum pecuniarum, ταμίαι τῶν στρατιωτικῶν dicti. Talem Plutarchus in Lycurgo ait fuisse Calæum quendam Quæstorem militarium, Archonte Charonda.

Secundum hoc Ærarium sanctius, à Pompeio apertum tradit Cicero, lib. 7. Epist. ad Atticum.

* publicæ administrationis.

2 QVOD si res sacrosanctæ, bellorum ergo rectè væneunt, putà ad captiuos redimendos, non leuior hæc erit ratio *Dominici* prædij distrahendi. Namque D. Ambrosius, *Cur tot* (infit) *captiui in captiuitatem ducti, nec redempti, ab hoste occisi sunt? Melius fuerat, vt vasa viuentium seruares, quàm metallorum.* In lib. De Officiis. Mirabilior sequentis casus narratio. Paulinus Nolanæ vrbis Præsul, vastata excursionibus Vandalorum Campania, consumpsit omnia in captiuis liberandis, seipsum dehinc Vandalis tradidit in eleemosynam. Vti de eo in Africana historia traditum est. Præclarum verò fuit Acacij illud, Amydeni Pontificis, bello captis à Theodosio iuniore septem Persarum millibus. Acacius enim, conuocato Ecclesiastico collegio, omnes eò duxit, vt vasa & donaria Ecclesiæ diuenderent, gemmatáque sacrorum instrumenta, & pretio hinc redacto, captiuos seruitute eximerent. Quemadmodùm Socrates attestatur, Ecclesiast. hist. lib. 7. cap. 21. Floret etiamdùm D. Mariæ sacratus Ordo in Hispania, de redemptione captiuorum, seu de mercede, institutus ab Iacobo illo Tarraconensi, qui Baleares Insulas subegit. Circiter annum 1210. Vt asserit Volaterranus. Eius sacræ Familiæ sigillatim meminit Romanus, Consil. 363.

Hispanico huic affinis est Francicus Ordo monasticus Almæ Trinitatis pro redemptione captiuorum. De quo suprà locuti sumus. Tit 10 huius lib. art. 11. & 13.

3 HAVD vna porrò fuit ratio æris militaris constituendi. Nam priscis Regibus

annonas militares dabant plebeij in re frumentaria (quas *Fodrum* vocabant) non ſine graui Prouincialium onere. Quod, opinor, intelligens Karolus Magn. populos eo leuauit tributo, ſatiúſque iudicauit, de ſuo ſubminiſtrare ſuis (vt Aimonyni verbis loquar) quàm ſic permittendo copiam rei frumentariæ, ſuos irretiri periculis. Albios certè Ludouicus Pius tributaria exonerauit vini annonæque collatione, qua prius mirè vexabantur. Quin &, præter Albios, Tholoſates antea coacti ſunt, in ſingulas vini amphoras indictionem Titurio Romano dependere, & annuis eiuſdem Prouinciæ fructibus vectigal impoſitum, ab ipſis identidem Romani exegerunt. Auctore M. Tullio, in Orat. Pro Fonteio.

Annonius Monac. lib 5 cap. 1. Annona ſtipendiaria *Clermot, en Beauuoiſ.* à Froiſſarte Hiſtor. dicta *vne groſſe ville (qui n'eſtoit point fermee) & vn bon Chaſtel, auec vne groſſe Tour à changles tout autour*, an. 1358. lib. 1 cap 191.

4 DOMANII igitur alienatio aut ſpectat ad ſumptus belli gerendi, vt militare pendatur ſtipendium: aut bello confecto, ad militum labores remunerandos. De primo, coràm adeſt Clarimontis Comitatus, in Bellouacis: quem Fráciſcus Alenconij Dux Regiis mandatis venundedit Errico Brunſuicenſi & Luneburgenſium Duci, Germano, cum perpetua redimendi pactione: Idibus Sextilibus, an. 1569. Nimirùm vt fundi pretio, quaſi neruo bella tum ciuilia Galliæ conficerentur. Venditionem ratam habuit Princeps 16. Kalend. Septemb. & Curia Pariſien. Pridie Nonas Octobr. eod. anno. Sic Henricus 4. Rex, difficillimis Reipub. temporibus, neceſſariámque in Militiam ſanxit publici Patrimonij alienationem. Epiſtolis apertis Septembr. Menſ. an. 1591. pridie Nonas Septemb. poſteri anni, Et Octob. Menſ. anno 1597. Quas Senatus, apud Turonas, feriatim præſcripto modulo comprobauit, 5. Iduum Ianuar. & 17. Kalend. Ianuar. an. 1592. Tum apud Lutetiam, ſeptimo Kal. Iunias, an. 1599. Imò nec aliunde Britanni Reges petunt nummaria bellorum ſubſidia, quàm ex fiſcali ſuo Patrimonio, dempta Gallici belli cauſa. Vt à Philip. Comminio perhibetur, in Ludouico 11. Francorum Rege, cap. 79. Miſera autem Galliæ plebecula iam olim collatitio ære mulctatur, obtentu bellorum: Sicuti vel ducentos ante annos vſitatum innuit eius ſeculi ſcriptor Froſſartes (lib. 3. Hiſt. cap. 50.) in hæc verba. *Meſſire Charles de Blois eſtant priſonnier en Angleterre fut mis à finance, & deut payer 200. mille Nobles: Et ce pendant le Roy d'Angleterre eut ſes deux fils pour reſpondans de la ſomme des deniers: qui eſtoit grande à payer, mais non ſeroit maintenant pour vn Duc de Bretagne. Car les Seigneurs ſe forment ſur autre condition, & maniere, qu'ils ne faiſoient pour lors: Et trouuent pour le preſent plus grande cheuance, que ne faiſoient leurs predeceſſeurs du temps paſſé. Car ils taillent leur peuple à volonté, & du temps paſſé ils n'oſoient, fors de leurs rentes & reuenues. Mais maintenant la Duché de Bretagne ſur vn an, ou ſur deux, au plus, payeroit bien, pour ayder à ſon Seigneur, deux cens mil Nobles.* An. 1387. At pius Rex Karolus 8. paulo antequàm fatis concederet, ſanctè vouerat, receperátque, nil ſe in poſterum à ſubditis exacturum præter duodecies centena Franciearum libellarum millia, in tutelam ac propugnationem Gallici Regni: quæ eidem in publico Turonenſi Concilio pacti fuerant tres Pop. Ordines, Eccleſiaſticus, Equeſtris, & Plebeius. De reliquo, ſtatuerat, veterum Regum more, DOMINICIS prouentibus annuis, ſe Aulicámque alere familiam. Quod perfacile ei fuiſſe affirmat Comminius, quia (vt hic ait) Regius Canon ampliſſimus foret (modò ex fide, caſtéque tractaretur) excederétque decies centena millia libellarum annuarum. In vita Karoli 8. cap. 51.

Venditio pigneratitia Comitatus *de Clermont en Beauuoiſis*, die 13. Auguſti, ratificata à Rege. die 17 eiuſdem Menſis, & adprobata in Parlaméto, die 5. Octo. an. 1569 *à la charge de fournir acquit vallable du prix, & qu'il ſoit tourné au profit du Roy, & non autrement.*

Patentes regiæ *de la vente du Domaine, Greffes, Seaux, & Tabellionnages*, Verificatæ in Parlamento die 9. Ianuar. & 16. Decē. 1592. ac 26. Maij, 1599. *à la charge que les eualuations ſe ferōt eu eſgard aux 3. dernieres annees, Que l'exercice de la Iuſtice y ſera continuee par les Officiers du Roy. Et que les Baronnies, eſquelles y a Bailliag eſtably depuis 50. ans, & maiſons fortes, ne ſeront alienees, ny les bois vendus, s'ils ne ſont eſloignez d'vne lieue des Foreſts du Roy.*

Tres Status Regni Fráeici (quos vocat) congregati & coacti in vrbe Turonen. Menſe Octob. an. 1483. ſub Rege Carolo 8.

Hoc tamen Carolo 8 Rege, promulgata eſt in Senatu Venditio Domanij regij, ad centena vſque & vicena Franciearum libellarum millia, die 17. Nouēb an. 1494. Et Franciſco 1. rege, noua indicta Venditio eiuſd. Domanij, die 19. Auguſt, an. 1521 Ex Regiſtris Curiæ Pariſien.

5 DE ſtipe autem militibus perſoluenda ex Fiſco Regio, non eſt noſtri inſtituti latiùs exquirere. Romani, Martia gens, primùm ſuo militabant ſumptu (ad tempora vſque Tulli Regis) necdùm de publico ſtipendium capiebant. Vt Dionyſij Analibus fertur. Sed diu pòſt, S. Conſultum factum eſt, vt ex publico militibus daretur ſtipendium. Anno ab vrbe condita 348. quo Anxur oppidum, quæ nunc Terracinæ ſunt, Romani expugnarunt. Liuio teſte, lib. 4. Decad. 1. In Græcorum vtique Repub. peruetus fuiſſe militum ſtipendium, docet Thucydides lib. 3. Belli Peloponneſiaci: Singulos videlicet pedeſtres claſſiarios, binas drachmas indies accepiſſe. Nam qui Potideæ erant milites præſidiarij, binas drachmas merebant: ita, vt miles alteram, alteram miniſtri nomine lucrifaceret. Quinimò Africæ populis in Carthaginenſes coniurantibus, horum vxores matréſque mundos etiam muliebres ſponte contulerunt in diurnam militum ſtipem: quòd ſuperiori tempore viros liberóſque non ſoluta iis vectigalia in ſeruitutem

Cùm Africani populi, ducente Mathone & Spendio, conſpiraſſent in Carthaginenſes, mulieres Carthagin mundos contribuerunt in diurnum militum præmium.

uitutem abduci vidissent. Vt tradit Polybius, Histor. lib. 1. Nostratibus verò sagittariis, quos *Francos Arcuarios* dicebamus, decreti fuere quaterni Francici, menstruum militiæ præmium. Edicto Karoli 7. Regis, an. 1450. Ast infœlici hoc æuo, ita rapaces lasciuiunt grassantúrque pagatim milites nostri, vt Agarenis propemodùm comparare possis, qui à Principibus suis nulla militiæ stipendia, præter furandi impunitatem, percipiebant. Si Angelo credimus in l. 2. §. cùm in eadem. D. Ad leg. Rhod. Solymanus vtique Thracius Cæsar, *Asapiis* militibus, per ciuitates, quæ illos ad bellum deligunt, tres aureos coronatos dari constituit, menstruum stipendium. Prætores prouinciarum, aliquot equites alunt pro modo Vrbium quibus præsunt, singulisque pro stipendio, Ducatos annuos contribuunt sexaginta. Quemadmodùm narrat Iouius, De Reb. Turcic. Apud eundem comperio, Moschorum exercitum ex euocatis veteranis, nouisque Prouinciarum delectibus cogi. Nam quocunque in oppido, Præfecti militiæ iuuentutem inspiciunt, & in ordines militum transcribunt pacis tempore: Quibus ex ærariis Prouincialibus stipendia pensitantur. In Legat. Moschouit. Quid multa? Frotho Danorum Rex, patrium & domesticum militem hyeme donabat ternis argenti talentis: gregarium aut conductitium, binis: priuatum & militari labore defunctum, vno duntaxat. Vt inquit Grammat. Saxo, Danicæ Histor. lib. 5. Quinetiam legimus, præter ea stipendia, militibus aliquid largiri solitos Imperatores. Octauius enim Cæsar legauit Prætorianis militibus singula millia nummûm: cohortibus vrbanis, quingentos: legionariis, tricenos nummos. Domitianus addidit & quartum stipendium, militi aureos ternos. Id quod refert Tranquillus in Octauio Cæs. & Domitiano.

Francs Archers, ou Francstopins.

In rapinas militum nostri temporis mirè inuehitur Budæus in l. Ex conducto §. 1. D. Locat.

Turcarum Imperator Constantinopolitanus.

Moscouitæ.

Dannemarc.

6 Hæc ad bellum gerendum: at bello gesto, haud leuius est argumentum militaris rependendæ industriæ, non modò corona, præconio, honoribus, ac hostilibus manubiis, quibus Rostra Censores ornabant: sed & largiendo militibus Reipub. patrimonio, in eámque causam alienando. Memorabile est ORDIN. AMPLISS. decretum de regio Marsillargij Baronatus, in Narbonensi Gallia, munere collato in Hilermum Nogaretum, Equitem præstrenuum. Regius cognitor nostra ætate illud oppugnat, post annos ducentos: fundum lege *Domaniali* condicit, quasi in iura Fisci reuocatorio Edicto redigendum. Placuit Senatui, donationem in perpetuum ratam esse. Aduersus Curiæ Decretum supplicat Procurator Fisci, in Couissonios Proceres Nogareti successores, qui iudicio obtinuerant. Causa de supplicatione acta, Portanus istorum patronus, multa proferre de iusta REI DOMINICÆ alienatione intuitu bellorum, multa de militari Nogareti virtute, quam Philippus 4. opimo donatiuo pensandam curasset: Vt hoc immortali bellicæ gloriæ apud suos monumento, posteri omnes militarem Regibus operam præstare, velut hæreditariam, non cunctarentur, an. 1303. Senatus rem consilij esse pronuntiauit: sub annum 1561. Dicam tamen obiter, impium Nogaretum, ac prope * θεόμαχον, qui manus violentas in summum CHRISTI Vicarium iniecerit. Rursùm Karolus 7. Ianum Stuartum, Scotici nominis, donauit Aubignya Biturigum ditione, & Eburouicum Comitatu. Gaurensem pariter Vasconiæ, Comitatum dono dedit Karolo Alebreto Druydum Comiti. Apud Yssodunum Biturigum, an. 1425. Nempè vt Rex præclara hac munificentia demereretur egregiam istorum in se fidem, militariáque aduersus Anglos officia, Regiæ tum Francicæ hostes infensissimos. Cuiusmodi donationem Ludouicus 11. Rex sanxit Confluentino fœdere, an. 1465. & 1471. Ille dehinc Karolus Arnoldo Amenioni Alebreto concessit, descendentibúsque ex eo posteris, Baronatum *de Lesparre*, bellicæ in Anglos fortitudinis præmium. Rescriptis Mense Sextili, an. 1450. & Mens. Maio 1453. Eam Dynastiam, in Aquitana ora Insuláque Medulorum, tenuerat olim Florimundus Esparreus. Ætatum verò decursu, eadem Gallico Fisco addicitur perduellione Petri Montferrandi, Baronis, qui hostiles Anglicásque partes sectabatur, Karolo 7. Gallorum rege. Nam & multò antea Esparrei magnates adhæsisse feruntur Britanno regi, in Francos dimicanti: quùm Philippus 6. Ianus 2. & Carolus 5. vicissim Francica Sceptra moderarentur. Auctore coætaneo Froissarte, Hist. Volum. 1. Cap. 136. 161. Et lib. 2. cap. 2. Similiter Ludouicus 11. Imberto à Grollea, militi adsignauit nobile

Phil. Pulcher in cōpensationem seruitiorum dedit Gulielmo de Nogaret, ac successoribus terras *de Marsillargues, S. Iulien, & des Forts, Seneschaucee de Beaucaire, au lieu de 300. liures de rēte, parauāt à luy donnees & assignees sur son Thresor.*

* cum Diis pugnantem.

Bonifacius 8. Rom. Pontif. à Nogareto captus, Anagniæ, an. 1303.

Aubigny, en Berry, & le Comte d'Eureux. Comte de Gaure, au Duché de Guyenne, (Y compris la ville de Florence) donatus à Carolo 7 cum derogatione *à la reuocation des alienations du Domaine, faicte en l'assemblee des Estats tenus à Poictiers.* Sed donatarij posterorū sæuitia in Florentinos subditos, res ad Principem reuolutæ sunt.

Traicté de Conflans près Paris.

Isle de Medoc.

Florimundus *Sire de Lesparre*, ex quo dicta *la Sirie, ou Seigneurie de Lesparre. Comme Sire de Coucy, Syre de*

prædium Castri-Millani, in Delphinatibus: quùm hic Vilhelmum Auraycæ Principem bello cepisset, captúmque Ludouico reddidisset. Ea ditione Imberti hæredes etiamdùm, dominij iure, potiuntur. His consequenter, priuato cuique licet, Principem auctorem in iure laudare, ex controuerso prædio, quod Rex illi ob dignè promerita manciparit. Sicuti de eo aditus Senatus Galliæ iudicauit, ad Pentecostes, an. 1270. tali scriptura. *Cùm Richardus dictus* Bellanger *quandam terram peteret in hac Curia, tanquam suam, à Guioto* de Louueret *armigero. Idémque Guiotus possessor dictæ terræ peteret à Curia, quòd cùm Rex Philippus terram ipsam dedisset propter gratum seruitium prædecessorum, Dominus Rex terram eandem, quæ taliter petebatur ab ipso, sibi garentisaret. Tandem audita petitione ipsius, visáque Charta Regia ab eo exhibita, per quam apparebat, dictam terram ex bona causa, videlicet grati seruitij, prædecessoribus suis datam fuisse, Determinatum fuit, quòd Dominus Rex super hoc garentiret eandem, & in se litem huiusmodi susciperet.* In Curiæ lib. OLIM, fol. 177. vers.

Granille, Baronibus æquati vel iis superiores

Hic Montferrandus Baro *de l'Esparre*, erat *Soudic de l'estrade*: Quod est genus Feudi insignioris, Baroniæ adæquatum, apud Vascones art. 75, Burdegal Consuetud. *Led. Soudich*, in Anglica acie contra Gallos, an. 1356. relatu Froissartis, cap. 161. lib. 1.

Arestum in Parlamento Pentecostes, an. 1270.

7 HAVD illicitè ergo publici fundi priuatis transcribuntur nonnunquam, ob res strenuè bello gestas. Inde Gallorum beneficia quondam orta, hinc deprompta Feudorum origo: cùm agri Principales militibus emeritis darentur possidendi. Quin & ea fuit veterum prædiorum penè sola conditio, vt militiæ oneribus in beneficum Principem obligarentur. Id Constantini Porphyrogenetæ Constitutio indicat * περὶ στρατιωτῶν. Quædam ait esse prædia militaria, quibus à Domino concessis, onus militiæ cohæreat: Ita, vt necesse sit ad delectum apparere, Domino edicente, vel certam pecuniam dependere. Hanc Neapolitani *Adoham*, nostrates *Retrobannum* vocitant, indictum singulis annis, taxata eius æstimatione. Quod Cæsarea quidem Friderici Sanctione relinquebatur clientis arbitrio, vt liberè vtrolibet, seu personali militiæ munere defungeretur, seu pecuniario ac patrimoniali. cap. Imperialem, §. firmiter, Vbi Aluarotus. De prohib. feudi alienat. cap. 1. De pace iuram. firman. cap. 1. §. similiter. De Capitulis Conrad. At specialiter in Regno est receptum, vt districtè Rex beneficiarios compellat ad militare obsequium. Andræas in cap. 1. Quis dicat. Dux, & in cap. 1. §. vlt. De capitan. qui cur. vendid. Sic feudorum Anglicorum Moribus describitur feudi genus, *Escuage, scutagium. i.* seruitium scuti. Vt si Angliæ Rex Scoticum bellum inierit, tales clientes quadragenis diebus sequi teneantur Equestrem Regis militiam. Quibus planè congruit prisca Normanorum Consuetudo, in Tit. De exercitu Ducis. Nec mirum, quùm vtriusque patriæ Legis auctor assertórque celebretur à multis D. Eduardus Angliæ Rex: sed quas Vvilhelmus Nothus successor Leges plurimùm adauxerit. Verùm Sicula Roberti Regis Constitutione, clienti vacatio datur & excusatio personalis muneris militaris: siquidem ob beneficiarij fundi tenuitatem ab eo præstari nequeat integra militaris opera, quæ, eo casu nummaria erogatione pensanda est. Capyc. in Decis. nou. Neapolit. 32. Atque hoc è medio Iure Langobardorum tractum videtur, cap. 1. vbi Aluarot. (5. colum.) De controu. feud. apud Pares terminan. & Andræas, qui idem occinit, ad cap. Omnes. Si de feud. fuer. controuers. & ad cap. 1. §. Si quis de Manso. De controuers. inuestit. In cap. 1. De vasal. decrepit. ætat. & in cap. 1. §. vlt. De controuers. inter mascul. & fœmin. Gallis sanè *feudatariis*, qui armati in bello versantur vnà cum Principe, condictum est in alimenta certum quoddam æris stipendium. Id quod Maiores nostros sanctiùs coluisse, liquet ex antiquo Regiarum Chartarum exemplari chirographo, cui Titulus est, *Tabula maior diuidens capitula minoris Tabulæ Inuentarij Domaniorum, Debitorum, & Compotorum ordinariorum & extraordinariorum Cameræ Computorum, facta per me Robertum Mignon, & completi circa G. S. an. 1325.* Eius autem caput nostro negotio accommodum ita scribitur. *C'est l'Ordonnance, que li Legaz Symons, Messires Erart de Valery, & ly Conestables de France ont faicte de gens, que ly Royz, & ly Legaz enuoyent outremer, dont Messires Guillaume de Rousseillion est cheueteine, &c. Messires de Valery y doit aler li 30. de Cheualiers, & li doit ly Roys doner 8. mil liures de turn. & det auer restor de cheuaux du Roy à la coustume le Roy & le passage. Mays il n'auront pas bouche a court, & demorront i an, il & sa gent. Et li an comencera, si tot come il seront arriues a terre saiche de la mer. Li Conestable ira autresi li quinziesme de Cheualiers, es mesmes conditions que Messires de Valery ira: Mes il n'ara du Roy que 4. mil liures. Monsieur Florent de Varennes li Admiraux ira autresi en ces mesmes conditions,*

* de Militibus.

De Banno, & Retrobanno diximus sup. lib. 1 Tit. 13. art 17. & 18.

Codex Morum Feudalium Anglicorum. *Littletons Tenures, Tit. Escuage, & Tit. Seruice de Cheualer.*

Norman. Leg. Tit. *De l'Ost au Duc.*

De similitudine harum Consuetudinũ Angliæ & Normaniæ inter se, Glo. in cap. vn. § porrò, in ver. partibus. De regular. In 6 Panor. & Decius in cap. 1. De Appellat. Vbi de probatione per credentiam 12. hominum vicinorum.

Hic Codex manuscriptus, fuit pridem in Bibliotheca Ioh. Tilij, Curiæ Parisien. Actuarij.

De Transmarina Diui Ludouici expeditione, qui bina vice sacrum Bellum iniit contra Barbaros Christianæ fidei hostes, an 1248. & 1269.

conditions, li douziesme de Cheualiers, & ara du Roi 1250. liures, Messires Raoul d'Estrees ly Mareschau ira autresi en ces mesmes conditions, li siziesme de Cheualiers, & aura 1600. liures. Mons. Mahi de Roye ira soy 8. de Cheualiers & mangeront a court, & ara 2000. liures & 200. liures de don priué. Mons. Raoul de Neelle soy, 15. de Cheualiers, ara 3000. liures, & mangeront à son hostel Mons. Auson d'Offemont soy 10. de Cheualiers, &c. Mons. Baudouin de Longueual soy 4. de Cheualiers 1100. liures. L'Archeuesque de Rouen, & l'Euesque de Langres ensemble, 30. Cheualiers, &c. Mons. Guillaume de Courtenay soy 10. de Cheualiers 2200. liures, & mangeront en l'hostel le Roi. Mons. Gilles de Mailli soy 10. de Cheualiers 3000. liures, & passage & retour de cheuaux, & mengera à Court. Ly Cuens de Guines soy 10. de Cheualiers 3000. liures, & mengera en l'hostel le Roy. Ly Cuens de saint Pou, soy 30. de Cheualiers, pour passage, pour restour de cheuaux, pour menger & pour toutes autres choses, 8. mil liures. Ly Mareschaux de Champagne, Ly Mareschaux de Mirepois. Cy son les Cheualiers de l'hostel le Roi pour la voye de Tunes, Ly Boutilliers, ly Conestables, ly sires de Montmorenci, ly Maistres des Aubalestriers, &c.

8 QVUM igitur Reges, ex natiua Feudorum conditione, ea subditis adsignare cœperint antiquitùs, futuræ militaris operæ auctoramentum: quanto æquiùs, re benè gesta, DOMINICVM prædium dabitur fortissimo Equiti possidendum beneficiaria lege? Sic Carolus 7. recepta bello Neustria, donauit Nothum Aurelianum Normanico Longæ Villæ Comitatu 17. Kal. Februar. an. 1449. Quidni donasset? Aureliano enim Heroï non minùs debetur, Galliæ restitutoris elogium, quàm Romæ Camillo. Insuper Carolus idem Arcturum Armoricum Equestris militiæ Magistrum auxit Parthenæa arce, Vouuantia, Meruantia, Secundignea, in agro Pictauensi: vt hic Anglorum terror ac fulmen, eo virtutis præmio ornaretur. Rescripto 9. Kalend. Nouembr. an. 1425. Ab Arcturo dehinc sponte reddita Principi latifundia, dantur Carolo Cenomanorum Comiti. Hæc demùm Rex liberaliter contulit (Secundigneo dempto) in Nothum Aurelianum, marésque eius posteros. Diplomate 11. Kalend. Nouembr. an. 1458. quod Ludouicus 11. assentiente Cenomano Comite, probauit. Confluentina Pace, Kalend. Nouembr. an. 1465. Longeuillanum autem illum Comitatum priùs eadem ex causa concesserat Philippus 6. Carolo Hispano, qui summæ tum rei militaris Franciæ admotus erat: circiter an. 1349. Eundem Carolus 5. dono attribuit Bertrando Glesquinæ (an. 1364.) Francici exercitus Duci: cuius cadauer Regio in Mausoleo conditum est, multarum palmarum Imperatoris, præconioque omnium seculorum dignissimi. Atqui Longauilla, erat Reipub. fundus, in Regium fiscum redactus capitali damnatione Engerrani Marinij. Ex quo, Hutinus Rex eundem fiduciæ nomine mãciparat Ludouico Eburouici, patruo, Kalend. Quintilibus, An. 1315. Præter hæc, Carolus 5. Glesquinæ impertiit Thuitiam Neustriæ, ditionem Castellariam, tametsi Regiæ Gallicæ patrimonialem. Quo iure donatarius eam dehinc permutauit annuo vectigali 1300. libellarum cum Petro Alenconiensi Comite, cui annuum æs istud à Glesquina debebatur in compensationem Guierchei Baronatus. Tabulis permutationis 7. Kalend. Septembr. an. 1379. Vnde & post Glesquinæ obitum, Procuratori regio Thuitium agrum condicenti indictum fuit silentium. Principali Rescripto, quod Lutetiani Rationales sua in monumenta regessêre. Decimo quarto Kal. Nouembr. an. 1391. Rursus, mortuo Carolo vtriusque Burgundiæ Regulo, Vilhelmus Rupefortius, qui Sequanus erat, se recepit in fidem clientelámque Ludouici 11. Regis. Inde & Gallo militauit, & Gallicam tenuit Iurispræfecturam. Mox insignes eius possessiones occupat Comes Transiuranæ Burgundiæ, Caroli hæres, suóque Fisco commissas declarat. Ideóque Ludouicus 11. partim remunerandi studio eximia Rupefortij in nostram Rempub. officia, partim vt illam fundorum iacturam sarciret, ei transcripsit Regia latisfundia *de Pleuuot, Longeau, & Labergement*, quæ regio Castro & Castellaniæ *de Rouures* respondebant, simul & Præpositura Auxoniæ, in Burgundo Ducatu. Sub annum 1480. Temporum quidem interiectu, prehenduntur ij fundi publica auctoritate, quasi Fiscales ac DOMINICI. Sed re ad Senatum delata, purè addicuntur Renato & Ioachimo Rupefortiis, donatarij nepotibus: ac solùm moderatione adhibita, vt secundùm quod pacti erant ipsi cum Rege, ducentas libellas eius Fisco quotannis inferrent.

Die 16 Ianuar. ann. 1449. *Iehan Bastard d'Orleans donataire du Comte de Longueuille.*

Partenay, Vouuant, Meruant, & Secondigni, en Poictou.

Die 24 Octob. an. 1425.

Die 22. Octob. an. 1458.

Traicté de Conflans.

Die 1 Nouemb. an. 1465.

Messire Charles d'Espagne, Connestable de France, Bertrãdus *du Glesquin*, Comestabilis Franciæ, inhumatus in Dionysiano Franciæ Regum Sepulchro, expressa Regis Caroli 5. voluntate.

Appennagium Regium Die 1. Iulij, an. 1315. pro Ludouico Comite Ebroicensi in Normania, de Comitatu *de Longueuille confisqué sur Enguerrant de Marigny.*

Le Thuit, en Normandie.

Permutatio die 26. Augusti, an. 1379.

La Guierche, en Bretagne.

Patentes mens. Oct. 1391. Registratæ in Camera Computorum die 19. Octobr. seq.

La Franche Comté de Bourgongne.

Guillelmus *de Rochefort*, Cancellarius Franciæ.

Arestum Parisien die 27. Augusti, an. 1583. quod executus est primus Præses Burgundici Senatus, apud Diuionem.

Decreto Curiæ Parisiens. 6. Kal. Septembr. an. 1583. quod executioni mandauit Brulartus Diuionensium Consiliariorum Magister, Ianuar. mense, & Mart. an. 1584.

9 ECQVID verò Quirites ad eum Orbis dominatum euexit? qui Imperium Oceano, famam qui terminet Astris? Ij nimirùm Horatio Coclici bellicis laudibus claro tantum erogarunt, quantum agri vno die circumarare posset. Ij captis Veiis, militibus ac plebi diuisêre Veientanos agros. Vt est apud Liuium lib. 2. & Plinium De viris illustribus. Iidem Mutio Scæuolæ ob egregiam virtutem prata dederunt trans Tyberim, quæ Mutia idcircò sunt appellata: Ex Plinio ibidem. Illi denique, militi bina in Latio, terna in Phalerno iugera adsignarunt, ob strenuè nauatam operam in bello Campano: Vt Liuij lib. 8. annotatur. Tanto etiam militatibus agris addito deinceps priuilegio, vt Romani Cæsares Theodosius & Valent. rescripserint hæc Numo Magistro officiorum. *Agros limitaneos vniuersos, cum paludibus omnique iure, quos ex prisca dispositione limitanei milites ab omni munere vacuos ipsi curare pro suo compendio atque arare consueuerunt, & si in præsenti coluntur ab his, firmiter & sine vllo concussionis grauamine detineri, & si ab aliis possidentur, cuiuslibet spatij temporis præscriptione cessante, ab vniuersis detentatoribus vindicatos, hisdem militibus sine vllo prorsus collationis onere volumus adsignari.* Nouella Constitut. Theodos. & Valent. De Ambitu & locis limitaneis inibi redhibendis. Quòd si de talibus prædiis emergeret controuersia inter priuatum, & Limitaneos milites, Cæsarea eadem Sanctione cautum, ne hi ad alium vocati Iudicem eant, quàm suum ac militarem, néve coram alio iudicium sumere compellantur.

Iuuenal.

Iustissima Centurionum
Cognitio est etenim de milite,

inquit ille: Quùm constet dispositione maiorum, vallo militis ab excursione Barbarica defensari, quicquid intra romani nominis concluditur potestatem. Nouell. Constitut. Ne duciani vel limitanei milites ad Comitatum exhibeantur.

Verba Imperialia.

Agè par proferamus Ægyptiorum exemplum, qui militibus suis (quos Calasyries nominabant, & Hermotybios) mercedem hanc tribuebant eximij laboris, vt singulorum duodecim agri forent immunes, singuli agri centum cubitorum Ægyptiorum quoquo versus. Præterea Calasyriûm milleni, & Hermotybiûm circa Regem fungebantur annuo satellitum munere. Quibus, præter fundos, dabantur viritim Panis tosti pondo quinæ minæ, carnis bubulæ binæ, vini sextarij quaterni. Vt ab Herodoto scriptum est, lib. 2.

Ægyptiorum in suos milites remuneratio.

Satellitum stipendium in prædiis, pane, carne, & vino.

10 ATQVE vt omnes norint Gallicæ militiæ robur, maioribus dignum præmiis, *Quæ Regio in Terris nostri non plena laboris?* Quæ non trophæorum, quæ Galli victores passim Heroïca virtute erexerunt? Literis mandatum est, fuisse tempus, quo Galli corporis viribus Germanos superarent, ac propter hominum multitudinem, Gallos trans Rhenum misisse Colonias. Vt Iul. Cæsar Belli Gallici lib. 6. tradit, & ex ipsius auctoritate, Tacitus, De moribus Germanorum. Thuscos necnon sedibus pepulerunt Galli, & ad Alpes, auitis domibus amissis, confugere illos coegêre: Quibus in Alpibus, Rhætorum gentem Thusci nomine sui Ducis condiderunt. Vt Iustinus affirmat lib. 20. A Venetis Armoricis in coloniam deducti sunt Veneti, sinum colentes Adriaticum: Ex Strabone, lib. 4. Quin & multas alias Italiæ vrbes depinxit Ptolemæus (Cosmograph. lib. 3.) quæ sua ætate Gallicæ appellationis manifestam retinebant originem: Vt Senam Galliam, quæ hodie Ciuitas Vetus dicitur, & Galliam Boiam, quam nunc Romandiolam, nunc Flaminiam Blondus vocitat. Idémque alibi Carnorum Marchiam quam nunc Taruisinam nuncupant, Carnutum patriam esse narrat: quòd eam Carnutes nostri tenuerint annis permultis. Cenomaniam & partem illam appellat, quæ hodie Longobardia est: quòd à Cenomanis Celtarum populis possessa fuerit diutissimè, vt qui annos non paucos Mediolani, Brixiæ, & Veronæ consederint. Ab hoc non dissentit Plinius, qui Cenomanos Galliæ Cisalpinæ populos recenset.

Gallorum Panegyris.

Gallorum Coloniæ

Rhæti, vulgò *Grisones.*

Venetiæ, Venetorum Armoricorum Colonia.

La marque Treuisanne.

11 QVINIMÒ Romanis rerum Dominis formidabile fuit Gallorum nomen. Hinc Ærarium sanctius Romæ institutum, in quo pecuniæ Gallici belli causa recondebantur. Eas Gallico bello collatas refert Appianus (lib. 2.) & cum execrationibus

Roma scilicet à Gallis capta, vastata, incensa, Capitolio tantùm excepto.

crationibus publicis eas non mouendas, nisi bellum Gallicum impenderet. Certauit enim Pop. Roman. cum finitimis de Principatu, cum Pyrrho Rege Epirotarum de fama & gloria, cum Carthaginensibus de Imperio: cum Gallis verò, de salute & vita semper. Vt est apud Salustium. Nec abs re profectò, cùm militaris laboris fuerint patientissimi Galli, studioséque operam dederint, ne obesi fierent ac ventrosi, iuuenémque punirent, certam zonæ mensuram excedentem. Strabone teste, lib. 4. Id verò nunquam sibi accidisse Galli veteres gloriabantur, vt aliquis metu hostium langorem simularet, ac meticulosos huiusmodi, iocularier *Murcos* vocabant. Recensente Valerio Max. Eóque credibilius est, audax Legatorum Galliæ responsum, percontanti Alexandro Mag. quidnam valdè extimescerent, se nihil aliud, quàm ne supra eos cœlum rueret, οὐδὲν, εἰ μὴ ἄρα οὐρανὸς αὐτοῖς ἐπιπέσοι. Rebatur quippè Alexander, Legatos ab illis seipsum metui responsuros. Sicuti Ptolemæus, & Strabo, Geograph. lib. 7. prodidère. Contrarium est illud Nicephori Thraciæ Cæsaris, cuius Gallica virtute territi, Græcum fertur Adagium, * Τὸν φράγκον φίλον ἔχῃς γείτονα οὐκ ἔχῃς. Quantùm ex Æginarto didicimus. Ac de robore Gallici Equitatus, quid egemus externo Tulij testimonio? In Orat. Pro Fonteio. Huius * στρατηγημάτων plena omnia, refertissimi Galliarum Annales. Equitum fuit militaris hæc & Castrensis auctoritas, vt eorum quisque, vtì erat generè & copiis clarissimus, ita plurimos in bello circum se ambactos clientes haberet, hanc vnam gratiam potentiámque nouerant. Vt inquit C. Cæsar, lib. 6. De bell. Gall. Similiter apud Aquitanos summã Imperij tenebat aduersus Romanos Adiantonius, cum Deuotis, quos Aquitani tum *Soldurios* nominabant. Quorum hæc erat conditio, vt omnibus in vita commodis, vnà cum his, fruerentur, quorum se amicitiæ dedidissent. Si quid iis per vim accidisset, aut eundem casum vnà ferrent, aut sibi mortem consciscerant: lib. 3. De bell. Gall. Sic procedente tempore vsuuenit, vt & clientibus pro corona militari prædia darentur beneficiaria, seu clientelaria, ab his sic dicta: à quibus vicissim exigeretur fidelitatis iusiurandum, ex formula cap. 1. De forma fidelit. & cap. 1. De noua for. fidelit. In Feud. Sed clientelaris huius Francorum sacramenti typum subiicit oculis Gulielm. Durandus, In §. porrò in Regno Franciæ facilius se expediunt. Nam nobilis homo Regiis genibus aduolutus, & manibus interiunctis, præstat fidelitatis iuramentum & obsequium, Rexque illum ad osculum admittit, &c. tit. De Feud.

Aurũ, quod ex aliis templis inter trepidationem aduentus Gallorum in Iouis cellam collatũ erat, sacrum omne iudicatum, & sub Iouis cella poni iussum, Ex Liuio, lib. 5.

Nicephorus, Constantinopolitanus Imperator.

* Francum amicum habeas, vicinum ne habeas.

* gestorum militarium.

Origo Feudorum.

Verba Speculatoris, vbi idem adiicit, Vasallum Regis, si ignobilis sit, licet habeat nobile Feudum ex Regia permissione, non recipi ad osculum, sed tantùm ambas Manus inter Regias iungere, Nobilium More.

12 QVORSVM hæc? vt intelligamus, optimè statutum à Principe, bellorum causa REI DOMINICÆ alienationem valere: Putà, ad bellicam suorum virtutem æqua mercede remunerandam, postquàm emeritis stipendiis, honorificè soluti sunt militari sacramento. Nec enim in nostros, Hispanis iniquiores ipsis esse debemus. Alphonsus 5. Hispaniarum Rex Errico genere Gallo filiam dedit vxorem Taresiam, cum Portugalliæ, seu Portus Gallorum regione, hac vna de causa, quòd victricibus armis à Sarracenorum proluuie liberasset Lusitaniam. Portugallia iam inde exempta summo Hispanorum Regum imperio, decoratur Regij Sceptri titulo celsiore. Ac in eundem Lusitaniæ Regem, propensum animum studiúmque declarauit Gregorius 9. Pontifex Decretali Epistola, Ex speciali. De Iudæis. Haud tenuiore munificentia in Normanos suos milites vsus fertur Vilhelmus Neustriæ Dux, subacta bello Anglia. Nouæ enim prouinciæ possessiones in eos contulit amplissimas, Arondelium & Sarisbiriensem Comitatus in Hugonem Montgomericum, Varuicensem in Henricum Meulantium, Claudiocestriam in Meulantium alterum, Herfortensem in Vilhelmum Dosberneum, Huntindonensem in Valerium: Equites præstrenuos, qui eodem in Circo cucurrerant palmam. Impertiit quoque Vayeto Noruicensem, Montbreo Nortumbellanum, Raymundo Cestriæ Principatus: Quorum ex Magnatum stirpe, Nobilitatis Anglicæ stemmata deducuntur. Vt Vvilhelmus Monumetensis enarrat, & Gemeticensis Abba. Ediuersò autem, indoluit Æneas Sylaius, Carolum 4. Cæsarem Septemuiris Germaniæ proceribus oppignerasse Imperij vectigalia, vt Electori cuique promissis numûm aureorum centenis milibus, Vvencеslaum filium designarent Imperij successorem. Pecunia enim non numerata, factum esse ait, vt quod bellorum vsibus addictum erat Romanæ

Taresia, ab Alphonso patre, cum Lusitania nuptui data Henrico Gallo Ambarrorum Comiti.

Arondel.
Salleberg.
Varuic.
Clocestre.

Hunc Septemuiratum Electorũ Germaniæ instituerunt Gregorius 5. PP. & Otho 3. Cæsar, ambo Germani, circiter ann. 1000.

Reipub. patrimonium, eóque duntaxat vendibile, priuatim in illos, membratimque discerperetur. Ex quo dehinc, Æneæ iudicio, Romana potestas in nihilum redacta, nec ampliùs attollere caput potuit Imperatorius Principatus: cùm omnia retinerent Septemuiri Germaniæ singuli, iuréque iurando Cæsares adigerent, ne ab iis pignora luerentur.

Fridericus 1. Barbarossa, Imperator.

Iudicatum Curiæ, die 16 Septemb. an. 1514 de viribus donationis olim à Rege factæ *à Renault Sire de Pons en Xaintonge.*

Concressault, en Berry, donné à Stuart, Comte de Boucan, puis Connestable de Frãce.

Tit. 7. Art. 3.

Arestum Curiæ, die 13. Iulij, an. 1559. pro Iohanne *le Veneur*, tutore liberorũ Ludouici *de Brezé*, & Dianæ *de Poictiers*, eius viduæ, Ducis Valentinensis, *touchant les Seigneuries d'Anet, Breual, Monchauuet, & Nogent le Roy.*

Des 4. Chastelenies, Nogẽt Erambert (par Acquisition du Roy en eschange l'an 1218.) fut dict Nogent le Roy. Qui acquit aussi Breual & Monchauuet. Mais Annet peu auparauant l'auoit-il acquis.

Ducatus *de Nemours* die 9. Iun an. 1404.

S. Beart, en Lãguedoc, donatum Comiti *de Comminge*, & liberis masculis.

Chastillon sur Yndre, en Touraine, donné à Tanneguy du Chastel.

Beaumont en Argonne.

Edictum Molinense de regij Domanij conseruatione, an. 1566.

VERÙM Regiæ agrorum fiduciæ donationíque attexenda est specialis causa collatorum in Rempub. meritorum. Qualem Fridericus Ænobardus sigillatim adscripsit donationi iurium Imperialium in Langobardiæ ciuitates. Tit. De Pace Constantiæ. Neque aliâs Pontifici Max. liberum foret, Ecclesiæ patrimonium, nisi de ea bene meritis largiri. Bald. ad l. Cùm multa. Cod. De bon. quæ liber. Eodem argumento, celebre iactatur Senatus iudicium 16. Kalend. Octob. an. 1514. secundùm regiam concessionem sexaginta libellarum annuarum, (quæ ex Fisci reditibus pensitabantur) ac Olorensis Insulæ: Quæ omnia Karolus 6. Reginaldo Pontis oppidi domino erogarat, bellicis in Rempub. officiis eadem promerito: Circa ann. 1400. Placuit enim Ordini Ampliss. redhibitoriam DOMANII legem non porrigi ad clientis officiosissimi præmium, nisi priùs ei donata, alio collato munere pensarentur. Atque ita propemodùm sibi Reique Publ. cauit Septimus Carolus munifica Concressalti Biturigum Oppidi ac Territorij alienatione in Bucanium Comitem, Scotum. Quippe quod huic, adscripta conditione, datum sit, vt alterius præstatione latifundij, quod duo libellarum Turonen. millia annuo prouentu exæquaret, pristinam in causam reuocaretur CENSVS AVGVSTI. an. 1421. & 1425. De quo, à Nobis sup. scriptum lib. 1. Cæteroquin S. Consultum proponitur superiori haud absimile, quod in omnium adhuc ore versatur, de Anneta arce, & finitimis quibusdam Druydum agris, pro Brezæo magnate 3. Iduum Quintilium, an. 1553. Obscura vtique PATRIBVS non erat Annetij fundi conditio, SACRI DOMINII partem esse. Hæc enim tametsi priuata quondam ditio inferiores agnouerit dominos, Erricum, Ricardum, & Symonem, de Anneto, an. 1186. Postea tamen ad Regem deuoluta sub annum 1217. cum eius RE FISCALI copulatur, Legibus Regni, Francicisque Institutis. Atque eo nomine Longus Rex Annetum, Nogentium Regale, Meduntam vrbem, Montem Caluetum, & Breuallum dedit Lodoico Eburouici patruo, mense Octob. an. 1317. fiduciarium supplementum trium millium libellarum, quas illius pater huic Fiduciæ nomine adsignarat an. 1298. Sed interiecto penè seculo, Principi hæc redduntur latifundia ab Ludouici posteris: quibus vicissim Nemorensis ager permutatione obtigit 5. Idus Iunias, an. 1404. Annetum dein, cum aruis aliis plerisque, Rex concessit Pet. Bræzeo Dynastæ, Anglicis bellis inclyto, eiúsque hæredibus, an. 1445. Brezæi item Iacobo filio idem ipse donator collocauit in matrimonio Notham suam. Quare Annetium, prædiaque alia Brezæis Regulis addicuntur, æquissima Patrum Parisiensium sententia. Ponamus etiam ob oculos Fani Bearti dominatum, apud Tholosates, Iano Conuenarum Comiti datum, Tribuno militum clarissimo, an. 1464. Is enim egregij Ducis munus obierat in Catalanis, & Ruscinonensis agri finibus. Taceo Castellionem, Turonensis Municipij oppidulum, Tancredo Castelleo donatum, bellica virtute præstanti: Mense Februar. an. 1472. Bellummontem, ad hæc, Argoniæ oppidum, concessum à Principe, bellatori strenuissimo Girardo Campensi, ad nepotes vsque masculos possidendum, an. 1474. Quas quidem beneficiarias concessiones Senatus probare certis legibus non dubitauit, vltra virilem præsertim donatarij prosapiam non prorogatas. Verùm hodiernis temporibus vix est, vt noua publici Patrimonij largitio Senatum habeat auctorem & comprobatorem: licet illi, militaris opera donatarij, titulus obtendatur. Molinensi enim Constitutione, quæ de Regio Canone lata est, haud cauetur expressim, eum ipsum, bello confecto, Equitibus dari posse, bellici laboris hostimentum: at belli tantùm gerendi ministras fomitésque pecunias cogi debere pigneratitia Fiscalium venditione prædiorum, seu quæ restituta pretij sorte, quandocunque resoluatur. Summo tamen iure non est agendum vsquequaque in belli Duces Regio beneficio dignos, sed in cognoscentis arbitrio positum, an & quatenùs pro illius magnitudine beneficij, meritis dignitatéque beneficiarij, & circunstantibus

& circunstantibus aliis causis, Regia benignitas fit ad effectum perducenda. Atque adeò Gotthorum Rex Athalaricus vocem hanc proferebat, quùm ad Comitem Patrimonij rescriberet; NOSTRVM DARE, NOBILITAS EST DONA REGALIA, QVAMVIS PARVA SVBLIMANT: QVIA SIMVL ET MERITORVM GRATIAM REPERISSE CREDITVR, QVI PRINCIPALI MVNERE SVBLEVATVR. Vt Cassiodorus memorat in lib. Variarum. Proinde nec absurdum censueris Regium Genabi ad Ligerim munus in Carolum Andegauum Cenomaniæ Regulum, non modò sororium Principis, sed huic quoque Gallicarum in Anglos expeditionum comitem assiduum. Diploma te Febr. mens. an. 1443. Quinetiam donatarij filio liberis orbo, Ludouicus 11. eundem Genabi Comitatum dedit Annæ, Regis filiæ, Petri Borbonij coniugi. Tabulis Mens. Decemb. an. 1481.

Don du Comte de Gien sur Loire à Mess. Charles d'Anjou Comte du Maine par le Roy Charles 7.

14 DE profana militia satis, in quam licet alienare DOMANIVM: Quid de sacra ac cœlesti militia? Si in causam Templi excitandi, Fiscales fundos dederit Princeps, si extruendo & dotando Pauperum Valetudinario, donationem valere benignius est, æquissimúmque arbitror, ad hunc casum, tametsi verbis non contineatur, Legis mentem & sententiam accommodari. Nam Pietatis Armorumque par ratio ac studium inesse debet Christianissimo Galliæ Regi: quo etiam alius quisquam

Nec Pietate fuit, nec Bello maior & armis.

Duo hæc mutuis ita stant auxiliis, vt egregiè bello gesta, DEO victori exercituum accepta referre debeamus. Qua ratione, Iustinianus Cæsar, cùm Persas qui Romanos limites prætergressi fuerant, pacasset, Africam à Vandalis liberasset, Italiam à Gotthis, non pepercit Ærario, quominùs Delubrum * Ἁγίας Σοφίας DOMINO, qui est sapientia DEI patris, extructum dicaret, apud Byzantium. Pari modo, Ludouicus Crassus in Gallia, seditiosis Proceribus debellatis, Aram erexit, Cœnobiumque D. Victoris, in vrbe Parisien. Nec aliter Augustus Crassi nepos, Flandris prælio domitis, condendam curauit Monasticam Ædem Victoriæ, apud Syluanectum. Qua in Æde Numini decretæ obsecrationes, ac solennia cantica, sacrificia, vota, supplicationes institutæ, velut ob par tam victoriam. * Ἐπινίκια. Ethnici vtique spolia Ioui Feretrio detulerũt, tanquam victoriæ suæ palmam: nec fœlicis pugnæ lauream Sceptris alligare, sed in gremio summi Iouis (vt aiunt) deponere solebant. Vnde à Polemarchis pecũnia mulctatus fuit Agis Lacedæmoniorum Rex, quòd hostili Atheniensium fusa acie victor, pro more, non sacrificasset. Quantò nos feruentiùs, structis Operibus publicis, thure & libaminibus oblatis, DEVM venerari æquum est, bellorum auspicem ac moderatorem? Quemadmodùm superato in conflictu diuina virtute Eugenio, admonitus est Theodosius piæ in Superos officiosæque supplicationis, hoc Claudiani poëmate:

** sanctã Sapientiam, seu templum Sanctæ Sophiæ.*

Ludou. le Gros.

Phil. August.

Abbatia Victoriæ, vulgò dicta, in vrbe Sealitensi. Ex Bellica victoria de Bouines,

** Victoriæ canticũ. Ioui Statori templũ deuotum, præsentis eius in prælio auxilij posteris monumentum.*

O nimiùm dilecte Deo, tibi militat æther,
Et coniurati veniunt ad classica venti.

Pia parænesis.

Eodémque instinctu, primi Francorum Reges *Auriflammam* Dionysianæ Aræ sacrarunt, militare signum: vt & immortalis DEI auspiciis bella gererent ipsi, & deuicto hoste, vexillum illud ad sacros Martyres Galliæ Tutelares referrent, nullo interim gratæ memoriæ in diuos officio prætermisso. Hinc à summa vetustate vsurpatum, vt Dionysiani altaris clientelares Velocassini Comites sacram *Flammulam* in bello soli gestarent & explicarent peculiari iure quodam, perpetuóque Signiferi munere fungerentur. Cui rei argumento sunt consignatæ Literæ Ludouici Crassi, qui tanquam Velocassinus Comes, & eius vice aureum Vexillum à Suggerio acceperit, Fani Dionysij Antistite, an. 1124. Sed aliquot ætatum serie sublatis Velocassinis Comitibus, ditionéque in publicum redacta, Princeps varios esse iussit *Flammulæ* vexillarios. Augustus Ægidium Montignyum, in Bouineo prælio an. 1214. Iohannes Gottofredum Charnyum, in Pictauensi, an. 1356. Carolus 6. Petrum Villerium in pugna Rosæbecana, an. 1382. & Carolus 7. Vidum Tremolium, aduersus Britannos. Quemadmodùm igitur Ethnici Cæsares *Labaro* primùm in bellis vsi sunt, vexillo militari, auro intertexto, gemmísque intermicantibus fulgenti, tantæ existimationis, vt à militari tur-

L'Oriflamme, in Abbatia S. Dionysij in Francia, ad Parisios.

Comte de Chaumont en Vexin le François, qui iampridem transiit in Patrimonium Fisci, cùm olim priuatis dominis competiisset.

Bouines, près Namur.

Rosebec en Flandre.

Constantini Imperat. elogium. ἐν τῷ σταυρῷ νίκα, id est, In hoc Signo vinces.

ba adoraretur: Sic Christiani Principes, alij Dominicæ Crucis Insigne voluerunt præferri, vt Constantinus Magnus: *Flammulam* Galli, signum Dionysianum: Alij alia, quibus occultam Numinis vim subesse augurarentur. Vti & cœlesti tantùm afflatu ad ineunda bella accenderentur Christiani, & partæ victoriæ auctori DEO venerabundi nouas Aras dicarent, Regiisque prouentibus ditarent Templorum sacerdotes, quorum precibus potissimè nitatur Reipub. salus. Ac de *Flammula* sigillatim, Suggerius Crassi regis Historicus multis verbis: de qua etiam longo pòst æuo, Frossartes hæc retulit. *A la bataille de Rosebecque fut deueloppee l'Oriflambe, & veulent aucuns dire (si comme on trouue escrit) qu'on ne la vit onques desployer sur Chrestiens, fors que là. Et fut grande question sur ce voyage, son la deuelopperoit, ou non. Toutesfois plusieurs raisons considerees, finalement il fut determiné pour la desployer: pour cause que les Flamens tenoient opinion contraire à celle du Pape Clement, & se nommoient en creance Vrbanistes. Dont les François dirent qu'ils estoient incredules, & hors de Foy. Ce fut la principale cause pourquoy elle fut apportee, & deueloppee en Flandres. Cest Oriflamme est vne digne banniere & enseigne, & fut enuoyee du Ciel par grand mystere: & est en maniere d'vn Gonfanon, & est grand confort le iour à ceux qui la voyent. Encores monstra-elle là de ses vertus. Car toute la matinee auoit faict de si grand bruyne & si espesse, qu'à grand peine se pouuoient veoir l'vn l'autre. Mais si tost que le Cheualier qui la portoit, la deueloppa, & qu'il leua sa lance contremont, celle bruyne à vne fois cheut, & se desrompit, & fut le ciel aussi cler & net, qu'on l'auoit point veu de toute l'annee. Dont les Seigneurs de France furent moult resiouyz, quand ils virent ce beau iour venir, & le Soleil luire, & qu'ils peurent voir au loing à l'entour d'eux deuant & derriere, & se tindrent à moult reconfortez, &c.* 5. Kal. Decemb. an. 1382. Histor. lib. 2. cap. 125.

Clementini, Vrbanistæ.

Die 27. Nouembr. an. 1382.

15 CÆTERVM priscis Galliæ Regibus cautio fuit, Optimatum Regni suffragium suis in Ecclesiam donationibus adhibere, & conuentu Procerum aduocato, bona Templis dilargiri. Sic Childebertus Rex, magna Francorum & Neustrasiorum concessione, dedit Cœnobio B. Vincentij Parisien. FISCVM LARGITATIS SVÆ, cum aliis addictis in alimenta Cœnobitarum latifundiis. Sacræ eidem familiæ Dagobertus testamento legauit villam Cumbis, in agro Parisiensi: villam Drauernum, Basilicæ D. Petri, vbi S. Genouefes corpus conditum erat: alia aliis sacris Basilicis. Id quod auctor est Aimoynus in Franc. Hist. Omitto Pipinum, qui sacro munere Exarchiam Rauennatium transtulit in Romanam Ecclesiam. Carolum prætereo, pietate iuxtà ac armis Magnum, qui paternæ liberalitati Parmam, Liguriam, Forum Iulij, & Vmbriam in Togata Gallia adiecit. Hæc enim nihil ad Regium Franciæ DOMINIVM. Vocarem quoque in medium Mathildis Heroinæ præclara in eam SANCTISS. SEDEM merita: quippè quæ patrimonium D. Petri amplificarit Mutinæ, Regij Lepidi, Ferrariæ, & aliis Æmyliæ oræ Ditionibus. De ea Mathilde, Paschalis 2. P.P. in cap. Peruenit. De censib.

Abbatia D. Vincentij, seu D. Germani de Pratis, Lutetiæ suburbana.

Vmbria, seu Spoletinus ager.

Modene, Rege, Ferrare, &c. data à Comitissa Mathilde.

16 SED ne extra septa DOMANII Francici prosiliam, quot extant apud nos Regiæ pietatis monumenta, & opera publica? quot Delubra condita, quorum vel parietes ipsi personant clarissima memoria nostrorum Principum? Quantùm verò Magistris rationum Principalium, quorum ea de renotio est, probentur largitiones eiusmodi, planè arguit Rubrica ipsa, *De fundatione & dotatione Ecclesiarum, & priuilegiis earum.* In volumine Cameræ Ratiociniorum Parisien. Vsu quidem Mediolanensi, feudum nec pro anima, poterat licitè abalienari cap. 1. §. donare, tit. Qualiter olim feud. poter. alienar. At Pontificum Legibus rata est eo casu alienatio. Qualem à Rege Tarraconensi factam in Cœnobium Benifacanum collaudat Bonifacius 8. P. P. in cap. Abbate. De re iudic. Hostiens. in Summa. tit. de immunit. Eccles. §. inquantùm Vers. sed nec illa. Romanus Singul. 529. Speculat. in tit. De Feudis §. 1. Vers. 19. Anton. in cap. vlt. De immun. Eccles. Calderin. tit. De Feud. Consil. 10. Romanus Consil. 199. & Felyn. ad cap. Inter dilectos. De fide instrum. Ac propterea Martinus Tarraconensium Rex ius indulsit emortui mancipij Clericis quibusque ac cucullatis sacerdotibus, vt bona de *Realenco* liberè possiderent: dùm modò morientes ea profanis hominibus relinquerent. Quam quidem Principis munificentiam *Forum Regis Martini* appellat

Feudisticæ Longobardorum Consuet.

Amortizatio facta à Rege Aragoniæ pro omnibus Clericis, Monachisque & eorum possessionibus.

pellat Petr. Belluga, in Speculo Princip. tit. *De Amortization.* eandem Angli *Frankalmoigne* vocant, quasi in liberam eleemosynam Monachis data prædia. In lib. *Litletons Tenures.* Aliâs enim, vtrobique sacri Sodales ius non habens facultatum potiundarum: nisi à Rege ipso donentur Morticinij Diplomate. Vt supradictis Libris continetur. Ac propensiore adhuc in Ecclesiasticos studio, Reges nostri soluerunt Manus mortuæ legibus erogata in pias causas. Vti apparet ex Collectaneis veterum Regni Gallici tabularum, Caroli 5. Regis iussu concinnatis, hac formula. *De eleemosynis factis, & Ecclesiis in eleuatione Dominici corporis accedendis financia non præstetur, Item Ecclesia, si in locis, in quibus omnimodam iustitiam habet, ac merum & mixtum imperium, nosque nihil præter Ressortum habemus, etiamsi ad nos gardia pertinet, acquirat aliqua, vel in manumortua poni, seu nobile feudum in personam ignobilem transferri permittat, ratione finantiæ nullatenùs molestetur: His duntaxat exceptis, quæ in Regalia veniunt, exceptis & Ecclesiis, & Monasteriis, quæ nobis ad præstandum per nobiles seruitia sunt astricta, quibus non licet facere quid, per quod seruitiis possemus huiusmodi processu temporis defraudari. Quòd si Ecclesia possessiones vel tenutas acquirat ab alia, cui eas liceat retinere, si ab Ecclesia acquirente iustitiam, Dominium, deueria, & alia iura ita commodè & liberè, sicut habebamus ab alia, possimus percipere, in hoc casu finantia non vendicat sibi locum. Item licet hi soli, Niuernensis, Atrebatum, Andegauorum, & Marchiæ Comites maiores post Pares, de his siue titulo dignitatis, siue eorum vsu longissimo amortizare & eleemosynare valeant, pecuniam seu quoduis emolumentum proinde non recipiendo: Tamen de patientia toleramus, quòd Blesensis, Antissiodorensis, Tornodorensis, Drocensis, Claromontensis, & S. Pauli Comites, & Domini de Narbona, de Belloioco, & de Cocici, valeant aliquas eleemosynas pro suarum animarum salute facere, anniuersaria constituere, capellanias & similia beneficia fundare: dummodò eorum tenutæ propter hoc nullatenùs dimembrentur, & insinuare nobis talia teneantur.*

In Regnis Aragonum, & Angliæ, Clerici bonorum immobilium incapaces, nisi amortizentur à Rege.

Maiores Franciæ Comites antiqui, secundum Pares Francicos: Illique poterãt amortizare bona Ecclesiis, modò nullo inde recepto commodo, ac præmio.

17 IDEM planè Carolus 5. ex quo suprascripta decerpsi, sanxit, alienati DOMINII reuocationem in Fiscum. Edictis an. 1358. quo is Franciæ Prorex, & an. 1366. quo Rex iura dictabat. Sed vtrobique dempto, quicquid in DEVM, eiúsque Sacrificos pio munere collatum esset. Dagobertus certè primùs à Nic. Gillio perhibetur, Regium Coronæ Patrimonium Templis mancipasse. In Francic. Annalib. Similiter Romano Cæsari legibus interdicta est Imperialium fundorum alienatio: Eos tamen si transtulerit in sacra Delubra, quæ DEVM ipsum repræsentant, censetur *dimisisse in manu superioris*, vt Bartoli phrasin vsurpem in Procem. Digest. col. vlt. Argum. Can. ab exordio 35. Distinct. Sic Antonini Cæs. Oratio, donationum inter coniuges prohibitoria, minimè extenditur ad contractas piam in causam l. Si sponsus §. Concessa donatio est sepulturæ ergò ff. De donat. inter vir. & vxor. Gulielmus Cuneus ad l. Sed & si possessori §. item si iurauero ff. De iureiur. Bart. in l. Scius & Augerius. D. ad l. Falcid. Alexandr. Consil. 152. verf. 3. lib. 2. Speciatim verò Anton. Corsetus putat, Regaliorum ius Templis remitti posse à Principe, simul & ex profanis rebus clientelæ sacramentum. In cap. Grandi. (28. col.) De supplen. neglig. Prælat. In 6. Matth. Afflict. in Neapolitan. Constitut. tit. De iurib. & Regalibus Regum. Nec enim *feudaria*, similisve humana seruitus aptè coheret rebus diuini iuris, & DEO consecratis: quæ hoc saltem seruitutis iugo facilè à Regibus eximuntur. Innoc. ad cap. Solitæ. De maiorit. & obed. Abbas in cap. Ex diligenti. De Symon. Iuxta cap. Indignum. De regul. Iur. Hæc enim remissio, nón tam dicenda donatio est, quàm remuneratio eorum, quæ Principes olim tuendæ dignitatis suæ gratio retinuerint in prædiis Numini dicatis. Id quòd fusè exagitat Præposit. Mediolanen. ad Can. Constantinus 96. Distinct. Neque his malè adplicatur Dauidis Regis Oraculum sanctius, (Paralipom. lib. 1. cap. vlt.) IN MANV TVA, DOMINE, VIRTVS ET POTENTIA, TV DOMINARIS OMNIBVS. EGO AVTEM ET POPVLVS, QVID SVMVS? QVID POSSVMVS TIBI PROMITTERE, VEL DARE? CÙM TVA SINT OMNIA, ET HÆC IPSA, QVÆ DE MANV TVA ACCEPIMVS, DEDIMVS TIBI. Quocirca Senatus Aquensis rata esse decreuit aduersus Regium Actorem, & ForiIulij opidanos, donata quondam ForoIuliensibus Episcopis ab Ildefonso Narbonensis Prouinciæ Comite Idib.

Ordinationes reunionis ad Coronam, alienatorum Domaniorum Regni.

Nec Reges tantùm, sed Comites Galli, regiè benefici in Ecclesias fuêre. Nam Petrus Comes Antissiodoren. & Tornadorensis permisit Fratribus Quinciaci Cœnobij, Lingonen. diœcesis, varias possessiones circum Monasticas Ædes suas acquirere an. 1109. Iisdemque Religiosis Guido Niuernen. Comes dederat antea fundos, iura pascuorum & pastionis pecorum suorum, Charta an. 1175.

Donatio die 13. Nouemb. an. 1213.
Arestum Parlamenti Prouinciæ die 14. Iulij 1511. & Magni Consilij regis die 23. Januar. an. 1523. pro Episcopo *de Freius en Prouence.*
Horum Regum Ludouici & Philippi Diplomata prænotauimus cum die & Consule, sup. lib. 1. tit. 13.
Richardus & Iohannes Angliæ Reges, Andium & Cenomaniæ Domini, matrimonio Gotrofredi Andium Comitis, & Mathildis filiæ Regis Angliæ, maiorũ suorum Normaniæ autem dominabantur illi, tanquam oriundi à Gulielmo Normano Angliæ domitore.
Rhodij, dicuntur hodie Melitenses Equites. Quorum Ordini Clemens 5. Papa Templariorum, bona concedi permisit. Ex Platina, & Volaterrano.

Nouemb. an. 1213. huiúsque filio Raymundo Berengario an. 1224. Karolo 2. an. 1296. Renato an. 1458. Hi quippe liberaliter Ecclesiæ ipsi erogarant profana in suam in sacris fundis iurisdictionem, quanta maxima Comites antea præditi erant. Id quod Senatoria Curia apud Aquas Sextias confirmauit, dempto Regaliorum iure, ac superioris Imperij, quod donatione transferri, abdicaríque non posse pronuntiauit. Solenni Iudicio pridie Idus Quintiles an. 1511. Cui conforme accessit Prætoriani Consilij Decretum eosdem inter litigatores 10. Kal. Februar. an. 1523.

In alia tamen causa habetur bonorum Fiscalium largitio profusior in sacras Basilicas, opimis iam dotatas latifundiis. Quali largitione vsum ferunt Ludouicum XI. Regem, irrita facta deinceps, & rescissa in publico Galliæ conuentu. Vt refert Ludouici coætaneus, eiúsque vitæ scriptor Comminius, cap. 129. Nam multùm interest, Reges nè publicum Sceptri patrimonium transcribant Hierarchico ordini, an priuatis fundis eundem liberè frui patiantur. Sic Hierosolymitani Equites ius morticinæ possessionis impetrarunt plebeiarum priuatarúmque fortunarum, non modò à Ricardo & Iano Neustriæ Ducibus, Andium & Cenomaniæ Comitibus, verùm etiam à Ludouico 8. & Philippo Pulchro Regibus Galliarum. Cuius Rescripto Philippi hæc adiiciuntur: *Quòd bona immobilia acquisita per ipsos, quocunque nomine censeantur, à temporibus retroactis, hucusque vendere, vel extra manum suam ponere, financiam quamcunque pro eis præstare minimè compellantur: Sed eadem perpetuò concedimus liberè retinere. Et id quod ab eis de cætero acquiri continget pro necessitatibus suis, liberè apud ipsum Hospitale remaneat perpetuò, absque coërcitione vendendi, aut finantiam præstandi.* In hanc quoque Rhodiorum militum Familiam transtulit Philippus 4. prædiarias Templariorum facultates: quùm istos Princeps simul & Pontifex Max. è medio sustulissent. anno 1312. Regiis tamen omnibus in Ecclesiam beneficiis longè est illustris illud Karoli Mag. munus, immortali sanè præconio dignum, quo Pontificiam Gallorum primus sanxit iurisdictionem. Ne videlicet sacerdotes ad profana vocarentur subsellia, sed eorumdem lites, presbyterorum Ecclesiæ iudicio dirimerentur. Ex Constitutionibus Caroli ab Ansegiso Abba collectis. Quas etiam memorat Yuo Carnutum Antistes, lib. 6. De causis & negotiis Clericorum. Can. Quicunque. Can. Omnes. Can. Volumus XI. quæst. 1. Ne aliis immorer, qui Episcopalis fori institutionem tribuunt Theodosio Imperatori.

De annuorum Domanij redituum dispensatione.

Insvper annui Regiorum fundorũ prouentus magna ex parte addicuntur Ecclesiis, earúmque alendis Sacrificulis adsignantur. Antiqui enim Galliæ Reges quadrifariam partiti sunt Dominicos reditus annuos. Vna in sacram stipem Clericorum, ac inopum parte conferenda, alia in Mensam Principis, tertia in Aulicorum stipendia, familiariumque Ministeriorum, postrema in refectionem Arcium, pontium, Ædiúmque regiarum. Residuum, si quod esset, à Præfectis Fisci, in Gazophylacio recondebatur. Eámque ob rem memoriæ prodidit Monstreletus, exhausto Franciæ Ærario, Regia quoque supellectili, omnes Populi Ordines Lutetiæ coactos expostulasse acerbiùs, coram Karolo 6. Rege an. 1412. quòd Regia Gaza in quadruplicem tùm vsum minimè impenderetur, abs prudenti Maiorum suorum instituto, sed qua Aulici tantùm dispensatores ac Quæstores pauculi rem suam priuatim augerent. Annua veterum Regum legata cœnobitis ac sacerdotibus iam non persolui, Regios Eleemosines piæ benignitatis munere in egenos non perfungi. Domesticas antea Principis rationes sumptuarias non excessisse quatuor & nonaginta Francicorum millia, tum verò quingenties mille libellas fermè imputari in annuas Principalis mensæ rationes. Franc. Histor. Lib. 1. Cap. 99. Quænam inde publica manarit calamitas, rebus penè Gallorum accisis, nimiùm est patriis Annalibus peruulgatum. Dicet aliquis, Regem, quasi maritum, fructus suos facere dotalium Reipub. prædiorum. Ast hoc ita, modò ne alium in vsum Dominici fructus detorqueantur, quàm cui accepto ferri solent à Principis Rationalibus: Queîs propterea, quotannis expensorum paginas edunt Regij Quæstores, aulicique Oeconomi. Nam vt Regij *Canonis* vetita alienatio est, sic eius redituum incondita inordinatáque distributio. Vti concinnè Claud. Seyssellius, cap. XI. Galliæ

Status generales Franciæ, congregati Parisiis de summa Reipub. an. 1412.
Eleemosynarij Regis.
Enguerranus Monstreletus, in Francica Histor.
Ordinatio Caroli 8. Regis *des Fiefs & aumosnes, ou droictures anciennes deuës sur le Domaine aux gens d'Eglises, Nobles, ou autres.*

licæ Monarchiæ. Proin Carolus 8. persanctè constituit, ne DOMINICORVM prouentuum Coactores minuerent pia legata & relicta Templis, sed ea singulo quoque anno integra solidáque pensitarent. Edicto, an. 1487. quod Terrienus ad literam descripsit lib. 4. Commentar. Iuris Normanici. Aduentitios autem fructus REI DOMINICÆ Carolus 9. destinauit Arcium refectioni, fulturæ-que castrorum Regiorum: Laudimia scilicet, quinam pretij partem fundorum nobilium venditorum, feudi redemptionalia, mulctas, & alia quæuis Dominica prædiorum commoda accidentaria. Lege lata mense Ianuar. an. 1561. quam Conscripti Patres comprobarunt, 5. Kal. Mart. eodem anno. In summa, Francicis Constitutionibus, tenetur Quæstor DOMINICIS prouentibus cogendis præfectus, annua sequentium præstatione defungi, *des Fiefs & aumosnes, gages d'Officiers, fraiz de iustice, œuures & reparations, & autres charges ordinaires.* Regio Errici 2. Edicto, Decembr. Mens. an. 1557. quod in Rationalium Parisiensium Acta relatum fuit 11. Kal. Ianuar. eodem anno.

Edictum verificatum in Curia, die 25. Febr an. 1561. *Que droicts de quints, requints, rachapts, lods & ventes, & autres droicts Seigneuriaux seront employez à la reparation & entretenement des Chasteaux & forteresses.*

Edictum *sur le faict des finances du Roy & de ses Officiers Comptables*, publicatum in Camera Computorum die 22. Decemb. an. 1557.

20 QVIN & cessante ratione piarum erogationum, Moribus recepta est DOMINICÆ cuiusuis obuentionis donatio ob causam præstiti obsequij, gratorumque Principi officiorum. Quo in genere sunt bonorum confiscationes, res desertæ, vacantésque domino vel hærede, nothorum & peregrinorum in bona successiones, Fiscales reliquiæ, fortuitáve alia Regij Patrimonij emolumenta fructuaria: quæ priuatis à Rege vltrò dari, indies experimur. Ideóque Romanis Cæsaribus sigillatim adscriptus fuit Canon largitionalium titulorum, qui de more in paginam liberalitatum sepositus inferebatur Thesauris, vel priuato ærario: vtì ex eo munificus Princeps dona publicè priuatimque conferret. tit. De Canone largitional. titul. lib. 10. Cod. Vnde & idem dictus fuit Comes Thesaurorum, seu sacrarum largitionum, sacrarum remunerationum, vel numerationum, Comes priuatarum largitionum sacriqúe Ærarij l. 2. Cod. De Commeatu. l. Palatinos. Cod. De Palatin. sacrarum largition. l. 4. De Appell. in Cod. Theodos. l. 1. De Quæstor. l. 2. Vt dignit. ord. seruet. l. 2. De Palatin. sacrar. largit. Lib. 12. Cod. Et l. 3. Cod. vbi senat. vel clariss. Eum quidem Comitem asserit Cassiodorus (lib. 6.) præsidere solitum donis Imperialibus, per eum erigi supplicum fortunas, & Kalend. Ianuar. largitiones effundi. Sicuti & Calendis Ianuar. milites. Rom. in nomen Imperatoris iurare consueuerant: Vt inquit Plutar. in Galba, & Dion lib. 57. Illi largitionum dies notantur ab Anastasio Cæs. in l. Laudabile. Cod. De aduocat. diuers. iudic. & Nicephori lib. 10. cap. 23. De Palatinis verò sacrarum Munerationum, Symmachus nominatim Epistol. 29. Exin quoque Cæsares libros seu commentarios habuêre, in quos data, concessa, indulta referebant. Vt Diui Traiani ad Plinium Literis ostenditur, quibus, id quod postulantibus irrogarat ius Quiritium, trium liberorum, munusvè aliud, sua in monumenta redigi iubebat lib. 10. Epist. Plinij. Nec dispari instituto, spondet Hygenus (in lib. De Limitib. Agror.) se libros æris & typum totius perticæ linteis descriptum, Tabulario Cæsaris illaturum, & si qua beneficio concessa, aut assignata Coloniæ fuerint, in Libro Beneficiorum adscripturum.

Regi cuique expedit habere diurnos Regni sui Commentarios, *& vn Thresor, & Thresorier des Chartes.* De quos nos infrà pluribus lib. 3. Tit. 12. Artic. 15.

21 ITAQVE etiam Leo 10. & Anthemius Impp. Constitutionem ediderunt se dignam, vt si bonorum vacantium aliquid gratuitò liberalitérque erogarit Augustus, id perpetuò firmum stabiléque permaneat, nec vllus ea de re inquietetur, quam Principali munificentia consecutus sit. Traianum certè legimus, publicarum pecuniarum fuisse parcissimum. At consulenti eum Plinio de 40. millibus Amisenæ ciuitati donatis respondit, largitiones quidem ex publico fieri mandata prohibuisse, verumtamen, ne multorum securitas subruatur, factas ante aliquantulum temporis retractari non debere, neque in irritum vindicari. Non minùs enim se hominibus cuiusque loci, quàm pecuniæ velle prospectum: Vt Plinius ipse memorat, lib. 10. Epistol. Identidem verò Franci Reges statuerunt suæ liberalitati modum. Nam Philippus 6. Principalem quamque largitatem irritam sanxit, nisi anteriores, quæ à Regibus in eundem collatæ fuissent, disertè exprimeret. Lege perlata Maio Mens. an. 1333. & Decemb. 1335. Octauus item Karolus iussit, Rescripta donatorum Templis, oppidis, priuatisuè, ex salaria merce seu vinaria, publicè venali, quàm primùm discuti, promulgarique in

Ordinatio, *que toutes lettres de dons & octrois faicts aux villes, Eglises, ou particuliers à prendre sur le sel passant, ou vendu aux greniers du Roy, ou sur le vin*

vendu en gros ou en detail, seront verifiees tant par la Cour des Aydes, que par les Thresoriers generaux. Et les dons faicts à temps de 10. ans, & au dessous, seront enterinees par lesd. Thresoriers generaux des finances.

Art. 9. Edicti Regis Francisci 1. an. 1517. Regia Ordinatio die 5. Febr. an 1498. Registrata in Parlamento, die 18. eiusdem Mens.

suprema Vectigalium Curia. Edicto Mens. Iun. an. 1492. quod Franciscus 1. renouauit Iunio Mens. an. 1517. Statuit insuper Ludouicus 12. regium munus non tenere supra DOMINICÆ cuiusque obuentionis dimidium: tametsi generalibus verbis illud conceptum sit. Sanctione edita Nonis Februar. an. 1498. quam Patres Conscripti in Acta sua regesserunt 12. Cal. Mart. eod. anno. Secundùm hæc, Regia pecuniariæ summæ donatio supra aureos mille nummos, exolui vetatur ante vltimum anni semestre. Demptis iis, quæ Legato externi Principis, seu peregrinis aliis Rex certa die numeratum voluerit. Edictis Mens. Decemb. ann. 1523. Februar. 1531. Aprili 1547. Et Octobr. an. 1556. art. 20. Rursùm Franciscus 1. lege cauit an. 1539. (mens. Maio) Regia prædiorum munera, donatarij obitu resolui, nec ad liberos quidem protrahi, nedùm ad hæredes purè, sed in corpus referri patrimonij Fiscalis. Eadem simul Lege edixit Princeps, alienatas pro tempore Res Sceptrorum, ilico circumspici, lustrari à Regio locorum Magistratu, quoque in statu sint, nemora præsertim, obseruari: Vt pari in causa conditioneque tandem Fisco restituantur. Porro Henricus 2. vsquequaque interdixit regij in in priuatos Muneris adsignatione ex Reliquis publicorum Ratiociniorum: Quæ nimirum sacrata essent regio Canoni distracto redimendo cap. 6. Constitutionis Francicæ mens. Dec. an. 1557. Munifica dehinc Regum Diplomata, quæ mille scutatorum summam excedunt, probanda sunt imprimis Rationalibus regiis, nec priùs iure subsistunt, quàm iis calculum addiderint Magistri rationum Principalium. Gallicis Legibus, quæ repetuntur Edicto Blesensi an. 1579. artic. 354. Quo pariter Edicti capite sancitum est, donatarium Principi obrepsisse videri, nisi quæ proxima trieteride ipsi data sint à Rege, specialiter explanarit. Ibidem quoque Regia munera intelliguntur, deductis Regiæ Aulæ impendiis, ordinariisque aliis oneribus. Præterea Breue regij beneficij indulgentiæque chirographum quouis nomine, inefficax redditur post menstrui temporis lapsum: (artic. 80. Edicti Molinens.) quasi Cæsarea illa Diplomata, quæ præterito ipsorum die obseruari non debebant. Plinianis Epistol. 54. & 55. lib. 10. Quin & Carolus 6. in ius suum annua stipendia reuocauit, quæ Senatorio magistratu abeuntibus, viuis decreuerat: Iis solis demptis, qui viceno annorum curriculo integro eum Magistratum assiduè obiissent. Edicto 3. Nonas Decemb. an. 1408. Iuxta ea, quæ veteranis emerita professoribus dari consueuisse, produnt Theodosius & Valentin. Augusti l. 1. Cod. De professor. qui in vrbe Constantinopol. lib. 12. Eòdem alludit Fab. Quintiliani exemplum, suis demùm studiis quietem impetrantis, quùm ea per 20. annos erudiendis iuuenibus impendisset.

Edictum *du reiglement des Finances & Officiers comptables* an. 1557.

Les Breuets de don, congé, & dispense, pour quelque cause que ce soit, n'auront aucun effect vn mois apres la datte d'iceux.

Edictum die 3. Decemb. an. 1408. Reuocationis donorum *des gages à vie faicts aux Conseillers des Parlemens, hors-mis ceux qui auroient seruy 20. ans.*

21 QVOD attinet ad Sacrum ipsum Regni Patrimonium, vix est, vt priuatis tutò mancipetur: quamuis donatione, meritorum officiorùmque prætextu inumbrata. Multi (fateor) suis scriptis adstruunt, confirmántque Regiam publici prædij largitatem, quæ Diademati graue non adferat detrimentum. Oldrad. Consil. 94. Et hoc Neapolitana lege cautum asserit Matthæus, in Rubr. De præstan. sacramen. Baiulis & Camerariis. Eadem ex causa proficiscitur hæc, in quam à plurimis itum est, sententia, DOMANII beneficiariam concessionem valere, summa retenta penes Regem fundi proprietate, honorifica eminentia, iure deuolutionis, aliisque id genus patronalis imperij rationem spectantibus. Huiusmodi enim cautionibus aiunt Regium decus, Regalisque fastigij symbolum conseruari, nec tali donatione Augustam minui Celsitudinem. Abbas Sicul. Consil. 3. volum. 1. Bald. in procœm. Feud. & in l. 1. Cod. Vnde cogn. Oldrad. Consil. 49. & 95. vbi Hispanicæ Constitut. meminit, alienationum prohibitoriæ fundi Fiscalis, nisi vel ingruente Regni necessitate, vel vtilitate suadente. Anton. Corsetus in Tract. De Potestate regia. Verùm enimuerò Francica lex improbat nouas SACRI CENSVS cõcessiones quouis beneficij nomine, art. 17. Molinens. Edicti, an. 1566. Sic propemodùm à Theod. & Valent. Impp. vetitum comperimus, ne liceret denuò Patrimoniales, seu limitaneos, seu saltuenses fundos, qui per tractum Orientis positi erant, in priuatum ius transferre: Quòd si nonnulli Cæsaream liberalitatem promeriti essent, ea tantùm conditione possessiones Regalium fundorum donatas haberent, si *Cunctatus, Pastucas, Parauerédos, species,* &

Domanij Regij datio in Feudum, reseruato penes Regem homagio, ressortu, honore, & omni superioritate.

Nouæ infeudationes *Domanij* prohibitæ. Edicto Molinensi.

& coëmptiones ſecundùm priſtinam conſuetudinem iniungendas, & alia vniuerſa Fiſci calculis dependerent. Nouella Conſtitut. De Patrimonial. rei Dominicæ & limitrop. fund. ad Orientem poſitis. Et Conſtitut. De reſcindendis vendition. rei Domin. Antiquitùs hercle noſtri Reges clientelæ legibus dabant prædia Reipubl. Ita Clodoueus 1. Aureliano, beneficij iure attribuit Milidunum caſtrum, Ducatúmque totius regionis. Sub annum 500. Vt eſt apud Aimoynum, De Geſt. Francor. lib. 1. cap. 14. Quales in feudum dationes Fiſcalis DOMINII, qui iuſtas putent, Auctorum turba obruimur. Lucas Pennatus ad l. 2. Cod. De capitat. ciu. lib. 10. Vbi Siculum Regem ſcribit, DOMINICA prædia diſtrahere poſſe infra vicenas vncias prouentus annui. Haud ſecus alienationem Rerum Fiſci ab Vladiſlao factam Rege Siculo, in Comitem, probauit Lud. Romanus I.C. qui Regaliorum etiam iura cum fundis tranſlata reſpondit videri. Conſil. 271. Per hunc modum Ananias legitimam cenſuit donationem à Mediolani Duce collatam fundorum Aſtæ Coloniæ: qua tamen in Regione Dux, Vicaria ſolùm Romani Principis poteſtate nitebatur. Conſil. 81. Vicario autem eo munere Ianum Galeatium, cum Ducatus Inſignibus, ornatum fuiſſe primum, refert Baldus, Iuris Reſponſo. 326. 327. 328. & 333. Volum. 1. Imò & idem Bald. in ea fuit hæreſi, vt arces ac latifundia, quæ primæuo iure DOMANIO nuncupata eſſent, indiſcriminatim dari poſſe beneficij titulo exiſtimarit. In cap. 1. De alienat. feud. permut. Socyn. Conſil. 4. Volum. 3. Quò loci multis rationibus adiuuatur beneficiaria quarumdam Arcium conceſſio, qua Dux Allobrogum. Comitem Rotarium honeſtarat. Eóque minùs mirandum, Regiæ clientelæ prædia, quæ Magnatum virorum ſcelere commiſſa, Regio Patrimonio connectuntur, Baldi iudicio tradenda eſſe iterum à Principe aliis Equitibus beneficiaria lege. In cap. 1. §. ſi verò. Qualit. olim feud. poter. alien. Corſet. De Poteſt. reg. Quæſt. 74.

Melun. Iſthîc Aimoynus Beneficij verbum vſurpat pro feudo: Vti etiam Sigebertus In Chronico an. 1007. ita loquens, *Henricus* Imp. Valentianas Balduino Flandrenſium Comiti beneficiauit, vt ſibi contra motus ſuorum auxilio eſſet.

Le Comté d'Aſt.

De Iure tamen Rex hoc caſu licitè retineret penes ſe Ducatus confiſcatos, Comitatus, aut Caſtra fortiſſima, quę eſſe poſſent æmulatiua Reipub. Inquit Benedict. in ca Raynutius In Ver. ſucceſſio ab inteſtato Num 859 cum ſeq. Etiam ſi illa feuda dependerêt ab alio quàm à Rege, ſed data hoc caſu domino feudi recompenſa ſufficienti.

23 ID autem ipſum in Gallia non vſquequaque ſeruari, oſtendit Titulus Lib. Rationalium Pariſienſium: *Ordinatio, de reparando vel recuperando hæreditagia donata per confiſcationem.* fol. 10. an. 1428. Si enim Regij purè beneficij prædia ad patronũ Regem reuerſa ſint, & in publici patrimonij corpus redacta, nihilò ea rectiùs, quàm Fiſci patrimonialia, licet Regiis legibus emancipare. Vt toties antea monuimus. Itaque nuper, poſtulante Regio Pictonum Actore, immiſſa eſt manus publica in varios fundos Pictauenſis Prouinciæ, quos priuati iamdudum poſſederant, Octob. Menſe, anno 1583. Putà, Regius Procurator intendit, Laurentium Vernonem olim à Rege coëmiſſe Caſtellariam ditionem *De Monſtreulbonnin*: Catharinæ item Inſulanæ tranſcriptam à Regibus Caſtellaniam *de Gencay*: qua ex Catharina Tremolij proceres ducunt originem. Iiſdem pariter Tremoliis quæſitæ feruntur Dynaſtiæ *de Benon & Fontenay labatu*, antiqua permutatione cum Karolo 5. Rege contracta, Septemb. Menſe an. 1378. Cuius tabulas permutationis legi, cámque recenſuit obiter I. Tilius, Antiquitatum Regiæ Gallicæ ſtirpis Lib. 1. Nam ſexennio antea, Benoniam Arcem illam, etſi munitiſſimam, ſcribit Froſſartes, à Gallis obſeſſam, captámque fuiſſe, cæſo Anglorum præſidio vniuerſo, an. 1372. Hiſt. Volum. 1. cap. 311. In Santonibus præterea, Arces & Caſtellaniæ *de Pons, Plaſſac, Mornac*, aliæque dicuntur in Fiſcum relatæ quondam perduellione Reginaldi Pontij: Cui tamen Ludouicus XI. in exordio Regni ea prædia conceſſerit. Vtut ſit, Francicis Moribus, REI DOMINICÆ alienationi non ſufficit vtraque & meritorum donatarij commemoratio, & *feudaria* penes Principem retentio ſuperioris dominij. Quòd ſi iis cumulo adiungas priuati Equitis dignitatem cum ſumma militarium officiorum ratione coniunctam, eo caſu non facilè reſcinditur alienatio prædij fiſcalis. Publica enim, & in Rempub. collata merita, publicis penſare muneribus quid vetat? Argum. §. arripiant. In Authen. Vt omnes obed. iudic. Ac propterea Dionyſ. Pontanus in Commentar. Bleſenſ. Conſuetud. narrat, ſe apud Anton. Pratianum Franciæ Iuriſpræfectum cauſam egiſſe Domini Caſtellaniæ Monſterioli Bonniti, quam Fiſcales Magiſtratus lege condicebant DOMINICI fundi reuocatoria. Quanquam enim is Caſtellarij prædij donatorẽ agnoſceret Karolum 7. Regem: eo tamen pacto donator ſibi deuinxerat, adeóque remuneratus fuerat egregium militem natione Scotum, cuius res bello geſtæ in Anglos Francici nominis

Catharina *de l'Iſle*, Bouchardi filia, *Dame de l'Iſle Bouchart, de Douay, &c.* vxor Guidonis domini *de la Trimouille*, an. 1430.

Ianæ *de Dreux* & Ludouici Vicecomitis *de Thouars* mariti, filiæ Petronilla & Margareta Regi ceſſerunt iure ſuo *du Comté de Dreux* permutatione *du Comté de Benon &c.* A quibus *de Thouars*, Tremolij domini exierunt.

Comte de Benon. In Cap. *De la Branche de Dreux, Aux Memoires du Tillet.*

Regnaut de Pons.

Benonio proximum Caſtrum *de Surgeres*, ſtatim à capto illo, Gallis, diſcedente hoſte, redditum fuit. Ex Froſſarte ibidem. Quæ Batonia *de Surgeres* fuit Iani Archiepiſcopi & Ianæ *de Surgeres* vxoris, an. 1346. Indéque per filias, Claromontani domini, Tum ex Ludouica *de Clermont*, & Rodigo *de Fonſeques*, coniuge an. 1474. Hiſpano, Raymundi filij, qui fuit proauus moderni Baronis.

Anton. *Duprat*, Franciæ Cancellarius.

Sic infeudari poſſunt vel alienari bona Eccleſiæ propter remunerationem ſeruitiorum impẽſorum nedum Eccleſiæ, ſed Prælato ipſius Eccleſiæ, quando contemplatione Eccleſiæ, Panor. In cap. Ex pręſentium De Pign. & in cap Per tuas De donat.

Venditio Die 12. Auguſti an 1416. facta à *Ioh. l'Archeueſque, Sieur de Partenay, en Poictou.*

Die 21. Ianuar. an. 1419.

Meſſ. Artus de Bretagne, Conneſtable de France.

Regiæ Literæ Confirmationis, die 9. April. an. 1434. quæ tamẽ regiſtratæ ſunt in Parlamento, in hunc modum: Lecta, publicata & regiſtrata de expreſſo præcepto Regis ore facto.

hoſtes, regium beneficium adæquarint. Pontan. in tit. 3. artic. 10. Bleſen. Conſuet. Quòd ſi Regem Curatori Reipubl. compararis, licitum eſt tutori, ex re pupillari mutuam parémque meritis referre gratiam l. Cùm plures §. vlt. ϖ. De adminiſt. tutor. leg. 1. §. 4. 5. ϖ. De tutel. & ration. diſtrahen. Eadem Templi Præfecto attribuitur poteſtas Legibus Pontificum Can. Quicunque ſuffragio Cauſ. 12. quæſt. 2. cap. per tuas De donat. Idque in ſucceſſoris beneficiarij diſpendium, vt vult Iohan. Andr. in Rubr. De reb. Eccleſ. non alienan. Notum eſt, ad hæc, Regem olim ære dato Sceptris quæſiiſſe omnia Ioh. Archiepiſcopi latifundia, magnatis Parthenaij. Pridie Idus Sextiles, an. 1416. Ac deinceps Carolum 7. Franciæ Rectorem cum venditore pepigiſſe, vt ea ſibi pretio transferiberet lege perpetuæ fundorum vnionis cum regio Pictonici Comitatus territorio ac Patrimonio. Tabulis 12. Kal. Febr. an. 1419. Nihilo ſeciùs idem Rex factus, earum ditionum (maioris ſaltem partis) munere affecit Arcturum Armoricum, qui Frãcicæ militiæ Magiſterium tenebat, an. 1425. Cuiuſmodi munus, raris interim bellicæ virtutis operibus à donatario editis, firmauit itidem Princeps. Codicillis 5. Idus Apriles, an. 1434. Venditoris autem illius opulenta hæc erant latifundia, *Partenay, Secondigny, Vouuant, Meruant, Moilleron, Dorquemine, Sallebert, Caſtellaillon en Xainctonge, Matheſelon, Dureſtal, & la maiſon de Cheuigne.* Obſeruandum porrò, ſupremi dominatus iura, quæ Regiæ cunque Dignitati fixa hærent, in priuatum non poſſe qualibet militaris operæ Penſatione transferri. Lucas Pennat. ad l. Contra publicam. De re milit. lib. 12. in l. 1. De Priuileg. ſcholar. & in l. 1. verſ. augere. De veteran. lib. 11. Cod. Albericus in l. 1. ϖ. De offic. eius cui mand. eſt iuriſd. Feudiſt. in cap. 1. Quæ ſunt Regalia, Canoniſt. ad cap. 4. De offic. legati. Præterea ſic temperatur Regia fundorum ceſſio, Siculis præſertim Conſtitutionibus, ne Principi liceat clientes ſuos *Demaniales* diſtrahere in Proceres quoſquam, ipſorum vt ſint *Perangarij*, adſcriptitij, operiſque addicti ſeruilibus. De quibus, latiſſimè Anton. Capycius Regij Conſilij Neapolitani Præſes, In Deciſ. noua Neapolit. 168. Cæterùm Gallico vſu quatenùs recepta ſit aut improbata Rerum Fiſci conceſſio beneficiaria, quoniam de toto hoc genere nuncupatim edixit Princeps, ſeorsùm à Nobis explicabitur inferiùs. Iuxta cap. 17. Legis Regiæ Molinenſis.

Infrà lib. 3. tit. 15.

24 VNVM in præſens obiter interſeram, Regiis huiuſmodi Pactionibus ſeruandis, quibus ſacræ Conſtitutiones non repugnarint, obligari etiam ſucceſſores: & primogenitum obnoxium eſſe diſſoluendis nominibus, eorúmque debitis, quibus Regium in Solium ſucceſſerint. Maximè, ſi in cauſam Reipub. conflatum ſit æs alienum. Cyn. & Bald. ad l. digna vox. Cod. De legib. Idem in l. Qui ſe patris. Cod. Vnde liberi In l. penult. Cod. De bon. quæ liber. & in l. Donationes quas vbi Igneus Cod. De donat. inter vir. Felyn. & Dec. ad cap. 1. De probat. Innocent. ad cap. Intellecto. De iureiur. cap. 1. Qui ſucceſſores teneantur. In Feud. Ananias in cap. vlt. Ne Prælati vices ſuas. Quod enim iactatur veteri S. Conſulto decretum, an. 1256. REGEM NON SOLVERE DEBITA PRÆDECESSORVM SVORVM, fol. 105. in lib. 3. OLIM: Id duriuſculum planè videretur in Regnis hæreditate delatis, non comitiali ſuffragio: niſi ab hoc ſtricto Iure exciperetur ſpecialis ratio æris alieni contracti è re dignitatéque publica. Bartol. ad l. Prohibere §. planè D. Quod vi aut clam. Bald. in tit. De Pace Conſtantiæ. Ad verſ. Succeſſorum, & in cap. 1. De nat. feud. Ex contextu cap. 1. De probat. & Can. Iuſtitiæ 25. quæſt. 1. Afflictus Deciſ. 17. Num. 5. & Deciſ. 282. num. 7. Alberic. in l. 1. col. penult. D. De offic. Procurat. Cæſar. Qua tot Iuris auctorum polygraphia colligimus ſucceſſorem in Regnum, Ducatúmve hæreditarium, Pacto teneri deceſſoris alienantis. Demus pariter, ſucceſſorem onerari à deceſſore non potuiſſe in rebus propriis ac priuatis, niſi interpoſito ad id ſucceſſoris conſenſu: in rebus certè ad Dignitatem pertinentibus, ſucceſſor in Dignitatem, anteceſſoris contractui alligatur cap. Abbate ſanè. De re iudic. Apud Bonifacium 8. Pontif. Max. Quo loco nepos ex fratre, idémque Regis Tarraconenſis hæres, ſtare coactus fuit Roſelli agri donationi, qua patruus Cœnobium auxerat, adſcripta conditione, ſi donatum prædium, quod Barbaræ religionis cultores occupabant, armis in poteſtatem redigeretur. Quippè quùm

An filius ſoluat patris debita ex bonis Feudalibus, ſi alaudialia non ſufficiant, expeditum eſt, in Feudo hæreditario teneri: non in eo quod ex mero Pacto concedentis ad deſcendentes peruenit. Yſernias in cap. 1. an. agnat. vel fil. Afflict. Deciſ. 112. Alexand. Conſil. 19. lib. 5. Iaſ. in l. ſi non ſortem §. ſi libertus. ϖ. De condict. indeb.

quùm is ipse donatoris successor, prædium Regiis vexillis, regiísque viribus Imperij, non priuatis recuperarit. Capyc. in Decis. noua Neapolit. 121.

25 Ab aliis, contrà, obiicietur, Regem cum Regno eandem rationem habere, quam Tutor cum pupillo, curator cum adolescente, maritus cum vxore, gubernator cum nauigante nauem, Templi sacerdos cum Ecclesia sacra. Ac veluti istorum omnium, sic Regum successor in disquisitionem vocabit, nûm Conuentio inita cum defuncto, vtilis sit, an noxia Reipub. vt eam liberè vel adprobet, vel repudiet. Quare vt huic occurratur molestiæ ac incommodo, non exigua priuatis cautio est, explorare & expendere priuatum Regis, qui cum ij contrahant, patrimonium: Quo assiduo & locuplete Agro sponsore, haud dubium est, posteros quosque eius possessores, defuncti Conuentis obstringi. Argum. l. etsi is. Cod. De præd. minor. Bald. Responso 271. Volum. 1. Nam res propriæ peculiarésque Regum eo loco habentur, quo patrisfamiliâs cuiusque fortunæ ac facultates. Vnde nec vllius magis refert, quàm Principum ipsorum, priuatos fundos separatim habere, ipsorúmque patrimoniales, nedum publicos: vt illis freti suffultíque prædiis quasi prædibus, aliquem nancisci possint, cui fidem dent, exoluántque pariter, secum paciscenti. Quemadmodùm enim in re vxoria, παρὰ τὴν φερνὴν.. i. præter dotem (quæ Legibus inalienabilis est) παράφερνα sunt mancipi, liberique vxorum arbitrij. Ita præter dotales Reipub. opes, expedit Regibus, eundem in vsum commerciúmque liberum, priuato instrui peculio. Cuius etiam nomine Peculij Gallos παράφερνα significasse, testis est Vlpianus in l. Si ego. §. Dotis. De iur. dot. Karolus itidem Aureliorum Dux pater Ludouici 12. Regis, nisi subnixus fuisset priuata quadam & hæreditaria fundorum substantia, vix potuisset carcere Anglico solui, creditísve pecuniis, aut familiarium amicorúmque meritis satisfacere ex publico Regni DOMINIO, quod adstrictis Regiæ fiduciæ legibus detinebat. Sed quia Carolus Blesensi & Dunensi Comitatibus potiebatur, suis ac propriis, fraterna in se grati animi officia rependit Iano Aureliano fratri notho, illustri munere Dunensis Comitatus, in Iani posteros omnes transmittendi, qui ex iustis nuptiis seriatim propagarentur: Addito eo, ne beneficiariis istis liceret, Dunensem Comitatum oppignerare, nedum distrahere, nisi in causam muliebris viduarum dotalitij, seu vsusfructus nuptialis. Bino donationis Instrumento: priore, Calesij ad Itium portum exarato 12. Kal. Sextiles an. 1439. Altero Lutetiæ 14. Kal. Febr. an. 1440. Quæ donator repetiit denuo, ac comprobauit, Augusto Mense, an. 1441. De priuatorum autem fundorum conditione libera, quæ proposuimus, ciuili modo accepta volumus, nisi & ipsi publici euadant, aut publico dedicentur in necessariam huius tuitionem Imperij. Vt celebri PATRVM iudicio definitum est, 7. Kalend. Octob. an. 1568. de Subcomitatu Martiguyo, Phocensis Prouinciæ, controuerso inter Procuratorem fisci, & Sebastianum Lucemburgium. Hunc quidem Procomitatum liquebat, priuatam esse auitámque Lucemburgij ditionem ab Testamentario legato Karoli Prouinciæ Comitis, an. 1481. Quoniam tamen limitaneus erat, & in finibus Regni constitutus ager, Senatus eum Lucemburgio adiudicauit: hoc imposito onere, vt quoties Principi placeret, in corpus DOMANII eundem inferri, Lucemburgius fundo cedere teneretur, æquiualentibus aliis priuati iuris, priùs compensato. Nec aliter Principi & Senatui visum de Castro ad Mosellam amnem, & Arce Blainuillæ, hostico Franciæ limiti oppositis. Quippè Ludouicus 11. sibi ære comparauit à Renato Andegauo, Barrensi Duce, *feudatarium* ius hominiúmque Arcium istarum, à Ducatu Ambarro pendentium clientelæ nomine, an. 1480. Emptoris inde filius Karolus 8. Diademate sacrauit, iniunxítque perpetuò limitaneas Arces: graui interdicto, ne vnquam è Regia possessione emitterentur, Rescripto an. 1483. quod Senatus extemplò iussit promulgari 10. Kal. Decemb. an. 1484. Eam pariter Vnionem sanxit Ludouicus 12. Epistola aperta an. 1498. Cui ORNATISS. CVRIA suum adiecit calculum 14. Kalend. Sextiles eod. anno. At enim Franciscus 1. Antonio Lotharingiæ & Ambarro Duci remisit superius illud patroni in ea Castra dominium atque imperium, an. 1517. quòd militari Ducis opera vsus esset Heluetico in prælio, fœlici Marte conserto apud Insubres, an. 1515. Curia verò Lutetiana, regij Diplomatis publicationi hanc attexuit clausulam: *Ex ordinatione Domini Regis, ac de eius ex-*

Contractus cum Prælato, vel administratore alio temporario, est personalis non realis: nisi causa iudicio cognita omologetur, cap. Veniens De transaction.

Vxoris bona paraphernalia, de quibus in l. Hac lege & l. vlt. Cod. De Pact. conuent.

Hic Carolus Aureliæ Dux antea dederat fratri notho Aureliano ditiones *de Rommorantin & Millançay*, cum Virtutũ Comitatu: sed posteriori dono Dunensis Comitatus donator alia priùs donata recepit, & retinuit homagium recèns donatorum.

Die 21. Iulij, an. 1439 & 19. Ianuar. an. 1440.

Arestum Curiæ, die 25. Septemb. an. 1568. de Viceecomitatu *de Martigues*, in Comitatu Prouinciæ, *à la charge de rendre au Roy led Vicomté de Martigues, quand il le voudroit incorporer à son domaine, en le recompensant d'autres terres de pareille valeur & qualité non domaniales de la Couronne.*

Chastel sur Moselle, & le Chastel de Blainuille.

Literæ patẽtes vnionis & incorporationis cum Corona, homagij Castrorum *sur Moselle, & de Blainuille*, verificatæ in Parlamento, die 22. Nouembr. an. 1484.

Confirmationis Literæ Vnionis præd. Quæ in Parlamento registratæ sunt Die 19. Iulij 1498.

Secretum Arestum, seu Registrum Curiæ die 7. Septemb. an. 1518.

presso mandato. Deinde S. C. tacito cauit, Senatoriam Diplomatis promulgationem minimè posthac fraudi cuiquam fore, nec Regi aut successuris in Regnum obfuturam 7. Idus Septembr. an. 1518. Talia S. Consulta fecit nonnunquam Romanus Senatus, quæ nimirùm publicæ necessitates apud antiquos excitarint. Nam si fortè vis aliqua immineret, quæ Senatum cogeret humilia capere consilia, vel aliqua constituere, quæ non priùs oporteret dici quàm effici, S.C. tacitum fiebat, ita vt non scribæ, non serui publici illis actibus interessent: Senatores exciperent, omniúmque officia Scribarum implerent, ne quid fortè proderetur. Capitolino teste in Gordiano. Cuius instar est, quod hodie apud Patres Parisienses, *Mente retentum* dicunt, vel arcanum Regestum.

Hoc S.C. tacitum fuit contra Maximinum.

Retentum in mente Curiæ.

Tit. XV.

DE IVDICIIS, ET VBI DE DOMANIO AGI OPORTEAT.

1 *Lutetianum Senatum, de vniuerso quondam* Domanio *ius dixisse.*
Thesauri *Camera, apud Lutetiam.*
Quartæ Senatorum Classis, de Dominio *Regio iudicaturæ, à Francisco 1. Institutio: cuius tamen cognitio dein ad maiorem Curiæ Classem translata est.*
De Romanorum rebus Dominicis, Præses prouinciæ cognoscere solitus.
Regias Domanij *alienationes & donationes, in Senatu Parisiensi examinandas, & comprobandas esse.*

2 *Ante Philipp. Pulchrum Regem, Franciæ* Parium *Concilium statis anni temporibus indici solitum.*
Apud Græcos Concilium commune, Pan Ionion, Pan Ætolium, & Amphyctionicum.
Parlamentis *Gallicis Duodecimuiri, seu 12.* Pares *Franciæ, olim præesse soliti.*
Anglica omnium Ordinum Concilia, quater singulis annis, Parlamenti *nomine, haberi solita.*
Normanorum Iuridici olim conuentus, Scacarium *vulgariter dictum.*
Missi Imperatoris, qui, & Missaticum.
De plerisque Principis in Normania Iuribus.

3 *Alenconium* Scacarium, *ab vltima antiquitate repetitum, eiúsque auctoritas.*

4 *Suprema Armoricæ regionis Iurisdictio, à quibus initiis profecta, & quibus progressibus vsa.*

5 Parlamentum *Franciæ, olim ambulatorium, deinde statarium.*
Iuridici Hispanorum Conuentus, Valdolitanus, & Granatensis.
Hispanos legibus Romanis in vulgarem sermonem translatis vti.
Ius ciuile Romanorum, parum in Anglia vigere.
Philippi 3. & 4. De Romano Iure, Edicta.
Honorij 3. P.P. de eodem Rescriptum.
Quod Romanis lex Rhodia, id Gallis Ius Romanum.

6 *Parisiense Palatium, à Philippo Pulchro Themidi dicatum, & ibi* Parlamentum *statarium factum.*

7 *Gratianopolitani, Burgundi, Rothomagensis, Aquensis* Parlamentorum *institutores.*
Magnum Consilium, quando institutum in Gallia.
Vectigalium, & Indictionum immunitas, Senatui Parisien.
Britonico, Delphinali, Allobrogico à Regibus concessa.

8 *Scotorum suprema iurisdictio,* Iustitiarij *iter vulgò dictum.*
Magnorum Dierum Trecensium, Pictauensium, Montisferrandi, aliorúmque institutio indictióque.
Parlamentum *legis, apud Hagam Hollandiæ, à Gulielmo 2. Romanorum Rege indictum perpetuum.*
De Parlamento *prouinciali Zelandiæ,* Vierscare *dicto.*

Apud

1 PERSTRICTIS ALIENANDI DOMANII causis, cuius de eo futura sit cognitio, summatim tractemus. Lutetianus quondam Senatus peculiariter ius dixit de vniuerso Gallicæ Reipub. Patrimonio. Constitutione Iani Regis, an. 1363. & Karoli 7. Mense Aprili, an. 1453. art. 5. Exin Camera arcæ Fiscalis, *Thesauri* dicta (apud Lutetiam) cuius tota Francia territorium est, iisdémque, quibus Regnum, finibus clauditur. Lege lata Pridie Idus Sextiles; an. 1445. Edicto Cremoliensi, an. 1536. & Mense Februar. an. 1543. Cuius postremi auctorem laudamus & assertorem Senatum 5. Idus. Iunias, an. 1544. Ab huius dehinc Cameræ Octouiris prouocatur in Curiam Parisiensem. Regij enim Consiliarij in Præfectura *Thesauri*, de DOMINICIS rebus Fisci cognoscunt; vbicunque sitis: concurrentes nempè in eo cum longinquis Magistratibus Regni, & excludentes Prætorem Parisiorum, Syluanectensem, Meduntensem, Meulantium, Stampensem, Dordanium, Melodunensem, Bellomontanum ad Ysaram flumen, Brayæ Comitis Roberti, & Valesium. Sicuti expressiùs Constitutione illa, an. 1543. perhibetur. Vtrique autem Præfecturæ tum Fisci Gallici, tùm Ratiociniorum Parisien. Rex Philippus 5. præscripsit vniuersim

Edictum die 12. Augusti, an. 1445.

Edicti verificatio in Curia, die 9. Iunij, an. 1544.

Consiliarij Cameræ Thesauri Parisien. de Domanio cognoscũt per concursum seu cumulatiuè cum omnibus aliis Iudicibus Regni: Sed exclusiuè à quibusdam Lutetiæ proximis hîc nominatis Quibus tamen

statuitque Iurisdictionis formam, capita, & regulas: vt illis præpositi, mutuo studio & auxilio Sacrum Patrimonium tutarentur. Bino Edicto 3. Nonas Ianuar. an. 1316. ac 6. Idus Quintiles, an. 1319. Et quia Præfectus Fisci, qui Res Dominicas procurat, Cameræ Fiscali præsedit antiquitùs, inde iam olim nomen sumpsit Camera *Thesauri*, seu *Domany*; quòd Regia Gaza thesaurúsve, qui prisca ætate *Dominicis* præsertim constabat prouentibus, isthuc condendus à *Thesaurario* Franciæ, inferretur. Iis Præfectis Fisci (seu *Thesaurariis*) velut Assessores dati, aut subdititij Iudices, Consiliarij quidam in Camera *Thesauri* à Karolo 5. Rege, Cal. Mart. an. 1378. Ac posteri seriatim Reges eorumdem numerum Iudicum auxerunt. Sigillatim verò Franciscus 1. medio in Senatu instituit nouam Conscriptorum Curiæ classem, quę quarta appellata est, siue *Camera Domany*, de Gallico prorsus Canone Regio ius reddituram. Codicillis Mens. Maij & Ianuar. an. 1543. quorum priores Senatus comprobauit 6. Iduum Quintil. eod. an. Ast interiectis aliquot annis, eius rei cognitionem transtulit Princeps ad maiorem & Tribunalitiam Curiæ classem. Ita quodammodò Camerinus Allobrogum Senatus sibi asseruit pridem solidum Ducalis patrimonij iudicium: vetuítque *Procuratoris patrimonialis* titulum à Gebennensi Actore publico atrogari. Decreto solenni 16. Kalend. Decemb. an. 1560. Camerinum quippè tribunal, Gebennensi superius esse, ex eóque appellatorias lites suprema cognitione decidere solitum, tradit Antonin. Thesaurus, Augustæ Taurinorum Senator, In Procemio Decisionum Subalpinæ Curiæ Max. Romanorum sanè Fiscalibus fundis Præses prouinciæ notionem suam accommodabat, l. cùm aliquid, Cod. Vbi causæ fiscales, vel diuinæ domus, hominúmque eius agantur. Sed quemadmodùm Constantinus Imp. Byzantium translato Senatu, summam ei tribuit auctoritatem legum Imperialium sacrandarum, (l. Humanum. Cod. De legib.) Ita illud sanè augusto Rege dignum, vt in principe Senatu Galliæ, DOMANII regiæ donationes excutiantur, comprobentur, perscribantur, in eóque potissimùm de DOMANII iure disceptetur. Vt specialiter constitutum est, §. 5. Legis Regiæ Molinensis, vetante insuper, eiusdem alienationes, vel in annuum quidem spatium, à Senatu confirmari, nisi ob causam Panagij in Regios liberos, aut Rei militaris.

Margin: reseruata est potestas *de proceder par voye de scellé, saisie, & autrement sur les biens des Aubains, espaves, bastars, & autres vacans, ou confisquez au Roy, & aussi faire les saisies feodales, &c.* Edicto an. 1543. Ordinationes Regiæ Philippi Longi, die 3. Ianuar. an. 1316. & die 10. Iul. an. 1319. Die 1. Mart. an. 1378. Die 10. Iul. 1543. Magna Camera Parlamenti Parisien. Arestum Parlamenti *de Châbery en Sauoye*, die 16. Nouembr. 1560. prohibitorium fiscali procuratori *du Comte de Geneuois à Anesy, de s'attribuer tiltre de Procureur Patrimonial.*

2 QVINETIAM ante tempora Phil. Pulchri, ad Senatum, seu Duodecimuiratum Galliæ, referebantur omnia Reipub. acta, tanquam ad publicum Franciæ concilium (quasi Pan Celticum) statis anni comitialibus diebus indici solitum, ad Natalem, & Purificationem Diuæ DEI genitricis. Quale Græcis PanIonion fuit, Pan Ætolion, & Amphyctionum commune totius Græciæ concilium. Gallico autem Senatui, seu *Parlamento* præerant secundùm Regem Duodecimuiri Patritij (seu *Pares*) Franciæ, maiorésve identidem Proceres tum sacrati, tum profani. Id quod Philippina Sanctione renouatum fuit, an. 1293. Eiusdem *Parlamenti* varia extant Iudicata in vetustis Curiæ monumentis: quorum & egregia nonnulla collegit Budæus, Annotation. ad leg. vlt. De senator. In Pandectis. Quippè Maiores nostri, Conuentus iudicum primarios vocabant sua lingua *Parlamentum*. Eodem vocabulo Concilium publicum significauit Bonifacius 8. Pontifex, quùm literis ad Franciæ Episcopos scriptis, Concilium Lutetiæ habitum, *Parlamentum* nominauit Gallica voce. In Britannia quoque Insula retinentur antiquitatis huiusce vestigia nomine *Parlamenti*, in popularibus Ordinum Comitiis, quæ quater singulis annis haberi consueuerunt, ab Vvilhelmo Notho, aut Henrico 1. Rege horum omnium institutore. Vt Parisius in Angl. Histor. attestatur. Traduxit náque Vvilhelmus è Normania sua in Angliam patrias Leges cum populi Colonia. Normanis enim, Danici quondam Oceani accolis, vsitata iam erant Comitia ex Daniæ Moribus, bina singulo quoque anno, & iuridicæ Sessiones, ad Paschæ, & ad Diui Michaëlis, quas *Scacarium* nuncupabant. Nimirùm à Germanico verbo, *Scheken*, i. mittere: quia & in Constitutionibus HLudouuici Pij ac HLotharij Cæss. dicebantur Missi Imperatoris, seu Missi Dominici, qui per Prouincias iuridicos conuentus peragebant, & Missaticum, iuridici conuentus erant. Lib. 3. Leg.

Margin: Duodecimuiri Reipub constituendæ i. 12. Pares Franciæ, in antiquo Parlamento. Ex eo tempore lites 12. Parium Franciæ Senatui Lutetiano attributæ sunt, *comme Court des Pers, & garnie des Pers.* Idem olim iudicatum de appellationibus subditorum Episcopi Lingonensis Franciæ Paris, quòd omisso medio, ad hanc Curiam deuoluerentur: Aresto Curiæ, an. 1317. Verùm posteriore sententia Corbiæ Cancellarij Franciæ, de popularium litibus contrarium decisum est, atque ita deinde pactum cum Duce Burgũdo Hesdini, an. 1463. At posteriori Rescripto 26. Octob an. 1552. publicato in Curia die 23. Dec. seq pro Belouacen Episcopo: Tum Diplomate 19. Nouemb. 1569. promulgato in Senatu 15. Dec. seq pro Lingonen. Episcopo statutum est, lites subditorũ cuiusque præd. Parium Franciæ, ex appellatione deuolui in Curiam immediatè, nulla intermediæ Sedis Præsidialis ratione habita. Missus Palatinus, Missus Dominicus, déque Legatione Missorum Dominicorum, & de Missatico, vide in iis libris Legis Franciæ, & Agobardi Lugdunen Archiepiscopi, caput De publica Lud. Imperatoris pœnitentia, Epistolámque ipsius ad Procerem Palatij Matfredum, deploratoriam de Iniustitiis (Ludouico Pio Imp.) Vbi subdit Comitem Berunundum benè satis habere ordinatum de Iustitiis Comitatum suum.

Leg. Francicæ cap. 71. & lib. 4. cap. 21. 34. 85. eiusd. Legis. De *Scacario*, Rubrica est in Normanicæ Consuetud. Codice, vbi nominatim prouocationum suprema cognitio, simul & Ducalis patrimonij perperàm alienati reuocatorium Iudicium, fuit olim *Scacario* attributum. Ea verò Municipali lege, statatia altera viguit Neustriæ Ducis iurisdictio, in qua de Principis iuribus eximiis, Moneta, *Focario* tributo, Gladij potestate cognoscebatur: Item de thesauro, tanquam Ducis proprio, quocunque in solo repertus foret: De interdicto Vtì possidetis. Tum de maritimo Principis iure *Varech*, quod è mercibus naufragio eiectis ab vno Duce præcipiebatur: Æs nempè signatum, aut non signatum, gemmæ, panni serici, pelles Zobelinæ: eas tametsi anterior dominus res vindicaret. In Tit. De Thesauro. Tit. De clamore Rollonis. Tit. De *Varech*. Tit. De ponderibus ac mensuris, quarum iurisdictio auctoritásque superior Duci soli competit Iure singulari. Tit. De *Monneagio*, prisca scilicet Indictione nummaria Ducibus biennio quolibet pendi solita, ne ipsi præsente nota signatam monetam immutarent. Anglis itidem *Varech*, Regium ius est ac patrimoniale, vt alia eiusmodi, de quibus Regiæ Legis cap. 11. In lib. *Kinges prærogatiue collected out of the great abridgement of Iustice, &c.*

Ius gladij, patria voce, *le plaid de l'espee.*

De Monneagio & Focagio, vide Terrienum in Commentar. Iuris Norman.

Anglica lex, *Roy auera vareck balenas, & sturgiones.*

Liber de Regiis Angliæ prærogatiuis.

3 Nec ita diu coactum est Alenconium *Scacarium*, Normanici typus, à summæ vetustatis vsu repetitum. In Armario enim Cœnobij Persegnei, quod Alenconij Reguli extruxêre, voluuntur chartulæ, libríque censuales, de solarij indicta pensitatione Diebus iuridicis *Scacarij* Alenconiensis: circiter annum 1160. Qua ætate Alenconium tenebant Pontiuenses Comites, eo in Cœnobio tumulati. Horum Comitum mentionem iniicit Honorius 3. P.P. in cap. Ex literis Pontiui Comitis. De vita & honest. cleric. Et Alexander 3. in cap. Porrò De Pontiui Comite. De Diuort. Ludouicus 9. Petro filio fiduciarium adsignauit Perticensem & Alenconium agrum, cum Patritiali, & *Scacarij* Alenconiensis iure, an. 1268. Similis pacta Alenconij fiducia Ludouico Valesio, & posteris Valesiæ gentis, cuius princeps columenque fuit Karolus Valesius, frater Philippi 4. Regis. Multa Alenconiæ supremæ iurisdictionis Decreta notantur, apud Rationales Lutetianos, ab anno 1327. Præfuit Alenconio *Scacario* Stephanus Grangia, eques, Præses Parisien. an. 1371. Popincurtius dein Præses, an. 1389. Itaque *Scacarium* istud non minori auctoritate ius dixit in subditos, quàm in suos Normanicum. Ex eo illud est, quod Karolus 7. Normanis sua confirmans priuilegia, excepit Ducis Alenconij iura ac prærogatiuas, an. 1450. Instauratum est pariter à Ludouico 11. rege Alenconium huiusmodi Tribunal superius. Epistola aperta 4. Idus Octobr. an. 1461. Quæ ad verbum describitur in Chartophylacio Alenconiæ Domus regiæ. Rursùm Principalibus Codicillis innouatur hoc *Scacarium*, postulante Renato Alenconio Duce, Pridie Nonas Maias, an. 1487. nec refragante Senatu, qui Codicillos probauit 7. Idus Iulias subsequentes. His affine Rescriptum obtinuit à Rege Karolus Alenconius, an. 1510. sed iis quidem legibus, vt quolibet triennio Regias hasce Literas curaret in Senatu publicè recitandas. Denique *Scacarium* hoc iteratur Diplomate, à nouo Alenconij Francisco Duce, impetrato, Aprili Mense, an. 1571. quùm antea Ducum extincta priore familia, solutum esset *Scacarium*, vnà cum Panagio vetere Alenconiensi. Quin & alios Regij generis Magnates legimus *Scacario* vsos in suis Neustriæ fundis Principali concessu, an. 1353. quo anno Nauarrus Rex à Franco accepit Belli-montis Rogerij Comitatum, Bretuillium vectigal, Conchas, Orbecum, Subcomitatum Pontodemeri, & Præturam Constantianam: Adiecto eo, vt Nauarrus ibidem, si vellet, binum quotannis exerceret *Scacarij* imperium iuridicum, pari Neustriæ Ducibus eminentia ac auctoritate. Vt Froissartes enarrat, Hist. lib. 1. cap. 154.

Abbaye de nostre Dame de Persegue.

Comtes de Ponthieu, de quibus Nos suprà, lib. 1. Tit. 8 art. 6 lib. 2. Tit. 10. art 19. & infrà lib. 3. Tit. 10. ar. 3. Ac Legum Andeg. Volum. 2. Parte 3. (cap. 2) Tit. 1. art 4.

Appennages des Comtes d'Alençon & du Perche, auec droict de Perrie, & d'Eschiquier d'Alençon.

*Restablissemẽt de l'Eschiquier d'Alençon du 12 d'*Octob. 1461. *suyuant le restablissement du Duc d'Alençon en ses Dignitez.*

Literæ patentes *de la tenue de l'Eschiquier d'Alençon*, die 6. Maij an. 1487. Verificatæ in Curia, die 9. Iulij, eod an.

Arest de Paris de l'an 1403. de renuoy de certaine cause du pays d'Alençon à l'Eschiquier, comme faisant led. Eschiquier partie de l'Appennage d'Alençon.

Beaumont le Roger, la Rente de Breteuil en Normandie, Conches, Orbec, le Vicomté de Ponteaudemer, le Bailliage de Constantin.

4 Normano Scacario haud planè dispar fuit prisca Britonum Iurisdictio summa. Alanus enim Fergantius Dux, Iuridicos cœtus instituit, haud statis quidem temporibus, sed incertis annis coëuntes. Verùm Iohannes Dux an. 1424. ordinariam creauit iudicum Decuriam, qui stato die (*Iubilate* dicto) in vrbibus conuenientes, diiudicarent maiores Fori controuersias, & ex inferiorum Iudicum interlocutionibus, ad appellationem pronuntiarent: Sententiarum prouocationibus ad maximos Prouinciæ Conuentus reiectis. Vt Nannetensi Rationalium

Ordinariæ Curiæ à Iano Duce creatæ de Britonum causis.

Parlamentum minoris Britanniæ.

Scrinio patet. Nunc autem Armoricis speciatim attributus est Senatus Regius, aliorum instar Gallicorum. Edicto Henrici 2. Mens. Mart. an. 1553.

5 SENATVS ergo Francicus quondam, illorum Conuentuum in speciem, viatorius erat, publicorúmque conuentuum modo indictiuus, non statarius. Quales adhuc celebrantur in Hispania iuridici conuentus duo, Valdolitanus, & Beticus Granatensis: Quos *Audientias*, & *Cancellarias*, Simanca Episcopus Pacensis appellat, lib. 7. De Repub. cap. 9. In vtraque harum Sessionum forensium, selecti Iudices sedecim, quos Auditores vocitant, in quatuor aulas siue classes distributi, qui litibus finem imponunt pecuniariis. Hi causas prouocationum excutiunt, aliorúmque omnium Iudicum sententias aut confirmant, aut malè latas in melius reformant. Romanas Leges seruant ipsi, in Codicem ac idioma Hispanicum translatas, Alphonsi 9. mandato Principali. Ac primis etiamnùm temporibus, Visigotthorum Reges, qui Hispaniam & Galliciam, Toleto, sede Regia, tenuerunt, edidêre Constitutionum libros 12. velut æmulos Codicis Iustinianei: sed in quibus omnia ferè petita erant è medio Iure Ciuili. Huius autem Romani Iuris nullus Anglis vsus: at pro vetere gentis ritu Britanni reguntur Statutis Municipalibus patria lingua exaratis, quæ Maiorum Leges ipsis Moresque dictarunt. Galli vtique, vel C. Cæsaris seculo, certis iam vtebantur Moribus ac institutis. Dein pro varietate Imperantium, Romanis legibus in Gallia successere Gotthicæ, quas Alaricus Rex condiderat. Verùm Theodoricus postea Gotthorum Rex, Cathalaunis cùm esset, Prudentum consilio Pandectas componi iussit antiquarum Legum in vnum Volumen, quod vocant Legem Francorum, Alemanorum, & Boioariorum. Quibus sensim addita Cæsarum Francorum capitula, & sacræ Constitutiones. Deinceps Philippus 3. Rex vetuit, Imperialia Romanorum Iura citari in iudiciis, vbicunque priuata illis Consuetudo loci repugnaret. Lege in *Parlamento* lata postridie Epiphaniæ, an. 1277. Ad hæc, Philippus 4. quùm suprema duo institueret Galliæ Tribunalia, sanxit Edicto, ne Senatores scripto Iuri Cæsareo alligarentur in definiendis Fori controuersiis, an. 1304. Eandem ob causam prodita videtur antea Decretalis Epistola Honorij 3. P. (qui Rege Philippo 2. Romæ sedebat) ne Lutetiana in Academia publicè prælegatur Ius Ciuile Romanor. cap. Super specula. De priuileg. Hinc asseuerat Baldus, Imperatorias leges sua ætate in iudicialibus Francorum subselliis minimè custoditas. Ad l. Nemo. Cod. De sentent. & interlocut. Sed quemadmodùm Antoninus Cæs. ait, Terram suis legibus, mare legibus Rhodiis regi, quatenùs eis nulla Legum suarum aduersetur (in l. Ἀξίωσις. ff. De leg. Rhod.) Sic & nos Galli de Quiritum Iure ita censemus, scilicet vti nos, quatenùs ei lex Gallica non refragetur.

Iac. Simanca scripsit Collectaneorum de Republ. Libros 9. Hispanicos autem magistratus præcipuè exequitur libro 7.

Gotthica lingua, Visigotthi, Latina, in Occidentem vergentes Gotthi.

Statuta Municipalia Angliæ, Ius propriũ Gentis dictum.

Ordinatio Regia in Parlamento, postera die Epiphaniæ, an. 1277.

6 ILLE igitur Philippus 4. Lutetiæ Basilicam Regiam, Themidos templum fore decreuit perpetuum, eòque inibi statarium collocauit Senatum Galliæ, priùs ambulatorium,

Indixitque Forum, Patribus dans iura vocatis.

Ioh. Faber, & P. Castrensis *Curiam Franciæ* appellant, & Patres Conscriptos, *Magistros Cameræ Parisius*: In qua theatrum ingeniorum amplissimum. Faber videlicet (qui Philippo 6. Rege florebat) ita scripsit circa annum 1330. ad l. Etsi non cognitio. Cod. Si contra ius vel vtilit. public. Et in l. vlt. Cod. De legib. Paulus Castrens. ad l. Sed etsi pupillus. §. De quo palàm. ff. De institor. Post Durandum Speculat (Tit. De feriis. §. feriarum. Num. 10.) asserentem, Curiæ Franci Regis vsum increbruisse, vt quacunque vel feriata die, ius diceretur litigatoribus: quò ipsorum negotia, qui domo istuc in longinqua venissent, ocyùs expedirentur. Rursùs Faber Senatum illum vocat *Parlamentum*. In §. vlt. Institut. De perpet. & temporal. action. Nec alio verbo Senatum hunc designauit Erricus Bohicus Pontificiæ legis Scholiastes, sub annum 1348. (quo Pontificia decreta profitebatur in Musæo Parisiensi) Ad cap. Cùm dilectus. De Donation. Nil ergo necesse est, Gallis istis ac domesticis testibus externum subnectere Franciscum Petrarcham: qui horum æqualis, scripta Apologia nũcupat *Magistros Parlamenti Parisiensis*. Sic etiam Froissartes, Belga, an. 1328. nominauit *Les Maistres en Parlement à Paris*. Histor. lib. 1. cap. 25. Hæc de Lutetiano Senatu. Occitani quoque alterius auctor extitit Phil. Pulcher, sed quem Tholosæ statarium Karolus 7. esse præcepit. Edicto

Palatium Parisiense

Ioh. Faber natus in Vico *de Roussines en la ter e de Montberon*, Angolismensis Prouinciæ. Eius Tumulus (cum Epitaphio) visitur in Claustro Dominicanorũ Angolismæ vrbis. Ex Chronic. Angolism.

Petrarcha natus est Aretij in exilio parẽtum Florentinorum, an. 1304. Vt ipse scribit In Epist. De studiorum suorum successibus.

Edictum die 4 Februar. an. 1444. con-

cto Pridie Nonas Februar. an. 1444. quod Ludouicus xi. Diplomate comprobauit, postridie Calend. Octobr. an. 1461. Hic pariter, vertente anno, Aquitanicum Senatum creauit, defixitque apud Burdigalem Vibiscorum, 4. Idus Iunias, an. 1462. hisce Codicillis. *Ludouicus Dei Gratia Francorum Rex, Vniuersis præsent. liter. inspectur. salutem. Regum sollicitudinem imprimis niti decet, vt in Regno & Dominio eorum, Iustitia virtutum præclarissima vigeat, & subditorum vexationibus, damnis & laboribus salubriter consulatur: vt sit Respubl. in pacis dulcedine, amœnitate, & cœlesti fauente clementia collectetur. Notum igitur facimus, quòd nos ad bonum Reipub. Patriæ nostræ Burdegalen. & aliarum partium circà adiacentium vigilantes & aspirantes, attendentes etiam longa terrarum spatia, quibus præfata Patria nostra Burdegalen. & aliæ regiones circumadiacentes distant à villa nostra Parisien. in qua suprema nostri Parlamenti Curia consistit, & est stabilita, viarum discrimina; personarum pericula, pestes, & alias calamitates, quæ in itineribus sæpiùs euenire possunt. Considerantes etiam causarum in præfata Curia nostra pendentium immensam multitudinem, & quæ quotidie, præsertim ex Ducatu nostro Aquitaniæ, & Patrijs circumuicinis diuersis modis & medijs inibi confluunt, volentes, quantùm possibile est, finem imponere litibus nostrorum subditorum; & ad requisitionem instantissimam & supplicationem humilem gentium trium Statuum Patriæ nostræ Burdegalensis, quòd inter cæteras Patriæ nostræ prædictæ villas Burdigala notabilior existit, desiderantes etiam, prædictam nostram ciuitatem Burdigalensem in honoribus sublimari, &c. Instituimus, estabiliuimus, & ordinauimus, & per præsentes instituimus, &c. Curiam nostram Parlamenti in ipsa ciuitate nostra Burdegalensi pro dicta ciuitate, etiam pro Patrijs & Senechalijs Vasconiæ, Aquitaniæ, Lannarum, Agennens. Bazatens. Petragoricens. Lemouicens. quandiu tamen nostræ placuerit voluntati. In qua quidem Curia nostra Parlamenti, omnes & vniuersæ Curiæ Seneschaliarum, Bailliuiarum, Rectoriarum, vicariarum, iudicaturarum, & cæterarum Iurisdictionum quarumcunque antedictarum Patriarum (vt præmittitur) suum habebunt Ressortum, & vltimum refugium. Quod quidem Parlamentum, seu Curiam, volumus inchoari, sedere, & teneri in Crastino Festi B. Martini hyemalis proximè secuturi in prædicta villa nostra Burdigalen. &c. per vnum Præsidentem laicum & certos Consiliarios nostros, tam clericos quàm laicos, & duos Graffarios, cum 4. Hostiarijs. Quibus Præsidēti & Consiliarijs damus harum serie plenam potestatem & auctoritatem audiendi, cognoscendi, & decidendi omnes causas appellationum, & Ressortorum, & alias quascunque ciuiles & criminales ab eisdem Patrijs in eadem Curia introducendas, tam in casu Ressorti, quàm aliàs quouis modo, &c. Et generaliter faciendi & obseruandi ea omnia & singula, quæ fieri & obseruari solita sunt in nostra suprema Parlamenti Curia Parisien. in limitibus & confinibus prædictis; &c. Datum in Castro nostro de Caynone, &c.* Hoc autem solenne Diploma nouus Senatus propalani recitandum curauit postridie Martinalium, an. 1462. Iohan. Tuderto, Protopræside Burdigalensi. Proin errore lapsi sunt Nicol. Gillius, aliique Rerum Gallicarum Scriptores, qui huius auctorem Senatus institutoremque cient Karolum 7. Regem, an. 1451. Aduertandum etiam isthic obiter, Ludouicum xi. ideo Aquitanicæ Curiæ nouæ finitimum Angolismense Municipium subiici noluisse, quòd Ianus Engolismorum Regulus Patritiali Franciæ, quem gerebat, titulo vnicum agnosceret Lutetiæ Senatum superiorem, Iudicemque Patritiorum Galliæ solidum. Id quod seorsim professus fuit Princeps secundùm Engolismæ Comitem illum, Regiæ stirpis Heroem. Luculentis codicillis, 3. Iduum Octobr. anno 1463.

7 Item Ludouicus xi. patre viuo, Gratianopolitanum Consilium auxit titulo dignitateque *Parlamentari*: quùm ipse Delphinatibus Allobrogum dominaretur: Iunio mens. an. 1453. Vt eiusdem Conscriptus Curiæ refert Vidus Papa, Decis. Delphinal. 43. & 554. Peræquè Senatorium Burgundiæ Ordinem legisse fertur Ludouicus xi. an. 1477. redacta in ius Sceptrorum Burgundia, morte Caroli Ducis. Sed Chasseneus & ipse Burgundio, & in hunc pòst cooptatus Ordinem, asserit eundem à Ludouico xii. Rege constitutum: In Proœm. Consuet. Burgund. Quod ita accipiendum puto, vt hic Ludouicus suos patriosque Burgundis restituerit Iudices: quorum Senatum certis nominibus abrogarat Carolus 8. & Parisiensi Curiæ coadunarat. Vt regestum in huius Acta Curiæ

firmatum à Ludou. xi. die 2. Oct. 1461. de Tholosano Parlam. De quo Benedict. In Verb. & vxorem num. 483. In 2. Decis. & Aufrerius post Stylum Parlamenti.

Literæ patētes erectionis Parlamenti Burdigalens. die 10. Iunij, an. 1462. quæ extractæ sunt è Registris ipsius Parlamenti.

Hic Rex Ludouicus xi. cōcessit multa alia Burdigalensibus priuilegia & prærogatiuas. Nempè omnes Burdegalæ incolas Rescripto fecit immunes omni tributo, canone, indictione. Eodem Rescripto, milites, magistratus, aliosvè quoscunque prohibet Burdegalæ a metatoribus designatoribusq; diuersorium accipere, Rege ipso etiam præsente: sed à Prætore & 12. viris Burdigalens. capere iubet. Alia sūt etiam Priuilegiarij Rescripti capita, quæ ciues illos amisisse vel desuetudine vel negligentia, dicit Arnol. Ferronus in Annotat. ad Consuet. Burdegal. In princ.

Carolus 8. Rex aperta Epistola recenset singulos Præsides & Senatores huius Curiæ Burdegal. Quos suo munere fungi vsquequaque iubet. Die 13. Septemb. an. 1483.

Literæ patētes, die 13. Oct. 1463. de Angolismensi Comitatu, tanquam Pariatu Franciæ, soli Parisiorum Curiæ subiecto, non Burdigalensi.

Humbertus Viennensium Delphinus instituerat Cōsilium hoc Iuridicum apud Gratianopolim. Sed Ludouicus 11. Galliæ Rex ibidem Parlamentum erexit.

inuenimus sub Carolo 8. Rege, fol. 70. hac inscriptione: *Cassation du Parlement de Bourgongne, & reünion d'iceluy au Parlement de Paris.* Supradictis accedunt Rorhomagensis, & Aquensis supremæ Curiæ, ab Ludouico XII. decretæ: illa Calend. Octob. an. 1499. hæc mense Quintili, anno 1501. Illi quidam Curiæ, Quatuorprimi præsidere cœperunt, Ianus Hebertus Pontifex Constantianus, Anton. Boierus Abba Fani Audoëni, Christophorus Carmona, & Robertus Calengius: Gaguini relatu in Francicis Annalib. Huius verò Curiæ principem apud Aquas Sextias, Rex delegit Michaëlem Ritium, I. C. Neapolitanum. Prætorianus certè Regis Senatus (quod *Magnum Consilium* vulgò dicitur) institutus fuit, ea qua nunc forma iurisdictioni præest, saltem legibus suis limitibusque à Carolo 8. & Ludouico XII. circumscriptus. Constitutione edita 3. Idus Quintiles, an. 1498. Ac Franciscus I. eiusce iurisdictionem Consilij ampliauit, Edicto mens. Quintili, an. 1529. Parisiensi vtique Senatui Ianus Rex plenissimam irrogauit vectigalium, indictionumque immunitatem. Rescripto 16. Calend. Decembr. an. 1353. Nuper etiam Erricus 2. Celticæ Britanniæ Consiliariis summis parem dedit munerum vacationem patrimonialium. Authenticis literis 3. Cal. Quintiles 1556. quæ in Senatoriis Parisiorum Actis perscriptæ sunt, Postridie Calend. Septem. Tum in suprema regiorum Vectigalium Curia, & apud Præfecturam Rationum Principalium, eod. anno. Circiter id temporis, compar tributorum omnium exemptio attributa est Delphinali Senatui ab eodem Henrico Principe, & inserta Lutetianæ Curiæ Commentariis. Vt Volumine 6. Actorum sub eo Rege (fol. 163.) continetur. Nil diuersum, Allobrogico Senatui indultum fuit, apud Camerinum sedenti regiis Galli Auspiciis 17. Calend. Maias, an. 1554. Cuiusmodi priuilegia Lutetiani quoque Patres monumentis suis consignarunt, 6. Calend. Quintiles, eodem anno. Pluscula adeo in hoc argumentum exarauimus Lib. 3. PARISIENS. MORVM CIVILIVM. Tit. 2. artic. vlt.

Erectio Parlamenti Normaniæ, die 1. Octob an. 1499.

Stylus Magni Consilij Libro collectus à Mich. Berlando Molinensi, Procuratore in Magno Consilio.

Ordinatio Regia, die 13. Iul. an. 1498.

Literæ exemptionis, die 16 Nouemb. an 1351. pro Parlamento Parisien.

Similis exemptio pro Parlamento Britanniæ, die 29. Iun. 1556 verificata Parisiis, die 2. Septemb. eodem anno. Iuxta quam, latū est Arestum in Curia Iunaminum Parisius, die 14 Mart. 1584. pro Carolo *de la Nouë Conseiller au Parlement de Bretagne appellant d'vne Taxe, Contre les Habitans de Chinon.*

Exemptiones tributorum omnium, die 15. April. 1554. pro Parlamento *de Chambery* in Sabaudia: verificatæ in Parlamento Pariens. die 26 Iun. 1554.

8 EÓQVE admirabilior isthæc Francorum, quò leuior summæ Scotorum Iurisdictionis institutio. Apud quos, Maynus Scotiæ Rex 3. annuum Iudicium lege sanxit, quod nunc *Institiarÿ iter* appellatur: Ita, vt quotannis Iuridicus quidam regionatim vrbes perlustraret, singulaque circumiens Oppida, lites popularium suprema cognitione dirimeret. Ab hoc viatorio Scotorum Iuridico non longè dissident Iuridicæ Sessiones Gallicæ, ex delecta Senatorum Decuria conscribi solitæ. Tales Philippus 4. hoc nomine *Dies Trecenses* instituit, deinde Carolus 7. regno bellis externis pacato, in vsum reuocauit. Consimiles & hic Pictauium indixit Conuentus Iuridicos, ac Montferrandum Aruerniæ oppidum An. 1454. Tum posteri Reges, an. 1519. 1531. 1535. 1541. 1557. & 1579. Luculentum verò Dierum Trecensium extat testimonium, in Nemorensis Ducatus Codicillis, pridie Nonas Iunias, an. 1404. Quibus, Iuridicæ Sessiones Maiores nouo Duci conceduntur, suo nutu auctoritateque peragendæ: iis solùm diebus exceptis, quibus Forenses Campaniæ conuentus à Rege congererentur. Batauis planè Vilhelmus 2. Romanorum Rex, Batauus Comes, adsignauit *Parlamentum Legis* perpetuum, apud Hagam Hollandiæ Insulæ ciuitatem, an. 1248. Vt Batauiæ annales produnt. In Valachria necnon, seu Mattiaca Insula prædicatur insignis quædam summi Tribunalis præstantia & grauitas. Insulani vocant patrio sermone *Le Vierscare*, quasi *Parlamentum* prouinciale, cui necessariò præsentem adesse oportet Regionis Comitem, aut Comitis filium. Philippus Burgundiæ Dux præfuit huic publico Zelandiæ consilio, an. 1446. Id quod Oliuerius Marchianus literis mandauit, Burgundiæ Ducum alumnus & familiaris. Apud Pannones, appellatur in quolibet causarum genere ex Transsyluania, & Sclauonia, in Curiam Regiam. Vt verbis vtar Iuris *Consuctudinarÿ Hungariæ*, quod ordine digestum Latinè scripserunt Stephanus Vverbevvczius, & Hieron. Balbus, an. 1490.

Grands Iours des Parlemens.

Duplici Regio diplomate tractatum est de Nemorensis Ducatus cum Normanicis fundis permutatione inter Regem & Ebroicenses Regulos, Nauarræ Reges, die 4. & 9. Iun an 1404.

Zelandia.

Philippus Burgundiæ Dux, idem Zelandiæ Comes, *tenant le Vierscare*, Ex lib. *des Memoires de Messire Olivier de la Marche, grand Maistre d hostel de l'Archeduc Philippes.*

9 TANTA porrò est Gallici Senatus auctoritas, vt venerabilis quoque illa Principibus exteris visa sit, cum maxima in iudicando religione coniuncta. Vti Monstreletus recensuit, Histor. Volum. cap. 99. Nam vel in auspicatu Gallicæ Monarchiæ, ita præluxit Dagoberti Franciæ Regis apud exteros populos fama Iustitiæ & æquitatis, vt ex ea genere, quæ Illyricis Turcisque finitima est, nonnulli

Pour le grand nom du Droict qui estoit gardé en icelle Court de Parlement sans faueur d'aucune personne, non pas seulement les Chrestiens, mais les Sarrazins y sont venus receuoir iugement aucune-fois.

nulli Dagoberti examen ad suas controuersias deposcerent. Asseuerantibus insuper *Sclauonibus*, si ad eos aliquando commearet, se illi, vt suo Regi, pariturus. Gaguini relatu, lib. 3. cap. 3. Francicorum annalium. De Traiano quidem Cæsare traditum est, Barbarorum plurimas nationes, positis armis, ad eum priuatas ciuilesque suas quæstiones detulisse, Sententiæque eius obtemperasse. Eutropio teste. Nimirùm quòd Plinius eiusdẽ panegyristes affirmet, extraneis etiam Regibus Optimum ipsum fuisse habitum, & à S. P. Q. R. Optimi cognomine honestatum. Ita nobis obiter memorandi externi Monarchæ, qui Francici Senatus iudicio, vti religiosissimi, summissis fascibus, liberam permiserint causarum suarum disceptationem. Sicuti ex Olearij Franciæ Iuris Præfecti Oratione excerpsimus, hoc in Senatu recitata, Errico 2. Rege. Fridericus 2. Cæsar, graues cum Innocentio 4. P. P. Controuersias subiecit liberis sententiis AMPLISS. ORDINIS, an. 1244. Innocentio tùm in Galliis agente. Castulonensis, & Lusitaniæ Reges, ad Senatum tabellas pacificatorias misère, solemni ritu sacrandas & promulgandas: vt tanquam in æs incisæ, sanctiùs à Regibus ipsis seruarentur, colerentur, anno 1402. Namurcensem Comitatum, Iohannes Comes Senatus decreto abstulit, victo potente aduersario, Carolo Valesio Franco Galliæ Regis fratre, an. 1312. Per hunc modum, CVRIA ORNATISS. familiæ Herciscundæ iudicium exercuit inter Lotharingum Ducem, & Vidum Castellioneum eius affinem; an. 1342. Nec aliter Sabatiorum Comes, & Delphinus Viennensium, cùm de patronali imperio Marchiæ Salutiarum contenderent, Senatum hunc delegerunt litis suæ disceptatorem ac iudicem. Hinc supremum Curiæ placitum 5. Idus Maias, an. 1390. De quo Ioan. Gallus, quæst. 201. Quid plura? Burgundionum Dux, Senatorio decreto superatus est à Philippo Tarentino Regulo, de bellicis sumptibus cum eo litigante, quos Tarentinus Princeps (ex vetere illa Italiæ magna Græcia) impendisse dicebat pro imperio Græcorum recuperando.

> Hæc Monstreletus ex Gallicis Comitiis an. 1412.
>
> Dn. *Oliuier*, Cancellarius Franciæ, an. 1550.
>
> Pacificatio Regum Castellæ & Portugalliæ.
>
> *Namur.*
> *Guy de Chastillon*, Mariæ Lotharingæ maritus, sororis Ducis Lotharingi.
>
> Arestũ die 11 Maij an. 1390. de Feudo superiore *du Marquisat de Saluces*, latum contra Comitem Sabaudiæ, pro Delphino Viennẽsi.

10 VERVM in hac Reipubl. luce, Proceres quidàm, libello Regi porrectò, conati sunt Decretorum Senatus executionem morari. Quo in negotio, mihi coram Principe, abstantibus Aulicis Regulis, fuit longa oratione de Senatus auctoritate dicendum, in causa Choiseliæ gentis Burgundorum Magnatum: Chandone, contrà, Niuernensis Ducis aduocato. Ego Regi, quod Plinius Traiano, suæ fœlicitatis esse, quantum vellet, posse: sic magnitudinis, velle, quantum posset. Constitutione Philippina statutum, vt Aresta Ordinis Clariss. rata essent omninò, ijque, ad quos ea res pertineret, exequi ea possent, prouocatione sublata. Hippodamum Milesium lege Forum suis instituisse, in quo summa esset auctoritas, ad quod relegarentur causæ, de quibus minùs præclarè iudicia facta viderentur in eoque maximè totius Reipubl. salutem fuisse constitutam. Ex Aristotele 2. Politic. cap. 6. Nulla enim re alia magis, Reipubl. statum, quàm auctoritate Iudicatorum, contineri. Aresta Senatus in verba Principis concepta esse. Quòd si vel erroris obtentu, in Senatoria decreta supplicandum, vel alterius dolo circumuentam Iudicum religionem alter obtenderet, ciuili more introducta esse Supplicationis corã ipsismet CONSCRIPT. PATRIBVS remedia, quibus aduersarij circumuentio allegetur: nouas & insolitas retractationum formulas supremarum Sententiarum, publicam quietem tranquillitatemque admodùm perturbare. Platonico dogmate De legibus. Regem, in summa (vt ait Homerus) non expugnatrices Vrbium machinas, æratasq; naues, sed Iustitiam à Ioue sumptam exercere, custodireque decere. Princeps, remotis omnibus, cùm deliberasset, & admitti rursùs nos iussisset, dixit, Causa præsens admittere videtur diuturniorem deliberationem, & idcircò litis instrumenta proferri decreuit penes Belieureum, sanctioris Prætorij Consiliarium 7. Kalend. Quintil. an. 1572.

> Auctoris Oratio coram Rege Carolo 9. habita, in causa *des Sœurs de Choiseul & de Lanques, contre le Duc de Neuers*, an. 1572.
>
> Phil. Pulchri Ordinatio.
>
> Propositio erroris, vel Libellus supplex contra Arestum porrectus, ex dolo aduersarij, discutiendus est ac diiudicandus ab iisdem Senatoribus, à quibus Arestum latum est.
>
> Hic Pompon. Belieureus, hodie Cancellarius Fráciæ, iam ab an. 1599. Cui, ob senium, Procancellarius seu Regij annuli Custos, adiunctus est Nicol. Brulartus. Rescripto in Senatu publicato, Mart. die 14. hoc an. 1605.
>
> Die 25. Iun. an 1572.

11 CÆTERVM, vt è diuerticulo in viam redeamus, Regium est planè istud, Regiaque dignum Maiestate, vt Senatus decretis Principales DOMANII alienationes comprobentur: Ne dicam alia Regum Acta publica, quæ ipsi, Probi Imper. exemplo, S. Consultis voluerunt æternitati consecrari. Nam & à Dione laudatur hoc nomine Nerua Cæsar, quòd non temere quicquam statueret absque consilio Sapientum. Itaque Francica Diplomata alienandi fiscalis Agri,

> De Senatu Parisien. Budęus, In huius (inquit) acta referri, Diplomata regiáque beneficia solent, vt perpetua esse possint, ac nunquam antiquabilia.

Huius auctoritate rata irritauè Principū acta, ne ipsis quidē recusantibus fiūt. In l. vlt. ff. De Senator.

haud priùs ad effectum deducuntur, quàm huiusmodi alienationis fundus auctorque fuerit Senatus, codicillis propalàm in Curia promulgatis. Eadem ratione, Episcopalis Senatus, auctoritatem præstare debet sacris opibus distrahendis. Ex Concilio Valentino in cap. 1. De his quæ fiunt à Prælat. sine consens. capit. In rebus quoque profanis, vetita est prædiorum Reipubl. venditio, nisi (Leonis Augusti sententia) *Prouincijs adstantibus omnibus, seu plurima parte tam curialium, quàm honoratorum*. l. vlt. De vendend. reb. ciuitat. lib. 11. Cod. Veluti & in Decurionum prædiis, irrita est alienatio, nisi apud Acta totius, vel maioris partis Ordinis intercedente decreto, probetur causa ineundi contractus. Vt loquar cū Theodos. & Valentin. Impp. l. Nec venditio. De præd. Decurion. lib. 10. Cod. Ex eo natum illud videri potest, quòd nostrates Regiæ stirpis liberi fiduciarij haud alium agnoscunt iurium Regiæ Fiduciæ iudicem, (quæ publici Franciæ Patrimonij pars est) quàm Senatum Lutetianum, Sacri illius Dominij disceptatorem, velut commune iam olim totius Galliæ concilium. *Appennagia* enim Regiæ proli nusquam non attribuuntur cum *Pariatus* titulo, seu Francici Patritiatus: Cuius controuersa *Pariatus* iura nullibi diiudicantur, præterquàm in Curia Parisiensi. Constitutione lata à Carolo 7. Aprili mense, an. 1453. (artic. 6.) & à Ludouico xi. 3. Idus Octob. an. 1463. instigante Angolismorum Comite: ne Patritialis Angolismorum Fiduciæ res, forsan aliquando litigiosæ, subderentur iuridico imperio noui tum Senatus Burdigalensis. Vt à nobis suprascriptum est. At versa pagina, Senatus haberi non potest in fiduciario Regiæ sobolis Principatu: ne supremæ Dignitatis notas ipsa sibi arroget, atque ita in partes scissum Regnum videatur. Verbi causa Ludouicus xi. fiduciaria lege tradidit Carolo fratri Aquitanum Vasconiæ Ducatum, an. 1469. Hinc confestim Senatorium Burdigalæ forum traducitur in vrbem Pictauensem, inibique permansit triennio, quandiu viui Caroli Ducale Panagium constiterit. Vt est apud Bouchetum in Aquitan. Annalib. Simili modo, Lutetiana Curia minùs probatum voluit, quòd Franciscus 1. Errico filio dereliquisset continentis Britanniæ possessionem, vnà cum *Parlamento*, & Diplomatica Britanniæ Officina, Rescripto 5. Idus Februar. an. 1540. Hoc quippe Rescriptum promulgauit Senatus, cautione subiecta, *Sans approbation des qualitez du Parlement, & Chancellerie de Bretagne, qui n'appartient que au Roy & à ses Officiers*. Aresto 13. Calend. Maias, an. 1540.

Prima tamē instantia, lites in Senatum introduci vetantur prætextu adiūctionis Parium Franciæ, aut aliorum, art. 20. Edicti, an. 1453.

Die 13. Oct. 1463.

In terris regij Appennagij nunquam sedet Parlamētum.

Carolus Guyenniæ Dux moritur, an. 1472.

Placitum Curiæ, die 19. April. an. 1540. super verificatione Patentium Regis, die 9. Febr. præcedentis.

QVEMADMODVM ergo Hutinus Rex DOMANII controuersias exemit vniuersim Normanico foro, quia de iis purè ac præcipuè Senatus cognosceret Parisiorum, (Charta Normanica, an. 1314.) Sic etiam Maximilianus Cæsar, Imperiale Cameræ Prætorium instituit Vvormatiæ Vangionum, de Cæsarianis prædiis ius dicturum, deque aliis huiusmodi grauioribus causis, an. 1495. Vt Munsterus in Germanograph. attestatur. Idque perspicuum facit Codex Legum Imperialis iudicij Cameræ, postea editarum, an. 1548. Philibertus item Allobrogum Dux Subalpino Senatui adscripsit Ducalis sui disceptationem patrimonij: vt nouis Sabaudiæ *Statutis* continetur. Camerina autem eius Ducis Curia, (in promulgando Edicto Non. Februar. an. 1560.) suæ notioni reseruauit itidem Baronum Magnatumque lites, Episcoporum, Cœnobiarchūn, Collegiorum sacrorum, Monasticorumque Conuentuum. Decreto 4. Calend. Sextiles an. 1561. Neapoli quoque, *Domaniales* lites agitantur in Magna Curia Regiæ Vicariæ. Quod & Neapolitanis sparsim variorum I. Coss. Decisionibus liquet. Prætermitto Mechliniensem Belgiorum iudicum supremam Decuriam, de qua affatim Guicciardinus in Belgiographia. Rursus Dolensem Sequanorum, institutam anno 1500. & 1507. Cui Transiuranæ Burgundiæ dictas à suis Comitibus Fori Leges Constitutionesque euoluimus, ab anno 1404. 1448. 1484. 1517. 1531. 1536. 1544. Tum Statuta Ordinum Comitatus, sancita à Carolo 5. Cæsare, 7. Calend. Sextiles, an. 1548. Venio ad summum tribunal Montensis Hannonum Metropolis, cui speciatim addicuntur causæ prouocationum ab inferioribus Iuridicis, nobilium virorum controuersiæ liberorumque eorumdem. Vti apparet ex Volumine ciuilium Hannoniæ Legum, quas Carolus 5. Imp. probauit Idibus Mart. an. 1533. Vbi fusè de Alta Curia Montensi. Sed interim nulla parte Magistratus illi sunt cum nostro Senatu conferendi. Nam ex prisco instituto Duodecimuiratus

12

Charte Normande.

Liber Ordinationū Imperialis iudicij Cameræ: Itē Myngsingeri Obseruationum Iudicij eiusdem Cameræ Centuriæ, quatuor.

Parlamentum Sabaudi Ducis & Principis Pedemontani.

Parlamentum *de Chambery en Sauoye*, verificauit Ducale Edictum (die 5. Feb. 1560.) *reiglant la iurisdiction des Iuges Ducaux, & autres subalternes*. Die 29. Iul. 1561.

Malines.

Dole.

La Franche Comté, cuius Statuta Carolus 5. Imp. confirmauit, die 26. Iulij, an. 1548.

Mons en Haynault, cuius Hannoniæ Cōsuetudines confirmauit Carol. 5. Imp. die 15. Mart. an. 1533. Vbi fit mentio *de la haute Court de Mons*.

ratus Francici, in quo seni fuêre Magnates sacri cum profanis totidem, par omninò sacerdotum cum profanis Consiliariis numerus allegitur in Senatum hunc Lutetianum: vt diuinæ illi potiùs, quàm humanæ Iustitiæ munia obire se intelligant. Haud secus apud Ægyptios, iudices quondam extiterunt, qui & Sacerdotes. In iis princeps erat sententiæ maximus natu, & in omnes statuendi ius habebat. Hunc omnium hominum esse iustissimum ac syncerissimum oportebat. Vnde etiam is circa collum imaginem gestabat, ex Saphyro gemma confectam, quæ VERITAS vocabatur. Vt Diodorus tradit lib. 2. Simili de causa, Romani, apud Collegium Pontificum esse, Legum interpretandarum scientiam actionesque voluerunt: Ex eodem necnon Collegio ipsi constituere solebant, qui quoquo anno priuatis præesset. Vt Pomponius I.C. retulit, l. 2. ff. De orig. iur.

Symādius quondam Ægyptiorū ex propoitu iculptas imagines Iudicum, quibus ab ipso collo dependebat Veritatis effigies.

Pares Franciæ seu Ecclesiastici, nempè Diœceseon Pontifices, Sex item laici, nēpe Duces & Comites. De quibus specialiùs dicetur postea lib. 3. tit 7.

13 NOTANDVM est porrò, etsi prisca Lege, de Regio Patrimonio vnus cognorit Parisiorum Senatus, Regem postea, Decuriæ Iudicum Patrimonialis (de qua suprà) territorium finibus constrinxisse *Parlamenti* Parisiensis. Edictò anno 1545. Burdigalensi Curia postulante. Hinc Brulartus Procurator Fisci in illo Senatu, causa cecidit, cùm ab Aquitanica illa Curia Lutetianam appellasset. Is pro suo quidem publico munere queritabatur, Burdigalæ promulgatam olim Regiam donationem Vaurensis oppidi, Fiscaliumque aliorum, quæ in Captalem Buziorum Regulum collata fuerat, exercituum Ducem veteranum. Illam enim Brulartus intendebat, ab hoc vno Senatu firmandam fuisse ac sanciendam. At hæc oppida transcripsit donatarius Alebreto Dynastæ condictis legibus, vt sena millia numûm aureorum Alebretus persolueret Iacobo Cordi, creditori. Carolo septimo Rege. Ad extremum, Alebretus Principi eas vrbes statis conuentionum formulis restituit. Quin & iamdudum aliæ Curiæ summæ eandem sibi arrogarunt SACRI DOMINII cognitionem. Id perspicuè ostendit Tholosani Senatus decretum, in pari causæ *Fiscalis* argumento. Ludouicus XI. Odetum Daydium donauit Conuenarum Comitatu, qui Ludouici patri datus fuerat à Matthæo Comite, an. 1447. Petenti Odeto munifici Diplomatis publicationem, opponit Tholosanus Actor Regius, *Domanialem* legem alienationum prohibitoriam. Senatus graui ac præfracto Iudicio, donationem minimè probandam decreuit, Quintili mense, an. 1490. Molinensi tandem Regis Edicto cautum, publicis Actoribus quacunque in suprema Curia licere, fundi DOMINICI ius prosequi, cum publicè possidendum curare, postrema de ipso notione ad Senatorium quodque tribunal deferenda. Artic. 17. 18. & 19. Legis regiæ Molinis latæ an. 1566. Sed iuridicam hanc prærogatiuam haud puto ad Mosonis oppidi Iudices summos pertinere. Mosonia quidem ditio isthæc, libera immunisq; fuit, nullo auctore laudato. i. *alodialis*, nec profanum Dominum superiorem agnoscens. Eam Carolus Rex Diademati quæsiuit, Bellumque montem Argoniæ, aliorum permutatione fundorum cum Rhemensi Archipræsule Ricardo, postridie Idus Quintiles, an. 1379. Inde proximo Septembri, Carolus Oppidanis indulsit, ne extra Mosonis oppidi mœnia vocarentur in iudicium, non modò primaria causarum disceptatione, sed extremarum quoque prouocationum. Ac Lutetiani idcirco Patres censuerunt, sui iuris arbitrijque non esse, appellationibus ex Mosonia Sede iudiciali partes suas interponere, deque iis ferre sententiam. Aresto, 14. Calend. Sextiles, an. 1441. Haud ideò tamen Rex in semetipsum priuilegiariam ciuibus legem videtur irrogasse, vt iudices illi semipagani sacrum tractarent Principis Patrimonium, ac de eo pronuntiarent. Argum. l. Inquisitio. Cod. De solution. Cap. Petitio. De iureiur. Quinetiam perpetuum constansque est DOMANII axioma forense, illud ipsum à delectis è Senatorio cœtu quibusdam diiudicari non debere, sed ordinario solùm, ciuilique more Iudiciorum. Proin scriptis consignata fuit à Regio in Senatu Procuratore cōtestatio petendæ persequendæque retractationis, de Anneto Castrò Iudicati extra ordinem à selectis Curiæ Senatoribus, in causa Fisci patrimoniali. An. 1553. Nihilo seciùs, Princeps Diplomate auctor fuit Senatui paucos abhinc annos, Fiscales controuersias extraordinaria ista iudicij formula discutiendi: vt prolixis annosisque litibus finis celeriùs imponeretur. Sicuti pridem seruatum accepi Regia in lite Montis-Argi Ducatus, inter Procuratorem Fisci, & Annam Atestinam, Nemorosi Ducem: anno 1582.

Decuria ista, est quarta classis, seu Camera Inquisitionum Curia Parisien. quæ erecta fuit (vt prædiximus) anno 1543 pro causis *Domanij*, & vocata *La Chambre du Domaine*. Sed causæ Domanij postea translatæ sunt in magnam Cameram Parlamenti.

Le Captal de Buch, donatarius *de la ville de Lauaur*, ortus ex Herecambaldo Buziorum Regulo, Fuxensis Heroïnæ marito.

Comitatus *de Comminge, donné à Messire Odet d'Aydie*.

La Cour souueraine de Mouson, terre tenuë en franc alleu.

Eschange de la Chastellenie de Mouson & de Beaumont en Argonne, auec l'ailly sur Esne, die 16. Iulij, an. 1379.

De Mosonis huiusce limitanei priuilegiis Iurisdictioneq; summa, Nos fusiùs lib. 1. Legum Andegauen. cap 79 art. 7.

Placitum Curiæ, die 19. Iul. an. 1441.

Quòd lites *Domaniales* non debēt iudicari in Curia, *par Commissaires, & extraordinairemēt, ains à l'ordinaire.*

Montargis.

Arestum *d'escrire & produire*, die vlt. Iul. 1582.

Ex quo decreuêre PATRES C. forensia litigatorum Acta tabulasque penes se produci, Pridie Calend. Sextiles eiusdem anni. Vtut sit, talium causarum disceptatio transferri nequit ab ordinario in alienum Senatum & extraneum: tametsi iis in causis nonnunquàm Regius cognitor primas non teneat partes, sed priuatorum liti duntaxat accesserit. Quemadmodùm in aulico Prætorio decisum est postridie Idus Octobr. an. 1585. Iac. Guesleo Ianæ Rouuilleæ marito, & Monmorentiis Regulis, vtrinque litigatoribus.

Causæ domaniales *non subiectes à euocation de Parlement à autre*: Aresto arcani intimique Consilij Regis, die 16. Octo. anno 1585.

14 Ex iis planum fit, quanta publico Actori cura studiumque incumbat tuendi tegendique Regum Patrimonij. Claudius vtique Cæsar à Senatu impetrauit, vt quæ sui procuratores statuissent, eandem vim haberent, ac si ipse statuisset: si tamen Cæsariana prædia alienarent, nihil agerent. At multò etiam attentiùs prospiciendum forensibus Regis procuratoribus, ne illicitè Regius Canon distrahatur, distractúsve vt reuocatorio Edicto condicatur. Illi sanè procuratores Cæsaris, de RE DOMINICA notionem sibi sumebant. Vt colligitur ex l. Instar. l. Si minori. De iur. Fisc. Lib. 10. Cod. l. 1. Cod. Si aduers. fisc. restit. postul. l. Defendente. π. De auctorit. tutor. Vnde Traianus Plinio de suis rescripsit procuratoribus, eos adhiberi in consilium à Præsidibus debere, cùm de causa Fiscali ageretur. Iisdem tamen antea Tiberius solùm ius dederat in seruitia, familiaresque pecunias: damnato etiam Lucillio Capitone, suo in Asia procuratore, quòd præscripta mandata excessisset, vimque Prætorum vsurpasset. Reliqua de officio Procuratoris Cæsaris videre est apud Fenestellam, & Pomponium Lætum De Magistrat. Roman. Tit. De procurat. Cæsar. Ex quo facilè Cæsarei illi discernuntur à nostris Procuratoribus Regiis, penes quos nulla sententiæ dictio, sed inspectio obseruatioque sagax, in Rebus Fisci, ne temerè væneant, procurandis. Fatemur enim, prisca ætate, alienandi DOMANII Rescriptis, quùm in Senatu recitarentur, vsitatam non fuisse hanc clausulam, *Lecta & publicata, audito Procuratore generali Regis*: sed formula sequenti vsam tum Curiam (Philippo 6. & Iano Regibus) *Collatio fuit facta cum originali*. At sensim tamen, Carolo 5. regnante, fuit hæc verborum Senatus conceptio, *Lecta & publicata fuerunt ad fenestram*, vel *ad hostium Cameræ Parlamenti*. Deinceps ex Caroli 7. & Ludouici filij temporibus, necessariò scribendum fuit, *Lecta, publicata, requirente, consentiente, vel audito Procuratore generali Regis*. Præter hæc, Erricus 3. Edicto creauit patrimonij Regij Procuratores, forensesque alios Institores Rerum Fisci, in Regia qualibet Municipiorum Prætura, an. 1578. At verò Senatus noua hæc & emptitia Munera censuit superuacanea fore, nec admisit: quùm iis obeundis planè sufficerent ordinarij Procuratores Fisci. Decreto 5. Idus Septembr. an. 1578. Vnus superest tota Gallia *Dominicus* Regis Procurator peculiaris in Molinensi Boiorum ciuitate, iam inde ex quo Borbonium Ducatum gentiles Reguli possiderent, deficientibus eorum masculis, cum Diademate copulandum. Ideoque DOMINICVS interea Cognitor (vltra ordinarium Ducalem alterum) circumspiciebat, explorabatque pro officio, ac Tribunitia velut intercessione quadam, ne Patrimonialia CORONÆ iura minuerentur. Talem vtique Actorem, & Propratorem, & Actuarium *Dominicos* instituerat Ianus Boiorum Dux pridie Nonas Apriles, an. 1486. Sed Franciscus 1. rex Institutionem eam perpetuò constabiliit, nec, reuoluto etiam in ius Sceptrorum Borbonio Ducatu, censuit abolendam. Edicto mens. Mart. an. 1531. quod Senatus promulgauit Nono Calend. Maias, an. 1532. Nequicquàm intercedente regiorum Magistratuum Collegio B. Petri Monsteriensis.

Ex antiquis Registris Curiæ.

Nec minima quidem de re, (vbi intersit Fisci) sententia valet, nisi audito fiscali aduocato & procuratore. Vt nos infrà, lib. 3. tit. penul.

Arestum Curiæ, die 9 Septemb. an. 1578. *touchant vn Procureur, & vn Solliciteur du Domaine du Roy en chacun Bailliage.*

Item Molinensi Boiorum Arci inest Thesaurus chartarum & titulorũ Domanialium Borbonij Ducatus.

Erectionis Literæ *de Lieutenant du Domaine, Procureur, & Greffier d'iceluy, à Moulins en Bourbonnois.* Die 4. April. 1486. Quam erectionem confirmauit Petrus Iani auctoris frater, & successor Dux, die 16. Decembr. 1491.

Edicti verificatio in Curia, die 23. April. an. 1532. *Nonobstãt l'opposition des Officiers royaux de S. Pierre le Monstier, & nonobstãt l'extinction de l'Appennage de Bourbon, & reunion à la Couronne.*

15 QVIBVS omnibus hoc, veluti corollarium, addidero, districtè opus esse, vt Magistris etiam Rationum regiarum probetur alienatio prædij fiscalis: Neque hi priùs expensum quidpiam ferre debent REI DOMINICÆ Coactoribus, in reddundis Ratiociniis, quàm eiusdem Rei alienationi Rationales calculum adiecerint. §. 5. 11. & 16. Legis regiæ Molinensis, an. 1566. Eodem vergit Caroli 6. constitutio an. 1390. qua, Principales codicilli ad Publicum Canonem spectantes excuti iubentur apud Præfecturam Ratiociniorum, simul & à Præfectis Fisci, quos vulgò *Thesaurarios Franciæ* nuncupamus. Imò & Rationalibus illis perpetuo velut Edicto mandatur prouincia ac potestas fundorum Fiscalium, ad tempus, aliterve priuatis concedendorum: modò fundi ipsi Ditione tanta dignitateque prædi-

CameraComputorum, in qua regiæ Literæ alienationis Domanij debẽt verificari & registrari.

Aliæ Literæ patentes Caroli 6. die 5. Mart. an. 1383. *Que les gens des Comptes & du Thresor*, exempti sint omnibus pecuniariis subsidiis, quæ à ciuibus Parisien. exigerentur.

diti

diti non sint, vt eos Principi expediat, ſuapte manu tractari, adminiſtrari. Tabulis inſignibus Caroli 6. menſ. Mart. an. 1408. Et Caroli 7. menſ. Decemb. an. 1460. Ita Petrus Armoricæ Dux Magiſtris ratiociniorum ſuorum poteſtatem fecit reformandi Ducalis Patrimonij. 12. Calend. Iunias, an. 1455. ac deinde Franciſcus 2. Britonum Regulus, Literis 6. Iduum Martiarum, an. 1465. Tum Reges Galli, in Ducatum illum ſucceſſores: qui varias pariter de eo Conſtitutiones ſanxerunt. Regiorum verò Galliæ Rationalium primores ſunt Lutetiani, ſed quibus itidem vetuſtæ accedunt Ratiociniorum Præfecturæ, Aquenſis, in Prouincia Maſſilienſi: Diuionenſis, Burgundiæ: Delphinatium, Gratianopolitana: (de qua, Vidus Papius, Deciſ. 453.) & Nannetenſis, Gallicæ Britanniæ. Omnes autem has ſuſtulit Princeps, (Lutetiana dempta,) ſimul & Bleſenſem, ac Monpeſſulanam erectam an. 1523. Edicto Molinenſi, quod de Regia Gaza, & in eius cuſtodes aut Coactores latum fuit menſe Februar. an. 1566. At tantùm abeſt, vt Edicti vis effectuſque obtinuerit, vt Rothomagenſem quoque Rationalium Decuriam instituerit denuò Princeps, ac ſuperioribus adiecerit, an. 1580. Scio equidem, Magiſtros Ratiociniorum nõnullos, quondam Normanicis cenſibus impoſitos à Principe: ſed quos identidem Reges magiſtratu abdicarint. In antiquo enim Regni Scrinio ita lectitatur, anno eius ſeculi. 1423. 9. Calend. Sextiles, *Reünion de la Chambre des Comptes, qui ſouloit eſtre en Normandie, à Paris.* Tametſi verò Franciſcus 1. nouam apud Rothomagum ſtatuerit Rationalium Decuriam, (an. 1542.) e veſtigiò tamen hos, adempta poteſtate, priuatam in ſortem reuocauit.

Ordonnance touchant le faict de la reformation du Domaine de Bretagne, Die 21. Maij, an. 1455. & 10 Mart. 1465.

Camera Fiſcalis, ſeu Computorum Delphinalium. Sed Monpeſſulanæ Cameræ Computorum reſtricta fuit poteſtas Literis Franciſci 1. Regis, die 20. Apr. 1519. publicatis in Senatu Tholoſ. die 12. Aug. ſeq. *Qu'elle ne puiſſe cognoiſtre des deniers communs des villes, frayz & deſpenſe des Eſtapes, & gendarmerie, equiualens, affaires extraordinaires, &c. Non plus que la Chambre des Comptes de Paris parauant l'erection de celle de Monpeſlier.*

Patentes d'exemptiõ de tous ſubſides, ſubuentions, & emprunts, pour les Officiers de la Chambre des Compts de Bretagne, du 6. May, 1580. Verifiees en la Cour des Aydes à Paris, le 15. de Septembre, 1582. Et en la Chambre des Comptes de Nantes, le 7. Feburier, 1583. Suiuant coq en a Arreſt de ladite Cour des Aydes du 28. Nouembre 1584. Die 24. Iul. anno 1423.

16 PORRÒ, ne quid de iuriſdictione diſſidij mouerent inuicem Senatores, & Rationales Lutetiani, maturè prouiſum eſt S. Conſultis, 7. Idus Septembr. an. 1386. 14. & 9. Calend. Mart. an. 1401. poſtridie Idus Februar. 15. & 12. Calend. Mart. an. 1493. 17. 14. 13. 12. 11. & 10. Calend. Febru. an. 1517. 5. ac pridie Non. Martias, an. 1519. Speciatim certè controuerſa fuit prouocationum quæſtio inter vtrumque Magiſtratuum Ordinem, nùm à Præfectis Rationum Principalium Senatus, quaſi ſuperior, appellaretur, an. 1392. Vt Ioh. Gallus literis prodidit, Quæſt. 296. At Philip. Longus antea futuris occurrerat controuerſiis eiuſmodi, Edicto circa diem Epiphaniæ feſtum. An. 1319. quod Magiſtri Ratiociniorum publicarunt Aprili menſ. an. 1320. Tum Carolus v. Edicto an. 1375. Sextus anno 1408. Septimus an. 1460. Ludouicus xi. an. 1464. & Henricus 2. menſ. Auguſt. an. 1553. Quibus Regiis Conſtitutionibus ſtabilita eſt Pariſienſium Rationalium iuridica poteſtas ſumma, in Principalium rationum paginis Gazæque Regiæ excutiendis, determinandis. Sic Nannetenſi publicarum Rationum Præfecturæ dictata ſunt præſcriptaque Officij capita quædam, vnà cum Rhedonenſi Senatu: Adeo, vt illa quidem, in diſpunctione Ratiociniorum, probandiſque de RE DOMINICA Reſcriptis ius diceret ſupremo imperio, peræquè ac in Vectigalium, Fiſcaliſvè rei nummariæ cauſis. Aulico S. Conſulto Nonis Sextilib. an. 1581. Verùm poſtero anno, Britonicis Nannetum Rationalibus abrogata eſt de Regio patrimonio decernendi ſuprema auctoritas: reliqua ſalua iuris reddundi poteſtate maxima. Ex Principali diplomate menſ. Auguſti, an. 1582. De honorariis porro Curiæ Aquenſis vtriuſque prærogatiuis, Senatoriæ, & Indictionalis, in Phocenſi prouincia, latum eſt celebre Decretum à Prætoriano Conſilio, Sextili menſ. an. 1577. Dn. Demotha Conſiliario litem collegis ſuis explanante.

Deliberations & Arreſts du Parlement, d'entre icelui, & la Chambre des Comptes, die 7 Septembr. 1386 die 16. & 21. Februar. an. 1401. 14. 15. & 18. Febr. an. 1493. 16. 19. 20. 21. 22. 23. Ianu. an. 1517. Die 3. & 6. Mart. 1519.

Reiglement du Priué Conſeil, die 5. Auguſti, 1581. *que la Chambre des Comptes de Nantes eſt ſouueraine en ligne de Compte, aydes & finances, & verification de Lettres quant au Domaine.* Sed nouatum eſt poſtea, *quant au Domaine, & au tiltre de Cour des Aydes & finances.*

Areſtum Magni Conſilij, *de preſ. ance & droicts de prerogatiues d'entre le Parlement, & la Cour des Comptes, aydes, & finances de Prouence.*

17 AST longè minor affulget iuriſdictionis imperijque vigor Auguſtarum Franciæ Rationalibus, ſiue Regiorum liberorum: queis, vnà cum fiduciario Principatu, indulta ſit Præfecturæ inſtitutio Rationum ſuarum annuarum. Tales enim Ratiociniorum Magiſtri diſpungunt ſolummodò expenſorum Codices, annuorumque fundi prouentuum, qui in rationes ſigillatim inferuntur: neque illi prætereà quicquam de RE DOMINICA cenſendi ius habent. Eo modo Franciſcus 1. Ludouicæ matri permiſit ius Cameræ Rationum ſuarum inſtituendæ Angoliſmis, aut in vrbe Andegauenſi: quùm Ludouica Regio munere ambabus Ditionibus frueretur. Reſcripto pridie Idus Martias, an. 1518. quod publicitùs lectum

Camera Computorum *des Roines, ou des enfans Royaux Appennagers.*

Patentes Regis, die 14. Mart. an. 1518. verificatæ in Parlamẽto, die 1. Iun. anno 1519.

est in Senatu, Calend. Iuniis, 1519. Idem iuris à Francisco 2. Catharinæ matri attributum, 12. Calend. Septembr. anno 1559. Et ab Henrico 3. Mariæ Scotorum Reginæ, Francisci 2. viduæ: Pictonum & Veromanduorum, ex *Doario*, fructuariæ: Codicillis 3. Calend. Decembr. an. 1585. Quibus assensi sunt Magistri Ratiociniorum Parisiens. pridie Nonas Decembr. eod. an. Sic etiam Principali indulgentia, Franciscus Andium & Turonum Dux fiduciarius constituit Magistratuum decuriam quandam apud Turonas, Ratiociniis suis præfectorum: Literis mens. Sextili, an. 1576. Sed huiusmodi Rationalium Classes functionesque statim intercidunt, soluto fiduciarij Reguli Panagio, Reginæve vsufructu. Sicuti experimēto compertum est ilicò post Ludouicæ obitum, matris Francisci 1. Regio scilicet Diplomate, Angolismensium Rationalium reuocatorio, quod Lutetiana Curia promulgauit pridie Idus Febr. an. 1531.

> Literæ Francisci 2. de 21. Aug. an. 1559. Aliud Rescriptum pro Regina Scotiæ, die 29. Nouēb. 1585. publicatū in Camera Computorum, die 4. Dec. eod. anno.
>
> Die 12. Februarij.

18 VLTIMÒ penes Dynastas maiores existunt priuatæ quædam Rationum Cameræ, quibus tamen Princeps creandis auctoritatem crebrò interponit. Putà, Borbonius & Aruerniæ Dux Ludouicus sursùm erexit, Regio assensu, Rationalium Decuriam Patrimonij sui Ducalis. Postridie Calend. Apriles, anno 1402. Vindocinensis item Dux Patritiusque Franciæ habet Ratiociniis suis Præfectos in vrbe Vindocinensi. Niuernensis, ad hæc, Ducalium Rationum Camera & Præfectura, officio fungitur, nomine auspiciisque Ducis Niuernensis. Tum Pentebriæ Dux & Par Franciæ præditus est creandorum huiusmodi Magistratuum potestate: Ex Regio permissu, cuius tabulis subscripsit Rhedonensis Senatus, Aresto 5. Iduum Octobr. an. 1577. Ambarrorum quoque Duci sua est iam olim, & instructa Rationalium Classis Præfecturaque in Barrensi oppido legitima. Subde his Rationum Cameram Dunensis Comitis in Castrodunensi: & Lavalli Comitis, in Lauallo oppidulis. Blesensem necnon Reges nostri retinuerunt, iam inde ab auita illa Aureliæ Ducum, Blesensiumque Comitum institutione Cameræ: quibus Reges ipsi genere & gente priuatim Blesensem in Ditionem successerunt. Denique priuatas alias Rationalium Galliæ Decurias percensuimus, Volum. 2. LEGVM ANDEGAVEN. Tit. 1.

> Literæ Erectionis Cameræ Computorū, *à Molins en Bourbonnois*, die 2. April. ante Pascha, anno 1402.
>
> *Vendosme.*
>
> *Neuers.*
>
> *Poinctieure.*
>
> Arestum Parlam. Britanniæ, die 11. Octob. an. 1577. quod recitat Natalis *Du Faslh, en son liure des Memoires & Meslanges des arrests de Bretagne.*
>
> Camera Computorum *de Bar le Duc.*
>
> *Chasteaudun.*
>
> *Blois.*
>
> Artic 3.

EXPLICIT LIBER SECVNDVS.

RENATI

REN. CHOPPINI ANDEGAVI I.C. DE DOMANIO GALLICO.

LIBER TERTIVS.

Tit. I.

MASCVLORVM DEFECTV PANAGIVM SOLVI.

1 *Duobus modis ad Principem redire* Domanium *alienatum.*
2 *Fœminas, Panagij incapaces esse.*
Panagium, eodem cum Regia Corona iure censeri.
Terræ Salicæ, quæ alio nomine Alodialis *dicitur, Lex.*
Fœminas à Sceptro Gallico arceri.
Legis Salicæ nomen à Sala flumine: Inde Salingi, Salij, vel Salici Franci.
De Lege Salica Libellus, aduersus Erricum 6. & Odoardum 4. Angliæ Reges.
3 *Successionum ratio apud Iudæos.*
Dauidis supremum Regni in familia perpetuandi votum.
Perdiccæ morientis, ad familiæ perpetuitatem, sepulchro locum diligentis augurium.
4 *Certa Regum apud varias Gentes nomina.*
Gyzerici Vandalorum Regis, de successoribus, edictum.
Reges, ex certis familijs apud Gentes varias creati.
Laconum Institutum vetus, de Regum successione.
5 *Regiæ apud Gallos familiæ, fœcunda Masculorum propagatione fœlices atque diuturnæ.*
Anglicum Regnum fœminis patere.
Stephani, cum Mathilde, de Regno Anglico, contentio.
Regiæ Stuartorum familiæ, in Scotia, origo.
6 *Hispaniarum Regnum, fœminis veteri quidem lege clausum, consuetudine tamen apertum.*
In Regio Tarraconensium Solio mulieres sedere.
De Lusitaniæ, seu Portugalliæ Regno.
7 *Nauarrorum Regnum, per fœminas ad Campanos, Ebroicenses, Flussates, Alobretos, Borbonios translatum.*
Sicilia, multarum hereditas ac dos fœminarum.
Bohemia, muliebre imperium sæpè experta.
8 *Poloniæ, Hungariæ, Cypri Regna, per fœminas viris acquisita.*
Palestinam, Græciam, mulieribus quondam paruisse.

Mauritius Cappadox, in generum simul & Imperij successorem à Tiberio Constantino delectus.

9 *Matronas Celticas, olim iudicia consiliáque publica moderatas fuisse.*

10 *Mulieres, non Regni modò, sed Regij quoque Panagij masculini hæreditarij expertes esse.*

Philippi Longi, & Caroli Pulchri filiabus actiones de paterno Panagio denegatæ.

11 *Andegauense Panagium, extincta prole mascula, ad Principem rediysse, aduersus Lotharingum, iudicatum.*

12 *Mulieres, nec generaliter quidem concessi.* Appennagij *capaces esse.*

Castrum Equiti & eius hæredibus à Principe donatum, deficientibus masculis ad Principem reuerti, nec ad Equitis filiam transire.

De Nemorensi Ducatu, extinctis masculis ad Principem reuerso, controuersia cum Vastone Flussate.

Moritonium Comitatum, Comite sine liberis masculis mortuo, ad Regem, filiabus exclusis, rediysse.

De Ventadorio Ducatu.

1 POSTQVAM DVOS Tractatus absoluimus, de acquirendo, & alienando Fisci DOMANIO: superest tertius, de eo recuperando ac retinendo.

DVOBVS modis resoluuntur superiores Regij Patrimonij alienationes, Fiduciaria prior, deficientibus masculis fiduciarij Reguli: Posterior, restituta pretij sorte, emptori REI DOMINICÆ ex causa bellorum.

2 DE priore, ratio est, quia fœminæ non sunt huius Panagij capaces, deleta virili prosapia: nec stante quidem ipsa §. 1. Legis Regiæ Molinens. an. 1566. Cuius æquitas Legis non erit ambigua, siquidem pari iure metiamur Panagium cum Regia Corona ac Terra Salica, ex qua illud conflatur & constituitur. TERRÆ enim SALICÆ Lex inserta reperitur Tit. 62. de Alodis. Leg. Salicæ §. 6. in hunc modum: DE TERRA SALICA NVLLA PORTIO HÆREDITATIS MVLIERI VENIAT, SED AD VIRILEM SEXVM TOTA TERRÆ HÆREDITAS PERVENIAT. Atque inibi Salica Terra vocatur ALODIALIS. i. verè propria, patrimonialis, eoque libera, immunis, & quæ à nullo recognoscitur, proprietas. Cuiusmodi existunt Francicæ Coronæ prædia iuraque nobilissima, nec Domino obnoxia superiori. Quæ idcircò, Terræ Salicæ verbis accipi debere contra fœminas, interpretatus est quodammodò Francorum Vsus. Gallia quippè in vnius Vvaramundi Imperium redacta, exploratum est iam inde, Regias filias non solùm à fratribus, sed ab inferioris quoque gradus agnatis summotas fuisse Rei Francicæ Dominatu. Nam & externo Agathiæ Græci testimonio patet, Clotharium in Francica Monarchia prælatum duabus Childeberti fratris filiabus: Tres itidem puellas, Clotharij illius ex filio neptes fuisse postpositas Sigeberto patruo, Franciæ Orientalis Regi. Histor. lib. 2. Id quod pariter vsu receptum fuit in Clotildem Guntrani filiam, Aureliæ Regis: cuius Regiam hæreditatem non Clotildis adiuit, sed Childebertus Galliarum Rex, ex Sigeberto fratre nepos. Quanquam igitur Salicæ illius Legis verba nuncupatim scripta non sunt de Regno, regióve Francorum Patrimonio, sed de Alodiorum hæreditate, qua mulieres arcentur: Morem tamen hunc inueteratum profitentur omnes, Francicamque Consuetudinem, vt fœminæ simul Gallico imperio, virilis officij munere, æternùm excludantur. Sic Georgius Cedrenus, Græcus auctor, obseruauit ex antiquioribus Historicis, Regnum hoc per stirpem à Maioribus delatum, posteris geri, Francico ritu atque instituto. * Ἱστόρηται δὲ ὅτι ἔθος ἦν τὸν ῥῆγα Φραγγίας κατὰ γένος ἄρχειν. Hunc etiam Gallici Regni vetustum morem prædicans Baldus I. C. ait, Eduardum 3. Britannum rectè à Francici Diadematis petitione repulsum, quod sibi materno iure vindicabat: in l. 1. π. De Senator. Atque ideò Philip. Valesius, etsi agnationis gradu remotior, Eduardo antefertur; clarissimus Francicæ & Maiestatis vindex, & Legis seu masculi Moris assertor, anno 1328. Qua

De Terra Salica.

Eodem §. 6. Legis Salicæ De Alodis, immediatè sequuntur hæc verba. *Sed vbi inter nepotes, aut pronepotes, post lõgum tempus, de Alode terra contentio suscitatur, non per stirpes, sed per capita diuidantur.*

Pharamundus.

Regiæ puellæ, in Merouea etiam Regum familia, Regno exclusæ ab Agnatis gradu remotioribus.

* Narratur Mos fuisse, Franciæ Regẽ secundũ genus suum principari.

Eduardus hic Angliæ Rex, Philippo Valesio clientelare sacramentum præstitit ex Aquitanico Ducatu, apud Ambianos, die 6. Iun. an. 1329. Ex Froissarte.

Qua vna lege vel More solenni constat Francici nominis dignitas libertasque: ne alienigenarum imperio, ne exterorum ditione teneri possent Franci, cæteris Gentibus Reges Legesque dare soliti. Idque luculento Ordinum Galliæ elogio commendat, Hannonius licet ac peregrinus, Frossartes, veteris eiusce Memoriæ scriptor æquæuus, cap. 22. Volum. 1. Huc alludit Theophanis, in Chronico, de Gallici Sceptri decore sententia. * Ἔθος γὰρ ἦν τοῖς φράγγοις τον κύριον αὐτῶν, ἤ τοι τὸν ῥῆγα κατὰ γένος ἄρχειν. Obiter autem aduerte, legi Salicæ appellationem inditam à Sala flumine, cuius Franci Orientales accolæ erant: Vti ea de Lege retulit Æginartus Caroli Mag. scriba. Ab illo enim fluuio, Salingi, Franci vocati in ripa amnis Mœni. Inde Salingostadium Germaniæ oppidum, ab his constructum & nominatum. Hos Romani Salios nuncuparunt: vt ex Marcellino liquet. Verùm Gallici scriptores Salicos dixêre, & Legem Salicam, deducta Francorum in Gallias colonia. Eiusdem Legis mentio habetur capit. 1. De fil. nat. ex matrimon. ad Morganat. contract. In Feudis. Tum apud Sigebertum in Chronic. anni 422. & Ottonem Frisingensem (lib. 4. cap. penult.) Qui primos Franciçæ gentis Proceres tradunt Salicam legem condidisse. Extat etiam de Lege Salica inscriptus Libellus, in Erricum 6. & Odoardum 4. Angliæ Reges, eorumque temporibus Gallicè exaratus circa annum 1460. Sed abs quo nil solidæ sacræque Vetustatis de Salica Lege possis eruere. Vtut sit, priuatarum licet hæreditatum iura non porrigantur vltra decimum propinquitatis gradum Romana lege, & vltra septimum, Longobarda (l. 1. De successión.) In Regnum tamen hoc citiùs mas succederet, millesimo agnationis gradu Regi coniunctus, quàm Regia filia. Quod de Borbonia gente adnotauit Baldus in cap. 1. De Feud. March. & Iason ad l. Certum. Cod. Vnde legit. Exin hodie Gallis Monarcha præest Henricus quartus Borbonius, Vt Regia virili stirpe editus Ludouici noni, Ita hoc Diuæ memoriæ abauo Principe successor dignissimus, an. 1605. Henriciani Imperij decimo septimo. Quale igitur GALLICI REGNI ius, tale PANAGII est, ceu portionis Regni, masculum purè, statuendum.

Ordinum sententia, *Que le Royaume de France est de si grand Noblesse, qu'il ne doit mie par succession aller à femelle.*

* Genti Francorum moris est, Dominũ, id est, Regem secundùm genus suum obtinere Principatum.

Lex Salica.

De Borbonia hac genesi, familiâque Regia, Nos fusiùs, in PANEGYRICO Regi dicato, & publicato, an. 1594.

3 TANTA conseruandæ Familiæ cura Principum animis semper insedit, vt Iudæorum legibus, gentis familiæque bona dicerentur potiùs, quàm eorum qui possiderent. Hinc filio extante, filia à successione repellebatur. Illo deficiente, non priùs ad hanc deuoluebatur hæreditas, quàm sub ea cautione, ne extra gentem & cognationem virum acciperet. A transuersaria autem successione mulier arcebatur omninò, ea legibus obueniente defuncti fratribus, deinde patruis. Vt Moses prodidit, Numerorum capite 27. ac Ioseph. lib. 4. Antiquit. Idemque de regiâ Hebræorum Corona præscriptum à Diis immortalibus, legitur Deuteronom. capite 17. Dauid equidem moriens, supremis ad Salomonem verbis precatus est DEVM Optim. Maxim. vt sua ipsius progenies Regnum Hebræum retineret, nec ad alteram domum Hebræorum transferretur Principatus. Ex lib. 3. Reg. & Iosephi, lib. 7. Antiquit. cap. 16. Consimili studio, Perdiccas 2. Macedonum Rex, morte iam imminente, ostendit Argæo filio locum, quo condi vellet: ibique non sua tantùm, sed etiam succedentium sibi in Regnum ossa poni iussit: præfatus, quoad ibi conditæ posterorum reliquiæ forent, Regnum in familia permansurum. Creduntque, hac superstitione extinctam in Alexandro stirpem, quia locum sepulturæ mutauerit. Sic familiaria Regibus sepulchra, Ægyptiis Memphiticæ Pyramides, Scythis apud Gerros, Persis, arx Persepolitana: Gallis Cœnobium Dionysianum, Anglis Vvestmonasterium, Ionâ Scotis, Bursia Turcis veteribus, Tartaris posteriorum temporum Mons Alchai, Vienna Austriacis Ducibus, Sebusianis Cœnobium Altecombæum, Burgundis Diuio, Lotharingis Nansium, Borboniis Souuigneus *Prioratus:* Auraicis & Cauilonensibus, Sequanorum Cœnobium Almæ Virgini sacrum: Andegauis Fanum Mauritij, aliisque alia. Vt de Scythis Herodotus scripsit, lib. 4. de Persis, Strabo lib. 15. Paulus Venetus, de Tartaris: Frossartes, de Scotis, lib. 2. cap. 172. & alij passim antiquæ memoriæ Magistri. Eodem quoque generis conseruandi desiderio, Romanorum ciuium familiæ sibi constituerunt vrnas & sepulchra gentilitia, quibus Calatini, Scipiones, Serui-

Dixit Dominus ad Mosen. Cum ingressus fueris terramquam Dominus Deus dabit tibi, constitues Regem de numero fratrum tuorũ. Non poteris alterius Gẽtis hominẽ Regem facere, qui non sit frater tuus.

In Scotico oppido *de Domfremlin*, est Abbatia, gentilitia Scotorum Regum sepultura.

Altecombæa Abbatia, ab Humberto 2. Sabaudiæ Comite fundata, sub an. 1180. lib. 1. Chronic. Sabaudiæ, cap. 52. Paradini.

Les Princes d'Orange, Seigneurs de la maison de Chaalons.

Armoricorum Pentebriæ Comitum sepultura, in Æde Frãciscanorum Gungantij Oppidi Britanniæ.

lij, Metelli mandarentur, illustresque reliquorum familiæ. Quin etiam nonnullis honorarij tumuli, memoriæ tantùm causa facti, seu monumenta, quæ Græci Κενοτάφια appellant. Hinc pariter incisa monumentis Elogia honorificentissima, & in Xerolopho Epigrammata. De quibus, Dionys. lib. 1. Sicuti Vergiliana hæc,

Libabat cineri Andromache, Manésque vocabat
Hectoreum ad tumulum, viridi quem cespite inanem
Et geminas causam lachrymis sacrauerat aras.

Ad quæ Sepulchra non minus eleganter, quam venustè alludens Ausonius Poëta Gallus, descripsit paucis versibus genus istud tumuli vacui, & nihil nisi externum monumentum habentis cum de Niobe sepulta in monte Sypilo loquitur his verbis:

Habet sepulchrum non id intus mortuum.
Habet nec ipse mortuus bustum super.
Sibi sed est ipse hic sepulchrum & mortuus.

Imaginum Volumina, ad propagandam literis earum memoriam condita.

Romani præterea, Ægyptiorum more, in atriis bibliothecisque sanctè ponebant Maiorum nomina, ordine ducta linea, distincta, & imagines cera confectas, quasi iam mortuos in lucem hanc reuocare vellent. Tanta nonnunquam animorum contentione, vt sicubi aliquis, nomine alieno vsurpato, se vellet Familiæ cuidam inserere, die dicta, grauissimè mulctaretur. Plerique familiarium imaginum volumina huc adiunxerunt, vt literarum beneficio, in omnem posteritatem propagaretur ipsarum etiam imaginum commemoratio. Ac ne toties Romanos percenseam, M. Varronem, Messalem, Pomponium Atticum, M. Catonem in Originibus, Iul. Cæsarem, & reliquos Genesis familiarum scriptores, (apud Plinium, libro trigesimo quinto, capite secundo.) Cedò, cur summi Imperatores, iconicos se fingi in numismate cupierunt? Certè, vt nomen suum latissimè longissimeque proderent. Quo nomine ad nostram vsque ætatem mansit eorum memoria, velut statuis per totum Orbem erectis.

4 OMNIBVS deinde hoc commune fuit Regibus propemodùm, vt Regiæ stirpis decus, repetiti cognominis auspicio retinerent. Hoc modo, Ægyptiorum Pharaones, & Ptolemæi, Persarum Arsacidæ, Latinorum Syluij, Scytharum Scolotes, Flauij Longobardorum Reges, Romanorum à Iulio Cæsares perpetuò appellati, veluti nunc Æthiopum Præteiani. Quod amplius est, Vandalorum Rex Gyzericus testamento cauit, iussit, vt soli qui proximi essent virilis sexus, itemque inter eos soli natu maximi succederent, nec sibi tantùm, sed posteris etiam Regibus Vandalicis. Vt tradit Procopius, libro tertio; Belli Vandalici. Id quod Francicæ Sceptrorum consuetudini valdè consentaneum est. In liberiore etiamnùm Republica haud eligebatur à Spartanis quispiam, nisi ex Heraclidarum gente, aut ex Euricionitidis, & Agidis prosapia. Ioniæ pariter fieri Rex nemo poterat, nisi ex Codri progenie. Persici Reges creabantur ex sola Achemenidarum familia, si Herodoto credimus. Idem apud Marcomannos & Quados, ex Marobudui, & Tudri genere. Athenis similiter duæ solæ familiæ per tot secula sunt dominatæ, vna Erecthidarum, Melanthidarum altera: Rheginorum exemplo, quibus Princeps, ex stirpe Messeniorum decernitur. Accedant Corinthij, queîs Bacchiadum familia ducentis annis imperitauit: quousque eos Cypselus tyrannus sede exegerit. Cuius ob factiones, Demarathus & Tarquinius domo eiecti, Regnum Romæ tenuerunt. Sicuti à Pausania, & Athenæo accepimus. Cumprimis verò memorabile est, ac masculis Gallicæ Coronæ Moribus affine Laconum Institutum vetus, quod ab Æmylio Probo enarratur. Duos enim Lacedæmonij de more habebant Reges, duobus è familiis, Procli & Euristhenis, qui principes ex Herculis prosapia Spartæ Reges fuerunt. Harum ex altera in alterius familiæ locum fieri non licebat. Ideò vterque suum retinebat ordinem. Primus in eo habebatur, qui annis grandior foret, ex liberis eius qui regnans decessisset. Sin is virilem sexum non reliquisset, tum qui proximus esset generis

generis propinquitate, deligebatur. Vltimum à nonnullis adſcitum eſt mortali Familiarum conditioni remedium, ab mutuis fœderatorum Principum pactionibus. Quale antiquitùs Bohemi Reges cum Auſtriacis Ducibus iniêre fœdus, ingenti Procerum aſſenſu, & Cæſarea auctoritate firmatum: vt deficiente alterius virili ſtemmate, alteri Regnum deferretur. Ænea teſte in Bohemica Hiſtor. Iſthæc autem futurarum Hæreditatum Pacta conuenta latiùs excuſſimus infra Tit. 6. (art. 41.) & Volum. 2. PARISIEN. MORVM.

Tit. 4 art. 10. & Tit. 5. art. 26. lib. 2. in Parisien. Conſuetudinem.

5 RELIQVAS porrò Francica Reſpub. antecellit, cùm multis aliis nominibus, tum eo præſertim, quòd mille abhinc annos, vix triplicis Regiæ familiæ imperium pertulerit, non ſine vberrimo Franciçæ Saliorum ſeu Legis, ſeu Conſuetudinis fructu. Nam, ſi cum vicinis Regibus noſtros conferamus, Mathildis Henrici 1. Britanni filia, intulit Anglicum Regnum in exteram Andegauorum familiam; an. 1127. Fruſtrà enim Stephanus Errici ex Adela ſorore nepos, cum Mathilde certauit de ſexus prærogatiua. Quippè diuturno eorum bello finem attulit Pax iis conditionibus tranſacta, vt Stephanus tantùm ipſe, dum viueret, Rex haberetur: mortuo autem, Erricus Andegauenſis, Mathildis filius, Regnum obtineret, Normaniámque interim poſſideret, an. 1153. Quidam etiam nuper ſcripſerunt de Anglici Imperij iure ſecundùm Reginam Scoticam. Quippè quæ in Maioribus auiam paternam numeret, Margaretam ſororem Henrici 8. Britanniæ Inſulæ Regis: cuius Maria, iuſta ſobole defuncta, Regni controuerſiam Scotica forſan mouere potuiſſet. Vtcunque ſit, mulieres Anglici diadematis haud incapaces eſſe, notat quodammodò Pontificia Honorij 3. ad Reginam Angliæ Epiſtola Decretalis, Ex parte. De cleric. coniug. Et cap. Ex parte. De Priuileg. At ſi quis roget, vnde Regia Scotiæ Stuartorum familia, nimirùm ex Roberto Stuarto, qui materna hæreditate primus Regnum eſt aſſecutus: Sub annum 1320. Is enim Valtero Steuarto patre natus, Robertique Bruſæi Regis extitit ex Maiora filia nepos. Vt Boëthij, & Maioris Annalibus Scoticis perhibetur.

Merouiens. Carliens. Capetiens.

De Anglici Regni iure & ſucceſſione pro Regina Scotica, vide Ioh. Leſlei Scoti Tractatum. At eiuſdem Reginæ filius Iacob. Scotiæ Rex, Anglicum quoquè Regnum iniit, an. 1603.

Origo Regiæ, Scotiæ, Stuartorum familiæ.

6 HISPANIS verò, quanquam peruetus Lex ſcripta eſt, auctore Roderico, fœminas Sceptris excludi: Contrarius tamen exemplorum vſus, legis abrogationem apertè indicauit. Siquidem Hiſpaniæ Regnum, olim ceſſit Alphonſo Petri Cantabriæ Ducis filio, dotalibus pactis filiæ Pelagij Regis, Erminſandæ. Rurſus Alphonſi Regis filia, ad Sillonem maritum ius tranſmiſit Coronæ Caſtulonenſis. Poſtremò, Ferdinandus Tarraconenſium Rex, Caſtulonenſe imperium conſequitur vxorio Elizabethæ iure. Quo de iure vel iniuria, Phil. Comminius in Ludouico 11. cap. 93. Ita plerunque tulit Regnorum Hiſpaniæ multitudo, vt affinitatibus Reges inuicem iungerentur. Id quod non obſcurè oſtendit pronuba ſponſio filiæ Regis Caſtulonenſium cum Rege Legionenſi. Innocentio 3. Chriſtianæ tum Reipub. Præſide, qui talis ſponſionis meminit cap. Etſi neceſſe. De donat. inter vir. & vxor. cap. Inſinuante. Qui cler. vel vouent. Aragonio quoque Solio licitè fœminas præeſſe, honoraria fuit nouem Arbitrorum ſententia pronuntiatum: qui Ferdinando ex Leonora Regnum adiudicarũt, victo Iacobo Vrgellenſi Comite, longiùs paulò, cognationis gradu, ſemoto. Vt refert Laurent. Valla. Nec iniquè. Superioribus enim ſeculis, Barchinonis Comes ornatus eſt regiis Tarraconenſium Inſignibus, vxoria Petronillæ ſucceſſione, Raymiri Aragonij filiæ. Hinc amborum filius Auforſius, Rex nuncupatur Tarraconenſis. In Sigeberti Chronico, an. 1163. Atque eo nomine idem Regnum nanciſcitur Ianus Caſtulonenſis, filia Petri Tarraconenſis vxore ducta. De muliebri hoc Aragoniæ titulo, quàm legitimè conſtitutus ſit, diſſertatur ab Ancharano in Conſil. 339. ex facti ſpecie propoſita ab Andium Regulo Ludouico, & Yolantide Tarraconenſi, coniuge. Quod ad Luſitaniam attinet, tertiam veteris Hiſpaniæ partem, edocuimus lib. 2. hanc dotalibus tabulis Tireſiæ Alphonſi filiæ redactam in iura mariti Errici Ambarrorum Comitis: Tit. penult. Imò & nuper Philippus 2. Auſtriacus materno propinquæ cognationis iure imperauit Luſitanico Regno, peræquè ac Hiſpanicis frui cœpit eiuſdem Philippus auus vxorio nomine, anno 1506.

Caſtellæ Regnum.

Ferdinandus Aragoniæ Rex.

Aragonium Regnum Auforſio delatum, Raymundi Berengerij Comitis Barcinonenſis filio, idque ex materno genere.

Yolant d'Arragon.

Portugaliæ Regnum.

Philip. 1. Ianæ Caſtulonenſis Reginæ maritus, pater Caroli 5. Imp.

7 QVID Regius Cantabrorum dominatus? qua ratione partus Campanæ genti? Nuptiis videlicet Blancæ Nauarræ cum Theobaldo Campano. San-

Nauarræ Regnum fœmineo iure penes.

Campaniæ Comites: Vltimi Iana filia, vxor Philip. Pulchri Regis Franci.

Fuxenses, Vaccæi.

Quando primum institutus Flussatum Comitatus. *Le Comté de Foix.*

ctio etenim Rege nullis liberis vita functo, Blancha soror legibus vocata est in Regnum, velut promiscuè hæreditarium. Ianæ iterum Campanæ neptis, illud hæreditate obtinuit, filia Hutini Regis, Philippo Eburouicum Comiti nupta, an. 1328. Fuxensis dehinc, iure vxorio Leonoræ Eburouicis: Phœbi demùm Fuxensis soror, quæ Iano Alebreto desponsa est, rerum vicissim potiuntur. Quippè & inclyta fuit illustrísque Flussatum familia, Bernardo gentis auctore, Rogerij Carcassonensis Comitis filio secundonato. Cuius primùm in gratiam, Raymundus Tholosas Flussatium ditionem affecit Comitatus dignitate: circiter annum 1062. Et tamen si tot familiarum Principes, Nauarri non fuissent experti, constantiùs fortè præsens extranei iugum Principis detrectassent,

Troiáque nunc stares, Priamíque Arx alta maneret.

Viscardus, Rogerius, Tancredus, & alij Normani pyratæ Regno cis Fretum, & Insula Sicilia potiti.

Aduersæ Factiones Aragonum, & Andegauensium, in titulo Regni Neapolitani, & Siculi.

Cur enim tot bellis iactata & discerpta Sicilia? A Normanorum imperio traducitur hæc ad Erricum 6. Cæsarem, Constantiæ Normanæ connubio. Ab hoc demigrauit ad Fridericum 2. Yolæ maritum, Iani Brenni filiæ. Tum ad Aragoniam familiam, Constantiæ nuptiis, ex Manfredo Notho susceptæ. Aragoniis opponitur decursu temporum Domus Andegauensis, Regni æmula. Quo tanquam in speculo, mulieris regnantis Proteam leuitatem liceat intueri. Et verò Iana Neapolitana, regio è Solio ius publicè dixit Equitibus Balsiis coram ea litigantibus. Angelo tum Reginæ Consiliario, teste locupletissimo, Ad leg. Cùm prætor. ꝟ. De iudic. In summa, fœminas Apuliæ regno successione præesse, confirmat Baldus, ad l. vlt. Cod. De suis & legit. Quoties autem Bohemia muliebre passa est imperium? Libussa filia Croci, secundi Bohemorum Principis, rexit pluribus annis Bohemiam. Longo pòst interuallo, Erricus 7. Imp. Elizabetham Bohemi regis filiam paterno Regno vestiuit beneficiaria lege, an. 1310. Vt scribit Ioh. Tritemius cap. 30. Inde & Ianus Lucemburgius Bohemiæ sibi Regnum asseruit, cùm Elizabetham hanc coniugem accepisset, sororem Vvenceslai Regis. Idem Cæsaris Henrici 7. filius, filium pariter Cæsarem sustulit Karolum 4. Enimuerò, ex posteriori fœdere Bohemici, ac Austriaci populi, Rex coronatus est Albertus Austrius, nulla Sigismundi Cæs. virili prole superstite. Vt literis mandauit Æneas Pius in Bohem. Hist.

Erricus Imp. Iohanni filio suo regis Bohemici filiam vxorem dedit: estque hac occasione Ioh. Lucelburgensis princeps, Rex Bohemiæ factus.

Austriaci Annales, seu rerum belli domíque ab Austriacis Habspurgicæ gentis Principibus, à Rudolpho 1. vsque ad Carolum 5. gestarum, lib. 12. per Gerardum *de Roo*, Ferdinandi Archiducis Austriæ olim Bibliothecariū congesti, Editi autem an. 1592.

8 De Polonis fertur, Regios fasces adeptus Iagello Lituaniæ Dux, pacta ei matrimonio Heduingę, Casimiri Regis filia: sub annum 1380. Finitimi Sarmatis hisce Pannones, ideò Regem coluerunt officiosè Sigismundum Augustum, quia Mariam Ludouici Regis filiam, sibi connubio iunxisset. Vt est in Polonicis Chromeri, & Hunnicis Bomfinij Annalib. Cyprij item regni titulos sibi vindicat Sebusianus Dux, tritauiæ Carolæ Lusinianæ patrimonium. At Veneti, perdiu Insulam hanc tenuerunt, non alio quàm Patritiæ mulieris iure & adoptione, cuius coniunx, Nothus Lusinianus extiterat. Ac ne cui mira videatur multiplex Regni huius conuersio, veterum Regum impietas, qui Nicosiensi Archipræsuli, & Clero Cyprio suas decumas pernegarant, Devm reliquit vltorem. Vt indicat Honorius 3. Pontif. in cap. Venerabilis. De confirmat. vtil. vel inutil. Mitto illa remotiora, Palestinam, cui secundùm socerum dominatus est Fulco Andegauensis, Flandri gener: cui postea Brennei, eodem iure, Magnates. Mitto Latinam aliam Comitum Flandrorum coloniam, qui Græcorum Imperium octoginta annis Cæsares gubernarunt: (ab an. 1204.) diutiùs fortè regnaturi, si tanti robur Imperij in Saracenorum exitium conuertissent. Quo argumento acerbè illi perstringuntur ab Innocentio 3. P. P. in cap. Solitæ. De maiorit. & obedien. Attamen breui illo Latinorum Cæsarum curriculo, Byzantiorum Augustus eo ipso agnoscitur Petrus Antissiodorensis Comes, quòd Balduini Flandri, Cæsaris sororem coniugem haberet: ex Niceta Choniata. Quinimò Græculi leues antea muliebri dominatu regi se non grauatè ferebant, Yrenem, Theodoram, Zoam, inter Augustos medias numerantes. De quibus Zonaras, Annalium Tomo 3. Adhuc tolerabilior fuit Tyberij Constantini de Imperio cum filia conuentio, quam Paulus Diaconus commemorat. Is enim iam fato proximus, vnà cum Sophiæ Augustæ consilio, Mauritium Cappadocem delegit Imperij successorem ea lege, vt Constantini filia, cum dotali Diademate, Mauritio

Poloni.

Hungari.

Sigismundus Imp. filius Caroli 4. Imp. & Bohemiæ Regis.

Iacobus Lusinianus Catharinam coniugem habuit, Marci Corneli Veneti Senatoris filiam, & mortuus est an. 1474.

Hodie tantùm insignia quinque Cyprij Regni oppida, Leucossia Regum sedes, ac Metropolis Insulæ, Famagusta, Paphos, Salamina, & Ceraunicum.

De Syriæ Regno fœmineo.

Hic Balduinus fratrem habuit Henricum Quo mortuo, Yolanta soror, & eius maritus Græcis imperarunt.

Mauritius bello strenuus.

Mauritio coniungeretur. Hoc non sine quadam Gynæcocratia, id est, vxorio imperio. Admitto, virtute præstantes fœminas aliquot inclaruisse, Cleopatram Ægyptiorum, Palmyrenorum Zenobiam, Amalassuntham Gotthorum Reginas: sed quæ, indecora sexui audacia, nil aliud quàm Romanos triumphos auxerunt.

9 CONSVLTIVS his omnibus Gallicæ res aguntur, vbi colus & lana à Liliatis Insignibus regiis alienissimę, cautúmque, ne à lancea in fusum transeat hęreditas. Atque ita Franci sumus, vt quantùm ad legem Regiam attinet, etiam Salij esse perseueremus. Qua in re non solùm exteros, at nos etiam ipsos superauimus moderandæ Reipub. prudentia. Nam priscis seculis consilia publica, fœminarum iudicio decerni consueuisse, testatur fœdus cum Hannibale, & Gallis ictum eo iure, quòd si Pœnus admissum aliquod pateretur à Celtis, eius rei iudicium penes mulieres Gallicas foret. Sin verò Celta ab Carthaginensi, penes Magistratum Carthaginensem cognitio esset. At Francia deinceps in Monarchiæ formam reducta, cauerunt sedulò Reges, Regníque Optimates, ne in fœminas, neu fœmineo iure in alienam cognationem Sceptrum transferretur. Sicuti Flodoardus quondam obseruauit in sacra Rhemorum Historia, & Albertus Argentinensis. Rem exemplis illustremus. Hutinus Rex vita decessit, an. 1316. Clementia vxore grauida relicta: vnde natus Iohannes, octo tantùm dies vixit. Longus Hutini frater, & ventris procuratorem, & infantis tutelam gessit. Mortuo pupillo Iohanne, reliqua erat Hutini soboles Iana, ex Margaride Roberti Burgundiæ Ducis filia, procreata. Huic pupillæ, iure & paterno & fraterno, deberi Regnum prædicabat Odo Burgundiæ Dux, eius auunculus. Cæteri Francorum Proceres defendebant, ius Regni Gallici, virorum tantùm, non etiam mulierum esse; Legis Salicæ verba hæc identidem recitantes: IN TERRAM SALICAM MVLIERES NE SVCCEDANT. Terram Salicam, Regnum, Franciámque esse interpretabantur. Consensu Francicæ Nobilitatis permotus Burgundio, in eorum auctoritate, Longíque potestate futurum se professus est: gener etiam ab eo adscitus, ac opibus auctus. Longus enim, Rex, nemine vltrà contranitente, salutatur, iunctúsque, trium filiarum maximam illi despondit, dote, Burgundiæ Comitatu: in quem, defuncto Othone auo materno, Robertóque auunculo, ea virgo successerat. Vt nuncupatim singula hæc recenset P. Æmylius, in Francor. reb. gest. Antea quoque Britannis Regibus iunctæ sunt matrimonio vicissim Margareta Philippi 3. & Ysabella Philippi 4 filiæ. Quibus nulla communicatur Francici Regni portio, nec propagatæ ex iis Anglicæ stirpi. Id quod Oliuerius Marchianus, & Philip. Comminius acceptum ferunt vetustæ, quam citant, Francorum Legi & Constitutioni: quæ Gallicis mulieribus patrij Regni honore interdicat. Marchia. in Commentar. Rerum Burgund. & Comminius in Ludouico 11. cap. 117. & 118. Quoties autem *Statutis* fœmina prohibetur successorio iure, eiusdem mascula proles censetur prohiberi. Quando & in maioribus feudis materna incapacitas filiis est impedimento. Vt dicit Bartolus in l. Liberorum. ℞. De verb. signif. Et in l. 2. §. vlt. D. Ad S.C. Tertull. Ancharanus in Clem. 1. De baptismo, Bald. in l. Quod verò. D. De legib. in l. Maximum vitium. Cod. De liber. præterit. in l. Consulari. ℞. De Senator. Et in l. Cunctos populos Cod. De summa Trinit. Eam ob rem (si paruis componere magna debemus) constitutum fuit à Petro, citerioris Britanniæ Duce, in mediis Ordinum Comitiis, fœminas, fœmineósque successores, ex prisco ritu patrio, arceri prorsus à Ducali Armorices dignitate: Si quidem mares liberi superfuerint, fratrésve, patrui, nepotes ex fratribus, aut patrueles, an. 1455. Vti à Bocardo traditum est in Chronic. Armoric.

Regia Franciæ Lilia neque Fusum torquere, neque nere.

Arbitria rerum gerendarum, olim penes Gallicas mulieres.

Flodoardus in vita Fulconis Rhemorum Archiepiscopi scribit, gentem Francorum, Reges ex successione habere consueuisse, supplicátque ne hi qui ex alieno genere Reges existere cupiebant, præualerent contra eos quibus ex genere honor regius debebatur.

Albert. Argentinensis, in Chronic. Francia (inquit) a nullo haberi dicitur in feudum, quamuis, econtrá, nullus per fœminam lineam successisse dicatur.

10 IAM illud tractandum occurrit, an Panagij saltem, quod Regni Francici pars dicitur, mulieres sint capaces. Sumamus exemplum ex rebus iudicatis. Longi filia, lege agit cum Karolo Pulchro Rege, de Pictonum Comitatu, patris Panagio, antequàm ad Regium culmen proueheretur. Nec diu pòst, Blancha Pulchri Caroli filia, contendit de paterno Panagio aduersus Regium procuratorem: quùm Karolus fiduciario Marchiæ Comitatu donatus fuisset. Ambæ Heroïnæ, Patrum Parisiensium sententiis actione summouentur. Prior, 11. Calend. Februar. anno 1322. hoc verborum tenore. *Carolus Dei gratia Francorum & Nauarræ*

Vetus Arestum Parlamenti, die 22 Ianuar. an. 1322. inter filiam Phil. Longi Regis, & Procuratorem Caroli Pulchri regis successoris, de

Appennagio, quod Philippus filiæ pater habuerat, antequàm Rex fieret.

Rex. Cùm Procurator Ducis Burgundiæ pro se & ratione vxoris suæ contra Procuratorem nostrum, quem coram nobis fecerant adiornari, proponeret, quòd charissimus Dominus & genitor noster, in contractu matrimonij de germano nostro Philippo & vxore sua Iohanna eis promiserat, & eorum hæredibus ex dicto matrimonio procreandis, viginti millia librarum terræ cum honore Comitatus, pro quibus postea assignauerat ciuitatem Pictauensem cum certis pertinentiis cum honore Comitatus. Item quòd germanus noster Rex Ludouicus assignauerat dicto Philippo pro prouisione seu Appennagio suo de bonis quæ fuerunt matris nostræ, sex millia librarum terræ in Campania. Requirebat, quòd cùm Burgundi vxor neptis nostra, tanquam primogenita dicti Philippi succedens eidem in Comitatu & terra prædictis, esset in possessione & saisina de dictis Comitatu & Terra per consuetudinem Patriæ notoriam, qua mortuus saisit viuum, dictum Ducem ratione vxoris suæ ad fidem & homagium nostrum reciperemus. Procurator noster proposuit, ex aduerso, quòd licet germanus noster Philippus, tempore quo erat Comes Pictauensis, præmissa possedisset vt Comes: tamen statim quòd fuit Rex, desiit possidere vt Comes, & quòd tanquam Rex, de præmissis saisitus decessit: Cui nos successimus, tanquam masculus & hæres proximus in dicto Regno & omnibus præmissis, & aliis pertinentiis dicti Regni, &c. Per Arestum nostræ Curiæ dictum fuit, quòd prædicta requesta dictorum Ducis & eius vxoris non fiet, & quòd nos remanebimus in saisina nostra prædicta: salua super præmissis quæstione proprietatis.

De hac Consuetudine, *Mortuus saisit viuum*, scripsit Petrus Fontanus Magister Libellorum supplicum D Ludouici Regis, in lib qui inscribitur, *Li Liures la reigne, & enseigne droict, à faire & tenir iustice tresespeciaument.*

De hoc, Comminius in cap.1. Chron. Caroli 8.

Testamentum Renati Siciliæ Regis, & Andegauiæ Ducis, die 22. Iul. an. 1474. & Caroli ex Fratre nepotis. an 1481.

Bona restitutioni subiecta, non posse testamento transferri in dispendium substituti.

Reuersionem verò in ius dominicum ac legem feudi commissoriam, esse quauis feudatarij aut fiduciarij dispositione potiorem.

11 ECQVID deinde promouit Dux Lotharingus, instituta lite de Panagio Andegauensi? Differebat ipse, omnes sibi Ditiones competere aui materni Renati Andium Ducis: inofficiosè à Renato Karolum fratris filium, se præterito, à Karolo rursùs Principem, scriptos hæredes fuisse. Testamentis 11. Kal. Sextiles, an. 1474. & an. 1481. Ludouicum Renati patrem supremis suis nuncupasse Ludouicum 3. primogenitum hæredem: sed huic non Renatum modò hæredem secundum, at nepotes gradatim substitutos extrema cera. Stante igitur nepotum substitutione, in quibus erat Lotharingus, ex Yolantilla Renati filia nepos, irritam extitisse Karoli, ac Regis hæredis institutionem. Contrà, Regius Actor, Principem, lege Regia, non illorum Tabulis, Panagium ad se reuocasse solido iure: vtpotè sublata Andegauen. mascula sobole, resolutum. Iudicio vincitur Lotharingus, Karolo 8. Rege. Quod, opinor, prospiciens Renatus Andium Dux, roganti familiari, nùm filias vltimo elogio præteriisset, Margaretam, & Yolantidem, respondit, perperàm se iis gratificaturum, quæ possessionum, quas habebat fiduciarias, forent incapaces. Subinde rogatus, vt illis Ambarrorum saltem Ducatum relinqueret postrema voluntate, nil cunctatus ait, Ne de eo quidem efficaciter à se quicquam actum iri. Ducatum enim dono accepisse dicebat à Cardinali Ambarro magno auunculo, pactis cum Ysabella Lotharinga nuptiis, addita cautione, vt donatario maribus liberis orbato, Barroducatus ad Principem pertineret: Ad quem alioquin Barri Duces maternum genus antea referebant, quùm Maria, Iani Regis filia, olim enupsisset Roberto Barrensi, ac Comitatus in Ducales titulos commutati causam præbuisset, an. 1360. Ex Symphor. Champieri Historia, & Richardi Vvasburgij Belgicis Annal. (lib. 6.) Si tamen ita Panagij formulæ adscriptum sit, vt nulla residua virili stirpe, saluum auri pondus aliquod filiabus appendatur Reguli fiduciarij, res quidem, fiduciaria lege redit ad Principem, sed nummariæ huic præstationi in fœminas obnoxia iure hypothecæ, quoad iustæ earum portionis æstimatio Pacto seruata ac recepta exoluatur quasi æs alienum, aut alterius fundi assignatione, fiduciarius vinculo pignoris liberetur. Id quod ex scriptura ipsa Andegauæ Fiduciæ planiùs intellexeris. *Philippus Dei gratia Francorum Rex, Charissimo filio nostro Iohanni dedimus & concessimus Ducatum Normaniæ, & Comitatus Andegauiæ & Cenomaniæ, &c. Quo mortuo, siue liberos habeat, siue non, prædictus Ducatus reuertetur & pertinebit ad Regem Franciæ & ad Coronam, à qua extunc non poterit separari. Et si dictus Iohannes moriatur sine filiis masculis, habens filias, eo casu prædicti Comitatus reuertentur ad Regnum Franciæ, & filia vel primogenita ipsarum habebit septem millia librarum terræ, aut reditus ad valorem terræ. Et secunda, habebit duo millia librarum terræ, & quinquaginta mille libras pro vna vice. Et tertia, mille libras terræ, cum quadraginta mille libris pro vna vice. Quas summas volumus illis assignari in bonis & commodis terris & possessionibus pro omni successione prædicti*

Bar le Duc, cuius è Comitatu in Ducatum conuersionem malè tribuunt quidã Carolo 4 Imp. factã an. 1384. quo anno hic iam antea mortuus erat.

Quatenùs liceat Panagiario Regulo Fundum in filiæ dotem pignori obstringere, dicemus infrà, Tit. Quib mod pign.

Clausula Appennagij Andegauiæ, Normaniæ, & Cenomaniæ à Philippo Valesio Rege collati in Iohannem primogenitum suum, die 17. Febr. an. 1331.

*prædicti Iohannis filij nostri: quia eo casu prædicti Comitatus reuertentur ad Regnum Franciæ.*13. Kal. Martias, an. 1331. Pari æquitatis ratione, sua viduis mulieribus seruatur donatio propter nuptias, vti dos filiabus Magnatis fiduciarij. Putà, Karolus 6. Petro Eburouici, Nauarro dedit Moritonium, Neustriæ, Comitatum, & quadringentas libellas solariæ pensitationis annuæ : quæ omnia in vicem suffecta sunt hæreditariæ Eburouicum portionis: Pridie Kalend. Iunias, an. 1401. Petro autem absque maribus defuncto, Princeps Comitatum nouo munere contulit in Ludouicum filium, Aquitaniæ Ducē, saluo iure τῆς ἀντιφερνῆς, seu *Doary*, Catharinæ Alenconiæ Petri viduæ, quæ Vilhelmum Bauarum virum superinduxit. Cui proinde Bauaro Aquitanus Moritonium reliquit à coniugibus fruendum, possidendum : Regiis auspiciis quarto Nonas Martias, an. 1412. Exin verò Karolus 7. Ditionem hanc liberaliter erogauit Carolo Andegauo, cuius sororem in matrimonio habebat, masculæque donatarij prosapiæ. Tabulis obsignatis Quintili Mens. an. 1425. quæ in publica Rationalium monumenta regestæ sunt Postridie Nonas Maias, an. 1436. Vt Alenconiensi Chartario liquet, cuius exemplar Nobis est in manu. Ex quo simul addiscimus, Moritaniam dynastiam, Comitatus dignitate auctam, fiduciario illo in Petrum Diplomate, vt ostendimus lib. 1. Tit. 5. Art. 8.

Comté de Mortaing en Normandie, donatus Petro d'Eureux, puisné du Roy de Nauarre. Die vlt. Maij, an. 1401.

Guillaume Duc en Bauiere, frere de la Royne Ysabel de Bauiere, quæ vxor erat Caroli 6. Regis.

Horum coniugum superstiti, fauore matrimonij cessio & remissio facta *du Conté de Mortaing*, Regio permissu *datte du 4. Mars 1412.*

Die 8. Maij 1436. Inuentarium authenticum Chartarum Alenconiæ gentis regiæ. In quo tamen, Moritaniæ Comitatus institutio legitur facta à Rege, vlt. die Maij, an. 1407.

12 AGEDVM, quid de Panagio generaliter ita concesso, *Triphoni & hæredibus*? Idem planè, quod suprà, aduersus fœminas tenendum est. Si enim à Rege torquatus Eques arce donetur purè, ac eius hæredes, non ambigitur, masculorum interitu, rem donatam, exclusa donatarij filia, denuò ad Principem reuerti debere. Vt vult Bartol. in l. Gallus, §. etiam ff. De liber. & posthum. Cyn. in l. liberti, Cod. de oper. libert. Qua de re forenses controuersias propiùs exquiramus, expendamus. Causa Nemorensis acta est in celeberrimo Senatus Auditorio à Vastone Fuxensi, & Regio procuratore inuicem certantibus de Nemorensi Ducatu, an. 1506. Intendebat ille, Ducatum Nauarro Regi datum, omnibúsque perpetuò hæredibus, an. 1404. Dein Karolo Nauarro filias superfuisse, Blancam Tarraconensium Regi, & Beatricem Iacobo Borbonio Marchiæ Comiti nuptas. Beatrici Ducatus sorte obtigit. Is à Leonora Beatricis filia dotalis infertur ad Armeniacum maritum. Ex quibus Iacobus Nemorosi Dux susceptus. Huiusce verò liberi quatuor, gradatim Ducatum tenuerunt fœmineo illo iure. His igitur è medio sublatis, pro hærede possidet Vasto Flussas Blancæ abnepos, eoque nomine Senatum appellat à Magistris Ratiociniorum Parisien. qui regiam manum inuehi in Ducatum decreuissent. Olearius pro Fisco, contrà tendere, Nemorensem æqua lance metiundum, qua Eburouices, vetus Nauarri Regis Panagium, patrimonium omninò virile. Eburouices enim antea fiduciæ lege attributos fuisse Lodoico Philippi 3. Regis filio, cuius Nauarrus pronepos ab continua masculorum serie, ditionem hanc cum Rege commutarit Nemorensi Ducatu. Ergo Nemorensem fundum, qui huius Panagij vicem permutatione subiisset, extincta virili prosapia, defecisse. Tametsi Nemorosi concessio perpetua, ac in omnes hæredes concepta videretur. PATRES C. rem consilij esse pronuntiarunt, die 27. Iulij, an. 1506. Nec verò Flussati magnoperè laborandum fuit, vt à Rege auunculo nouum ius Nemorensis Ducatus impetraret. Fuxensis denuò Insubrum Prorex, victorque acie Rauennati, reliquit & præsentibus grauissimum sui desiderium, & posteris immortale nominis decus: quale in pugna Leuctrica mortuus Epaminundas. Prælium commissum die Resurrectioni Dominicæ sancto, an. 1512. Nobilissimum vtique Nemorosi prædium esse, confirmat Frossartes Historicus, & à Karolo 5. Rege datum Captali Buziorum Regulo, Anglicarum partium Duci, Lutetiæ tum captiuo: vt eum sibi clientelæ sacramento officióque Rex deuinceret, an. 1365. Histor. lib. 1. cap. 229. Nuper verò ditionem hanc perpetuo dominij iure mancipauit Karolus 9. Renatæ Franciçæ, Ferrariensium Duci, cum Montargiuo Ducalibus titulis insignito: ne quid in posterum Renata Ludouici 12. filia & Annæ Britonicæ contestaretur de hæreditario Britonici Ducatus iure suo : atque vti deinceps Renatæ nepotes ex filia, & Iacobo Sabaudo, Nemorensi Duce fiduciario, in ea prædia succederent. Transactione inita Decemb. Luce 23.

De Nemorensi lite, plura Nos suprà, lib. 1. Tit. 3. art. 9.

Hic Iac. Borbonius dotauit Ecclesiam & Conuentum Celestinorum *de Ternes* in Marchiæ Comitatu. Literis die 19. Maij, an. 1424.

Gaston de Foix, filius Mariæ Aurelianæ, sororis Ludouici 12. Regis.

Eureux, Ebroicæ, Normanica ditio, priuata quondam Symonis Comitis Ebroicensis. Sed Rogerius *de Meulant* transcripsit Phil. Augusto *la Viscomté d'Eureux*. Vt dicemus infrà, Tit. 16.

Bataille de Rauenne.

Captau de Buch, qui in libertatem restitutus, quùm rediisset ad suos, increpante eum Anglo Vualliæ Principe, Nemorensem Fundum & Feudum Gallo restituit, ne eius obtentu, bello partium suarum Anglicarum abstinere cogeretur.

Montargis.

an.1571.cui tamen, ne promulgaretur in Senatu, mordicùs obstitit Fiscalis Procurator, Regij Patrimonij custos assertórque fidissimus. De noua quidem priuatorum Ducatuum institutione scripsimus suprà, & qui à Rege creati sint iam inde ab an.1566.masculorum defectu referri in publicum Coronæ patrimonium. Cuiusmodi est Ventadorius, Lemouicum, è Comitatu Ducatus, Rescripto factus, an. 1579. Nam eo in comprobando Rescripto, Senatus districtè cauit, censúitque placere, vt si quando virilis agnatio noui Ducis desineret, in Fiscum Ducatus redigeretur. Arestis latis, an.1580.& Mense Quintili, an.1582. secundùm Procuratorem Fisci, & Oppidanos Tutelensis Lemouicum oppidi, contra Gilbertum Leuium, Ventadorij Ducem. Ast longè diuersum in feudo merè fœmineo, ac fœmineæ maternæque in ius hæreditatis subrogato. Argum.cap.1.De feud.fœmin. Quemadmodùm à nobis infrà pleniùs exponetur.

Ventadour, erigitur in Ducatum pro Gilberto *de Leuis*.

Tulles en Lymosin. Marchionatus *de Maigneler*, in Picardia, erectus fuit in Ducatum & Patiatum Franciæ: Literis regiis, in Parlamento publicatis Die Lunæ 29.Februar.an. 1588. Pro Domino *de Piennes*.

Tit. II.

MASCVLIS EXTANTIBVS, FOEMINAS A REGIA FIDVCIA EXCLVDI.

1 *Terram* Appennagij, *filiæ* Panagiarij *datam, à masculis reuocari.*
Voconia, & Longobardorum leges, de mulieribus ab hæreditate arcendis.
2 *Marchiæ Comitatus, à Iacobo Borbonio, Vindocinensi Comite, frustrà Leonoræ filiæ, in fratris præiudicium legatus.*
Marchiæ Comitatum, à Karolo Pulchro Duci Borbonio datum, per familiam Vindocinensem, & Armeniacam, ad Borboniam illam rediisse.
3 *Ludouicæ Allobrogis, de Ducatu Borbonio, aduersus Carolum Borbonium grauis contentio.*

PERCONTEMVR IAM de eo: Manente Panagio, Symphorus filiæ dedit, legauit Comitatum, quem habebat fiduciarium, quandiu mares testatoris liberi in viuis extarent. Hac in hypothesi, nil interest Principis, fiduciam Regiam à fœmina possideri, quæ viuentium masculorum beneficio illum à Panagij condictione repelleret. Verùm à maribus ipsis legitimè filia legato excluditur Comitatu. Primùm Q. Volumius Saxa Tribunus Pleb. legem tulit Romæ, ne quis mulierem hæredem faceret. Quod Voconio Plebiscito temperatum est, ne quis census fœminam relinqueret hæredem. De quo, Iulius Paulus, receptarum Sententiarum lib.4.cap.8. Rursùs Longobardorum legibus, extante masculo, arcetur mulier ab opima parentum hæreditate. Lex quoque ipsa XII. Tabul. cognatis præferebat agnatos. Quantò firmiùs idem in Regali feudo statuendum, sui natura tum masculino, tum indiuiduo? Sed vt propiùs rem attingamus, huic Testamentariæ quæstioni aptior est vetus in Senatu disceptatio, de Marchiæ Comitatu. 1

Voconiana rogatione, mulierum hæreditates coërcitæ, ne ditescerent, ac proinde elatæ æquarent se viris.

Superior, & inferior Marchia.

MARCHIA, fuerat Panagium Karoli Pulchri: ab eo Rege facto, traditur Boiorum Duci, an.1327. Cessit postea Ducis filio natu minori Iacobo Borbonio, Vindocinensis familiæ principi, an. 1360. Ex huius Iohanne filio, Iacobus primigenius Marchiam testamento reliquit Leonoræ filiæ, Bernardi Armeniaci coniugi. At Iacobo virili prole orbo, Ludouicus frater, de Marchiæ dominio Iacobum Armeniacum in ius adducit, Leonoræ filium: (Rege Karolo 7.) Lege agit Panagij prorsus masculi, non licuisse primogenito fratri, de Fiducia Marchiana in filiæ gratiam decernere, suo ipsius, aliorúmve masculorum detrimento. Armeniacus, contrà, Marchiam Leonoræ patri fraterna diuisione obuenisse: Leonoram, vnicam paternis tabulis hæredem institutam. Stante igitur recta Iacobi patris linea, transuersam fratris minimè esse spectandam. Nam inter propinquos, liberorum prima causa est, proxima agnatorum. Adde, quòd Iuris ordine, 2

De hoc Iacobo 2. Neapolitanæ reginæ marito, Oliuer. Marchianus qui eum vidit, mira prædicat.

ordine, testamenti ratio causam intestati præcedit l. Quandiu. ff. De acquir. hæredit. Quinetiam liberorum fauore, suprema patris vota, licet inutilia, conseruari, patet Centumuirali Roman. iudicio, secundùm testamentum furiosi Tuditani: Quod refert Valer. Maximus lib. 7. cap. 8. Legitimam saltem, filiæ in bonis paternis negari non debere. Virilis autem sexus delectum duntaxat habendum, Principis intuitu & contemplatione, quo casu maribus demortuis veniret *Appennagij* fiducia resoluenda: non vt interim naturalia ac ciuilia hæreditatum iura (manente adhuc Panagio) euertantur. Lite pendente, decedit Armeniacus an. 1477. Huius Catharina filia potentiori despondetur Boiorum Duci, qui nouo Principis beneficio Marchiam retinuit, non vxorio nomine. Alioquin mulieres omnimodò in masculorum gratiam Panagio excluderentur, stricta Fiduciæ lege. Quam ad Panagij formulam, velut ad Polycleti normam, omnes sunt possessionum actus referendi. Peræquè enim Catharina Alenconia quondam petitione repulsa est hæreditariæ parris Alenconij & Perticensis Principatuum: quùm ei solùm Alenconienses Reguli opposuissent (Ianus 1. & 2. vicissim) Regalium fundorum Panagiique conditionem purè *Domanialem*, indiuiduam, virili tantùm sexui, fiduciario Regum Pacto, adsignatam. Decreto Curiæ, an. 1445. Sic mares Aureliani, Longeuillæ gentis inclytæ, iudicio obtinuerunt in Iacobum Sabaudum Carolæ Aurelianæ filium. Hic enim familiæ herciscundæ actione summotus est, rerum à Carolo 7. donatarum Notho Aureliensi partium proauo, ac descendentibus ex eo masculis, an. 1458. Hæ sunt Parthenaya, Vouuantia, & Meruantia, ditiones in agro Pictauensi. Atque ita secundùm mares definitum fuit in Consistorio Principis, pridie Kalend. Quintiles, an. 1553.

Hæc Lis in Curia Parisien. continuata à Ioh Borbonio Vindocini Comite, Ludouici filio An. 1470. Eiusque Litis commentaria euolui.

Ioannes 2. huius nominis, Dux Borbonensis.

Alençon, & le Perche.

Seigneuries de Parthenay, Vouuant, Meruãt, & autres, comme Chastellaillon, le Coudray, SalleBart, parauant dónez à Charles d'Anjou Comte du Mayne.

Arestum intimi arcanique Consilij Regis die vlt. Iun. an. 1553.

RVRSVS de Borboniæ domus latifundiis Ludouica Sabauda mouit retinendæ possessionis interdictum medio in Senatu, aduersus Carolum Borbonium Ducem postremum an. 1522. Dicebat enim, matrem suam Margaretam Borboniam, Caroli 1. Ducis filiam extitisse: eam nuptialibus cum Allobrogum Principe tabulis accitam fuisse, secundùm masculos, in spem Borboniæ totius hæreditatis certissimam. Nulla igitur residua Boiorum Ducis virili prole, suam esse, iure materno Borboniarum opum successionem, sibique Carolum, qui inferiore gradu agnatus erat, postponendum. Ad ea Carolus, se, quamuis propinqua agnatione ab vltimo Duce remotior esset, fœminæ tamen anteferendum. Quippe qui directò à Borboniis Ducibus exoriatur, quibus tot ditionum Panagia Princeps erogarit, adiecta marium descendentium prærogatiua. Carolus siquidem Ludouicum Borbonium auum ciebat, Montispenserij Comitem, Iani primi fiduciarij Ducis filium natu minorem. Quinquennio pòst, ancipitem hanc controuersiam diremit Caroli perduellis bonorum publicatio à Senatu decreta, Quintili mense, an. 1527. In summà, quoad regiam fundorum Fiduciam, viuo masculo, idem ius tractabitur contra fœminas, quod Principis fauore, maribus extinctis, introductum sit.

Borboniorum Ducum bona, Ducatus Borbonensis, Aruernorum, Castriheraldi, Comitatus Marchiæ, Foresiorum, Baronia Bellioci, &c. De quibus Actio forensis in Senatu habita à G. Poieto, Ludouicæ actricis, & Montholonio, Borbonij causidicis.

Ianus 1. hoc nomine, Borboniorum Dux filios habuit Carolum, & Ludouicum: Ex quo Ludouico & Gabrielide *de la Tour*, natus Gilbertus Borbonius, pater Caroli Borbonij vltimi, Comitis Montpenserij.

Tit. III.

A FIDVCIARIO PRINCIPATV, ORIGINE FOEMINEO, MVLIERES ARCERI.

1 *Feudum, licet origine fœmineum, tamen Principi adquisitum, ac deinde Panagij iure datum, ad fœminas reuolui non posse.*

2 *De Artesiæ Comitatu, inter Mathildem amitam, & Robertum fratris filium, contentio.*

Falsarius, incisis digitorum neruis deportatus.

3 *Atrebaticum Comitatum à Rege profectum, peragratis variis Familiis, ad eundem rediisse: dein Austriacis Ducibus cessisse.*

Calesium, Artesiæ Comitum patrimonium antiquissimum, penes Francum Regem mansisse.

NOVISSIME' VIDENDVM, in Comitatu origine fœmineo, qui ad Principem deuenerit, Nûm ab eo in fiduciam datus, ad fœminas deuolui possit ante masculos gradu remotiores, an maribus saltem fato functis. Neutro casu eas putem admittendas. 1

ATREBATICA ditio peruenit ad Philippum Augustum Ysabellæ matrimonio, Hannonum Comitis filiæ: Cui Flandrorum Comes patruus, in perpetuum Atrebates donauerat, an. 1180. Augusti filius Ludouicus 8. legauit Roberto secundogenito suo Artesiam Panagij nomine, an. 1225. supremo hoc elogio. *Volumus & ordinamus, quòd filius noster secundus natu habeat totam terram Atrebatensem in Feodis & Domaniis, & totam aliam terram, quam ex parte matris nostræ Elizabeth possidemus, saluo dotalitio matris suæ. Quòd si idem qui Atrebatesium tenebit, sine hærede decederet, volumus, quòd tota terra Atrebatensis, & alia terra quam teneret, ad filium nostrum Regni nostri successorem liberè & integrè redeat. Item ordinamus, quòd tertius filius noster habeat totum Comitatum Andegauiæ & Cenomaniæ in feodis & Domaniis, cum pertinentiis suis. Item quòd quartus filius noster Comitatum Pictauiæ & totam Aluerniam in feodis & Domaniis cum pertinentiis suis habeat.* Quas paternas Testamenti tabellas filius piè executus est B. Ludouicus, tradita fratri Atrebatum possessione: Iunio mense, an. 1237. Roberti Atrebatis hæres duos sustulit liberos, Philippum, & Mathildem. Inde exurgit anxia coram Rege contentio Mathildis amitæ cum Roberto 3. Philippi præmortui filio, an. 1302. de auito Atrebatum Comitatu. Robertus enim solidam vindicat lege Panagij Artesiam, summota Mathilde. Item patris sui iure fretum se iactitat ex Pactitio instrumento (sed conficto) de paterni gradus repræsentatione in bonis auitis 2

Scribunt Flandri Historici, iam inde ab initio omnia ista fuisse corporis Flandrici, quęcunque iacent inter flumina Somonam, Scaldē & Oceanum, dotémque olim fuisse profectitiam primæ Comitis Flandriæ Iudithæ, Caroli Calui filiæ Meier. in Flandriæ Annal. lib. 6.

Andegauiæ Appennagium & Cenomaniæ.

Pictauiæ & Aruerniæ Appennagium.

Mahault d'Artois.

Francis. Balduinus, Atrebas, Atrebatici Comitatus huiusce

auitis hæreditate capessendis. A Mathilde, contrà, adfertur, Atrebates fœminis, vt maribus, esse communes: Profectos à muliere Ysabella, tum primùm ditionis Gallicæ factos. Ideóque muliebrem purè hæreditatem, arctis Panagij regulis minimè coërcendam. Hoc posito, consequens esse, Roberto fratris filio amitam, nepoti filiam anteferri, quæ Roberto 2. obeunte, à quo hæc veniebat hæreditas, primigenia reperiretur. Quandoquidem patrum repræsentandorum mos apud Atrebates receptus non esset, vel in recta etiam auorum successione. Princeps cognoscens, Mathildem Comitem pronuntiauit 7. Idus Octobr. an. 1309. & Maio mense, an. 1318. Alio autem Principis decreto meritas sceleris pœnas dedêre, qui stimulante Roberto, commentitias & adulterinas tabulas perscripserant. Arestis Paschalibus an. 1331. Non minori planè in falsarios seueritate, quàm qua Alexander Seuerus Notarium qui falsum causæ breuem in Consilio Imperatorio retulisset, incisis digitorum neruis, (ita, vt nunquam scribere posset) deportauit. Auctore Lampridio. Nec dispar de Artebione profertur exemplum, qui alienam scripturam Syluani chirographo accommodauit: Constantio Gallo Imperat. Vt est apud Marcellinum lib. 15.

controuersiam referens, ait, necdum hodie in sua Patria repræsentationem admitti in succedendo. In Comment. Institut tit. de hæreditat. quæ ab intestat. De quo etiam scripta Consuet. extat artic. 60. tit. 2.

Regium Arestum die 9. Octobr. 1309.

Froissartes harum falsarum literarum mentionem facit, Hist. lib. 1. cap. 26. Ægyptiorum Instituto, ambæ manus ei amputabantur, qui falsis literis quid inscriberet, aut de scripto demeret, aut falsas syngraphas afferret. Inquit Diodorus Sicul. Rer. Antiq lib 2.

3 QVÒD si in causa illa Atrebatica, Robertus ad falsi præstigias non confugisset, technásque tanto viro indecoras, haud dubiè masculus fœminæ non succubuisset: Siue masculam Panagij conditionem intueamur, siue naturalem, quæ nepotes ad auita bona iure proprio vocat, æquitatem. Proinde nil moror prædictæ Consuetud. Atrebaticæ barbariem, quæ ciuilia Iura tollere potest, naturalia non potest. Obidque suspicantur memoriæ scriptores, gratiosam fuisse priorem illam Regis Sententiam, nec trahendam ad exemplum, quia Mathildis ipsa filiam Philippo Longo Regis filio despondisset. Ex quo sciendum, Atrebates iterum Longi affinitate in Flandrorum Comitum familiam rediisse, Margareta Longi filia Flandro in matrimonium data. Denique à Flandri filia, ad Burgundum Ducem maritum peruenit hic Comitatus. Si autem iure suo vsus esset Princeps, tandiu variis fœmineorum Comitum familiis inseri non fuisset Artesiam. Id quod luculenter demonstrauit Ludouicus 11. quùm vltimò Burgundione mortuo absque virili sobole, fiduciarios Atrebates postliminio recuperauit. Quo itidem consilio, Antissiodorum recepit Ludouicus, an. 1476. Tametsi solenni Fœdere, Comitatus Antissiodorensis Burgundo traditus fuisset, ab vtriusuis sexus hæredibus perpetuò retinendus, an. 1435. Vnde & Comitum Antissiodorensium titulo se venditant etiamdùm Niuernenses Duces, ex Burgundiorum nempè Procerum filia gradatim orti. De priscis vtique Antissiodori Comitibus extat Pontificium Innocentij 3. Rescriptum, Cùm olim Abbas, & Conuentus Vergiliacensis. De offic. deleg. Nec verò inficior, Atrebates Martia vi postea cessisse Austriacis Ducibus, Caroli Burgundionis successoribus fœmineis an. 1489. At vice versa, Calesij ad Gessoriacum littis ditio possessióque mansit hactenùs penes Francum Regem, licet antiqui forsan Artesiæ Comitum patrimonij. Cùm enim Britanniæ Insulæ Rex Itium bello cepisset an. 1347. Philippus Burgundiæ Dux, Atrebatúmque Comes, graui oratione persuasit Gandauensibus suis, (an. 1435.) Itium obsidione cingendum, Ideóque Gandauensium armis repetendum, quòd Atrebatici Comitatus dominio quondam accenseretur. Vt tradit Monstreletus, Histor. volum. 2. cap. vlt. Nihilo seciùs Franci limitaneum hoc Galliæ oppidum vt Anglis extorserunt, sic penes se meritò retinuêre. Ianuar. mense an. 1557.

Auxerre.

Fœdus in Atrebatum vrbe ictum, an. 1435. inter regem Carolum 7. Et Philippum Burgundiæ Ducem.

Abbatia de Vezelay, en Auxerrois.

Calais.

Gantois.

4 NON erit quoque alienum, his Carnutes subtexere. Iana Alenconij Comes Philippo Pulchro transcripsit Carnutensem Comitatum pacto trium millium libellarum reditu annuo: mense Quintili, an. 1286. Antea enim Carnutes, priuata fuit Blesensium, & Carnutensium Magnatum possessio, qui familiæ stipitem à Danis & Normanis Regulis deducebant. Inde Theobaldus Carnutum Blesorúmque Comes memoratur à Fulberto Carnutum Pontifice coætaneo, Epist. 1. & 19. lib. Epist. Hugonis itidem Vicecomitis Carnotensis meminit Yuo Carnutum Antistes, Epist. 197. Tum Adelæ Carnutensis fœminæ Comitis, Epist. 5. 38. 82. 138. 145. 150. 203. Theobaldum rursus Comitem prædicat Sigebertus in Chronico an. 1172. Postmodùm autem virilis Panagij legibus obligatur fœmi-

Chartres.

Hic Theobaldus Comes Carnotensis, plures Iudæorum, qui Blesis habitabant, igni tradidit. Auctore Sigeberto.

neus Ianæ illius Comitis Principatus. Eo iure Carnutes à Philippo 6. ceduntur Lodoico fratri: dein à Iano patre, filio Carolo fiduciarij. Cui proximum est quod de Blesensi Comitatu fertur, origine penè muliebri. Margareta enim Theobaldi cognomento Probi filia, Vvalterum Auenïensem virum ditauit hæreditario Blesorum Comitatu: an. 1217. Horum exin Maria filia, Comitem fecit Hugonem Castellionem maritum, Fani Pauli Regulum. Quia de Blesensi Comite heroina, rescripsit Innocentius 3. PP. in cap. 23. & 24. De verb. signific. Extat insuper D. Bernardi ad Blesensem *Comitissam* Epistola 300. Progressu temporum, Blesensis Principatus Ludouico Aureliano diuenditur à Vido Castellione postremo: An. 1391. Vnde effectum est, vt Aureliani emptoris hæredibus in Regium culmen euectis, nunc Blesensis ager numeretur in Patrimonio Fisci. Id quod Lege expressum est Molinensi (§. 13.) de qua toties suprà.

Blois.

Non legi apud Iul. Cæsarem, quod scribit Dionys. Pontanus, in Blesenses Consuet. Ciuitatem hanc suam à militibus Iulij Cæsaris, qui in eis partibus hyberna ducebant, conditam, & caput eius Prouinciæ factam.

5 SYLVANECTENSIS item Comitatus, Vilhelmo 4. Neustriæ Duci competiit, Sportæ coniugis hæreditate, filiæ Huberti, Syluanectensis Comitis. Verùm is postea Regium in ius transfertur, publicatis Francicis omnibus rebellium latifundiis Anglorum, qui ex Normanicis Ducibus processerant. Militari nempè & caligato Phil. Augusti iudicio, qui in malè fidos clientes Anglos coactus fuerat arma induere. Nec exinde ampliùs Reges Syluanectum emanciparunt, tanquam Gallicæ Reipub. fundum. Plura de Syluanectensium Comitum successione, petenda ex Chronicis Normaniæ libris. Ab illa insuper Normanorum Ducum gente exiit Perticensis Vnellorum Comitatus, cuius maiorem vtique partem Yuo, & Vilhelmus Taluatius Belesinij dudum tenuerunt, Ricardo 1. Neustriæ Duce. Erricus dehinc Angliæ Rex, Belesino oppido capto donauit Rotrocum generum, Comitem Perticensem. Atque ita huius fortunæ vxorio iure exaggerantur: Vt est apud Vilhelmum Gemeticensem. Sed quàm primùm Perticenses in Francici Diadematis corpus relati sunt, Heliæ donatione, sororis hæredisque Roberti Comitis, numquam inde diuelluntur, præterquàm fiduciaria in Regios liberos mancipatione. De quibus, Nos copiosiùs antea.

Senlis.

Comtes du Perche hereditaires, de quibus passim Sigebertus in Chronico an. 1159. & 1170.

Sup. lib. 1. tit. 6.

6 PLANVM est, Armoricam Britanniam, cuius peculiaris dominatus occœpit à Conano Meriadeco, ad Gottofredum Anglum dotalibus pactis deuenisse, an. 1172. Inde ad Petrum Druydem Constantiæ Toarcensis virum, an. 1213. Principe autem, multiplici iure Armoricas recipiente, quis neget eas perpetuò Regium in Patrimonium redactas fuisse, nullatenùs denuò à fœminis possidendas? Insignem herclè Armoricorum Comitum auctoritatem extitisse, ac in iure suis dicundo prærogatiuam, indicat Decretalis Epistola Innocentij 3. in cap. Ex tenore literarum Comitis Britanniæ. De for. compet. Et cap. Accedens. Vt lite non contest. Reliqua de Britonibus, eorúmque priscis Regibus exequitur Rhegino Prumiensis Abba, * σύγχρονος Kaluo Imperat. Scripsit pariter D. Bernardus ad ERMANGARDAM QVONDAM COMITISSAM BRITANNIÆ. Epistol. 116.

De fœminea hæreditate minoris Britanniæ.

Canon Historicus, de Ducibus Britanniæ.

* coætaneus Caroli Calui Imp an 870.

Supremorum Feudorum, quæ affinitatibus ad Regem peruenerint, fœminas esse capaces.

7 DIVERSA ratio est in supremo quodam Principatu, Coronæ addito, muliebris dotis nomine. Nam à fœminis inchoatus, licitè ad fœminas reuoluitur iure hæreditario. Putà, Nauarræ Regnum Francico, tùm iunctum putabatur, cùm illius Regina Franco iuncta est solennibus nuptiis, an. 1285. Verùm vtriusque ex Hutino neptis, Sceptrum gentis secum è Francia abstulit liberrimè. an. 1328. quo, Philippus 6. Cantabriæ Regnum vltrò dereliquit Philippo Eburouicum Comiti, marito Ianæ Hutini Regis filiæ. Tametsi Cantabria primitùs à Francis possessa fuerit, deinde Francorum Regibus tributaria: Clothario Gallicis rebus moderante. Vt inquit Aimoynus, Histor. lib. 4. cap. 13. In summa, priscis Nauarricæ gentis Regiæ Monumentis comperimus, Ianam illam, auita Ianæ Campanæ hæreditate Reginam acclamatam fuisse Comitialibus Ordinum sententiis Cantabrici Regni, tanquam hæreditarij purè, & ad fœminas, vt mares, successorio iure transitorij. Præd, an. 1328. Nec ita multò pòst, Cantabricum Biscayæ Comitatum sibi asseruêre Francici proceres Alenconij, fœmineo Mariæ Hispanicæ titulo: de qua Ioh. Tilius, Regiæ nostratis Historiæ lib. 1. Qùum enim Cantabrici eius latifundij domina illa Carole Alenconio nupsisset Valesij Regis fratri, (qui Creciaca acie cæsus est an. 1346.) communes amborum filij Petrus &

De Nauarræ regno, quod post mortem masculorum Ianæ Câpanæ vxoris Philippi 4. nempe post obitum Lud Hutini, Phil. Longi, & Caroli Pulchri, cessit filiæ Ludou. Hutini, tanquam propinquiori & antiquiori.

Extractum ex Inuētario Chartarum & titulorum Nauarræ Domus.

Biscaye, seigneurie de Laire, & autres, au Royaume de Castille.

Des memoires de I. du Tillet cap. De la maison d'Alençon, parlant de Marie d'Espagne Comtesse de Biscaye, Dame de Bare en Castille, fille de Ferrand d'Espagne, & de Blanche de France fille de S. Loys.

& Ludouicus statuerunt liberè inuicem de materno Comitatu, ditioneque *de Laire*, Hispanici agri. Tabulis obsignatis Quarto Iduum April. an. 1391. quæ Vindocinensis Rationalium Cameræ Archiis inseruntur. Et isthæc quidem extra patrios Gallici imperij fines. Eapropter facilè etiam conuentum fuit nuptialibus Pactis Reginæ Scoticæ cum Francisco Errici 2. Regis primigenio, vt nullis inde extantibus masculis, Scoticum in Regnum filia succederet. Aprili mense an. 1558. Ac maius sanè in hoc, quàm in Nauarrico illo, sic paciscendi videbatur argumentum. Nam Enichus Nauarræ Ducatui primus Regiam attribuit dignitatem: circiter annum 1000. Quùm multis antè seculis, Caledonia sylua, & Orcadum Insula fuerit Scotici regni titulo decorata. Nec moueor Bartolom. Brixiensis, & Alberici sententia, Scotorum Regem impropriè dici, Regulúmque potiùs existimantium. Brixiensf. in Repertorio suo. Alberic. in Dictionar. in verbo, Rex Can. Lotharius 31. quæst. 2. Sanè gentis vetustatem testatur Claudianus hoc poëmate, de Bello Getico:

> *Venit & extremis legio prætenta Britannis,*
> *Quæ Scoto dat fræna truci, ferróque notatas*
> *Perlegit exanimes Picto moriente figuras.*

Et in Panegyrico ad Honorium,

> *Ille leues Mauros, nec falso nomine Pictos*
> *Edomuit, Scotúmque vago mucrone secutus, &c.*

Die 10. April. 1391. Cōtractus inter Ludouicum Comitem *d'Estāpes, & de Gyen sur Loire*, & Petrum Comitem *d'Alençon* fratrē super donatione illius in hunc Comitatus Biscayæ &c. Itē publicè facta & scripta fuit Iani Aleneonij Ducis Oblatio fidei & hominij Henrico Castellæ regi, ex Comitatu *de Biscaye*, & Ditione *de Laire*, die 14. Maij an. 1463. Apud Fontem Arabicum.

Scoti Caledoniam syluam, & Orcadicum Oceanum incolentes.

De Scotorum antiquitate.

8 IN prædiis autem Regiæ Franciciæ beneficiariis constantem Regni Legem ne Cæsar quidem armatus potuit expugnare. Carolus 5. Imp. omnem mouit funem Madritiano Procerum Consessu, an. 1525. vt Burgundiam à fœminis olim profectam, ostenderet ad fœminam, auiam paternam successione legitima peruenisse. Robertus enim Burgundionum Dux tres sustulit liberos, Odonem, Ianam, & Margaretam. Iana coniugio sociatur Phil. Valesio, ex quibus Ianus Rex fuisset exortus. Defuncto igitur Odonis Burgundiæ Ducis nepote, Ianus eum in Ducatum successerat materna Ianæ Burgundæ hæreditate, vel cognatione. Rex, è diuersò, altiùs re petita, Burgundiam, maiorum suorum antiquissimum esse beneficium, eidem illi Roberto Panagij nomine attributum, An. 1030. Nam Carolus Magn. Burgundiam regio iure recepit, occiso in Pyrenæi saltus angustiis Sansone Burgundiæ Regulo. Ex hinc Magni nepoti Lothario traditur in partem hæreditatis. Constabat, sensim Hugonem Lotharij filium ad mares posteros Burgundiæ Ducatum transmisisse, quem Panagij ergò acceperat. Roberto demum Regi Ducatum testamento reliquit Henricus, qui ex Hugonis stirpe postremus extabat. Quò factum, vt Rex idem Robertum filium Burgundiæ Panagio honestarit. Vnde perspicuum erat, Burgundiam, publicum esse Regni patrimonium. Neque huic parti obstare, quòd Ianus Rex Diplomate professus sit, Burgundiam sibi competere, non Regij diadematis, sed iure materno: Nouembr. mens. an. 1361. Quandoquidem ea semel posthac in fiduciam data Philippo Iani filio, Cæsaris tritauo, non erat deinceps muliebri dominio obnoxia. Gallus Samarobrina Pace obtinuit, Nonis Augusti, an. 1529. Vt edocuimus suprà lib. 1. tit. 2. Hugonis tamen illius Burgundiæ Ducis legitur Epistol. 127. inter D. Bernardi Epistolas, hac tituli inscriptione: GVILLERMO DEI GRATIA COMITI PICTAVORVM ET DVCI AQVITANORVM HVGO EADEM GRATIA BVRGVNDIÆ DVX, &c.

De Ducatu Burgundiæ.

Madric, Hispaniæ oppidum.

Maria Burgunda Caroli Ducis filia, paterna auia Caroli Austriaci Imp.

In Roncevallis cæsus Sampso. Burgundiæ Regulus.

Traicté de Cambray, die 5. Augusti, an. 1529.

9 RVRSùs si Cæsar Carolus 5. pleniore officio defungi voluisset liberandæ maiorum suorum fidei, Gallo reddidisset Duacum Catuacorum, Insulam, Orchias, Flandriæ contermina Oppida: quæ arctiori adhuc, quàm Burgundia illa, fiduciæ lege restitui debebant Francico Sceptro. Flandrorum enim Ferrandus Comes, qui Bouinea acie captus fuerat, assignauit addixitque ea Oppida victori Regi in solutum quinque & viginti millium libellarum, quæ ex condicto redemptionis pretio minimè luebantur. Eam conuentionem probarunt Comites posteri, Thomas, an. 1244. Vido, an. 1275. Robertus, an. 1312. Ludouicus, an. 1315. Quin & Robertus Regi purè transcripsit Castellarias ditiones Insulæ, Duaci, & Betuniæ, vt decies mille *Libris Terræ* eximeretur, promissis Flandrica tùm vltima Pace. Nec verò solus hic, at Ludouicus etiam filius renunciarunt qualicunque fun-

L'Isle, Douay, & Orchies.

Prælium *de Bouines* inter Philippum 2. Franciæ Regem, Othonem Imp. & Ferrandum Fladriæ Comitem an. 1214.

dorum redhibitoriæ legi, quam superiore Pacto Robertus sibi reseruarat. Postea quidem Ludouicus Flandriæ Comes extorsit has à Rege Castellanias, alioqui non consensurus vnicæ filiæ nuptiis cum Regio fratre Philippo Burgundionum Duce, tritauo paterno Caroli 5. Imp. an. 1368. At enim Princeps, qui ditionibus his simul, vt tempori, cessit, actutùm stipulatur à fratre, easdem, mortuo socero, CORONÆ ab eo restituîri. Scripta pactione apud Peronam Veromanduorum, Pridie Idus Septemb. Eod. an. repetita à Carolo 6. an. 1386. De iis quoque vrbibus in Gallicum ius asserendis contestatus est Princeps, Flandrico fœdere icto, pridie Iduum Sextil. an. 1498. Eo tamen cautum fuit, Regem ipsum, tantisper dum viueret, ius suum honorario amicorum Arbitrio, non armis persecuturum.

Vetus Pactio Caroli 5. Regis cum Burgundo fratre de tribus Belgicis oppidis restituendis, die 12. Septēb. an. 1368. Tractatus Pacis inter Regem, & Archiducem Austriæ, Flādrorum Comitem, die 12. Augusti an. 1498.

La Franche Comté.

Bezançon.

Sigebertus de hoc Friderico 1. ita loquitur. Fridericus Imperator Alemannorum duxit filiam Vvilhelmi Comitis Masconensis, & cœpit cum ea ciuitatem Vesontionē, & alias multas, quas pater eius tenuerat de Duce Burgundiæ.

De Sequanis, Burgundiæ Comitatu, opportuna incidit dubitatio, sitne is in Regio Franciæ vel DOMINIO, vel Beneficio numerandus. Cæsariani dissetunt, Vesontiones se fecisse Conrado Augusto vectigales. Ex Reginaldo dein suæ familiæ Comite vltimo, traductum Comitatum ad Fridericum 1. Cæsarem, Beatricis maritum, filiæ Reginaldi. Quod longè aliter à Sigeberto enarratur, In Chronico an. 1157. Ac si quis illustrium Familiarum lineas & schemata longiùs respexerit, statim intelliget, reuerà Othonem Vilhelmum Roberto Regi, Pacto reddidisse Burgundium Ducatum, retento Comitatu. Nec obesse potuit Gallico superiori imperio illud FRANCI COMITATVS prænomen, Trāsiuranæ Burgundiæ inditum. Quin hoc nomen & omen aduersus Cæsares retorquendum. Cōradus enim à Reginaldo armis exigere conatus est clientelaris obsequij sponsionem: sed infausto planè exitu, vnde *Franci* prænomen Comitatui additum est. Transactum denique his legibus, vt Conradi filius Bertoldus, Reginaldi munere Geneuam Allobrogum, & Lausanensem vrbes possideret, tunc primùm Comitatus titulo decoratas. Nam illud obiter dictum sit, Gebennensem Comitatum, Imperiale beneficium esse, quod Sebusianus Comes, sublato Clemente 6. Pontif. qui è Gebennensium Comitum gente satus erat, vi occupauit, Pontificis fratribus ac sororibus exclusis, legitimis hæredibus. Vt est apud Theodoricum Niemum, illius seculi æqualem, Histor. lib. 2. cap. 1. Illuc pertinet quod Gebennensi Comite ad Ducem Conradum scripsit B. Bernardus, Epist. 97. At Paul. Æmylius narrat, Robertum Transiurensis Burgundiæ Regem, Regnum integrum Conradi Imper. filio dedisse. Quod Odo Campanus, quùm iure hæreditario suum censeret, petere cœpit, denegatum armis inuasit. Tunc in duas Burgundia Prouinciolas scinditur, Ducatum scilicet ac Comitatum: vt ad Regiam ille, hic ad Cæsaream spectaret ditionem. Secundum Burgundionum regnum ad ea vsque tempora durauit, sub Arnulpho Cæs. inchoatum. Sed vt se cunque res habeat, probatissimis documentis apparet, Sequanos non solùm clientelæ nexu Francis Regibus obligari, sed & in REM DOMINICAM legitimè referendos. Otho enim Burgundiæ Comes Philippo 4. pollicetur, se filiam nuptui daturum vni ex regiis Philippi liberis, Sequanorum Comitatu dotatam: cum ea cautione, vt qui ex iis nuptiis nascerentur liberi, in Comitatum succederent: sin minùs, Regiæ Franciciæ addiceretur Comitatus: an. 1294. Impleta fides sponsionis, Longo filia coniunx tradita, secundonato Philippi 4. Ob idque Robertus & Blanca Ottonis liberi, donationem comprobarunt, an. 1314. Iuxta hæc, Iana Longi filia & Ianæ Sequanæ, Comitatum inuexit ad Odonem maritum Burgundiæ Ducem. Eo modo sic confusus est vtriusque dominatus Burgundiæ, vt Comitatus, qui Ducum beneficiarius extiterat, in proximam Regis clientelam concesserit, vnà cum Ducatu, cui erat adiunctus. Dehinc autem extincto Eudonis Philippo nepote, Ianus Rex, Philippi agnatus proximus, vtramque adiit hæreditariam Burgundiam. De quibus omnibus authenticæ Tabulæ voluuntur apud Præfecturam Ratiociniorum Parisien. Inde Princeps vnione sacrauit Burgundiam publicis CORONÆ latifundiis: Rescripto mens. Nouemb. an. 1361. Quare inconsultò Philippus Audax Transiuranam Burgundiam Carolo 4. Imp. acceptam tulit, Imperiique beneficiariam professus est 18. Kal. Febr. an. 1362. hac verborum nuncupatione. *Nos Burghardus Burggrauius Magdeburgensis, Magister Imperialis Curiæ, & Ægidius* de Soycourt, *Procuratores & nuncij illustris*

Comté de Geneue, & Lausanne.

Comes Sabaudiæ Geneuensem Comitatum occupat. Theodorus à *Nien*, illorum temporum historicus.

De Regno Burgundiæ Transiuranæ, & Arelatis, lib. 3. Alphōsi *d'Elbene* Episc. Albiensis, editi an. 1602.

Annos plus 130. durauit ad ea vsque tempora secundum Burgundionum Regnum.

Tribus huiusce Phil. Pulchri Literis (mēs. Ianuar. an. 1286. Maio. 1300. & 17. Febr. 1304.) agitur de Feudis vrbis Dolensis, Castri Challonis, aliorumque Burgundi Comitatus fundorum, tanquam subiectis Ducali Burgundiæ feudo dominanti, & sic mediatè beneficiariis Coronæ Franciciæ. Ex Thesauro Chartarum regiarum.

Philippus *le hardy*, Regis Iohannis filius, à Cæsare auun-

illustris & magnifici Principis Domini Philippi Ducis Turonensis & Comitis Burgundiæ, auctoritate procuratoria; qua fungimur in hac parte; Comitatum Burgundiæ, à sereniss. & inuictiss. Principe & Domino Carolo 4. Romanorum Imperatore semper Augusto, & Bohemiæ Rege illustri, tanquam Imperatore Romano, ad cuius iurisdictionem, collationem & proprietatem idem Comitatus pertinere dignoscitur, in Feodum accepimus, & in ipsa susceptione in animam præfati Domini nostri Ducis Turonensis & Comitis Burgundiæ iurauimus, quòd Dominus noster prædictus præfato Domino suo Imperatori & sacro Imperio occasione dicti Comitatus fidelis erit & obediens, &c. Datum Nurembergæ, &c. Indict. 5. Consultior autem postea Philippus, Burgundiæ Comitatum sumpsit à Rege, iusto summóque Sequanorum domino, fiduciarium, an. 1363. Ex Formula, quam nominatim descripsimus suprà. Chrysopolis tamen, seu Vesontio, licet oppidum fuerit maximum Sequanorum, ætate Iulij Cæs. (lib. 1. de Bel. Gall.) dicitur Augusta ciuitas, Sedésque Imperialis: In qua proinde, Philippus Burgundionum Princeps, statuit sibi Romanorum Regem Fridericum Austrium honorificè excipiendum, tanquam in propria Rom. Imperij ciuitate, an. 1442. Vt refert Oliuerius Marchianus, lib. 1. Memorabil. cap. 7. Interiacent etiam Burgundiæ vtriusque finibus Pagi nonnulli, vulgò dicti *Terres de surseance, Villages de neutralité*: Quos Galli Reges prisci sacro Patrimonio asseruerunt. Extat quippè Caroli 6. Mandatum an. 1393. de re proprietatéque eorum Vicorum testibus inquirenda, cum Philippo Burgundiæ Regulo, qui controuersos fundos, ceu Transiuranæ Burgundiæ partem, sibi vindicabat. Rursùm Carolus 7. cum Burgundo Principe, Iudices dedit controuersiæ istius definiendæ, an. 1448. Indeciso tamen negotio superuenit publica amborum Regum Pax, Franci, ex suo Burgundiæ Ducatu, & Hispani, ex Comitatu Burgundo. Qua Pace gemina conuentum est, (Cameracensi nempè an. 1559. & Veruina an. 1598.) arbitros limitum sumi de iure Pagorum istiusmodi: Ita, vt Ducatui propinquiores, Gallo: Comitatui autẽ viciniores totidem, Iberico regi addicerentur.

> Lib. 2. tit 11.
>
> *Bezanson, ville Imperiale.*
>
> Fridericus 3. Imp.
>
> *Memoires de Mess. Oliuier de la Marche.*
>
> Limitanei Pagi *de Vauxillars, Suaucour, Fiffelou, Riancourt, La Rue de la fontaine Françoise dicte Laumosnerie, &c. Les Sieurs de Chausfins, & de la Ferriere pretendent droict de contremarque & neutralité, come moyens d'estre le Comte & Duché de Bourgongne: & prennent leur sel & saline, soit en la Franche Comte, ou au Duché, ainsi que bon leur semble.*

11 De vtraque Burgundia, nimiùm multa: nunc quod instat, agamus. Clarummontem Bellouacorum tenuerunt quondam priuati Dynastæ, fundum mancipi, propriúmque istorum, nec Fiscalem, aut publicum. In iis Rodulphus emicuit Clarimontis Comes, an. 1187. Catharina Blesorum, & Claromontana Comes, an. 1192. Ludouicus, Comitatus vtriusque Regulus, an. 1201. Theobaldus, Blesensis & Claromontanus Comes, an. 1218. Quorum omnium nomina ac tituli, velut in picta tabula, subiiciuntur oculis in Chartophylacio Monasticæ Ædis Frigidimontis, & sacri Hospitij Bellouacensis: Quibus nimirùm Comites illi vicissim opimos reditus annuos piè erogarunt. Hinc muliebri successione Comitatus spectauit ad Regiam Anglicam: tum Angli perduellione, regio Augusti fisco commissus. Ex ea die, nunquam fœminæ manu mancipióque administratur. Fiduciarium verò Rex idem præbuit Philippo Notho suo, qui Mathildem vxorem duxit. Reginaldi Boloniæ Comitis filiam. Vsqueadeò, vt Iana Castillionea, quæ superiorum Comitum hæredem gerebat, precariam rogarit à Principe Claromontis possessionem: Circa an. 1250. Euestigiò autem: Rex ditionem hanc in ius Coronæ reuocauit, ex lege Testamentaria patris Ludouici 8. sic concepta. ITEM QVÒD TERRA, QVAM CHARISSIMVS FRATER ET FIDELIS NOSTER PHILIPPVS COMES BOLONIÆ TENET EX DONATIONE NOSTRA, REVERTATVR AD SVCCESSOREM NOSTRVM REGEM FRANCIÆ, SI IDEM COMES BOLONIÆ DECESSERIT SINE HÆREDE. Iunio mense, an. 1225. Itaque Ludouicus 9. fiduciario iure concessit Roberto filio Claromontanum Comitatum: quem tamen à Roberti posteris Carolus 4. qui apud Claromontem natus fuerat, permutatione recepit Marchiani Comitatus, Yssoduni, Fani Petri Monsteriensis, & Montisferrandi Aruernorum oppidi, an. 1327. Iisdem verò Philippus 6. Clarummontem ita restituit, vt eius nomine in fidem clientelámque se contulerint Episcopi Comitisque Bellouacensis. Ludouicus nempè, (6. Kal. Marr. an. 1366.) & Ioh (7. Kal. Mart. an. 1401.) Borbonij Reguli, Claromontis Comites, modo ita circumscripto: DE HIS, DE QVIBVS COMITES PRÆDECESSORES SVI EPISCOPO BELVACENSI HOMAGIVM FACERE DEBENT. ET CONSVEVERVNT.

> *Clermont, en Beauuoisis.*
>
> *L'Abbaye de nostre Dame de Froimont, en Beauuoisis.*
>
> Claromõtanus Bellouacorum Comitatus, olim Anglorum fuit, vxorio iure dotali.
>
> *Eschange de Clermõt auec le Comté de la Marche, Yssoudun, S. Pierre le Monstier, & Montferrant.*
>
> *Acte de Foy, & hommage du Comte de Clermont à l'Euesque de beauuais*, die 24. Febr. an. 1366. & die 23. Febr. an. 1401.

Borboniæ enim gentis parens auctórque S. Ludouicus persanctè cauerat, Clarummontem Bellouacorum ita redigi in ius DOMINICVM, vt si quando è Regia Francica emanciparetur, priuatus quisque possessor clientelari in patronum Episcopum sacramento adigeretur. Regio Diplomate infrarelato, *Ludouicus Dei gratia Francorum Rex. Vniuersis præsentes literas inspecturis salutem. Notum facimus, quòd cùm, sicut nobis datum est intelligi, Comes Clarimontis de quibusdam in Comitatu ipso existentibus dilecto nostro Episcopo Beluacensi homagium facere teneatur, Volumus, & concedimus, quòd si fortè dictum Comitatum extra manum Regiam posuerimus, quicunque dictum Comitatum tenebit, siue sit filius noster, aut quicunque alius, Episcopis Beluacensibus, qui pro tempore fuerint, teneatur homagium facere de iis, de quibus ipsis Episcopis consueuerunt homagium facere Comites Clarimontis. Dilectus verò & fidelis noster Reginaldus Episcopus Beluacen. de omnibus redeuenciis & arreragiis, in quibus sibi & antecessoribus suis Episcopis dicti loci teneri poteramus, pro eo quod quandiu dictum tenuerimus Comitatum, eis homagium huiusmodi non est factum, & de quibus etiam ratione defectus dicti homagij, siquis fuit, teneri possemus, quandiu Comitatum eundem in manu nostra contigerit nos tenere, Nos & heredes nostros quittauit penitus & absoluit. In cuius rei testimonium, &c. Actum apud Vizeliacum.* Mens. Mart. an. 1269. Ideóque nuper Episcopus prehendi iussit Comitatus res prædiarias dominica feudi potestate, quia eundem Dux tenuisset Lotharingus ab anno 1575. Brunsuicensis Ducis munere, sororij sui, cui Rex Comitatum pretio distraxerat. Sed aditus de eo Senatus censuit ampliùs deliberandum 4. Iduum Ianu. an. 1584. quùm Nos pro Episcopo, Pasquerius pro Duce, dixissemus.

Regiæ Literæ, de Claromontani Comitatus homagio, in parte debito Episcopis Bellouacorum an. 1269.

Donatio facta apud Nanseyum, die 2. Decemb. an. 1575. ab Errico Brunsuicensi Duce, Carolo Lotharingo Duci, Comitatus Claromontani fruẽdi post mortem Dorotheæ sororis Lotharingi, & vxoris donatoris, liberos non habentium.

Die 10. Ianuar. an. 1584.

DELPHINATES verò maiori etiam ratione diuelli nequeunt à Francico Diademate. Viennensium enim Delphinatus, quem Bozone mortuo, Arelatensi Rege, primus occupauit Vido Crassus, Albonis Comes (an. 1135.) perducitur quidem ab huius pronepte Beatrice ad D. Ægidij Comitem virum. At consequenti ætate, Viennensium Procerum vltimus Vmbertus Principatum directò transcripsit Regiis Francorum primogenitis, certa lege sic præfinita 3. Kalend. April. 1349. NOSTRVM DELPHINATVM DE VIENNESIO, DVCATVM CAMPISAVRI, PRINCIPATVM BRIANCZONESII, MARCHIONATVM SESANÆ, COMITATVM VIENNÆ, COMITATVM ALBONIS, COMITATVM GAISVODANI, COMITATVM EBREDVNESII, ET COMITATVM VALPINCESII, BARONIAS ET OMNES TERRAS AD NOS PERTINENTES CEDIMVS, TRANSFERIMVS IN CHARISSIMVM CONSANGVINEVM NOSTRVM CAROLVM PRIMOGENITVM IOHANNIS NORMANIÆ DVCIS PRIMOGENITI DICTI DOMINI PHILIPPI FRANCIÆ REGIS, &c. Philippus vtique Rex, & Humbertus, priore pacto, Delphinatium successorem designarant Philippum, Regis minorem natu filium, Aprili mens. an. 1343. At posterioribus hisce Tabulis, in primigenios Regum transfertur Allobrogum Delphinatus. Quænam verò in priori Delphinatium cessione dictæ sint leges, vide suprà lib. 1. tit. 6. Atque adeò Theodoricus Niemus memoriæ prodidit, Carolum 4. Imp. Delphinates transcribi passum, nuncupatis conditionibus, vt eos beneficiario Rom. Imperij iure possideret primigenius Francici Regni Histor. lib. 2. cap. 25. Senatoria, ad hæc, Lutetiæ Regesta produnt, de Cæsarea, in Delphinates, clientelaris Fidei assertione deliberatum à PATRIBVS C. nec temerè obtemperari postulatis debere, visum. Postridie Cal. Iunias an. 1416. Ne interim duas Humberti illius Delphinatium Principis filias recenseam, Borbonio alteram, alteram Ambœsiæ Regulis nuptas: quarum posteris Delphinatium ius sibi vindicantibus, Aruerni Delphinatus titulum exinde ferunt Borboniæ genti attributum. Seorsùm tamen insignis existit Aruerniæ Delphinatus, quem Borbonij Reguli obtinent fœminea Delphinorum Aruernorum hæreditate. De priscis hisce Comitibus Delphinis Aruerniæ, Nos pauca inferiùs, (tit. 6.) quorum & inclytam bello virtutem prædicat Frossartes, Beraldique præsertim, Aruernorum Delphini nuptias cum filia Comitis Foresiorum celebrat. Histor. volum. 1. cap. 63. & 204. 12

Daulphiné.

Die 30. Mart. an. 1349.

Percurre breue Catalogum Viennensium Delphinorum, in lib Statutorum & Libertatũ patriæ Delphinalis, quem sub an. 1515. formis impressum, legi.

Fridericus 2. Imp. (testimonio Frãcis. Marci, in Delphin. Decis. 415 Parte 1.) concessit Guigoni Delphino Comiti Viennæ, & Albonis Comitatũ Valpincij & Ebreduni, cum Alodialibus tam in d. Comitatibus Valpinc. ac Ebredunẽ. quàm Viennæ, Albonis, & Gratianopoli constitutis. Rescripto Mens. Iun. an. 1247.

Theodoricus à Niem.

Registrum Curiæ, die 2. Iun. 1415. *sur ce que l'Empereur auoit mádé au Daulphin luy faire la Foy, & aux subiects faire leur deuoir.*

Comtes Daulphins d'Auuergne.

IN Viennensi rursùs Delphinatium Prouincia situm habet Ducatus Valentinensis, 13

tinensis, & Diensis. Fuit hic gentilis quondam Pictauensium Procerum Comitatus, in quem planè Aymarus Pictauensis, maribus posteris substituit fœminas secunda certa, Testamentariis tabellis, pridie Idus Sextiles, an. 1339. Eo substitutionum iure, Valentinensi Heroïdi nuper addicta est noui Ducatus possessio vindiciaria, aduersus Procuratorem Fisci, qui donatum Regi Comitatum à Ludouico Pictauensi, enixiùs asserebat. In medium quidem hic protulerat donationis Instrumenta, pridie Kal. Decembr. an. 1391. nummariæque sequentis alienationis Comitatus, 3. Idus Augusti an. 1404. & postridie Kal. Octobr. an. 1405. Sicuti omnia isthæc Regiis Lutetiæ Chartis dignoscuntur. At continua illa familiarium substitutionum, series quæ maiorum testamentis adscriptæ erant, donatoribus præripuit rei liberè disponendæ potestatem, velut perpetui familiæ fideicommissi. Vt à Senatu pronunciatum est, secundùm Dianam Pictauẽsem, Errico 2. Franciæ Rege. Aymarum autem illum, aliósque Comites Valentinos Allobrogum, memorat Froissartes historicus, c. 108. lib. 1. In Valentinam certè Comitem fœminam, quæ Regiis officialibus vim adferri à suis passa fuerat, grauiter animaduersum refert Ioh. Gallus, illa ætate Patronus Fisci, in Curia Parisien. celeberrimus. Aresto in Pridianis festæ Pentecostes, an. 1390. Ioh. Galli quæst. 204.

Duché de Valentinois & Diois.

Testamentum *de Messire Aymar de Poictiers*, die 12. Augusti, an 1339.

Die vlt. Nouemb. an. 1391.

Die 11. Augusti, an. 1404. & 2. Octobr. 1405.

Diane de Poictiers, Duchesse de Valentinois.

14 QVÆRI poterit de Comitatu Bellomontano ad Ysaram fluuium. Fuit enim priuata possessio Matthæi, & Theobaldi Bellomontani, qui eo nomine fidelitatis sacramento Regibus sese deuinxerunt: ille Philippo 1. hic Philippo 2. Annum circiter 1100. & 1200. Vt est in Francic. Annalib. Verùm longa pòst temporum intercapedine, ad Principem deuoluitur Comitatus. Hinc fiduciæ lege Philippo Aureliano mancipatur, Iani Regis fratri: deinceps Lodoico Aurelianensi, Caroli 5. filio. Tandem à Principe Bellusinons recipitur, nullo superstite virilis sexus illorum hærede. Nuper autem Alenconius Dux Franciscus regio munere Ditionem hanc tenuit, restitutis septem & sexaginta libellarum millibus Montmorencio Duci, Comitatus possessori fiduciario. Huic subdamus Baronatum Castrilidi, Cenomanum. Hæc priuata quondam extitit Vilhelmi Rupei, equitis, Dynastia an. 1210. Quam, progrediente tempore, Druydum Comes Robertus 4. & Beatrix Montfortiana, coniux obtinuêre an. 1280. Horum dein secundonatus Robertus, Castrilidi Baro dictus est Ioh. Tilio, in Collectaneis Regiæ stirpis Francicæ. Sed intestati ipsius hæreditate transmittitur Baronatus ad Ianum, fratrem primigenium, Druydum Comitem: Qui eum Carolo Valesio venundedit, Philippi 4. Regis fratri, Annum circiter 1320. Exin Baronia, Fiscale in patrimonium redigitur à Valesio rege, emptoris filio hærede: Regium ibidem Tribunal constitutum: Nec diu post, fiduciaria isthæc, DOMANII instar, adsignatur Iano Philippi 6. filio, an. 1340. Atque hinc pariter Regius procurator Baronatus intendit, Susan Cenomanorum, quæ Castellaria pridem ditio, nunc Comitatus vocatur, Regij Fisci patrimonialem esse. Quandoquidem Beatrix supradicta, Baro Castrilidi, Susan, Baroniæ Castellarium fundũ, dederit Beatrici Russiacæ, ex Iana filia, nepti beneficiaria lege: Cum eo Pacto, vt donataria liberis orba, donatæ res in Baroniæ corpus referrentur. Quintili mens. an. 1311. De liberis autem donatariæ, non planè liquet publico Actori: Hoc certè liquet, Almaricum Craonem, Russiacæ maritum, Petrum, Iohannem Craones seriatim rem possedisse, tum Mariæ Craonis affinitate Raysios Barones, indéque ab Anna Campana vltimi coniuge, Dynastas Campanæ gentis Cenomanorum hucusque. Iam tandem, regia illa DOMANII controuersia Senatorium iudicium præstolatur, ex appellatione interposita à decreto Cenomani apud Castrumlidium proprætoris: Quo, reos, in fundum, iuris sui possessionísque titulum edere iusserit, illum alioquin publicè possideri, sequestrari. Quinto Iduum Sextilium an. 1567. Alius est porro Susæ Delphinatium Comitatus, quem similiter Carolus 9. rex hac dignitate affecit in gratiam Francisci Balmæi, Equitis fortissimi, circa an. 1564.

Beaumont sur Oyse.

Baronia *de Chasteaudulsir, au Maine.*

Guillel. *des Roches*, Seneschalus Andiũ & Cenomaniæ.

Beatrix, Iani Comitis *de Montfort* filia.

Du Tillet, en ses Memoires, Chap. De la Branche de Dreux.

Et Inuentariũ regiæ Domus Andegauen.

Comté de la Suze, au Maine.

Iana *de Dreux*, Comiti Russiaco nupta.

Amaury de Craon.

Barons de Rays.

Annæ Cãpanæ cessa à Renato *de Rays* marito Castellania *de la Suze*, die vlt. Decembr. an. 1463. in compensationem vxorij patrimonij ab eo diuenditi.

Sententia Locumtenentis *du Chasteaudusloir* 9. Augu. 1567. *touchant le Comté de la Suze, au Maine.*

Franc *de la Baulme, Comte 1. de Suze, en Dauphiné.*

15 QVÆ cùm ita sint, non malè inferetur, feudum, etsi origine fœmineum, si à Principe in fiduciam concedatur, absumpta mascula stirpe, resolutum videri, nec ad fœminas transmitti oportere. Sed cùm ostendimus, masculorum interitu, omne genus Panagia solui, filiabus exclusis, dubium relinquitur, an Panagij causa cessante, mulier in aliam quamuis principis donationẽ licitè succedat hæreditario

Le Comté Deu. Raoul de Neesle, Côte Deu, Connestable de France, qui Parisiis securi percussus fuit, die 19. Nouẽb. 1350.

iure. Duensis Comitatus Regio Fisco addictus est, Rodulphi Nellæi perduellione, Magistri Gallicorum Equitum 13. Calend. Decembr. an. 1350. Biennio pòst, dedit Rex Iano Atrebati Duensem Comitatum, his verbis: PRO SE ET HÆREDIBUS SUIS, EX PROPRIO CORPORE. Aprili Mens. an. 1352. Non est hoc quidem Panagium fratri filióve regio attributum, sed vltroneum beneficii Principis munus. Postmodùm Carolus Atrebas exit è vita, masculus è Iano donatario postremus, Quintili mense, an. 1461. Caroli ex Bona sorore nepos Ianus Burgundus, Niuernẽsium Comes, experitur hæreditatis petitione in Senatu, contra Ludou. Lucemburgium, Equestri Gallorum militiæ præfectum. Interim namque Lucemburgio traditus fuerat à Principe Comitatus, dotali Mariæ Allobrogis instrumento, sororis Carolæ, Francorum Augustæ. Pridie Nonas Sextiles, an. 1466. Hic regio iure suffultus defendit, Comitatum, qui à Principe concessus esset Atrebati, transire ad fœminam non potuisse: At masculorum obitu, statim in ius Principis, reuolutum: quoquo pacto RES DOMINICA priuatis trãscripta sit, vtpotè muliebrem auersari solita dominatum. Litis exitum capitalis pœna Lucemburgij anteuertit, interrupit. an. 1475. Quo insperato casu erectus Burgundus, tum Burgundi gener Cliuensis, Principali beneficio Comitatum retinuerunt. Quòd si fundum Princeps dederit Pacumeuio & eius hæredi masculo, Regiam concessionem ad mares liberos omnes porrigi, Senatus pronuntiauit. In Parlamento, anni 1266. TERRAM DATAM PER REGEM IOHANNI COLOMBI, ET EIUS HÆREDI MASCULO, OMNES HÆREDES MASCULOS COMPREHENDERE. Ex Volumine Cameræ Rationalium, fol. 93. Nam & in merè gratuito liberoque Franci Regis beneficio, non minor est iuri accrescendi locus priuatos inter beneficiarios Principis, quàm in donatione Imperiali. Vt inquit Baldus ad l. vn. §. in primo, Cod. De caduc. tollend. Ad cap. 1. De duob. fratr. de nouo benef. inuest. Et ad cap. 1. De duob. fratr. à capitan. inuest. Benedict. in cap. Raynutius in Vers. & vxorem nomine Adelasiam. num. 147. Ex contextu Cæsareæ leg. 1. Tit. Si imperialis liberalit. socius sine hæred. decesser. lib. 10. Cod.

Messire Charles d'Artois, Comte Deu.

Marie de Sauoye.

Die 4. Augusti, an. 1466.

Ludouicus *de Luxembourg*, Comes S. Pauli, Connestabilis Franciæ.

Ysabella Burgunda, Iani Burgundi filia, Iani Cliuensis Principis coniunx.

Tit. IIII.

DE DOTE, ET DONATIONE REGIA PROPTER NUPTIAS.

1 *Regis filiæ, sororíque pecuniariam tantùm dotem dari solere.*
Regum filias, in bona duntaxat mobilia, & in acquisita priuatim, succedere.
Munera, nubentibus dari solita.
Massiliensium Lex vetus, de modo dotis, vestimentorum, & auri muliebris.
2 *Mobilia bona, & Conquisita, priuatorum vxoribus communicari.*
Occitana Prouincia, Iuri ciuili Romanorum iam olim parere iussa.
Venetorum Moribus, mulieres in bona tantùm mobilia, & acquisita succedere.
Saxonico Iure, mundum muliebrem, cum cæteris vtensilibus, à filia matri succedente præcipi.
3 *Rerum mobilium capioni idoneam esse puellam, coniugémve Regiam.*
4 *Pro dote filiarum Regis, fundi nonnunquam assignati, vt Velocasses, Sommariæ, Virtutum Comitatus.*
5 *Caroli 5. Regis lex, de dote in nummis danda.*
Regum aliorum Sanctio de dote nummaria, vel fundis vtendis, filiabus & sororibus concessis.
6 *Filiæ Regis interdum fundos, quousque dos numerata sit, vtendos dari.*
Nothis filiabus Regum, ex regio Fisco, dos constituta.
7 *Pro dote filiarum Regiarum, populo nonnunquam tributum indici.*
Romanorum Mos, de dote à clientibus & populo pro filiabus exigenda.

Rothomagensium,

Rothomagensium, & Rupellanorum ab ea immunitates.

8 *Dominis filias nuptum dantibus, subditos dotis nomine conferre solere.*

Aliæ causæ, ex quibus subditi Dominis tribuere solent.

9 *Non primæ tantùm, sed etiam secundæ filiæ nomine, tributo huic locum esse.*

10 *Anglos, & Scotos in filiarum Regiarum dotem haud facilè tribuere.*

Ad Domini captiui redemptionem nec Anglos quidem, aut Scotos tributum detrectare.

Anglorum, in Ricardo Rege redimendo, pia liberalitas.

Scotorum Regi redimendo vicesima bonorum pars Senatus Consulto decreta, à populo negata.

Mulierum Aquitanarum, in Iano Rege, Romanarum, in Capitolio redimendo, liberalis piaque omnis auri collatio.

Belgarum, in redimendo Iohanne Niuernensium Comite à Turcis, liberalis contributio.

Subsidium, à Flandris, ad dotem filiæ Principis ampliorem constituendam olim postulatum, à Carolo 5. Imp. remissum.

11 *Reginæ viduæ, vsumfructum* Domanialis *prædij*, Doarij *nomine dari posse.*

Dotalitium, *seu Vitalitium, aut Dotarium Latinis*, Morgencap, *seu* Morgangheba, *Longobardis, Ripuariis, & Alemanis.*

12 *Agri à Philippis Longo, & Valesio, & à Carolo 5. viduis Reginis Doarij causa assignati.*

Aureliæ Ducatus, cum aliis oppidis, à Carolo 9. Reginæ matri concessus.

Noua, de doario *Reginis, in Rebus fisci adsignando, Constitutio.*

1 MORIBVS GALLORVM comparatum est, vt pecuniaria tantùm Regiæ sorori aut filiæ dos numeretur. Nec enim temerè fœminis Reipub. fundi opésque dantur possidendæ. Quemadmodùm Chilperici Regis, qui filiæ suæ nuptias celebrabat, Regina vxor indicauit: Oratione ad Pop. Francicum habita, quam Gregor. Turonensis summatim ita recitat. NE PVTETIS, Ô VIRI, QVICQVAM HÎC DE THESAVRIS ANTERIORVM REGVM EXISTERE. OMNIA ENIM, QVÆ CERNITIS, DE MEA PROPRIETATE SVNT OBLATA: ET EGO NONNVLLA DE PROPRIO CONGREGAVI LABORE, &c. NAM HÎC DE THESAVRIS PVBLICIS NIL HABETVR, &c. Histor. Francic. lib. 6. Lege item Salica, filiæ non in patrimonium, quod TERRA SALICA dicitur, succedebant, sed in mouentia solùm, & acquisita. Tit. 62. Vnde subsidio quodam, parentes egregia in sponsam munera solebant conferre. Testatur enim Gregorius idem, currus sex muneribus onustos, filiæ Chilperici Regis datos fuisse: quùm in Hispanias ad virum deduceretur, Vuisigotthorum Regis filium. Nostris planè germanum morem Germani tenuêre, apud quos etsi dotem non vxor marito, sed maritus vxori offerret, intererant parentes & propinqui, ac munera vltrò porrigebant: Munera, non ad delicias muliebres quæsita, nec quibus noua nupta comeretur, sed frenatum equum & scutum, cum framea gladióque. In hæc munera vxor accipiebatur, hoc maximum vinculum, hæc arcana Sacra, hos coniugales Deos arbitrabantur. Vt ait Tacitus De morib. German. Nostra etiamnùm ætate, promercales dotis pretio quæruntur Turcarum filiæ, & Tartarorum. Vt Postellus de Reb. Turcicis narrat, & Paul. Venetus de Tartaric. Gallico quidem More veteri, dos à patre filiæ præstabatur, sed quæ vel maxima, in priuatis familiis centum aureos non excederet, ad vestimenta, quinque aureos, in mundum aureum, totidem. Lege Massiliensium de ea re perscripta, apud Strabonem Geograph. lib. 4. Straboni tamen refragatur id quod Græci prouerbij vice est ab Athenæo vsurpatum, lib. 12. * Εις μασσαλίαν πλεύσειας, Tum à Suida * Ἐκ μασσαλίας ἥκεις. Quantò infirmiùs publica Regni Patrimonia distrahantur in Regiæ puellæ dotem? Ludouicus 11. Carolesio Comiti, qui Parisios obsede-

Terra Salica.

* Nauiges in Massiliam.

* E Massilia venisti. Nam vtrúque Adagium in hos fereba-

rat, pollicitus est Annam filiam, cum dotali Briæ & Campaniæ Comitatu: an. 1465. Nûm autem ex talibus Fisci Ditionibus constitui dos filiæ posset, sciscitatum Comes, Regníque monumenta lustratum misit Consiliarios duos Lutetiam, Ianum Carondeletum, & Gulielmum Hugonetum, qui vicissim postea Burgundio annulo & scrinio præfecti sunt. Sed hoc subodoratus Rex, vt erat vafro & perspicaci ingenio, præmonuit Comitem, se leuioribus conditionibus filiam Petro Borbonio Bellioci Regulo despondisse. Vt inquit Oliueri. Marchianus, lib. 1. suorum Commentar.

tur, qui deliciis effœminati, & cultu parum viris decoro vterentur. Quales Massilienses luxu perditi, molles, & moribus effœminatis. Coniiciunt tamê nonnulli, hoc de Massiliensibus aliis, quàm Galliæ Narbonensis populis dictum.

Le Comte de Charolois.

Châceliers de la maison de Bourgongne.

Le Sieur de Beaulieu, frater Iohannis 2. Ducis Borbonij.

De Regiis filiabus, quæ Regulis nubût. An autem Regum vxores habeât cum iis bonorum societatem dicemus tit. sequenti.

Languedoc, Septimania dicta, à septimæ legionis militibus, qui citeras ad Obrim flumen Volcarum, & vicinos agros incoluêre.

2 IN Gallica porrò Monarchia, Heroïdum non fuit iniqua cum viris priuatis conditio. Bona quippè his omnia, dempto mariti patrimonio, communicantur. Ex Constitutione Ludou. Pij, & Lotharij filij Rom. Impp. ab Ansegiso relata lib. 4. cap. 9. Qua Lege etiamdùm tenentur omnes propemodùm Galliæ Municipes, qui patriis Moribus vtuntur. In Septimania non item, seu Occitanorum Prouincia, Iuri Romano iam olim parere iussa, ex præscripto Alarici, Gotthorúmque Regum aliorum, qui Occitanæ seu Gotticanæ oræ sunt dominati. Quin & Statutis Venetæ Reipub. arcentur mulieres ab omni, præterquàm mouentium, & acquisitorum hæreditate. Diuersum Saxonica lege, qua filiabus matri succedentibus, id iuris prærogatur, vt mundum muliebrem omnem, præceptione quadam sibi sumant, cum reliquis vtensilibus. Per textû *Lantrecht*. lib. 1. art. 23.

3 MVLTÙM interest quoque inter res mobiles Principis, & res soli. Illorum bonorum capioni idonea est puella, coniúnxve Regia, (dote, paternavè alia, seu mariti Regis donatione) Horum verò, non ita. Licitum enim Regibus semper fuit, de Gaza, ac pecunia inter suos decernere pro arbitrio, citra natalitij liberorum priuilegij delectum. Sic Carolus Magn. pecuniam, vestes, vasa aurea, argenteáque, ac supellectilem tripliciter diuisam reliquit Testamento. Duas partes vni & viginti ciuitatum Episcopis dari præcepit, vt illis in Templorum refectionem, leuaménque inopum vterentur. At trientem reliquum filiis, filiabus legauit, nepotibus, tum seruis, & ancillis. Vt est apud Æginartum. Qua ratione itidem, Augustus Rex suprema sua liberè ordinauit, quûm sacræ in Syriam militiæ accinctus esset. Testamento enim, quod recensuit nominatim Rigordus Augusti Chronographus, Regios loculos distribuit bifariam, vt sacris Ædibus dimidium cederet pecuniarum, filio tantumdem adseruaretur ab octo Lutetianis ciuibus primariis, donec ille ex ephebis excessisset, an. 1190. Ac temporum interiectu, testatur iterum, moriens, legatis sacræ Ecclesiæ pretiosis suis vestimentis, & Regia gaza pios in vsus multiplici legato dispensata, an. 1223. vt Gallor. Annales produnt. Intestati verò Dagoberti Regis liberi in viriles partiti sunt Regium ærarium, ac supellectilem omnem: triente duntaxat eorum, quæ Rex acquisierat post contractas cum Nantilde nuptias, Reginæ seruato. Vt perspicitur Aimoyli lib. 4. cap. 36. At posterioris seculi vsus Francis alius inoleuit, vt Regis intestati successor Mobilia sua faceret iure Regio: exceptis vulgaribus indumentis ac vestibus, quæ diem functo Rege, ad Præfectum Vestiario regio spectant. Vtì Regestis Cameræ Rationalium perhibetur. Quod fortassis animo meditans Ludouicus 8. vltimis Tabulis adiecit, quæ infrascripta sunt: *De Mobilibus nostris, quæ penes nos habemus, sic ordinamus. Donamus enim filio nostro, qui nobis succedet in Regnum, quicquid habemus in Turri nostra Parisius iuxta S. Thomam, videlicet in terra & argento & pecunia numerata ad Regni defensionem. Item volumus & præcipimus, quòd de Mobilibus nostris omnes interceptiones nostræ euidentur, & debita quæ debemus nostris creditoribus, reddantur. Item legamus charissimæ vxori nostræ viginti millia librarum, ducentis domibus Dei viginti millia librarum. Item Abbatiæ S. Mariæ de Victoria prope Syluanectum, mille libras, præter reditus illos quos ei donauimus. Et volumus, vt lapides nostri, qui sunt in Coronis, vel annulis, vel aliis iocalibus, similiter vendantur ad opus prædictæ Abbatiæ.* Iunio mens. an. 1225. Ita mobilium rerum omnium donationem à Gallo Rege factam cômendat Oldradus I.C. Responso 219. Eadem enim tempestate, Philippus 6. Augustæ dederat * Κειμηλιαρχιον, aulicam nempè supellectilem, & immensi pretij annulos: Literis 11. Kal. Decemb. an. 1330. Quæ omnia mente voluenti succurrit Atrei Cretensium Regis plena prudentiæ inter liberos rerum diuisio. Atreus enim postremis suis cauit, Mouentia quæcunque, aurum

Phil. Augustus Franciæ Rex.

Le Maistre de la Garderobe du Roy.

Abbatia *de la Victoire, lez Senlis.*

* vbi pretiosæ opes mobiles reponuntur.

Regia donatio, die 21. Nouêb. an. 1330.

aurum & argentum ex æquo distribui inter nepotes, quos habebat ex filiabus quàmplurimos. Ciuitatum verò, Terrarúmque imperium ei reseruauit, qui legibus vocabatur, Idomeneo. Sicuti memorat Dictys Cretensis, lib. 1. Belli Troiani.

4 FVNDOS etiam interdum arbitratu Principis licuit pro dote Regiæ Heroïdis assignare. Velocasses, Margaretæ sorori Augusti Regis, profectitiæ doti dictæ fuerunt, in paciscendis cum Errico Angli filio nuptiis. Sed morte absumpto Errico, Velocassinum cùm Anglus reposcenti Franco non redderet, seminarium fuit Belli Anglici perpetuum. Vt ait Paul. Æmylius in Francor. Reb. gest. Sommerias item, Occitani agri, Ianus Rex dotales præbuit Ysabellæ filiæ, Galeatij Insubrum Principis coniugi. In huius prædij vicem sufficitur Virtutis oppidi Comitatus, Aprili Mens. an. 1361. Qua de Comitatus dote Frossartes nonnihil suis scriptis inspersit. Histor. lib. 4. cap. 73. Traditur dehinc Ludouico Sexti Karoli fratri Comitatus, ducta vxore Valentina Galeatij filia, an. 1387. Ex quibus suscepta Margareta Aurelianensis. Hæc, sublato è viuis Philippo fratre, Comitatum perduxit in Ricardi Britonici, viri familiam. Inde ad Franciscum Ricardi filium, Armoricæ Ducem. Hinc Francisci quoque Nothus, quùm à patre natalibus restitutus esset (8. Kalend. Octob. an. 1480.) Comitatum accepit paterna benignitate, ad posteros suos ex iusto connubio transitorium 3. Kal. Octob. an. 1485. Itaque eius Comitatus nomine in fidem assumptus est Ludouici XII. Regis an. 1498. Enimuerò Nothi Armorici nepoti dictatur iudicium à Procuratore Fisci de eo Virtutum Comitatu. Illi demùm addictæ vindiciæ, gemino S. Consulto 4. Idus Maias, an. 1563. & 18. Kal. Septemb. an. 1567. Vt admonuimus suprà lib. 1. Tit. 2. Optimè, quùm primaria illa Comitatus cessio porrigeretur ad omnes promiscuè hæredes, nullo sexus discrimine, in hunc modum: DEDIT FILIÆ SVÆ DICTAS TERRAS VSQVE AD VALOREM TRIVM MILLIVM LIBRARVM IN DOTEM, VT SINT DICTÆ TERRÆ IN PERPETVVM PROPRIA HÆREDITAS PRÆDICTÆ FILIÆ ET LIBERORVM SVORVM, QVOS DE DICTO MATRIMONIO PROCREARI ET EXIRE CONTIGERIT INTER IPSOS, ET OMNIVM LIBERORVM DESCENDENTIVM EX IPSIS: NIHIL IN IPSIS TERRIS RETINENS, EXCEPTIS DVNTAXAT HOMAGIO, SVPERIORITATE, ET RESSORTO IN PARLAMENTO PARISIENSI.

Le pays du Veulquessin, ou le Veuxin.

Sommieres, en Languedoc.

Comté de Vertuz, en Champagne, appellee la bonne ville de Vertus. Frossarti lib. 1. cap. 202.

Franciscus, Ducis Britanniæ Francisci Bastardus, in generalibus Patriæ Statibus agnoscitur filius à Duce, & legitimatur: die 24. Septemb. an. 1480. Donatur Virtutum Comitatu, die penult. Sept. an. 1485.

Arrests prouisionaux de Mainleuee du Côté de Vertus, die 12. Maij, an. 1563 & die 15. August. 1567.

Tabulæ nuptiales Ysabellæ filiæ Iani Regis cum Galeatio Mediolanensi.

Familiaris Lex Karoli 5. Regis.

Hic Carolus 5. Franciæ Rector die 8. April. an 1360. assignauit Iano Haricuriæ Comiti pro dote Catherinæ Borboniæ sororis vxoris suæ Ianæ Borboniæ duo millia librarum terræ in reditum perpetuum super Castro & Castellania Mortuimaris in Normania. Sed eum reditum Rex summa 20. millium libellarum redemit die 26. Sept. an. 1376. Vt constat ex Thesauro Chartarum regiarum.

5 POSTMODVM Karolus 5. Rex domestica Lege interdixit, ne alia Regiis puellis, quàm nummaria dos, aurúmque dotale appenderetur. Ac suopte exemplo, Reges posteros quodammodò officij commonefecit, decreta filiabus dote, in hanc sententiam. *Volumus & ordinamus, quòd primogenitus filius noster succedat in Regnum, & in nostra Domania, Iura, Nobilitates, & Dominatus regales, tanquam noster dilectus, verus, & legitimus hæres. Quòd Ludouicus 2. filius habeat pro omni iure partagij seu Appennagij ei competentis in nostris terris & Domaniis ex nostra successione, vel alio modo secundùm stylum, vsus, obseruationem, & Consuetudines nostri Regni, duodecim millia librarum terræ cum titulo Comitatus, & quadraginta mille Francis. Item quòd Maria filia nostra sit contenta centum millibus Francorum pro patrimonio suo, cum suis ornamentis pertinentibus filiæ Regis Franciæ, pro omni iure partagij & Appennagij in nostris terris. Item quòd Ysabella nostra filia habeat pro omni iure partagij & Appennagij sexaginta mille Francos cum ornamentis supradictis. Et si* DEO *placeret nos habere alios liberos, quisque filiorum habebit pro omni iure partagij & Appennagij duodecim millia librarum terræ cum titulo Comitatus, & quadraginta mille Francos ad ponendum eos in statu: & vnaquæque filiarum habeat sexaginta mille Francos pro suo matrimonio, cum ornamentis filiarum Regis Franciæ, &c.* Mens. Octobr. an. 1374. Karolus 6. Ysabellæ filiæ Anglo desponsæ pollicetur octingenta libellarum millia, an. 1396. Similiter icto Fœdere Cameracensi promissa sunt Hispaniarum Regi quadringenta millia numûm aureorum, in Elizabethæ dotem, Regis Henrici filiæ, Aprili Mense, an. 1559. Ac paulò pòst, Elizabethæ frater Rex sanxit alienatorum reuocationem in Fiscum, quæ ex publico cunque Patrimonio antea extitissent: graui interdicto, ne semel reuocata posthac distraherentur. Saluo tamen eo, vt in dotem donationémve propter nuptias Regiarum filiarum, vel coniugum, liceret Fiscales fundos abalienare, seu in causam virilis Panagij maribus Principis liberis erogandi: Di-

Tractatus Castri Cameraci, quo eius Henricus 2. Margaretam sororem nuptum dedit Philiberto Allobrogum Duci cum dote trecentum millium scutatorum pro omnibus successionibus directis, & aliis iam quæsitis ipsi Margaretæ.

Literæ patẽtes Frãcisci 2. Regis, die 18. Augusti, an. 1559. Verificatæ in Parlamento, die 22. eiusd. Mens.

plomate 15. Kalend. Septemb. an. 1559. quod Senatus comprobauit 11. Kal. Sept. eod. an. Per hunc modum, Margaretæ Nauarrorum Reginæ Erricus 3. frater vtendos præbuit Agennensem, & Ruthenorum Comitatus. Rescripto an. 1578. Tum deinde, prædiorum fiducia isthæc commutatur propinquioribus Aulæ Francicæ fundis, Valesio, & Stampensi Ducatu. Codicillis in Curia promulgatis, Nonis Aprilib. an. 1583. Quibus velut corollarij vice accedunt eximia Regum priuilegia, quæ ad Regias puellas in bonorum suorum administratione quodammodò producuntur, l. 1. De priuileg. domus Augustæ, in Cod. Theodos. vers. Procuratores per singulas quasque prouincias nobilissimarum puellarum filiarum mearum, exponant numerum iugorum ad memoratas domos pertinentium, & pro eo tantùm in lustribus priuilegiis ac debitis potiantur, lib. 10. Tit. 25. Ne quid de bonorum iure proloquar, Regiis virginibus, vel sororibus etiam, communicato: Ita, vt Augustus Cæs. Octauiæ sorori statuam concesserit, graui pœnæ sanctione, si qua in eam statuam probrosè ac turpiter patrarentur.

Agenois, & Rouergue.

Die 5. Aprilis, an. 1583.

Filiarum Regis Priuilegia specialia.

Renee, sœur de la Royne Claude, femme du Roy François.

6 ILLVD quoque adnotatur, nonnunquàm agros pignoris causa fruendos dari, quousque nummaria dos cauta nec repræsentata exoluatur. Ita Renatæ Ludouici XII. filiæ adscripta doti ducenta, cum quinquagenis, scutatorum millia. In vsuras autem dotis cautæ non numeratæ, fit * ἀντίχρησις, & in Carnutum possessionem Renatæ maritus inducitur, Montis-Argi oppidi, ac Gisortij Comitatus Normanici, cum perpetua redimendi potestate. Regiis Francisci 1. Literis Mens. Quintili, an. 1528. quæ in Senatu propalàm recitatæ sunt 3. Kalend. Sextiles, eiusdem an. hoc interposito temperamento: LECTA, PVBLICATA ET REGISTRATA, AVDITO PROCVRATORE GENERALI REGIS, PRO PER PRÆDICTOS CONIVGES IN ALBO NOMINATOS, ET EORVM LIBEROS EX EORVM MATRIMONIO DESCENDENTES, ET A DICTA DOMINA RENATA CAVSAM HABENTES, ET CVM MODIFICATIONE IN LITETIS REGIIS, DIEI 25. HVIVS MENSIS CONTENTA GAVDENDO. Idem verò Princeps, qui Augustæ sororem dotauit, suam germanámque honestarat antea Ducali Biturigum vsufructu, vnà cum Karolo Alenconio Duce, marito. Codicillis Quinto Iduum Octobr. an. 1517. Qui Senatoriis Actis inscripti sunt pridie Nonas Februar. Tum apud Præfecturam ratiociniorum Postridie Nonas Februar. Et in Curia summa Vectigalium publicorum, 4. Idus Februar. Eod. an. Quinetiam Nothis filiabus Regum piè constituta dos est identidem ex Regio Fisco. Ludouicus 11. Ianam naturalem filiam elocauit Notho Borbonio, Rei maritimæ Præfecto, cum dote centies mille aureorum nummûm. Nec indotatam Mariam notham, Karolus 7. Ludouici parens despondit Oliuerio Cotiuæo, Tailburgi Santonum, Regulo, filio Pregentij, Tribuni maritimorum Galliæ. Imò & Karolus 9. Castriheraldi Ducatus vsumfructum concessit Dianæ sorori nothæ, sed legitimæ antea factæ Principalibus Codicillis. Vsusfructus Tabulæ 10. Kalend. Quintiles, an. 1563. & Iulio Mens. an. 1571. quas Senatus ita publicari iussit (postridie Nonas Februar. an. 1572.) vt hac modò vice, donataria regio vteretur beneficio, neque istud ad consequentias traheretur. Similiter Rationales Parisienses donationem probarunt (5. Nonas Martias an. 1572.) cautione adhibita, vt singulo quoque triennio regius DOMINICORVM redituum Coactor Ducatus Castriheraldi, teneretur Quæsturæ suæ rationes edere apud Magistros Principalium Ratiociniorum.

* pigneratitia possessio.

In Renat. Francicam Herculi Ferrariæ Duci nuptam dotalis Cessio regia Carnutum &c. Reseruata regi fide, ressortu, & institutione regiorum Iudicum extraordinariorum, qui de Regiis casibus, seu priuilegiariis, Regalibúsque cognoscerent. Qualium Iudicum Dux nominationem haberet, ordinariorum verò collationem. Die 30. Iul, 1528.

Donum regium Ducatus *de Berry, à la vie* Die 11. Oct. 1517. Publicatum in Parlam. die 4. Febr. Et in Camera Computorum die 6. Ac in Curia Iuuaminum, die 10. Febr. seq.

Messire Loys Bastard de Bourbon, Admiral de France.

Pregent de Coitiuy, Admiral de France.

Chastelherault, apud Pictones.

Literæ patentes die 22. Iun. an. 1563. verificatæ in Parlam. die 6 Febr. an. 1572. & in Camera Computorũ, die 3. Mart. eod. an.

Receueur pour le Roy du Domaine de Chastelherault.

7 DOTIBVS itidem subuentum est, vt in Regiæ puellæ nuptias populo imperetur temporaria quædam indictio, ex priscis Galliæ Institutis. De eo quippe S. C. factum didicimus, in *Parlamento* Purificationis B. Virginis, an. 1270. Expostulante etiam olim Neustriæ Clero, nummariam ab eo intributionem exigi in Regiæ filiæ dotem, Ysabellæ (quæ Britanno Regi pacta coniux erat) Pronuntiatum est, huiusmodi pensitationem à cunctis Pop. Classibus deberi. S. Consulto Parisien. an. 1309. Neque verò isthæc Francis innata, aut indigena Lex, sed Romano ex solo, & solio huc adscita: quùm constet, Romulum Regem clientibus præcepisse, vt aliquid conferrent in filiæ patroni, quæ nubebat, dotem ampliandam. Scriptore Halycarnasseo, Roman. antiq. lib. 2. Ne quid de Caligula Cæs. dicam, qui non Imperatoria tantùm, sed patria conquirens onera, collationes in dotem filiæ

Taille seigneuriale doublee pour le mariage de la fille du Seigneur.

filiæ recipiebat. Vt Tranquillus in Caligula refert, cap. 42. Iuxta hæc, vetustis Regni Commentariis intexuntur Tituli sequentes, COMPOSITIO SVBSIDII NVPER IMPOSITI PRO MARITAGIO DVCISSÆ BVRGVNDIÆ FILIÆ REGIS PHILIPPI MAGNI, AN. 1319. COMPOSITIO SVBSIDII PRO MARITAGIO REGINÆ ANGLIÆ DOMINÆ YSABELLIS, AN. 1309. COMPOSITIO SVBSIDII IMPOSITI PRO MILITIA REGIS LVDOVICI, AN. 1313. Ex libro nondùm edito, cui ita præscribitur: *Tabula maior diuidens Capitula minoris Tabulæ Inuentarij Domaniorum, debitorum, & Compotorum ordinariorum & extraordinariorum Cameræ Computorum, facti per me Robertum Mignon, & completi, an. 1325.* At Rothomagenses Ædiles plebis præfractè contestati sunt, hoc se munere vacuos & exemptos, priuilegiariis antiquiorum Regum Instrumentis. Eámque ob rem Phil. Pulcher, qui dotales filiæ nummos à populo corrogabat, nil à Rothomagensibus exegit hoc nomine: professus insuper, vetera se illis Immunitatum iura velle seruari. Codicillis Mens. Octobr. an. 1309. Visuntur rursus in Archiis Rupellanorum Decurionum authenticæ Chartulæ, queîs Alphonsus Pictonum Comes & Tholosatium, Rupellanis, duplicatum quem poposcerat censum per causam Belli sacri, lectis Vrbis Priuilegiis, remiserit, Aprili Mens. an. 1269.

> Maritagium pro Dote sumitur à Petro de Vineis, Epist. lib. 5 cap. 16.
> Ludouic. Hutinus iam tum Nauarræ Rex materna hæreditate.
> Scabini *de Rouen.*
> *La Rochelle.* Alphonsus frater D. Ludouici.

8 PORRÒ Regis ad exemplum totus componitur ordo, non Galliæ Procerum modò, sed & superioris patroni, aut Iuridici cuiusuis. Compluribus enim ius est, munera huiusmodi ac collationes clientibus imponere, seu nuptialitium, herilis filiæ elocandæ gratia. Ex Francico More prisco *Tailliæ duplicis*, quem percensuit Faber in §. æquè. Institut. De Action. Speculator in Tit. De feudis. Masuer. in Praxi, Gallicique alij de hoc collectæ genere Iurisperiti. Consentaneum est iis Decretum Curiæ Francicæ vetus, in *Parlamento* octauæ Omn. Diuorum, an. 1265. secundùm Dynastam Meudonium, contra ciues Lutetianos, qui vectigales illi ipsi fundos tenebant in Seureo Parisiorum Territorio. Vt est in Curiæ Regesto OLIM, fol. 153. Huc alludit Neapolitana Constitut. 3. (Tit. 21.) & Friderici 2. qui alias pariter causas adiecit exigendæ à Vasallo pensitationis, si frater patroni cooptetur in Equestris militiæ ordinem. Equestris enim illa sportula nedum à Domino sumitur, eiúsve filio natu maximo, sed à domini fratre. Francicum quoque S. Consultum voluitur in monumentis Curiæ, ita scriptum. VISIS CHARTIS VILLÆ AVRELIANEN. ET ALIARVM BONARVM VILLARVM DE AVRELIANESIO, VASTINETO, PRONVNTIATVM FVIT, QVÒD DICTÆ CHARTÆ NON DEFENDENT EOS, QVIN DOMINO REGI TENEANTVR SOLVERE AVXILIVM PRO MILITIA PRIMOGENITI SVI: QVEMADMODVM NOBILES DE PARTIBVS ILLIS LEVANT A SVIS SVBDITIS. In Parlamento Pentecostes, an. 1285. Ex Curiæ lib. OLIM, fol. 71. vers. Eodem recidunt quæ Faber de tali iure nominatim, ad l. Vt virtutum. Cod. De statuis & imagin. Ac propterea Philippus Burgundiæ Dux grande æs corrasit à Belgis omnibus suis subditis, quòd Ianus eiusce filius Equestrem in dignitatem promotus fuisset. Sicuti apud Frossartem reperitur, Histor. Volum. 4. cap. 67. In Sicilia autem, Vilhelmus Rex longiùs protulit Dominicam indictionem: Si soror patroni nubat, si dominus quasdam emat possessiones: si transeat Principis comitatus vel exercitus in sacram expeditionem: si dominus designetur Episcopus, pro sacra eius initiatione, vel si in conuentum solennem Ecclesiasticorum Patrum euocetur à Rom. Pontifice. Tit. 20. Neapolitan. Constitution.

> *La Taille double.* Dominus *de Meudō*, qui habebat subditos censuales, *au Terroir de Seure, prés Paris.*
> Hæc iura Tailliæ Dominicæ communiter domino altæ Iustitiæ competunt in subditos, inspecto valore omnium bonorum ipsorum. Sed simplex dominus directus non habet idem ius, nisi forte ex conuentione & iure constituti. Quo casu Taillia imponitur pro valore rei quæ monetur ab eodem. Masuer. in Tit. De Tailliis §. item dominus altæ Iustitiæ.

9 SED in causæ cognitione versatur, nùm pro fœcunda Principis filia, vel Domini Iuridici, populus sit intributione eadem iterum onerandus. Pro libertate quidem opinarer, cum Vidi Papij Decision. Gratianopol. 57. nisi in contrariam partem prisco illo S. Consulto deducerer, an. 1309. Eóque pertinet Friderici 2. Cæs. Epistola, Parthenopei Regis, ad suos Magistratus agri Campani, vt in dotis causam filiæ Regiæ, quam Marchioni Misnensi desponderat, collatitiam pecuniam à subditis curarent, exigerent. Id quod memoriæ mandauit Petrus Vinea, Cæsareus tunc Iuris Præfectus, Epistol. lib. 5. cap. 16. Quin & pro sorore patroni respondit Alexander, generali lege Opitulationem deberi; Consil. 35. Volum. 2.

> De his Nos pleniùs lib. 1. Legum Andegauen. Tit. De extraordinariis feudor. emolument. art. 1. & seqq.
> Fridericus 2. Imp. & Neapolis Rex.
> Quondam etiā pro bello, in defectum bonorum Principis, & in subsidium, cogi

poterant subditi ad mutuandas ei pecunias, postea restituēdas. Guid. Papæ Quæst. 551 Et benedict In Verbo Et vxorem Num. 556. Tamen B. Ludouicus Rex vetuit in futurum talia mutua exigi, & in Domanio incorporari. Ordinatione quam Aufrerius posuit In Tit. De Tailliis & exactionib. In lib. Styli Parlamen.

Ecquid de filia spiritale coniugium ineunte Monasticæ professionis? Eo casu pendendam æquè indictionem putat Benedictus in cap. Raynutius, verb. dotem. num. 6. De Testam. Illud necnon defendi potest, clientem clientis huic in superiorem dominum erogationi esse obnoxium. Speculat. in §. quoniam. De Feudis. Alexand. Responso. 35. Parte 2. Oldrad. Consil. 34. Baldus ad l. Cùm multa. Cod. De bon. quæ liber. Nec mutanda sententia est, quòd Modestinus scripserit, his verbis, *Libertis libertabúsque meis*, libertum libertæ testatoris non contineri. Nam vasalli quidem mei vasallus, meus non dicitur, inspecta conuentionis obligatione: sicuti nec colonus coloni mei, colonus meus censetur. Attamen inspecta re mea, quæ ad vasallum pertinet, vasallus meus verè nuncupatur. Bald. in l. 1. Cod. Commun. de legat. Bartol. in l. De accessionibus. ff. De var. & temporal. præscript. Decius ad Regulam, Consilij 5: socij mei socius ff. De regulis iuris.

Ludouicus 11. Delphinus, viuo patre Carolo 7. dictus.

* redemptionis pretium.

ANGLIS, & Scotis incognitus est huiusmodi indictionum vsus. Scotiæ enim Rex, cùm pro dote Margaridis filiæ, quam Delphinatium Princeps ducturus erat vxorem, tributum subditis imperasset, ipso in limine Edictum refixit, vt popularem tumultum compesceret, an. 1436. Verùm in vtroque Regno lex popularis indictionis recepta est, vno è quatuor casibus nostra Gallia frequentissimis, quem * Λύτρον, ob redemptionem domini ab hostibus capti, appellitant. Ac propterea Britanni, vt Ricardum Regem ab Austriaco Duce insidiosè interceptum eximerent, vendiderunt secundam quamque pateram auream & argenteam, ac in Principis captiui redemptionem collata oppidatim pretia conuerterunt, an. 1192. Vt Britannic. Annal. proditum est. Scoto necnon Iacobo Rege ab Anglis capto, iniunctum fuit Scotico Pop. tributum in Patriis Comitiis, ad liberandum Regem, bonorum vicesima, tum sacrorum, tum profanorum, an. 1422. Coactores publicæ huius pecuniæ, Domblanensis Antistes, & S. Colombæ Cœnobiarcha constituti ab eodem Scotiæ Parlamento. Desitum est tamen à colligenda indictione, quòd ei Plebs acerbiùs reclamaret. Cui meritò sanè exprobretur Aquitanarum mulierum pietas, quæ mundum omnem muliebrem, ac suspensa monilia collo distraxerunt, vt pro Iano Rege redimendo, qui in Anglia captiuus detinebatur, ornamentorum pretium impenderetur: an. 1356. Ne longè muliebris Romanarum virtutis exempla quærantur, aurea sua omnia in commune conferentium, vt Romani publico tunc auro carentes, & sacro abstinerent, simulque haberent, vnde Gallis summam pactæ mercedis conficerent. Itaque ab illis gratiæ matronis actæ, honósque additus, vt earum, sicut virorum, post mortem solennis laudatio esset. Quemadmodùm Liuius tradit lib. 5. Flandri herclè populares ingens auri pondus contribuerunt Philippo Belgarum & Burgundionum Principi, vt huiusce Iohannes filius Niuernensium Comes, qui Turcica acie captus ad Nicopolim fuerat, pristinæ libertati redderetur: an. 1397. Id quod auctor est Frossartes, Histor. lib. 4. cap. 88. Postulari itidem solebat hoc subsidij à publico Flandriæ Consilio, vt filiæ Principis ampla dos præstaretur. At Karolus 5. Cæsar id prohibuit artic. 44. Institutionis eiusce Consilij, editæ 7. Idus Maias, an. 1522. & artic. 20. Placiti eiusdem, promulgati 11. Kalend. Septemb. an. 1531.

10

De his, Maior, Scotorum Historiographus.

Amurathes Turcarum Imper. vicit prælio Christianos, quorum dux erat Iohannes Niuernēsium Comes.

Die 9. Maij, 1522.

Placart de l'Empereur

Die 22. August. 1531.

DIXIMVS de dote, nunc de Regiarum Heroidum dotalitio, seu Vitalitio, Quo nomine intelligimus, quæ ad viduæ mulieris vitam victúmque adsignantur. Sic vitalitia vocat Albert. Crantzius, Daniæ lib. 7. cap. 35. Sigebertus Dotalitia appellat, in Chronic. an. 1178. Neapolitani Dotarium lib. 3. Constitut. Neapolit. Tit. 13. 15. 16. Et hactenùs quidem fundi fiscales haud illicitè dātur fœminis, vtendi fruendi ἐκ τοῦ ὑποβόλου, *Doario*, seu Regia propter nuptias donatione. Vnde hæc donatio primitùs à Germanis dicta est MORGENCAP, siue MORGANGHEBA, in Legibus Langobardorum sæpè, & Ripuariorum 39. & Alemanorum 56. quòd manè diei nuptiarum à viro in mulierem conferretur. Sic Gregor. Turonensis, in exemplo pactionis initæ inter Guntchramnum & Childebertum Reges, Tam in dote (infit) quàm in MORGANCHEBA, id est, matutinali dono: Francic: Histor. lib. 9. Id quod Moribus etiam Mediolanensium vsurpatur, Tit. De matrimon. ad Morganaticam contracto. In Feud. Ne secunda vxor plebeiæ conditionis, eiúsque liberi nasciturí amplius ferrent ex bonis mariti, quàm quantum

11

Douaires des vefues, ex bonis maritorū. Cōtrà autem, quod ab vxore viro confertur, *Maritagium* vulgò appellamus. Post Petrum de Vineis, qui hoc Maritagij verbo pro dote vsus est. Epist. lib. 3. cap. 5.

Morganatico iure donatum vxori à Rodulpho Rege, memorat Albertus Argentinen. In Chronico.

tum dixisset, dedi sétve, manè diei nuptiarum: Vt filius, qui ex priore viri matrimonio susceptus fuerat, in assem bonorum vocaretur. Quanquam alio sensu Petr. Fontanus MORGANATICAM explicat ab Francorum ritu prisco, fundum scilicet filiæ dotali iure traditum, ad patrem reuerti, præmortua sine liberis filia: Pecuniæ verò dotalis loco prædium assignatum, dici MORTVUM GAGIVM, seu ad MORGANATICAM concessum. Quo casu, patre filiæ superstite cum marito, vel huius hæredibus, quilibet succedebat in partem fundi dimidiam, lib. Petr. Fontani, qui inscribitur, *Li Liures la Reigne, & enseigne-droit, à faire & tenir Iustice tresespeciaument*. Hæc regnante D. Ludouico, cuius seculi Fontanus æqualis fuit, & Magister libellorum supplicum in Prætorio: de quo expressim Ioh. Ioynuilla, in lib. Rerum à D. Ludouico gestarum.

Mortgage.

Petr. Fontaine.

12 COMMVNITER autem hæc * ἀντιφέρνα inter filias æstimatur nummaria pensitatione annua, cuius vice, prædia Heroïnæ possidenda tribuuntur. Nam Philip. Longus Augustæ adsignauit de Normanicis agris vicena millia annui reditus, an. 1317. Tum Philip. Valesius *Doarÿ* nomine transcripsit Reginæ Coruolium, Parisiorum oppidum ad Sequanam flumen, Moretum, Montem Argiuum, & alia pleraque, annuarum libellarum millibus quinque & viginti æstimata: Mens. Octobri, an. 1332. Item Quintus Carolus, quindecies mille prouentus annui, in Neustriæ latifundiis. Atque vt nostra tempora propiùs attingam, Karolus 9. Reginæ matri, Aureliorum Ducatum concessit, Genabum seu *Gyenum*, Belgentiacum, & Castrumlidi Cenomanorum, aliis mutata Ditionibus, quas priùs Regina dote & donatione propter nuptias obtinebat. Rescripto 6. Iduum Octobr. an. 1569. quod in Senatu Parisiensi lectum regestúmque, testatur liber 5. Actorum Curiæ sub Karolo 9. Ipsemet quoque Rex antea Scoticæ reginæ fruendum dederat Turonensem Ducatum, cum Pictauensi Comitatu, Æris annui nomine Dotalitij, quod, connubiali lege cum Francisco 2. Rege, illi pensitandum erat. Epistola aperta 13. Kal. Ianuar. an. 1560. cui Senatus calculum admouit pridie Nonas Martias, & Rationalium Decuria 16. Kal. Apriles eod. anno. At nouo Iure Francico vetitum, Reginis *Dotalitium* constitui in Rebus Fisci prædiariis, quæ decies mille libellas annui prouentus exuperent. Deductis verò annuis hisce millibus decem, quæ temporaria insignis prædij addictione lui possunt, residuum est ex Regio Ærario numerandum. Edicto Blesensi, artic. 330. in cap. *du Domaine*. Cuius insuper articulo 332. statuitur, fructuarias huiusce fundi Heroinas, Castri habitatione contentas esse debere, prædiarios autem reditus omnes à Regiis conductoribus tractandos & administrandos: Ita, vt ex annua ipsorum mercede ac reliquis colonorum, vectigal *Doariæ* mulieri debitum quotannis exoluatur. Alia causa est Principum fœminarum, quæ æqua cum priuatis sorte REM DOMINICAM emerint præsenti pecunia. His enim libera permittitur Fiscalis agri possessio, fructuúmque perceptio: donec in pristinum ius Regium fundus reuocetur. Iuxta formulam Blesensi lege præscriptam, an. 1579. artic. 333. de quo Nos accuratiùs postea. Eo modo Catharina Lotharinga, Monpenserij Ducis vxor, sibi comparauit Stampensem Ducatum, & Syluanecti Comitatum, centies mille libellis Francicis Regi numeratis. Instrumento emptionis cum Procuratoribus Principis contractæ, postridie Idus Octob. an. 1578. Catharinæ itidem mater Anna Atestina, Dux Nemorensis possidet Agendicum Briæ, & Dordanum Belsiæ, oppida Regia, æris alieni nomine, quod ingens à Regibus Atestinæ patri debebatur, Ferrariensium Duci. Nuptialibus enim Atestinæ cum Guisio Duce pactis, Rex eas Ditiones coniugibus attribuit, quasi filiæ dotales, (vnà cum Salmuro Andium oppido) vt grandi in eius patrem conflato ære Princeps liberaretur, an. 1549.

* donatio propter nuptias, doarium.

Corbeil, Moret, & Montargis.

Transport du Duché d'Orleans, Gyen, Baugency, & Chasteau du Loir, au Maine, die 10 Octob an 1569.

Patentes Karoli 9. die 20 Decēb 1560. Verificatæ in Curia, die 6 Matt. sub modificationibus in Registro contentis, & in Camera Computor. 17 Mart. seq. De assignatione fructuaria *du Duché de Touraine, & Comté de Poictou à la Royne douairiere pour ses 60. mille liures de reuenu de douaire promis.*

Que le douaire des Roynes ne pourra à l'aduenir estre constitué en terres que iusques à la valeur de 3333. escus, 1. tiers de rente, portant tiltre de Duché ou Comté: & le surplus desd. Douaires & autres conuentions matrimoniales sera assigné sur les Aydes, Tailles, & equiuallens.

Duché d'Estampes, & le Comté de Senlis.

Die 16. Octob an. 1578.

Dame Anne d'Est, Duchesse de Nemours.

Prouins en Brie, & Dourdan en Beauce.

Francisc. Lotharingus, Guisiæ Dux, Annæ Estensis maritus.

Saumur, en Anjou.

Tit. V.

DE REGNI FRANCICI PROCVRATIONE.

1 *Non vt Regnum, ita Regni procurationem fœminis Gallico Iure negari.*
Reginarum, publica Francici Regni consilia moderantium, exempla varia.
2 *Augustarum Romanarum, & Reginarum exterarum, quæ rerum summam administrarint, enumeratio.*
Rege absente, vel puero, Gubernatores olim præfici Regnis consueuisse.
Persarum mos, externo bello suscepto, Regni successorem designare.
3 *Regiæ tantùm vxori, vel matri, non priuatis mulieribus, Regni tutela demandanda.*
Carolum 5. & 6. Lex, minorem Regis ætatem anno decimoquarto definiens, & Regum Rectoribus modum imponens.
4 *Karoli 6. alia Lex, de Rege, quamuis puero, sacrando & coronando.*
Reges aliquot Iudæi, adhuc pueri, coronati. Item Ethnici.
Scotorum Lex, Regis, quamuis infantis, nomine omnia geri iubens.
Ludouicus 9. ante pubertatem Regali diademate insignitus.
In Hungaria, Regi pupillo ac Regno prouisum.
5 *Augustæ non alia, quàm Augusti, esse priuilegia,*
Reginæ patrimonium, eodem iure, quo Regis, alienatum posse reuocari.
Reginas non, nisi procuratoris nomine, litigare.
Reginarum litibus dies decreti à Senatu, peculiaréque litium Volumen.
Reginæ Magistratibus eadem, quæ Regiis, concessa priuilegia.
Reginarum Ditiones, sacro interdicto subiici non posse, nisi ex mandato Sedis Apostolicæ speciali.
6 *Reginæ priuilegia, tanquam personæ data, ad successores non extendi.*
Coniugalis bonorum communio, inter Regem & Reginam non procedit.
Rex, Reipub. curator, eiúsque mysticus coniunx.
Regum Angliæ Vvestsaxonum leges, de Regina, Regis tantummodò vxoris nomine vocanda, néve in publico, Regi assideret.
An connubialis opum societas secundogeniti Regum, eo præter spem Rege facto, expiret.
Principis in coniugem bonorum mouentium donationem, & acquisitorum, nondùm Fisco annexorum, licitam videri.

Vxores, matres, aut sorores Regis absentis, vel impubetis, Procuratrices Regni delectas fuisse.

La Regence & gouuernement du Royaume.

Sabaudiæ pariter, & Mediolani Ducatuũ pupillarium Regimen maternum muliebræque exprompsimus Volum. 2. Legum Andeg. Tit. De Iure deportus, art. 8.

1 QVAMVIS AVTEM habilis non sit fœmina ad Regiæ Maiestatis Patrimonium iure suo possidendum: Crebrò tamen Heroinis delata est Gallici Regni procuratio, seu à Rege, seu aliàs iustis Galliæ Ordinum suffragiis. Nam Ludouicus 7. Adelam vxorem Regno præfecit, quoad Augustus filius in maiorem ætatem prouectus esset. Dein Ludouicus 8. rerum gubernacula Blancæ commisit vxori: Testamentario elogio, an. 1225. Vnde tutelari huius Imperij munere fungitur Regina vidua, materque Diui Regis: Ita, vt ciuile Bellum Proceres Regni excitarint, quia puero Rege inuncto, repulsam ab eius matre tulissent Regalis DOMINII, quod viritim sibi quisque dari ab ea postularat. Vti Ioynuilla illius æui scriptor attestatur, cap. 2. & 4. Historiæ Ludouici 9. Item Philippus 4. Ianam vxorem & liberis tutricem, & Regni procuratricem constituit. Ludouici 12. testamento mandata est Annæ vxori Imperij cura, anno millesimo quingentesimo sexto. A Francisco, Ludouicæ matri, eo consilia Italici belli agitante, anno 1524. At verò Populi permissu, Brunechildis auia, Theodorici & Theodoberti tutrix fuit, ac Franciæ Rectrix. Criminatus est quidem apud CONSCRIPTOS PATRES, Aureliæ Dux, rerum administrationem sibi iniquè præreptam ab Anna Karoli 8. sorore.

Verùm

Verùm in Turonibus, habito Pop. Conuentu, Annæ decreti regiminis fasces, an. 1483. Tum Curiæ Actis, 5. Idus Ianu. an. 1484. Postremò Catharina Principis Errici 3. mater sumpsit gubernandi Regni prouinciam. Ex auctoritate Regij Diplomatis 3. Calend. Iunias, an. 1574. cui Senatus vltrò subscripsit, 3. Nonas Iunias, eodem anno.

Die 9. Ian. an 1484.

Literæ patentes, die 30. Maij, verificatæ in Curia, die 3. Iun. 1574. propter absentiam Errici 3. Poloniæ Regis, qui in Gallicum regnum fraterna morte successerat.

2 Imò & fœlici illo Neronis Domitij quinquennio, summam is matri permisit rerum omnium publicarum seu priuatarum. Vt in Tranquilli Nerone relatum est. Qua in tanta Rom. Orbis mole, Heracleonas Augustus, non nisi cum matre Martina rexit Rempubl. & cum ea Regni iura suscepit. Vt est apud P. Diaconum. Sed quod magis pudendum est, Antiocho vita functo, Grypho filius, Rex à matre hactenùs fuit constitutus, vt nomen Regis penes filium, ius autem omne imperij penes matrem esset: Mater haud dubiè Semiramidem referens, quæ sexus cultu mutato, virilia cuncta obiit Assyrij Imperij munia. At huius filius Ninus, elaborato à parentibus Imperio contentus, belli studia deposuit, & veluti sexum cum matre mutasset, raro à viris visus, in fœminarum turba consenuit. Vt Iustini Historia perhibetur. Infœlicior adhuc Hispaniarum Respubl. quo tempore Ferdinandi 4. mater sibi adsciuit Regni administrationem. Illius enim sexu contempto, Alphonsus *de la Cerda*, qui se Castulonensium Regem dictitabat, simul & Nauarrorum, ac Tarraconensis Reges, bella gesserunt per Legatos grauissima, an. 1295. Quibus longè absimilis, Daniæ & Noruegiæ rerum per Margaretam Reginam curatio, pubescente filio Olauo Rege, centum abhinc annos: quæ mascula planè mulier, conditiones pacis & arbitria belli tractabat. Hæc enim, Martia virilique adeò fortitudine, perfuncta est Regnorum gubernaculis, vt acie victrix cœperit Albertum Suetiæ Regem, eiúsque Regnum suis duobus perpetuò coniunxerit. Vti Albert. Crantzius narrat. Cui exemplo non dubiam fidem conciliat vetus Germanorum persuasio de quarumdam virtute fœminarum. Qualis fuit illa Velleda, Tacito percelebris, quæ Germanis latè imperitauit. Auctore insuper Liuio, muliebris tutelæ regimen subiit Æneæ filius Ascanius, ad puberes vsque annos. Ac ne quis improbet, rei Fràcicæ clauum ab Augusta teneri, Rege vel sacram militiam professo, vel immaturum puerum Regni successorem relinquente: Pro comperto habemus, à Ludouico Iuniore Suggerium, & à D. Ludouico Matthæum Vindocinatem, Galliarum Proreges fuisse designatos, vtrumque sua tempestate Fani Dionysiani Antistitem. Quin & Persis Regibus illud in more positum fuit, vt non priùs vnquam externorum bellorum expeditionem adornarent, quàm Regni successorem declarassent. Sicuti Herodotus in Polymnia refert.

Castellæ Rex, Nauarræ, Aragoniæ.

Dannemarc, Noruege.

De Rege Suetiæ, Celestinus 3. in cap. Charissimus. De cōuers. coniugat.

Abbates S. Dionysij, iuxta Parisios.

3 Admonendi tamen sumus, vt priuatorum, ita Regni tutelam, virile munus esse, nec mulieri temerè demandandum, præterquàm Regiæ vel vxori, vel matri: quas & naturæ, affectionisque vinculum in officio continet, nec à suorum tutela Romani Cæsares reiecerunt. Cæteroquin publice expedit, Rege pupillo, coire Ordines, Regijque generis Magnatem seligere, iudicio & opibus primarium, qui Rebus pro imperio moderetur. Quemadmodùm olim Romanus Princeps Octauius solebat, Regibus ætate paruis, seu mente captis Gubernatorem apponere, donec adoleuissent, vel resipuissent. Vt Tranquillus ait. Indecorum enim videretur hoc casu, fœminam aut publico in consilio viris præesse, iura dare, aut eorum, quæ propria virorum creduntur, vllam sibi functionem arrogare. Inter hæc, laudandum Caroli 5. prudens consilium, qui minorem Regum ætatem decimoquarto anno præfiniuit: hanc prætergressos, sanxit Sceptra per se, non per Rectores, tractaturos. Lege lata mens. Sextili, an. 1374. quæ in Senatu Parisiensi, Rege præside, recitata est, 13. Calend. Iunias, anno 1375. Eius Constit. verba sic habent. *Hac edictali lege nostra irrefragabili & in perpetuum valitura definimus, & sancimus, vt si nos vel successores nostros nutu diuino decedere contigerit, filio nostro masculo primogenito, seu primogenitis Regum successorum nostrorum pro tunc existentium minoribus quatuordecim annis, eo ipso quòd primogenitus noster, seu primogeniti prædictorum successorum nostrorum quartumdecimum annum suæ ætatis attigerint, vel eisdem decedentibus sine filijs masculis, fratres sui ab eodem patre procreati, annum quartumdecimum attingentes, quos exnunc prout extunc, quoad infrascripta, pu-*

Edictum Caroli 5. regis de coronatione Regum minorum annis: Publicatum in Parlamēto Parisien. die 20. Maij, anno 1375.

heres statuimus & decernimus reputari, habeant administrationẽ regni, homagia, & iuramẽta fidelitatis per prælatos, fratres, Pares, Principes, seu quascunq; personas alias ecclesiasticas vel seculares recipiant, Donúmque munificum sacræ vnctionis regalis, Sceptrum, Coronam, & diadema, vestimenta, & alia Insignia Regalia recipere valeant, & sortiantur effectum iuramenta tam in sacra vnctione vel coronatione, quàm aliàs tunc per eosdẽ præstita, & gratiæ, pacta, conuentiones, & promissiones factæ seu subditis & vasallis, seu alijs, ac si essent maiores 25. annis. Faciant & disponant in omnibus & per omnia, prout verus Rex Francorũ facere potest ratione sui præcelsi culminis, dignitatis supremæ, ac regiæ maiestatis, &c. Paternã hanc sanctionem Car.6. confirmauit maxima Procerũ frequentia, ac celebritate: In quibus erant Leo Lysinianus Armeniæ Rex, Biturix, Burgundus, & Boiorum Duces, cum aliis plerisque. In *Parlamento*, Idib. Dec. an. 1392.

Hispanicis autem Regnis administrãdis statum tempus Regiæ ætatis adnotauimus Lib. 2. Parisien. Morum tit. 3. art. 2.

Die 13. Decembr. Anno 1392.

4 SED circumactis aliquot annis, ab eodem statutum est, vt primogenitus quacunque ætate Rex sacraretur, Regni interim tutela Reginæ delata. Codicillis 7. Cal. Dec. an. 1407. Rectè equidem. Ioas enim septennis, Rex Hebræis inauguratur: Iosias, octauo ætatis anno: Salomon, & alia quædam Orbis miracula. De quibus prolixè Ioseph. Antiq. Iudaic. lib. 8. 10. & 11. Huc quoque si libuerit Ethnicas conferre historias, legimus, olim in Macedonia, mortuo Antigono vitrico & tutore, puerum, qui vix annos 14. attigerat, Regnum suscepisse, & in rerũ administratione versatum. Eodem tẽpore in Asia, extincto Seleuco, impubes adhuc Solio imponitur Antiochus Rex. Lege Scotica, post Fergusij 1. Regis obitum, sospite filio impubere, sancitum fuit, vt Rege decedẽte, pupillo relicto, is summa rerum potiretur, ad maiorem vsque filij Regis ætatem, qui ex regia agnatione magis idoneus ad publica munia subeunda reperiretur. Verùm hæc abrogata Lex, facunda Kennethi ad Regios Optimates oratione, qua multis persuasit æquum videri, vt Reges, antequàm adoleuissent, Reip. tamẽ regium nomen & auctoritatẽ accomdarent, eorumq; nomine ac præscriptione omnia gererentur. Vti paret ex Scotica Boëthij, & Maioris Hist. Domestici etiam Galliarum Annales produnt Ludou. 9. ante pubertatem Regali diademate insignitum. Quò minùs Frossartis dicto fidem habeo, monentis cauendũ, ne adolescentis Regis manibus Regni cardo voluatur, antequàm ad vicesimum primum ætatis annum peruenerit. Hist. Vol. 3. cap. 86. De tutoribus planè Regi pupillo dandis, multa Corsetus Sicul. in Tract. De potestate Regia, & Iacob. in lib. Feud. Quò loci, Heroïna Allobrox, filij sui tutrix miris laudibus effertur. Item Bald. ad l. vlt. Cod. De testam. milit. In Pannonia vtiq; pupillo Regi ac Regno prouisum est, Iure moribus constituto, in hanc phrasin. *Hungariæ rex Palatinum cum consilio Regni eliget: is in electione Regis, primam habet. Regis impuberis tutor est, duranteque pupillari ea ætate, ei debent omnes obedire. Est etiam in generali expeditione supremus capitaneus. Rege, & Regno dissidentibus, mediator esse debet ad pacem constituendam. Regis ignari aut simplicis defectum supplet, in respondẽdo oratoribus, Regis absentis vicem gerit.* In lib. Iuris Consuetudinarij Hungariæ. Expleta autem pubertate, Rex necne curatore egeat, ex facto quæsitũ fuit adolescentis filij Regis Legionensis, responsumque, puberem defuncti Regis filium, nisi auctore curatore, Regnum administrare nõ debere. Vt Ioh. Andreas memorat, in Addit. ad Spec. in Rubr. de Tut. Oldr. in Resp. 52. Boër. in §. 8. Conf. Biturig. Tit. De statu homin. Sed hæc* ἀπροσδιόνυσα, quùm in nostrate Regno euidẽter maior annis dicatur Princeps, iustusque rerũ Imperij moderator, statim ac impubes esse desierit. Elogio Caroli 9. pro Tribunali sedẽtis Rothomag. 16. Cal. Sept. an. 1563. Quod & PATRES PARISIEN. regis mandatis publicarunt, Aresto 4. Cal. Octob. eod. an.

Regiæ patentes die 25. Nouembr. an. 1407.

In Imperiis autem electiuis, Tiberij testamentum, quo Tiberio nepoti imperium reliquerat, ideo improbatum fuit à Caio Caligula, quod erat sic infirma ætate nepos, vt neque ei aditus in Curiam esset. Auctore Dione Cassio, lib. 59.

Vidua Ducissa Sabaudiæ.

Hungarici Regni Consuetudines.

Leon, in Hispania.

* Extra rem.

Declaratio Maioris Ætatis Regis (an. 14.) viua voce ab eo facta in Curia Rothom. die 17. Augusti. an. 1563. & publicata in Parlam. Paris. die 28. Sept. eiusd. an.

5 PRÆTEREA etsi Regalis DOMINII nõ sit particeps fœmina: Certè in honorum iure ac priuilegiorum, quodcunq; Principi competit, idem Augustæ ratio habere solet. Vlp. leg. Fisc. §. vlt. ff. De iur. fisc. & Caij I.C. l. Quod Principis. Et l. seq. ff. De legat. 2. Plerunque enim Theodoram Augustã in sacrum consilium adhibuit Iustinian. Imp. Nouella ipsius lege, Iusiurandum quod præstatur ab his. Rex itidem Karol. 5. Reginam secum *Parlamentari* Senatui voluit interesse 7. & 5. Idus Maias an. 1369. Vnde honorarium quoque Abbatum, in Reginam Francicam compromissum adprobat Innocentius 3. Pont. Max. Cap. Dilecti. De Arbitr. Nec minùs Elisabethæ Hispaniarum Reginæ Corsetus eius popularis tribuit liberum causarum arbitrium ac disceptationem, In Tract. De potest. regia Quæst. 94. Ad hæc, censuit

Die 9. & 11. Maij, an. 1369. Lucius autẽ in Placitis Curiæ, scripsit erroneè, an. 1379. Quo anno iam mortua erat Regina, vxor Caroli 5. regis, nempè die 6. Febru. anno 1378.

censuit Capycius, Reginæ Siculæ omninò par, tacitæ hypothecæ ius in bona Quæstoris sui competere, quod Regi ipsi Legibus adscriberetur. Decision. noua Neapolit. 129. Veteribus dehinc Principum nostrorum Edictis hoc continetur Augustæ Gallicæ priuilegium, vt fundos suos priuatos, si alienati fuerint, eadem redhibitoria lege, qua publicum Regis patrimonium, recuperet. Ex monumentis Curiæ, temporibus Caroli 6. His consequenter, Henricus 3. Rex constituit, Reginæ matris prædia Auerni sui Comitatus *de Vic* (quæ vænierant anno 1555.) perpetuò lui posse, ac restituta pretij sorte redimi, Fiscalis instar latifundij. Diplomate 6. Calend. Mart. an. 1582. Quippè quùm singularia Cæsarei fisci iura, ad Augustas producantur l. Benè à Zenone §. eodemque modo & si à serenissima Augusta aliquid alienetur, quare non eadem vtatur prærogatiua; &c. Cod. De quadriennij præscript. Cuiusmodi Romanam Legem, Gallicis moribus receptam sancitamque affirmat Masuerius, Aruernus. §. item & illius Tit. De successión. Contrariæ tamen assertor sententiæ videtur Benedictus, idem Gallus, (ad Cap. Raynutius De testam.) nec priuilegium illud, Cæsari cum Augusta commune, ad Francos produci. Nihildùm certè de eo Iudiciis decisum audio, graueque arbitrarer, in priuatis agris constantes multorum annorum possessiones moueri, obtentu tacitæ cuiusdam legis redimendi priuilegiariæ, quam bonæ fidei emptor probabiliter ignorarit. Insuper Henricus 2. edixit, Augustam eadem Regis prærogatiua vsuram, nec in iuridiciali foro, nisi sub Cognitoris persona, litigaturam: Pridie Calend. Decembr. an. 1549. Haud multò pòst, regia Constitutio in Senatu promulgata est, de Reginæ nominibus, eodem, quo Regia, iure priuilegioque exigendis 3. Nonas Februar. an. 1549. Augustæ etiam litibus suos esse forenses Dies, suumque peculiare litium Volumen decreuit Senatus, peræquè ac Francicis *Paribus* seu Patritiis. Aresto 5. Calend. Quintiles, an. 1412. Rursus Curiæ Conscriptis placuit, Reginæ matris Iudices iisdem quibus Regij Magistratus, frui priuilegiis: S. Consulto, 10. Calend. Ianuar. an. 1522. Id quod Franciscus 1. ac Carolus 9. nepos lege sanxerunt, 3. Calend. Octob. an. 1525. & 8. Cal. Iunias, an. 1566. Illa quidem relata in Commentarios Curiæ, lib. 1. Actorum sub Francisco 1. fol. 406. Isthæc verò, 3. Calend. Sextiles, an. 1566. Nil diuersum, de immunitate vectigalium censuêre nostrates I. Coss. quæque ad Francicam reginam merces deuehantur, eas portorio vectigalique eximi perinde, ac si ad Principem deferrentur. Francis. Marci iudicio, Gratianopolitani senatoris, in Delphin. Decis. 423. (Tomo 2.) Ex §. si verò Nouella Iustin. De Consulib. Denique Clementis 6. P. P. Franciæ Reginis indulsit, ne earum Diciones sacro Interdicto subiici possint, nisi ad peculiari forsan mandato Romanæ Sedis. Vt prætercam inanes statuarum honores priscos, qui Imperatrici æquè, ac Cæsari Romæ decernebantur. Augustus enim Liuiæ vxori statuam imaginemque attribuit, eo iure, vt sacrosancta hæc & inuiolabilis foret, cuiusdam instar Tribuniplebe. Theodosius verò Imperator Antiochenos seuerissimè puniit ob Placillæ Augustæ statuam ignominiosè traductam ab iis, ac violatam. Id quod Zosimi scriptis perspicitur. Mediolanum quoque Fridericus 1. Cæs. diripuit, vt coniugi illatam à ciuibus contumeliam vlcisceretur, quasi minutam Maiestatem anno 1163.

Regiæ patentes, die 24. Febru an. 1582.

In ver. Et vxorem nomine Adelasiam num. 946. Post Panormit. in 2. Parte, Consil. 4.

Edictum Hérici 2. die vlt. Nou. 1549.

Alterius Edicti verificatio in Curia die 3. Febr. an. 1549.

Placitum Curiæ, die 27. Iun. an. 1412.

Arestum Curiæ, die 21. Dec. an. 1522.

Patentes regiæ, die 29. Septem. an 1525. & die 25 Maij, anno 1566. Posteriores in Curia verificatæ, die 30. Iul. an. 1566.

Res quæ ad Principem vehũtur, pedagiorũ solutione immunes l. fi. publicanus §. 1. l. locano §. Fiscus. ff. De publican.

6 Verum hoc discrimen erit inter vtrumque Principis & Augustæ priuilegium, vt illi adscriptum porrigatur ad successores: Constitutione Diui Antonini. Quæ autem Reginæ competunt Priuilegia, personæ data purè, existimantur: Quia faciliùs cum Augustæ persona extinguitur dignitatis splendor, qui alienis tantùm radiis fuerit collustratus. Sicuti Diuus Adrianus in Plotinæ, & Imp. Antoninus in Faustinæ Augustę persona constituit l. Si Augustæ. D. De legat. 2. Puto autem posse defendi, Augustæ Gallicæ priuilegia, si quidem Senatus decreto probata sint, ad posteras Reginas dimanare. Tum quia dignitati magis, quàm personæ concessa: tum quòd ex S. Consulto in vim Edicti perpetui videantur transiisse. Vt ut sit, connubiale istud honorum dignitatisque consortium non inducit parem fortunarum inter Regios coniuges societatem. Nisi dotalibus Pactis nuncupatim Mouentium & Acquisitorum communionem inserint. Vix est enim, vt Rex, curator Reipublic. ac mysticus adeò coniunx, alteri acquirat, ex Fiscali

Realia verius dicuntur Reginarum priuilegia, quàm personalia.

præsertim Ærario: Nihilo magis quàm res Fisci administrans, seu Antistes Templi, qui publico, sacróve ære fundum mercatus censetur Iure Ciuili. Atque ideò sic empta prædia quæruntur Templo, pupillo, vel Fisco: tametsi priuatis nominibus parta l. Curator. Cod. Arbit. tut. cap. Inquirendum. De pecul. cleric. Authen. Licentiam. Cod. De Episc. & cler. ac ibi Faber. Idem in l. Si defunctus, Cod. Arb. tut. Argumen. l. Defensionis facultas. In fi. Cod. De iur. Fisc. lib. 10. Quinetiam Legibus cauerunt Reges Angliæ Vvestsaxones, ne Regia vxor, Regina, sed Regis modò vxor vocaretur: tum in publico, Regi honorificè assideret. Id quod Matthæus Vvestmonasteriensis recenset in Florib. Histor. Nec eo seciùs, Angli Reges exorari se facilè passi sunt à Reginis vxoribus, vt quidquid hæ contraxissent alieni æris, illi de suo dissoluerent, pia earum legata præstarent. ac suprema omninò iudicia exequerentur. Postridie Idus Sextiles, anno 1369. Sicuti Froissartes in literas redegit, Histor. lib. 1. cap. 273. Sed de eo hæsitatur, qui Regis secundonatus, post nuptias communi societatis lege contractas fortunarum, insperatò Regium in culmen subuehatur. Qualiter Henricus secundus, Aureliæ Dux, in præd. Leges matrimonij coijt patre viuo, ac primigenio fratre, 6. Calend. Nouembr. an. 1533. Nûm, quæso, parta iam Dignitate regia, perseueret coniugale illud opum consortium? Responderint fortè nonnulli, spectandum omnino tempus initi coniugij, & ad Pacta in eo conuenta, velut ad Lydium lapidem, sequentes quosque actus, constantibus nuptiis, referendos, cap. 1. De sponsal. l. exigere dotem. ff. De iudic. Bart. ad leg. 1. Cod. De sum. trinit. Econtrariò autem, differetur, vt Fiscum, (qui in ius priuati succedat,) quoad præterita, vti iure priuati: in futuris, iure suo, Fiscali, ac priuilegiario: Ita Principem, statim à Regiis Insignibus sumptis, nullum admittere publicarum consortem possessionum: Quippe quas Reipubl. ceu sponsæ, integras solidasque teneatur adseruare. Sicuti Lib. superiore edocuimus, Imo nec res Principis, quæ plebeio cuipiam liberaliter erogatæ sint, huius sociis communicantur. Iuxta Leg. Cùm multa. Cod. De bon. quæ liber. Priuatæ item Connubiorum Leges, quàmlibet fauorabiles, cedunt publicæ Regnorum Legi, ac Imperiorum. Vnde Prouincialis Constitutio lucri dotium inter coniuges, cessat in Principis matrimonio. Vti Rollandus Valla eruditè tractat, in Quæst. 83. & 84. Post Baldum ad Cap. cùm in iure De elect. Proin Roman. Legum beneficio contenta Augusta quiescere debet, priuatisque negatam coniugibus, Principis mariti donationem amplecti Mouentium bonorum, & Acquisitorum: quæ nondùm Fiscali Patrimonio nexa sint nominatim, aut tacitè confusa, redituum possessione decenni. Iustinianea leg. Donationes, quas Diuus Imperator in piissimam Reginam suam coniugem, vel illa in serenissimum maritum contulerit, ilicò valere sancimus, &c. Vtpote Imperialibus contractibus Legis vicem obtinentibus, minimeque opitulatione quadam extrinsecùs egentibus. Cod. De donat. inter vir. & vxor.

Die 14. August. an. 1369. Philippa *de Haynault* Regina Angliæ petiit ab Eduardo Rege marito, vt sua debita curaret dissolui, & pia Ecclesiis legata præstari.

Henrici Aureliorum Ducis & Catharinæ Medices Contractus nuptialis, die 27. Oct. 1533.

Lib. 2. tit. 1. art. 1.

Rolland. à Valle, de Statuto Ferrariæ, exclusorio fœminarum, stantibus masculis, Quod in hæreditatibus Ducum Ferrariæ non procedit. In lib. Statutor. De lucro dotium.

Tit. VI.

PRIVATORVM PRICIPATVVM FOEMINAS ESSE CAPACES.

1 *Mulieres, licet Francici Regni incapaces, feudorum tamen illustrium capaces esse.*
2 *Armeniacum Comitatum, per fœminas Regi Nauarræ quæsitum fuisse.*
Comes Armeniacus, à Pet. Borbonio, Ludouici XI. legato captus.
Comitatus Armeniaci origo, & Castrensis Comitatus.
3 *Sam Pauli Comitatus, vnde, feudi iure, pendeat.*
4 *Guisianus Comitatus, per varias fœminas ad varias familias translatus.*
5 *De Boloniensi Comitatu, & Lauraguesio, varia.*
6 *De Niuernensi.*

Burgus S. Stephani, Cœnobitis loci datus.

7 *De Rethelensi, & Duensi Comitatu.*

8 *De Aruerno, Claromontano, Rhodesio, Foresio.*

9 *De Bigorrensi, Marsano.*

10 *De Conuenarum Comitatu, Lonmagniæ Subcomitatu, Donziaca Baronia, & aliis.*

De Bouchagio Comitatu, Grignano, & de Sault.

11 *De Sacrocæsariensi, & Delphinali.*

12 *De Iuniaco, eiusque Comitatus Septemuiris* Paribus.

13 *De Vindocinensi.*

14 *De Albemarle seu Aumalleo Comitatu.*

15 *De Brienneo, & Brennao Comitatibus, ac Commercij Ditione.*

16 *De Druydum Comitatu, & Benonio.*

17 *De Castriberaldi Ducatu.*

18 *De Tholosate, Phocensi, & Barcinonæ Comitatibus, déque Regno Arelatensi.*

De Forcalquerio Comitatu.

Andegauensium Principum familia duplex, è Regia stirpe.

19 *De Barensi Comitatu.*

20 *De Haricurio, Tancaruillano.*

21 *De Lauallo, & Quintino.*

22 *De Montmorentia gente.*

23 *De Cenomano Comitatu.*

24 *De Veromandao, & Valesio.*

25 *De Montegommerio, & Dammartino.*

26 *De Bellijoca Baronia, & Monpenserio Ducatu.*

27 *De Castrouillano, & Russiaco Comitatu.*

28 *De Pentebrio, Raysio, Villario, Ventadorio, Corteniaco: & Meduana Marchia.*

29 *De Ioynuillano, & Rupissuryona Principatibus.*

30 *De Aurayco.*

31 *De Toarsio, & Castroduno Procomitatibus.*

32 *De Bellomontano, & Lemouicensi,*

33 *De Polignaco, Brossiaco, & Martigio.*

34 *De Leonensi.*

35 *Transitio ad externos Principatus.*

De Cliuensi, Iuliacensi, Gueldrensi.

36 *De Egmondæ Comitibus, & Dominis* de Sedan, *&* Iamects.

37 *De Lucemburgio Ducatu.*

De Lotharingia, & Constantiani Concilij, de ipsius successione, Decretum.

38 *De Batauia seu Hollandia, & Zelandia.*

39 *De Brabantia, Hannonibus, Namurcensi Comitatu.*

40 *De Monbelgardensi Comitatu, Turingiæ Landgrauiatu, Catzenelnbogensi, & Tyrolensi Comitatibus.*

41 *De Fraternitatibus illustrium Germaniæ Familiarum, & earum Scriptoribus,*

42 *De Allobrogum Comitatu, seu Sabaudiæ.*

43 *De Marchia Montisferrati.*

De titulo Hierosolymitani Regni, Cyprij, &c.

De Comitatu Conuersano.

1 HVCVSQVE NIHIL terrarum, dominij iure competit Heroïnis, è Regio CANONE publico. At nunc eis solatij loco porriguntur priuati quique Galliæ Principatus, quorum possessio fœminæ non denegatur. Francicus enim Mos * ἐκ διαμέτρου pugnat cum Longobardo, in rerum clientelarium successione: Quùm Gallica feuda, iusti patrimonij iure censeantur. Faber ad §. vlt. Institut. De legit. patron. tutel. Idem in Tit. De rer. diuis. Tit. de empt. & vendit. In princ. & in Authen. Ingressi. Cod. De sacros. Eccles. Ac prisco quidem Francorum Vsu, primogenitus ex asse hæres agnosce-

Domanium Coronæ.

* Ex diametro, seu vehementer distans aut pugnans cum alio.

In directa parẽtum successione, filia cũ filio succedit, saluo iure primogenitorũ. Idem in collaterali

succeſſione, præter quàm Moribus aliquot Municipiorũ, quibus fœmina in feudum cum maſculo non ſuccedit.

batur: quod & filias inter ipſas, eoſdem obſeruaſſe conſtat, iuxta Neapol. Conſtitut. tit. 20. Verùm hodie nullum habetur in Gallia ſexus diſcrimen in prædiis beneficiariis, ſalua maſculo hæreditariæ portionis prærogatiua. Sicuti de Gallica Conſuetudine relatum eſt à Panormit. in Cap. Significante. De Reſcript.

Armaignac.
Idem nunc Henricus 4. Rex Gallorum, Chriſtianiſſ.

Dominus *de Beaujeu*, Locumtenens Regis Ludouici xi.

Ludou. Armeniacus, Nemorẽſis Dux in Neapolit. Campis Cerignolæ pugnans interficitur à ConſalnoFerrando, Hiſpano, cuius res geſtas Paul. Iouius deſcripſit.

Couſtumes ou Statuts de la Cité de Leſtoure & appartenances, qui ſont les Couſtumes d'Armaignac en vieil Caſtillan, cõme eſtoit le vieil Gaſcõ, dreſſees par le Viſcomte de Lomagne.

Verificatio facta in Parlamẽto Tholoſæ die 10. Decem. 1481. Literarum confiſcationis & vnionis *au Domaine, du Comté d'Armaignac.*

Comté de Caſtres.
Donatio vniuerſalis, die 16. Iul. 1436. facta à Iac. Borbonio, rege Hungariæ, Hieroſolymarum. & Siciliæ, Comite *de la Marche & de Caſtres*, in generum & filiam ſuam, *à la reſerue de 2. mil eſcus d'or ſa vie durant.*

Prouiſionale Areſtum, die 1. Februar. 1509 *pour le don de la confiſcatiõ de Caſtres faict à Meſſire Bouſile de Iuge: Qui donna à Alain ſire d'Albert le Comté de Caſtres à certaines conditions, l'an 1494.*

Die 22. Iun. 1518.

Arnault Guillaume de Montleon, Comte de Perdriac.

Extraict de l'inuentaire d'Alenſon.

Comté de S. Paul.
Maria *de Luxembourg, Comteſſe de S. Pol, de Conuerſan, de Marle, & de Soiſſons, Vicomteſſe de Meaux, Dame de D..ſy, de Tonnebreux, de Bru-*

Qvò autem lucidiùs hoc dignoſci poſſit, inueſtigandum de Armeniaco Principatu, quonam iure ab Errico Borbonio teneatur, Nauarrorum Rege. Hæreditario ſcilicet iure duarum Heroïdum, altera Maria Armeniaca, paterna abauia, quæ olim Iano Alenconio Duci nupſerat, auo Franciſcæ Alenconiæ, Ducis Vindocinenſis, auiæ paternæ Nauarri Regis: Altera verò, Armeniaca filia, Reguli Fluſſatis vxore, ex quibus nata Catharina Alebretos connubio induxit in poſſeſſionem Comitatus. Inde & per Ianam Alebretam Nauarrus filius rerum potitur. Armeniaci enim nil habent commune cum publico Regis Patrimonio, niſi forſan Armeniaci Comitis bonorum publicatione, qui Lectorio in oppido captus fuit à Petro Borbonio, Ludouici xi. legato. Initium vtique ſumpſit hic Principatus à Sanctio Mittaria, Caſtulonenſis Regis ſecundogenito. Quem Vaſcones, auctore Pop. Conuentu, à patre petierunt, Armeniacæ regionis Principem deſignatum. Exactis dehinc annis fermè quadringentis, marium poſtremus cæſus eſt Ludouicus Neapolis Prorex militari congreſſu à Conſaluo Ferrando Hiſpanarum partium veterano Imperatore. Aprili menſ. anno 1503. Sicuti Arnoldus Ferronus enarrat, in Gallorum Annalib. Ludouico ſuperfuêre ſorores Armeniacæ, quarum, tranſuerſa linea, hæredes obtinent Comitatum. Iuxta hæc, vide à nobis ſupraſcripta lib. 1. Tit. 8. Habemus etiamdùm præ manibus patrias Conſtitutiones Lectorenſis Armeniacorum ciuitatis, Caſtulonenſi idiomate dictatas quondam ab Helya Calayrano, Leomaniæ Subcomite. Quas Philippus quartus Galliæ Rex confirmauit, an. 1294. dein ambo Caroli Quintus, & Septimus, (ex Literis menſ. Decembr. ann. 1448.) poſtremò Ludouicus XI. Rex, in ius Fiſci tùm redacto Comitatu, prædictis de cauſis. Vt Principali Reſcripto apparet, cui Tholoſana Curia calculum adiecit, 4. Idus Decembr. an. 1481. Interea notatu dignum, ex Armeniacis Proceribus quendam ſe Dei Gratia Comitem inſcripſiſſe licentiùs. Sed Carolus 7. hominis ſubditi effrenem audaciam armis coercuit, an. 1443. Vtì & Caroli filius Ludouicus in Franciſcum Armorices Ducem grauiter expoſtulauit, quòd vulgò ſe Dei Gratia Britanniæ Ducem iuſſiſſet nuncupari, an. 1464. (vt noſtrates ferunt Annales.) Quippè quùm tituli huiuſmodi, ſint ſupremæ Poteſtatis Inſignia, nec Regio imperio obnoxiis vſurpanda. Haud omittendum inſuper, Caſtrenſem Comitatum, qui Bernardo Arminiaco, & Leonoræ Borboniæ coniugi datus fuerat à Marchiæ Comite Iacobo Borbonio poſtridie Idus Quintiles, an. 1436. Fiſco addictum fuiſſe, in perduellem Iacobum Armeniacum, donatarij vtriuſque filium. Senatorio Pariſiorum decreto, Iul. menſ. an. 1477. Alanus pariter Alebretus, qui in Fiſci beneficiarium ſucceſſorem de eo Comitatu dudum contenderit, Vindiciario Curiæ Iudicio ſuccubuit Calendis Februar. an. 1509. Donec tranſacta poſtmodùm lite cum Regij donatarij filia, huic fructuariam Comitatus poſſeſſionem reliquerit, Decimo Calend. Quintiles, an. 1518. Sicuti Alenconiæ domus inclytæ Tabulario ſigillatim continetur. Arminiaca rurſus familia illa, titulo ornata eſt Perdriaci Comitatus, ab fœminea hæreditate primæua Geraldæ *de Montleon*, Arnaldi Vilhelmi legatariæ, Comitis Perdriaci. Hoc quippè muliebri iure, Odo Leomagnius, ſucceſſor ære mancipauit eum Comitatum Iano Arminiaco, Feſenſaci, Ruthenorum, ac Inſulæ Iordanæ Comiti. Pactitio Inſtrumento, 7. Calend. Nouemb. anno 1454. quod deſcriptum euoluimus in authentico Tabularum Repertorio Alenconiæ gentis Regiæ.

Fani Pauli Comitatus acceſſit Vido Lucemburgio, vxoris nomine, Mathildis Caſtillioneæ, an. 1360. Inde Vidi neptis, à Vualerano patre relicta, poſſidet Comitatum. Idem, filiæ coniugio, occupatur ab Antonio Burgundo, Brabantiæ Duce, qui fatis conceſſit, an. 1415. Defunctis iſtorum liberis, tranſmittitur hæreditarius Comitatus ad Petrum Lucemburgium, hinc ad Ludouicum filium, Franciæ Præfectum militiæ. Quo iure Maria Ludouici neptis, Vindocinenſes

cinenses Proceres, matrimonio Comites fecit. Sensim Turcuillanus Dux Comitatum tenuit, quùm ad Vindocinates Regulos referret paternum stemma. Eius demùm filia, Maria Borbonia, locupletauit nobilissimo prædio Longeuillæ Duces, liberos, ex Mariæ nuptiis cum Leonoro Aurelianensi, contractis 8. Iduum Iuliarum, anno 1563. Prioribus verò seculis, SamPaulinam dynastiam Auennenses Hannonum, toparchæ possederunt: tum Maria Anguyana, posthæc Brennæi Magnates. Fundus hic, Hannoniæ Annalibus, creditur, clientelari iure * ἀμέσως subesse Bononiensi Morinorum Comitatui, indeque Atrebatico, tanquam Bononiæ Belgicæ patrono superiori. Nam Lotharium quidem Galliæ Regem produnt, Fanum Pauli simul ac Boloniam dedisse Vuilhelmo Pontiuensium Comiti, ea lege, vt Arnoldo Flandriæ Regulo obsequium Fidémque obligaret. Sub annum 970. Posteriori verò Artesiæ Comitum Tractatu cautum fuisse, vt Diui Pauli, Bononiensis, & Guynensis fundi, Atrebatum beneficiarij manerent, modo suprà scripto. Antea enim, illorum relatu, Guynensis ager, vt reliqui duo, in Flandrorum clientela positus erat, quùm Balduinus Caluus Pleumosiorum Comes, primitùs cum fundum transcripsisset Safadio, Normano Equiti, pactis dotalibus cum Extrude filia initis. Quorum Adolpho coniugum filio postulante, Guynensis ditio affecta sit honore Comitatus. Ast certioribus Nos Regiæ Franciæ Monumentis freti, asserimus, Bononiam maritimam, à summa iam vetustate Francis Regibus purè obstrictam fuisse iusto clientelæ sacramento. Testis huius rei cietur Reginaldus Boloniæ Comes, qui patronum cliens proximum veneratus est Regem Augustum anno 1196. ex anteriore fidelitatis in eundem Formula an. 1191. Inde Philippus, Bononiensis Regulus legitur, Beneficiariis tabulis professus se Regium merè clientem ex Bononia ipsa: superius autem Fani Pauli dominium ac patrocinium à Bononiensi suo Comitatu pendere, an. 1226. His consequenter, Maria Belgicæ Bononiæ Comes iurauit in verba Principis Galli, anno 1233. Ætatum deinde interiectu, Ludouicus XI. Rex cessit feudali rectoque Comitatus huiusce dominio Sacræ Virgini Deiparæ, an. 1478. Ita, vt Diuæ sacerdotibus cucullatis nouus quisque Comes & cliens iusta Dominica appendere teneretur. De Paulini tamen Comitatus clientela, seu Dominico in eum imperio, diutina superfuit quæstio inter Gallum regem, & Belgarum Principem. Arbitris tandem demandata, Cameracensi fœdere an. 1559. & Veruino, an. 1598. Sed nondùm perducta hæc ad exitum controuersia est Honorario delegatorum Arbitrio, post varias Francicorum ideò, cum Flandricis, coitiones, disceptationes. Vnde Rex limitaneum hoc Regni velut propugnaculum, translaturus putatur in corpus publici Galliæ patrimonij, alterum permutatione fundorum cum priuato D. Pauli Comite proprietario. Vidum vtique Fani Paulini Comitem antiquissimum, eiusque Valeranum filium percensset honorificè Frossartes (Volum. 1. cap. 269.) ad an. 1368.

4 GVISIÆ Dominatus à Maria Britonica traducitur in familiam Ludouici I. Andegauensium Ducis, mariti. Horum proneptis Yolantilla, quæ Renati Andegaui filia extitit, cum Comitatum redegit in iura Lotharingi mariti, communiumque liberorum. Nam Guisianus ager, vetus fuit liberorum Guerici Sorij, Hannonis, dein Blesensium Comitum patrimonium. Vt Chronicis Hannonum perhibetur, & Frossartis lib. 1. cap. 40. Datur autem à Karolo Castillione, Blesensi, Comitatus, Mariæ filiæ, Andegaui Ducis coniugi: quæ idcircò Britonica cognominatur, quia nuptialibus Caroli cum Iana Britonica Tabulis conuentum fuerit, liberos & nepotes inde processuros, Britanniæ cognomen ferre debere, anno 1338. Porrò Ludouici Andegaui nepos Carolus Guisiæ dominus Ludouicam filiam relinquit, Iacobo Armeniaco nuptam: quorum viui liberi, Guisianos se Comites scriptitarunt. Postquàm igitur ij sensim excesserunt è viuis, horum ex Yolantide cognatus Lotharingiæ Dux, eiusque posteri, Guisiano agro dominantur. Enimuerò vt Guisia muliebri Blesensium iure deuenit ad Andegauos vicissim, & Lotharingos Heroas: sic & Blesensis ipsa ditio Mathildem prius agnouerat Blesorum Procomitem fœminam, de cuius, cum Vindocinensi Comite consanguineo, nuptiis illata mentio est ab Yuone Carnutensi Episcopo, in Epist. 157.

ges, Domquerque, de Bourbourg, de Grauelinet, de Luxer, de Bohaing, Beaurreuoir, de Han, du Tresport de Flandres, de Fabry sur Some, Dailly, de Langry, & de Hinglien, de Nogent le Rotrou, de Coüé en Brie, de Haubourdin, de la Chastellenie de l'Isle, de Pas en Artois, de la Bassee, Comté de Premont, de Serain g. Audencourt, Elincourt, de Montay, &c.

Die 8. Iul. 1563.

* Immediatè.

Comtes de Ponthieu.

Comte de Guynes.

Pleumosij, Flandri.

Ioh. Tilius scribit, hunc Balduinum 2. Flandriæ Comitem ex Eltrude coniuge Elfridi Angliæ regis filia suscepisse Arnoldum primogenitum Flandriæ Comitem, & Adulphũ secundogenitum, Boloniæ, & S. Pauli Dominum cũ erectione in Comitatum. Qui Adolphus sine liberis mortuus est.

Abbas & Religiosi B. Mariæ, Bolonienses.

Messire Charles de Chastillõ, dict de Blois mary de Iehanne de Bretagne fille de Guy.

Charles d'Anjou, Comte du Maine, sieur de Guise.

Britannici Oceani accolæ Bolonienses.

Guines.
Maria Boloniensis, Abbatissa Rumesiæ, quæ fuerat filia Stephani Angliæ regis.
Bolonia, fanū Pauli, Guineæ, & Artesia, erant initio de corpore Fládriæ, quùm à Carol. Caluo Imp. erecta est Flandria in Comitatum pro Balduino 1. Iudithæ Franciæ, marito. Sed Balduin. 2. Flandriæ Comes dedit Adolpho ab eo descendenti Boloniam & Fanum Pauli, cum nouo titulo Comitatus.
Traicté d'Arras.
Domini *de la Tour d'Auuergne*, quorum Annetus *de Turre*, habuit vxorem Annam Bellifortésem, Comité *de Beaufort.* Ex transactione eorum cum aliis, die 6. August. an. 1467.
Pays de Lauraguaiz.
Laurentius Medices. Vrbini Dux, an. 1518.
Contractus matrimonij, die 27. Oct. an. 1533. Cui, vnà cū substitutione liberorum, apponitur Donationis clausula in singulos, ipsorūque superstitem.
Tholosanum Arestum Prouisionale, die 5. Sept. 1601. pro Regina Nauarræ, filia véditricis Catharinæ Medices, Franciæ Reginæ.
Rex quippe Henricus 3. permisit gratámque habuit Lauraguesii fundi véditionem à Catharina matre ineundam. Rescripto mens. Octob. an. 1587. publicato in Camera Computorum, die 23. Oct. Et in Curia Parisiens. die 7. Decemb seqq.

BONONIA Belgica, per Mathildem Comitem defertur Adolpho 1. Guinearum Comiti, qui Mathildem in matrimonio habuerat. Ac longo pòst tempore, Maria Bononiensis eo Comitatu ornauit Mathæum Elsatium, Theodorici Alsatij Flandriæ Comitis filium. Hic enim inaudito exemplo Mariam duxit, Vestalem tum Rumesij Templi Cœnobijque Antistitam, & cum ea sibi vsurpauit Bononiæ Morinorum Comitatum, an. 1161. Vt in Chronico Sigebertus refert. Ex eo sensim Ida Boloniensis, Reginaldi coniunx fuit, Dammartini Comitis. Philippo 2. Gallis imperante. Rursus Idæ Mathildis filia Comitatum hæreditate transmisit ad Robertum genere proximum, qui & vxorio iure Comes Aruerniæ nuncupabatur. Inde iam Comitatus ambo vnum eundemque Dominum sortiti sunt. Ast progressu ætatis, Maria Bolonia, Bertrandi 1. Turreni coniunx posteros suos Turrenæ gentis auxit vtroque Dominatu. In eum quippe Bertrandus 3. à Turre, vti Mariæ nepos, successit propinqua Ianæ Boloniæ Comitis cognatione, quæ Iani Biturigis vidua, nullis liberis, decesserat. Karolo 7. Rege. Verùm idem Carolus cogitur Atrebatico fœdere, vtendam dare Boniam hanc maritimam Burgundo Duci Philippo, eiusque filio: tali cautione, vt ad proprietatis Dominos subinde reuerteretur, an. 1435. Sublatis igitur Burgundis, Princeps recepit, cum Artesia, Boloniam, an. 1476. Sed in Boloniæ vicem, Turaniis proceribus rependit Lauraguesiam, Aquitani agri, ditionem, mens. Ianuar. an. 1477. Isthæc præterea, hæreditate obuenit Magdalenæ Turreniæ Laurentij Vrbinatium Ducis vxori. Deinceps horum Catharina filia dotales præbuit Lauraguesium, Occitanæ oræ, & Aruernum Comitatus, Errico Aureliæ Duci marito. Tabulis nuptiarum exaratis, 6. Calend. Nouembr. an. 1533. Quibus primigenij quique masculi gradatim, & secundùm virilem eorum stirpem, filiæ, quæ ex nuptiis illis descenderint, materna in bona successores designantur. Vnde Margaris Valesia, filia successorio hoc Pactitiæ substitutionis ordine, seu donationis, euicit Lauraguesium Comitatum, à matre venditum Carolo Escarsio Lingonum pontifici: salua emptori vnica totius Assis vncia, seu Legitima Errici 3. Regis in Comitatum portione, qui tali maternæ alienationi consensum præbuisset. Vindiciario Tholosani Senatus decreto, 3. Nonas Septemb. an. 1601. Bononia verò illa Belgica, & Fanum Paulinum, Comitatus dignitate honestantur primitùs in Adolphi gratiam, ex Balduino 2. Flandrorum Comite progeniti, & Extrude filia Alfridi Britanniæ Insulæ Regis. Missa facio, quæ in Boloniæ gentis inclytæ descriptione tradidit Nestor, vix Nestoreos victura annos, ob suspectam historiæ fidem. 5

Quoad hunc Adolphum attinet, vide à Nobis suprascripta art. 3 in fi. cum Marginali Annotat.
Niuernois, Auxerrois, & Tonnerre.
Mess. Loys de Chaalō Cōte de Tonnerre, Baron de S. Aignan, en Berry, & Dame Marie de Partenay, duas habuerunt filias hæredes. Ianam *de Chaalon*, nuptam Dn. *de la Baulme*, & hác Margaretam.
Ludouica *de Clermont*, Comitissa de *Tonnerre.*
Landry Comté de Neuers.

Prioratus Burgi S. Stephani, Niuernensis, Ordinis Cluniacen.

NIVERNENSIS Ditio, à Mathilde dotis ergò data est Odoni Burgundo marito, circa annum 1200. Ex quibus Yolantilla Roberto nupta, Vidi Flandrorum Comitis filio: quùm Ludouicus 9. Gallicæ Reipubl. clauum teneret. Exin Flandrico domino paruêre aliquot seculis Niuernenses, donec Margaridis Flandricæ nuptiis amplissima tot prædia consecuti sint Burgundi Duces. Fuit & Mathildis illa Antissiodori Comes, & Tornadorensis. Succedente tempore, Comitatus hi ambo transierunt in ius mancipiumque Cauillonensis domus nobilissimæ. Hinc prognata Margareta Cauillonensis, Oliuarium Hussonem maritum ditauit Tornadorensi Comitatu. Sub ann. 1420. Vnde gradatim profecta Magdalena *d'Vsson*, hæreditate transtulit insigne hoc Senonum prædium, ad Ludouicam Claromontanam filiam, & cohæredes: à quibus Ludouica transcriptum ius suo iampridem adiunxit. De Tornadorensi autem Castro, quale fuerit, Guntchramno rege, tractat Gregorius Turonen. Histor. lib. 5. art. 5. Sed quoad Niuernenses attinet, prædictis antiquior eluxit Landericus Nouioduni ad Ligerim Comes, anno 1001. Vilhelmus item Niuernensium Regulus, annum circiter 1097. Is in Orientis partibus diem clausit extremum, auctore Sigeberto. Eundem pariter memorat Aimoyni Appendix, fratremque ipsius Raynaldum, Comitem Tornadorensem, lib. 5. cap. 52. Rer. Francic. Ne interim Vuilhelmi illustre pietatis monumentum omittam, BVRGVM S. STEPHANI NIVERNEN. quem, iure omni abs se abdicato, solidum erogauit Cœnobitis loci, qui à 6

Monasterio

Monasterio Cluniacensi propendent, clausula subsequenti. *Ad sustentationem quoque seruorum Dei inibi commorantium, meorum vtique in cælesti Curia Aduocatorum, dono & concedo* DEO *& B. Mariæ semper Virgini, necnon glorioso protomartyri Stephano, cæterisque Sanctis inibi veneratis, & supradictis fratribus Cluniacensibus, eorúmque successoribus, totum Burgum, sicuti modò pro Burgo habetur, aut vnquàm meliùs habebitur, qui iam ex re nomen habens, Burgus S. Stephani appellatur, cum terra & hominibus inibi hospitatis seu hospitaturis, omnibúsque consuetudinibus, quas inibi habebam, nihil mihi penitùs in ea retinens, &c.* An. 1097. adstante his Yuone Carnutensi Episcopo, qui Templum istud DEO Sacroque dedicauit.

7 ESSVORVM seu Rethelensi agro præfuerunt Gaucherus, Ioannes, Hugo, Manasses, Valterus, generosi Comites, circa annum 1200. seculoque anteriori. Quos longo ordine promit vetus Codex Registerensium Chartarum manuscriptus. Ex illis verò sensim, Iana Comes eo Dominatu Ludouicum maritum ornauit, Nouiodunensem, ad Ligerim, Comitem, Roberti Flandri filium. Hoc iure Comitatus in Flandrorum familia permansit, quousque Philippus Burgundus Flandriæ Comes eo Principatu donarit Philippum filium natu minorem, Karolo VI. Rege. Postremò Ysabellæ Burgundæ affinitate Cliuēses Reguli nacti sunt, cum Niuernensi, Registetensem principatum. Insuper DVENSIS Normanorum Comitatus, qui in Cliuensi familia fuit nouissimè, cœpit à Richardo 2. Neustriæ Duce, qui eum Roberto 2. filio dedit, recepto maiore imperio. Adela primi Comitis filia, collocatur Odoni Burgundioni, cum Comitatus dote. Successu ætatum, Rudolphus Nelleus, Magister Equitum Galliæ, Comes appellatur, celebrato cum Iana Duensi connubio. Quantùm ex Normaniæ Chronicis assequimur. Secundùm hæc, Burgundi Reguli Duensibus imperarunt, muliebri Bonæ Atrebatis iure materno, an. 1461. Inde à Burgunda Heroïde Cliuenses, tum ab Cliuensi vxore, Guysianus Dux potitur Duensi Comitatu. De priscis vtique illis Comitibus, Ioanne & Errico Duensi, Sigebertus in Chron. an. 1171.

Rethelois.
Gauthier Cuens de Rethest.
Ancien Chartulaire des Comtes de Rethelois, seu Innentariū Chartarum solenniter cōpilatum Mense Maio & Iulio, an. 1449 ex ordinatione Caroli Burgundi, Comitis Niuernensis & Rethelensis.
Comté d'Eu.
Erricus Lotharingus Guisiæ Dux, maritus Catharinæ Cliuensis.

8 ARVERNIAM nè referemus in hoc album? ei sanè dominati sunt Proceres masculi plerique. Apollinaris, Sidonij Aruernorum Episcopi consanguineus, interemptus in acie (Rege Clodoueo 1.) Tùm alij longo pòst interuallo mares, Robertus, Vidus, Vilhelmus, Aruernorum Comites. Ad illum quoque Apollinarem, Sidonij fratris legitur Epistola 3. lib. 5. Epistol. At nemo etiam inficias ierit, Vilhelmi Aruerni filiam hæredem eo Comitatu Robertum virum decorasse, Boloniensem Comitem, qui primus ex Boloniensium stemmate vtrumque possedit Comitatum. Inde Ianus Boloniensis, Aruerniæ Comes, an. 1359. de quo Nos suprà. Fœminea rursùs Boloniæ gentis successione, Comitatus illabitur in Tureniam Aruernorum claram familiam. Magdalenæ demùm Turrenæ, Katharina Medices filia, Comes iura dixit Aruernis. Eidem vindiciaria addicta est Claromontani Comitatus possessio, aduersus Claromontanum Antistitem. Decreto Curiæ supràcitato (lib. 1. Tit. 3.) Illi itidem de Aruerno Comitatu iudicium dictauit Dux Monpenserius, qui ex Boloniensi stirpe maternam pariter ciebat originem. At trienni silentio peremptam litem P. C. pronuntiarunt. Aresto postridie Kalend. Martias, an. 1574. Aruernis finitimus RVTHENORVM Comitatus cessit in ditionem Vilhelmi secundonati Tholosatium Principis, an. 1207. Ex quo mas vltimus Henricus, Cæciliam filiam reliquit, Bernardi 1. Armeniaci Comitis vxorem. Vti apparet ex Armario Borboniæ Domus. Ibidem comperimus, FORESIORVM Comitatum à Borboniis Regulis diu multumque possessum, ab Annæ Delphinæ Comitis matrimonio, cum Ludouico Boiorum Duce, contracto, 4. Nonas Quintiles, an. 1368. De quo etiam Frossartes, Histor. lib. 1. capite 215. Antea enim floruerat Vidi & Reginaldi Foresiorum Comitum illustre genus. Beraldi verò Foresiorum Comitis filia claruit Anna Delphina, quæ Borbonium coniugem dote cumulauit Foresij Comitatus, Mercuriæ Aruernorum Baroniæ, nobilis prædij Rouennesij, & Castellariæ ditionis Thieriæ. Quin & Ludouici Borbonij rogatu, Karolus 5. Rex Foresium Comitatum vniuit cum Ducatu Burbonensi, anno 1373.

Comté d'Auuergne.
Lib. 1. tit. 3. art. 7.
Magdalena à Turre, Boloniensis vulgo dicta.
Claromontis Aruerniæ Comitatus.
Ludou. Borbonius Monpēserij Comes secundam vxorem habuit Gabrielidem à Turre sororē Bertrandi 4. Comitis Aruerniæ, & Boloniæ. Ex quo Bertrādo descendit Catharina Medices regina, per matrem.
Placitum Curiæ, *en plaidoirie*, die 2. Martij, an. 1574.
Comté de Rhodais.
Die 4. Iul. 1368.
Baronnie de Mercueur, en Auuergne.
La Seigneurie de Rouennois.
Baronnie de Thier, en Auuergne.
Comté de Forests.

9 BIGERRONVM Comitatus, cum Procomitatu Marsano, deuoluitur ad Vidum Montisfortis Comitem abs Petronilla coniuge, temporibus Augusti Re-

Comté de Bigorre.

Bozon de Mathas. Symonis frater Almaricus Montfortianus, qui sacra arma sũpsit in Albios. *Recompẽse faicte par le Roy Charles V. au Comte d'Armaignac, du Comté de Bigorre, de la Roque, & d'autres, de 30 d'Auril, l'a 1374.* Ex Inuentario Nauarricæ domus. Vicecomitatus *du Mont de Marsan.* Insigne Placitum Curiæ de Fortunis penè omnibus Fuxensis familiæ, & Alebretensis, die 7. Octob. anno 1517. *Contre Messire Odet de Foix S. de Lautrec. Comté de Cõminge.*

gis. Vidus verò Symonem fratrem habuit, Equitum Galliæ Magistrum. Aliis item Petronillæ nuptiis cum Bozone Mathasio, suscepta est in lucem Martha filia, quæ dotalem Comitatum Fuxensibus Regulis adiunxit. Eo titulo Flussates Comitatum abstulerunt, Armeniaco Comite victo. Senatus decreto, anno 1432. Eundem antea controuersum rexerunt sequestri interim, & bonorum curatores fiduciarij, quibus iudicio commissus fuerat, anno 1252. Vt memoriæ mandauit Perrerius in Flussatum Historia, & Panormitanus de Petronilla, generoque ipsius Bearnensi Procomite, in Consil. 3. Volum. 2. Marsani quoque Subcomitatus meminit Frossartes, tanquam iusti Fuxensium Comitum patrimonij: qui eo partim nomine, in Armeniacum Comitem arma induerant, anno 1362. Histor. lib. 3. cap. 5. Ad extremum, PATRES PARISIENSES Erricum Alebretum, materna hæreditate Comitem ac Subcomitem pronuntiarunt. Aresto contra Odonem Flussatem lato, Nonis Octobr. an. 1517. Quo pariter iudicio interlocutus est de Fuxensi Comitatu ORDO AMPLISS. vt quædam exciperentur facti disceptationes, quæ vtrinque probarentur.

10 SIC Conuenarum Comitatum Alebreti Magnates sibi adsciueruut vario iure muliebri. Leonora enim Conuenarum Comes hæredem instituit Carolum 7. Regem, anno 1443. tum Matthæus Comes, anno 1447. Rex eo suffultus titulo, Comitatum transcripsit Odeto Daydio, atque ita Fuxensi ditioni permiscuit. Inde Catharina Flussas splendido coniugio, Fuxensium opum cumulum deuexit ad Alanum Alebretum coniugem. In quibus nec minimum locum obtinet Leomaniæ Subcomitatus. Hunc planè Helias Tallerandus Petrocoriorum Comes permutatione tribuit Philippo quarto Regi, anno 1300. Eo posthæc Rex donauit Arnaldum Garsiam *de Guto*, Clementis 5. Pont. Max. fratrem, Bertrandum filium, ac successores, postridie Iduum Decembr. anno 1305. Deinceps Geraldus *de Guto* supremis tabulis hæredem nuncupauit Leomaniæ & d'Auuillartiæ Ditionum Regineam filiam: quæ Iano Comiti Arminiaco nupta erat. Vt Chartophylacio Alenconiensi proditum est. Ac illum quidem Leomaniæ Procomitatum, fuisse legimus precarium à Iana Britonica datum commendatumque Carolo v. Galliæ Regi, anno 1369. Sed Erricus Alebretus Alani filius & Franciscæ Britonicæ, condixit precarium seu depositum Castri, oppidi, & Iurisdictionis Leomaniæ aduersus Oppidanos, qui singula ea proprietatis iure mercati fuerant à Carolo quinto Rege, vt in libertatem sese assererent. Quare in pristina dominia restitutus est Alebretus, idem Nauarrorum Rex, Decretis Curiæ Septembribus, anno 1538. Præterea ex Iano Alebreto gentis secundogenito, & Carola Burgunda duæ ortæ filiæ, Maria Alebreta, Caroli Cliuensis vxor, & Carola Alebreta, Odeti Flussatis, Lautreci Procomitis. Mortua igitur Karola Alebretensi, eiusque Claudia Fuxensi filia, opima hæreditas obuenit Mariæ filio Francisco Cliuensi, Niuernensium Duci: vtpotè Donziacus Baronatus, Insulæ Castellania, cum aliis Baroniis Belgicæ Campaniæ, tum supremæ quædam Ditiones Transmosanæ. Celebris est rursùm Bouchagius Comitatus, Viennensis Prouinciæ, qui vxorio Gabrielidis Montischenuæ nomine spectauit ad Ymbertum Batarnayum, Equitem, maritum. Eundem & Gratianopolitani Senatus iudicio euicit Ymbertus, an. 1483. aduersus mares Montis Chenui, frustrà promentes masculinam gentis huiusce substitutionem testamento factam Vilhelmi Rossilionis, Delphinatium Tribuni militaris, an. 1423. In Delphinatibus quoque, notus est Grignani Comitatus, qui Aymaris quondam Magnatibus competiit: Casparo tandem Castellano quæsitus, ex Blanca Aymara coniuge, priscorum dominorum hærede. In Narbonensi necnon Prouincia, primos ordines ducit Comes Saltus, ab auita Ludouicæ Agoustæ bonorum successione, vxoris Claudij Montis-Albani.

Vicomté de Loumagne. Die 14. Dec. 1305. Leomaniæ Vicecomites, Gerardus, Odo, & alij, de quibus Nos suprà, art. 2. Et infrà, tit. Quib. mod pign. art. 23. Solenne Arestum in Vigilia Natiuitatis B. Virginis, seu die 7. Sept. 1538. *Odet de Foix, Viscõte de Lautrec. Baronie de Donzy. Terres souueraines d'Outre-Meuse, Chasteaurenault, &c.* Comitatus *du Bouchage, venu de Gabrielle de Mouchenu, à la maison de Batarnay.* Comitatus *de Nanteuil* per Mariam *de la Broye*, venit ad D. *de Lenoncourt*, eius maritum. Sed ab ea deinde venditur Duci Guisiano. Comitatus *de Grignan. Gaspard de Castellane.* Inde *Montelymart, le Mont des Aymars. Comté de Sault, en Prouence, venu de Loyse d'Agoust, femme de Claude de Montauban.*

11 SACRVM-CÆSARIS tenent Bueillij proceres, fœminea Delphinæ Aruernæ successione, olim Bueillio desponsæ: Iam iam inde ab anno 1452. Delphina itidem priùs adepta fuerat Sacrocæsariensem Comitatum materna hæreditate Margaridis Sacrocæsariensis, quæ Beraldo nupserat, Comiti Aruerniæ Delphino, an. 1400. Margareta isthæc maioribus suis Stephanum Sacricæsaris Comitem accensebat, ex Campanis Comitibus oriundum, anno 1160. Quo de Stephano,

Comitatus *de Sancerre, appartenant aux Sieurs de Bueil. Messire Loys de Sancerre, Connestable de France, an. 1397.* Ex Annal. Franc.

phano, & fratre Campano Comite, Sigebertus nonnulla in Chronico, & D. Bernardus ad Comitem Theobaldum Epistola 37. Ex quibus facilè etiam deprehendas, vnde profectus, & quò tandem delapsus sit Aruernorum DELPHINALIS Comitatus. Hunc quippè Beraldi, Robertus, Hugo, Viscardus, marésque alij Delphini possederunt longa temporum serie: Sed dotalem demùm pertulit Iana Delphina, Beraldi vltimi proles, ad Ludouic. Borbonium, Monpenserij Comitem, virum, anno 1426. Ea postmodùm liberis orba, altercantur de hæreditate Dux Borbonius Annæ Delphinæ nepos, Bueillius Dynasta, consanguineique alij, vnà cum Ludouico Borbonio Monpenserij Comite, defunctæ marito. Denique transactum ita negotium, vt Aruerniæ Delphinatus Duci, Sacrum-Cæsaris Bueillio diuisionis lege obtigerit. Authenticis tabulis, 6. Calend. Octobr. an. 1452. Itaque Iana Delphina, finis suæ fuit, & alienæ initium familiæ. Postea Ludouico Borbonio Monpenserij huius Comitis pronepoti obuenit Aruernorum Delphinatus. Pacto cum Rege conuento de opibus Borboniæ domus primariæ, anno 1538. In priscis vtique Delphinis Aruernis, præstitit Aulica dignitate Viscardus, Regiæ familiæ Magister, anno 1424. Cuius sparsim auos recenset Comites Delphinos Frossartes in nostrate Historia.

Comte d'Aulphin d'Auuergne, Berault pere d'Anne Daulphine, an. 1368. De quo Frossartes lib 1. cap. 279. Vt Nos infra art. 26.

Transactio die 26. Septemb. an. 1452.

Hic Ludou. Princeps Rupissurionæ, filius Ludouici Borboniæ nepotis Ludouici Comitis Monpenserij.

Guischard, Daulphin d'Auuergne, Grand Maistre d'Hostel de France.

12 IVNIACVM Comitatum occupauit nuper Sancto-Maurius Dynasta, Nigellanus Comes, auita Carolæ Cauillonensis bonorum successione. Eundem antiquitùs possidebat Iosselinus Cortenaïcus vxorio Iuniacæ Comitis nomine. Nec enim vetustiores Iuniacos Dynastas referre operæpretium est, Frossartis coætanei scriptis percelebres, an. 1356. Histor. volum. 1. cap. 159. Egregium verò illud habetur, quòd Proceres Iuniaci principem locum teneant inter Septemuiros Campani Galliæ Comitatus, quos PARES CVRIÆ, vel PARES DOMVS Campanorum Comitum, dixerunt antiqui. Iuniacus nempè, Essuorum, Brienneus, Russiacus, Brennæus, Granpratensis, & Barri ad Sequanam Comites: De quibus sigillatim nonnulla posthac.

Comte de Ioigny.
Comte de Nesle.

Septem Pares Curiæ Cāpanorum Comitum, quorum Princeps est Iuniacus.

Bar sur Seine, bonne ville & grosse, dicta Frossarti, Hist. lib. 1. cap. 201.

13 VINDOCINENSIS, Andium, Comitatus ad Iohannem Borbonium pertinere cœpit Catharinæ Comitis matrimonio: Sub annum 1375. Catharinæ ipsius maiores, Ianus Comes Vindocinensis & Castrensis, an. 1203. Hugo Montigneus, an. 1239. Gottofredus, Bouchardus, an. 1340. & alij. Quorum in serie Comitum, Iohannes Leonoram Montfortianam duxit vxorem, circa annum 1270. Bocardus filius, Adelam Britonicam, Sextili mens. an. 1320. Horúmque rursùm Ianus primigenius, Ianam Pontiuensem Quinto Calend. Apriles an. 1343. Ne longiùs exquiram Vindocinum Ptolomæo cognitum (Geographiæ lib. 2.) aut Vindocinensem Comitem Mathildi Blesensium Procomiti coniugem designatum: apud Yuonem Carnutum Pontificem Epist. 157. Bocardum vtique Vindocini Comitem Frossartes ait egregiam nauasse operam prælio Pictauensi an. 1356. volum. 1. cap. 162.

Vendosme.

Castrensis hic, Occitaniæ, Comitatus, in Vindocinēsi gente perantiquus.

Alienor *de Montfort, Comtesse de Vendosme, & de Castres.*

Alix de Bretagne fille d'Yolant Duchesse de Bretagne.

Iehanne fille de Ieh. de Ponthiex Comte d'Aubemalle, Baron d'Espernō, intulit Baronatum istum in familiam Vindocinensem: Et decessit annum circiter 1376.

Tres Vindocinen. Procerū Comitatus familiares, Vindocinensis, Castrensis, & Marchianus.

14 ALBEMARLÆ Comitatus, ab filia Vilhelmi Nothi, qui Neustriæ Dux emicuit, delatus est tandem minori filio Campanorum Comitum. A quibus procreata filia nupsit Pontiuensium Comiti: Deinceps ex horum filia, Haricuriæ Comes maritus, Albemarlæ dominatur. Quò factum, vt Maria Haricuria Lotharingos principes connubio vocarit in Albemarlæ dominium: circiter annum 1425. Sigebertus verò tradit, Vvilhelmum Magnæuillæ Comitem, filia Vilhelmi Albemarlæ Comitis vxore ducta, Albammarlam fuisse consecutum. In Chronico anno 1179. De huiusce Comitatus situ, Normanicúsne esset, an Belgicus, (seu vulgò *Picardus*) disceptatum est in Curia Parisiensi: Vt paterni gradus repræsentationi locus foret necne, in cernenda Comitatus hæreditate, dignosceretur Filia tùm primogeniti, & Iano patruo, Pontiuensium Comite, litigatoribus. Normanicus demùm esse iudicatur Philippo 3. Galliæ Rege, anno 1281.

Aumalle, olim Comitatus, nunc Ducatus.

An. 1410. hæc filia Comitis Haricuriæ nupsit Antonio Lotharingo, Validimōtis Comiti, auo Renati Lotharingiæ Ducis.

Vetus Arestum Curiæ de successione Aumallei Comitatus: Quod spectatim explanatur In Præfat. Lib. 1 nostri De Legib. Andium. Parte 1. quæst. 5 art. 1.

15 BRIENNEVS, Campaniæ Belgicæ, Comitatus, ex Helena Vvalteri, MAG. EQVIT. filia, deducitur ad Vvalterum Anghyanum, N. Anghyani, & Yolantillæ Flandriæ filium. Ex his Margareta Anghyana, Iohannis Lucemburgij vxor. Vnde abs tot fœminis, Lucemburgij, iamdudum hanc sibi ditionem quæsiere.

Comté de Brienne.

Erectus in Ducatum Regiis literis mense Aug an. 1587.

Ac propterea ignationis tuendæ studio, gentilijque Comitatus, prouisum est, ab Lucemburgiis fratribus, Iano, Francisco, & Antonio: Ita, vt perinde, ac Ligniacus, Ambarrorum, Comitatus masculis substitutionum gradibus nobilissimæ genti adseruatus fuit, (Ludouici Lucemburgij testamento Idibus Decembr. an. 1503.) Briennius quoque Comitatus, virili in stirpe perpetuò retineretur, cum Pineyo Ducatu. Transactione inita 9. Calend. Decembr. an. 1572. Quam subinde ipsi promulgandam curarunt in Senatu Parisiorum. BRENNEVM autem, Veromandui agri, Comitatum, quo iure Druydum Comites occuparunt? Equidem Robertus 1. Druydum Comes, Agnetem, Brennæam Comitem sumpsit vxorem. Cuius pater Agnetis, Theobaldus Campaniæ Comes. In Brenneo Suessionum oppidulo visuntur Druydum Comitum sepulchra. Ac procedente tempore, Iana Druyda eum dominatum transtulit in ius Russiaci Comitis, mariti. Tum ab Iana Russiaca, Sarbrukius coniunx mittitur in noui Comitatus possessionem. Inde & Catharina Sarbruchia fertur, Royam magnatem virum auito prædio locupletasse. Vilhelma demùm Sarbrukia, Briennæ Comitem fecit coniugio Robertum A MARKA, Sedani Regulum, Tribunum Galliæ militarem, (Francisco 1. Rege.) Quò fit, vt ipsorum nepotes, Bulioni Duces hactenùs retinuerint hæreditarium Comitatum. Summa igitur hæc est, ortos ex fœminis muliebri potiri Comitatu. In Brennæorum Comitum albo numeratur Valterus Brennæus, Francicæ Militiæ Magister, ab Anglis occisus Pictauensi conflictu, an. 1356. Quem in Vualterum mirè inuehitur Ioh. Bocatius, Herruscus (Lib. De Casib. illustr. viror.) quòd Florentinæ vrbis Præfecturam summa in ciues tyrannide exercuisset. Brennæus, ad hæc, Comes an. 1360. datus fuit Anglo regi obses à Gallo: qui Pictonica illa acie captus Londini distinebatur. Eidem prælio interfuit Sarbrukius Comes an. 1356. Lutetiam quoque appulit sub annum 1370. relatu Frossartis, Volum. 1. cap. 160. 213. & 288. Ac ne quem interim admiratio subeat, Brennæi Comitatus, Sarbruchiæ mulieris affinitate parti, exploratum est, inclytam Ditionem *de Commercy*, in Silliacam Rupis-Guidoniæ gentem incidisse, contractis à Philippa Sarbruchia nuptiis cum Carolo, Silliaco Dynasta, posthumi Comitis auo: circa annum 1535. Etsi autem vulgò credatur, Commercium prædium à Domino teneri, optimo maximo iure & conditione, nullo agnito superiori patrono: Illud tamen Ambarro Ducatu inferius esse, ac sibi clientelæ lege subiectum contendit Renatus Andegauus, Barrensium Dux, an. 1434. Vsqueadeò, vt Commercianus spoponderit, obsequium se omne Duci præstiturum. Auctore Monstreleto, Histor. lib. 2. Idem verò Commercij agri dominus, fide iureiurando deuincta, se obligauit patrono Regi Carolo 7. ex Victriaco Francicæ Campaniæ oppido, tanquam fundo superiore, ann. 1437. & 1440. Nec dispar fidelitatis sacramentum à posteris interpositũ est Commercij Regulis in Principem Gallum, iure maioris imperij, an. 1485. 1498. & an. 1514. Vt Regiis Lutetiæ Scriniis perspicitur.

Comitatus de Ligny en Barrois, substitutus, die 13. Dec. 1503.

Piney.

Die 23. Nou. 1572.

Comté de Brenne, en Soissonnois.

Sarrebruche, Comté: de quo, Nos obiter Lib. 8. Leg. Andeg. cap. 63. art. 4.

Le Sire de Roye.

Ducs de Bouillon.

Gautier de Brenne, Connestable de France.

Symo *de Sarrebruche*, fundator Ecclesiæ canonialis *de Commercy.*

Le Damoisel de Cõmercy, & Enuille sur Meuze.

Carolus *de Silly*, Dominus *de la Roche-Guyon*, qui ex ea pariter Sarbruchiorum affinitate potitus est *des Villages de Villeseneux & Soudron*, à Carolo 5. rege olim traditis & permutatis cum oppido & territorio *de Vaucouleurs, en Barrois.*

Bar le Duc.

Victry.

Turris & Castrum *de Commercy* obsessũ & captum ab Anglis an 1359. (quo, Rhemorum Archiepiscopus Castri dominus erat) refertur à Frossarte, lib. 1. Hist. cap. 209.

16 DRVYDVM Comitatus regia fiducia tribuitur Roberto Ludouici Crassi filio. At longo dein temporum interiectu, Iana Druyda auxit Ludouicum Toarci Procomitem virum, Druydum Comitatu. Cuius ab hæredibus Margareta & Petronilla Toarcensi, Rex Karolus 5. Druydes recuperauit Bennonij Comitatus permutatione: De qua, Nos Libro anteriore, tit. penult. art. 23. His paulò vetustior Erricus Bohicus testatur, sua ætate Druydum Comitẽ, Equestri Francorum Militiæ præfuisse. Bohic. ad Cap. Significante. De Rescript. Quòd si Druydum memoriam altiùs refricare liceat, cõperiemus eum agrum, Normanici quondam iuris extitisse. At mortua Mathilde, cui Ricardus Neustriæ Dux Druydes vtendas dederat, Odo Carnutum ac Blesensium Comes oppidum vi occupauit. Inde celebrata inter Ricardum & Odonem transactio, his legibus, vt arx quidem Tegularia cum latifundiis eorum finium, perpetuo regatur Normaniæ Iure, sed Druydum proprietas Odoni addicatur. Exin peculiares Druydibus patrij Mores constitêre, quùm antea Normanicis populus vteretur. Vt est apud Vilhelmum Gemeticensem, & in Neustriæ Annal.

Dreux.

Comté de Benon.

Comes Druydum, Comestabularius Franciæ.

Chasteau de Tuilieres.

Carnotensis Consuetudinis Libro Mores Druydum inserti lectitantur.

17 MISCEAMVS his Castriheraldi Ducatum. Hiccine ad Ianum Boiorum Ducem virili successione peruenit? Imo iure vxorio filiæ Nemorosi Ducis, & Ludouicæ

Chastelleraulr, Vicecomitatus, Coronæ vnitus est Literis pa-

Ludouicæ Andegauæ: Cuius Ludouicæ Carolus pater Cenomaniæ Comes ditionem hanc adeptus fuerat. Ne isthuc velut accuratim Haricuriæ Comites producam, Castriheraldi dominos antiquiores. Cuius prisci dominij luculentam fidem facit locus Froissartis Historici de Ludouico Haricuria, Castriheraldi, in Pictonibus, Subcomite: qui eo in oppido suo propemodùm captus fuit hostilibus Britonum insidiis, an. 1370. Volum. 1. cap. 278. Postmodùm, (Ludouico 11. rege) Dynastia hæc sacro Patrimonio coadunata est Decemb. Mens. an. 1482. Tum, imperante Ludouico 12. Petrus Rohanus Tribunus militum Galliæ, ius quoddam emit Castriheraldi Procomitatus à Karola Armeniaca Nemorensis Ducis filiâ: sed hoc ipsum ilico Borbonia Dux à Rohano condixit gentilitia fundorum redhibitione, an. 1504. Nec diutina pòst interposita mora, Ditio isthæc Ducatus Insignibus exornatur. Rescripto Nonis Febr. an. 1514. Deinceps verò Karoli Borbonij Ducis obitu, Castrum Heraldi redigitur in Fiscale Patrimonium. Septembri Mens. an. 1545. Quod Princeps denique nuper Francisco Borbonio oppignerauit Monpenserio Duci, repræsentata Fisco summa quinquagies mille scutatorum. Regio Diplomate in Senatu promulgato 3. Idus Martias, an. 1584. Eapropter Castriheraldi vsusfructus, quem Rex Dianæ Franciciæ, sorori constituerat, Angolismensi Ducatu subinde commutatur.

[margin: tentibus Mens. Decembr. an. 1482. Verificatis in Parlam. die 6. Febr. eod an.]

[margin: Iacob. Arminiacus Nemorosi Dux, cuius vna filiarum Catharina nupsit Iano 2. Borbonio Duci.]

[margin: Petrus de Rohan, dominus de Gié, Mareschalus Franciæ.]

[margin: Literæ erectionis Ducatus de Chastellerault die 5. Febr. an. 1514.]

[margin: Die 13. Mart. an. 1584.]

18 LICEAT confertim proferre Tholosates, Phocensis Prouinciæ, ac Barcinonę Comites. Haud obscurum est, Arelatense Regnum ex his olim conflatum Prouinciolis, quo tempore Bozo Rex rerum summam tenuit. At fœminæ Bozonis hæredes, regno in plures dominatus imperiáque diuiso, variè illos possederunt Comitatus. Aliam Tarraconenses Reges partem, aliam Tholosates Reguli. Illinc Berengarij, Alphonsi, & Gilberti Tarraconensium Regum filij, Comites Narbonensis Prouinciæ. Id quod Rodericus Toletanus percensuit, & Paul. Æmylius in Ludouico 9. Constat etiam veteribus Prouinciæ Commentariis, Gilberto eiusdem Comiti Tiburgam nuptam Ruthenorum Comitem, an. 1080. Abs quibus duæ progenitæ filiæ, Fededia Idelphonsi Tholosatium Comitis vxor, & Dulcia, Raymundi Berengarij, Barchinonæ Principis. Rursus ex Berengario & Dulcia enati tres, Raymundus, Berengarius, & Gilbertus Stephanæ pater, coniugis Raymundi *des Baux*. Cui Stephanæ patris hæredi addicitur opima portio Comitatus Prouinciæ. Pacto conuento, an. 1150. Atque hinc Balsij Magnates ditantur Aurayco Principatu. Lapsa dehinc annorum fermè centuria, Idelphonsus 2. Massiliensis Prouinciæ Comes Girundam sibi coniugem adsciuit, Forcalquerij Comitis filiam, an. 1234. Quo ab æuo, Forcalquerij & Prouinciæ Comitatus ambo copulati sunt, vniusque iugo Domini velut colligati. Porrò Beatrix illorum ex Raymundo Berengario neptis maritum locupletauit tantæ Prouinciæ dote Carolum Andegauensem. Inde duplex Andegauûm Principum familia Regioni huic dominata est. Prior abs Karolo, Beatricis illius affinitate: Posterior, ab Ludouico 1. Andegauensi, Ianæ Neapolitanæ beneficio, beneuoláque in ius Suorum adoptione, cum proxima spe quasi gentilitiæ hæreditatis; Mens. Iunio, an. 1380. Ob id Regno cis tránsque fretum Siculum potiuntur Andegaui Reguli, altera nimirùm extemplò succedente Andegauorum Ducum arrogatione per Ianam 2. Neapolis Reginam, an. 1423. Haud secus ac Pomeranorum Dux Erricus in Regem assumptus fuit, paulò postquàm eum Margareta Regina triplicis Sceptri filium adoptauit. Sicuti Albertus Crantzius prodidit, Daniæ lib. 8. cap. 1. Anterior verò illa Andegauen. familia in Neapolitanum Solium euecta est à Rom. Pontifice, imposito vectigali quadragenûm in singulos annos millium aureorum, ea cautione, vt simul sponsionem faceret nouus Rex, se Imperij nomen, vel vltrò delatum, non accepturum. Interea multo & ære, & cruore constitit hoc Regni Gallis hominibus, ab continua de eo cum Aragoniis contentione. Quam graphicè depinxit Karoli 1. Andegauensis Epistola ad Petrum Tarraconensium Regem, cum huius responsione: apud Petrum Vineam, Epistol. lib. 1. cap. 38. & 39. Andegauæ demùm gentis mas vltimus Karolus, hæredem Siculi Regni, Comitatúsque Prouinciæ nuncupauit Ludouicum XI. Galliæ Regem. Vltimo elogio 4. Idus Decembr. anno 1481. Sic Margareta Andegaua, Errici 6. Angli regis vidua mulier, eundem scripsit Ludouicum ex asse

[margin: Prouence, Tholose, & Barcelonne.]

[margin: Prouence, Prouincia, quasi ante, vel procul victa, inquit Festus. Nam Rom. Vrbis conditæ, an. 577. Quint. Flauius & Æmylius Lepidus debellarunt cum Liguribus Saluios, mox inde Prouinciales dictos.]

[margin: Comtesse de Rhodaix.]

[margin: Principauté d'Orége. Comté de Forcalquier, Vetustior autem alia fuit Andegauor. Comitum familia proproprietariorum, nedùm fiduciariorũ, (vt isti) De quibus loquitur Arnulphus Lexouiẽsis Episcopus In Epist ad Papam Adrianum, lib. Epistol. Arnulphus autem viuebat senex an. 1181. Vt ait Sigebertus in Chronico.]

[margin: Testamentum vltimi Caroli, die 10. Decembr. an. 1481. Hic enim Carolus Andium Dux, fuit Caroli Cenomanorum Comitis filius, ex secunda Andensium Principum stirpe.]

[margin: Margareta d'Anjou, filia Renati Andegaui Siciliæ Regis, quæ Testamentum suum condidit die 2. Aug. an 1482.]

hæredem fortunarum suarum. Testamento postridie Kalend. Sextiles, an. 1482.

Bar le Duc.

BARRODUCÆI à Sophia Comite primitùs iura petierunt, an. 1080. Eius dein Theodoricus filius iure materno retinuit Comitatum. Hunc quoque ducentos abhinc annos Renatus Andegauus nanciscitur alterutro muliebri titulo pro hærede: Yolantidis scilicet Barrensis, maternæ auiæ, quæ Tarraconensi Regiæ connubio iuncta, Renati matrem peperit, Yolantillam Tarraconensem: Tum etiam ab Ludouici Cardinalis Ambarri donatione in Renatum collata, qui ex sororis filia donatoris pronepos erat. Huius donationis fidem adstruit Monstreletus, Histor. Volum. 1. cap. 233. & Chartarium Andegauæ principis familiæ, cuius exemplar Nobis est in manu, desumptum ex Archiis Ratiociniorum Parisien. Inde sensim Lotharingis Ambarri adiiciuntur, Yolantillæ nuptiis Renati filiæ, quæ parentum hæreditate, Renati filij copias tot latifundiis adauxit: Nimirùm Lotharingio Ducatu, ab materna Ysabellæ Lotharingæ, & Barrensi, ex paterna Renati successione, post masculam extinctam parentis vtriusque progeniem. De supremo autem Barriducatus dominatu, non leuis incurrit antehac dubitatio. Frossartes rerum nostrarum haud satis peritus, Ambarrum Comitem numerat in Sacri Imperij magnatibus, an. 1339. Histor. Volum. 1. cap. 38. Atqui vel in Merouea regia gente, Franci Ambarris iura dixerunt. Præclaro Aimoyni testimonio, Castrum memorantis, cui nomen Barrum est, Barrensibúsque Childericum Regem Merouei filium idcircò liberaliter tributum indulsisse, quod Regni eius partibus dependebant, quia isthuc venientem eum honorificentissimè excepissent. Verbis Aimoyni, lib. 1. Hist. cap. 2. Ac Ioynuilla quidem narrat, Barri Comitem Theobaldum, Lucemburgio Comiti sororis viro, bellum intulisse, Rege inconsulto, eúmque in conflictu cœpisse, iuxta Pygnium Trecassibus proximum vicum. At componendi eius dissidij auctorem se præbuit Rex Ludouicus 9. ne licentior alioquin armorum vsus Barrensis Comitis, arguere posset summum eius in Barrensi regione dominium. Sub annum 1260. In Chronic. Ludouici 9. cap. 89. Insuper Karoli 6. temporibus, controuersa fuit Arx quædam Barrensis agri fortissima inter Lotharingum, & Ambarrum Duces, Regiáque interim manu, tanquàm superioris domini, administrari cœpta. Cùm ergo Lotharingus arcem postea obsidione cinxisset, eò Princeps exercitum misit ad soluendam subditæ Arcis obsidionem. Regio deinde nutu arbitrióque transactum negotium, an. 1406. Vt Monstreletus refert, Volum. 1. cap. 27. Nec moror, Reginaldum olim Barrensem Comitem in verba Henrici 4. Cæsaris iureiurando adactum fuisse, qui illum bello cepisset: annum circiter, 1100. Vt de Ambarris Comitibus scripsit Richardus Vvasburgius, Virdunensis Ecclesiæ Archidiaconus, in Belgica Historia. Vtcunque sit, de maximo Francorum in Ambarros iure, extant disertissimæ Orationes in Senatu habitæ, an. 1500. & postridie Idus Quintiles, an. 1538. Tandem deciditur lis Regia cum Duce Lotharingo, Transactionis tabulis in Lutetiana Curia perlectis 4. Iduum Martiar. an. 1571. De quibus Nos latiùs suprà lib. 1. Tit. 11.

Hic præterea Cardinalis *de Bar* magnus auunculus Renato dedit *Sathenay, Clermont, Varennes, Vienne, la cité & preuosté du Pont, le Chastel & Chastellenie de Mouson, les Chastellenies de Briey, Longuny &c.* die 13. Aug. & 31. Octobr. 1419.

Yoland d'Arragon, quæ nupta fuit in domo Andegauensi.

Sophia, Theodorici Ducis Mosellani filia habuit pro hæreditaria portione Castrum Barri, *la Vvourie S. Michel, & la Comté d'Amance près Nancey,* Sed eius Beatrix soror Marchioni Mótisferrati nupta habuit alias ditiones.

Idem D. Ludouicus pacificauit Theobaldum Nauarræ regem, & Comites, Cabilonensem ac Burgundiæ, qui inuicem belligerabantur.

Die 16. Iul. an. 1538.

Die 12. Martij an. 1571.

19

Comté de Harcourt.

HARICVRIÆ Comitatus, quam primus tenuit Bernardus, Danus, ætate Ricardi 5. Neustriæ Ducis, Lauallis Comitibus defertur matrimonio Yolantidis Lauallæ propinquæ, cum Vilhelmo Haricuria, & inter coniuges donatione contracta, an. 1457. Quùm antea primigenius Haricuriæ gentis interfectus fuisset Anglica pugna. Vernoliensi 17. Kal. Septemb. an. 1424. At Lotharingi Reguli, auito Mariæ Haricuriæ iure vindicant sibi Comitatus portionem. Haricuria verò, Comitatus instituitur à Philippo Valesio Rege, an. 1330. Vt Francicis Gaguini Annalibus est proditum. De quo etiam Haricuriæ Comitatu crebra mentio in Normaniæ Chronic. Eiusdem Haricuriæ domus affinitate, quæsitus est Notho Aureliano Tancaruillanus Comitatus, vxoria Mariæ alterius Haricuriæ hæreditate, circiter annum 1460. Obseruandum interea, Tancaruillæ Comites gentilitiis titulis summos Neustriæ Cubicularios dictos fuisse; seu primarios sacri Cubiculi Præfectos. Haud aliter, ac Brezæos, Normaniæ Prætores hæreditarios. Adderem his Andegauiæ Comites priscos, Franciæ totius Prætura donatos, seu *Seneschalia Francica*, beneficij nomine: quùm Gottofredus Andium Comes eximium Heroicæ fortitudinis in hostes specimen edidisset Aimoyni lib. 5. cap. 36. & Sigeberti Chronico, an. 1170. Subnecterem & his Constantij

Vernueil au Perche, vbi cum Anglis infeliciter dimicatum, die 16. Augusti, an. 1424.

Bastard d'Orleans.

Comté de Tãcaruille.

Grands Châbellans de Normandie.

Seneschaux de Normandie.

20

flantij Toparchas, vici Campani, qui se iam olim Campaniæ Tribunos militares dictitarunt. Ast *Tempus edax rerum, simul inuidiosa Vetustas* pleraque ex iis absumpsit, aboleuit.

Mareschaux hereditaires de Champagne.

21 QVID de Lauallo ipso, Cenomani agri, Comitatu? Non ambigitur, hunc ad Matthæum Montmorentium MAGIST. EQVIT. peruenisse vxoria Annæ Alenconiæ hæreditate: cui ab Anna Laualla matre opulenta ditio obtigerat, Rege Augusto. Matthæi verò filius Vido Lauallus familiæ suæ dignitatem amplificauit Vitrei Baronatus accessione Britonici, cùm Philippam sibi coniugem sociasset, Andreæ Vitreaci præpotentis viri filiam. Antiquioris certè Vidi Lauualli, & Andreæ Vitreaci meminit Sigebertus in Chronic. anni 1160. & 1174. Lectitatur etiamdùm scripta * Γενεσις vtriusque familiæ, cum Annalibus rerum ab vtrisque Proceribus gestarum, auctore Lebaldo, Cantore & Canonico Templi Lauualli, qui hoc vetustissimorum stemmatum Opus Ianæ Laualłæ Andium Principi dicauit, an. 1490. Lauallum porrò Baronatum Karolus 7. affecit Comitatus dignitate 16. Kal. Sextiles, an. 1429. in gratiam Vidi Lauualli, qui Regis ex sorore neptem in matrimonio habebat, Armorici Ducis filiam Ysabellam. Atque adeò noui Comitatus diploma Senatus recitari iussit. Decimo sexto Kal. Iunias, an. 1431. Verùm id temporis Andegaui Reguli, Cenomaniæ Comites, qui summa apud Reges gratia florebant, quandiu vixêre, mordicus obstiterunt nouæ Comitatus institutioni: ne Cenomani Comitis cliens Baro, paribus adscitis tituli nominúmque Insignibus, patrono æquari videretur. Extinctis autem iis Cenomaniæ Comitibus, sancitur denuò, firmatúrque à Ludouico XI. Rege paterna creatio Lauualli Comitatus. Nouo Rescripto, Ianuar. Mens. an. 1481. quod Patres Parisienses in Auditorio Curiæ promulgarunt 7. Idus Febr. eod. an. tali conditione: LECTA, PVBLICATA, ET REGISTRATA ABSQVE PRÆIVDICIO IVRIVM SIGILLORVM REGIORVM IN COMITATV CENOMANIÆ, ET DE BVRGONOVO, ALIORVMQVE IVRIVM ET EXEMPTIONVM, DE FVNDATIONE CAPELLÆ REGIÆ de Maulny EXISTENTIVM, PRO QVIBVS THESAVRARIVS ET CANONICI DICTÆ CAPELLÆ; NECNON IVRIVM, LIBERTATVM, PRIVILEGIORVM, ET PRÆEMINENTIARVM DECANI ET CAPITVLI ECCLESIÆ CENOMANEN. SVORVMQVE HOMINVM ET SVBDITORVM: PRO QVIBVS IPSI DECANVS ET CAPITVLVM SE OPPOSVERVNT. QVIBVS IVRIBVS, PRIVILEGIIS, LIBERTATIBVS, ET EXEMPTIONIBVS DICTI OPPONENTES RESPECTIVÈ, PROVT ANTE PVBLICATIONEM PRÆSENTIVM VTI CONSVEVERVNT, VTENTVR, ET GAVDEBVNT. In hunc locum rectè coniicitur Quintinus, Armorici agri, Comitatus, quo Iani Lauualli vxor Iana Pereria Lauallam domum illustrauit, Ludouico XI. Rege. De patronali huius Comitatus iure, certatum est à Barone Auaugurio, & Procuratore Fisci in Senatu Lutetiano. Res consilio ampliori commissa 3. Idus Maias, an. 1546. Riantio, Baronis, Thuano, Quintini Comitis, Marliaco, Fisci aduocatis. Rursùm Auaugurius, Britonum, Baronatus migrauit olim in Ludouici Pentebriæ Comitis ditionem matrimonio filiæ Henrici Auaugurij. Sed Comitum perduellione commissus est hic Armorici Ducis Fisco Baronatus. Decreto Armorico 14. Calend. Martias, an. 1424. Vltimus verò Armoricæ Dux publicis Comitiis Franciscum Nothum, Baronem Auaugurium nuncupauit, eidem primario dignitatis gradu inter Barones attributo 3. Calend. Octob. an. 1480. Id quod Parisiensis Senatus iudicio comprobatum est, an. 1533. & 1542.

Laual.

Baronnie de Vitré.

* Generatio.

Iohanna *de Laual* vidua Renati Andiũ Duci, quæ Testamentum suum fecit die 28. Decemb. an. 1498.

Erectio Lauallæ Baroniæ in Comitatũ facta in vrbe Rhemensi, die 17. Iul. an. 1429. verificata in Curia die 17. Maij, an. 1431.

Castrum & Castellania *de Gaure sur Lescault* prope Gandauum Flãdriæ, fuit Lauualli Comitis, iure materno Flandricæ Heroidis, an. 1452. vt ait Oliuar. Marchian. lib. 1. Memorial. cap. 23.

Erectionis Lauualli Comitatus secunda verificatio in Curia, die 7. Febr. an. 1481.

Patentes Literæ Ludouici 12. die 11. Iunij an. 1498. Quod Lauualli Comites habeant perpetuum ius nominandi Regi ad Officia regia, quæ in Lauallo oppido exercebantur. Iuxta Literas Caroli 8 Mẽs. Octobr an. 1483.

Comté de Quintin en Bretagne.

Baro *d'Auaugour.*

Appoincté au Conseil en la Cour, die 13. Maij an. 1546.

Arestum, in Parlamento Britanniæ, confiscationis bonorum *de la maison de Poinctieure*, die 16. Febr. an. 1424.

Die 29. Septemb. an. 1480.

22 VNVM subdemus de MONTMORENTIA gente, ex qua Lauallam deductam prædiximus, illustrem domi militiæque eam inclaruisse. Nam & ante Matthæi Montmorencij tempora, cuius suprà memini, Bouchardus emicuit, Balduini Hannoniæ Comitis gener, militari laude cumulatus. Id quod didicimus à Iacobo Guysio Hannonum Chronographo. Eundem Bouchardum narrat P. Æmilius, virum fuisse Parisiensium nobilissimum, in cuius ditione propinquum oppidum fuerit, à Maurentio conditore, Mons-Morentianus dictus: vnde illi nobilitati gentile cognomen. Ne diutiùs Heroum istorum posteris immorer, quos egregia belli facinora edidisse trecentos abhinc annos, testis est Frossartes Historicus, Volum. 1. cap. 62. & 130. In iis Carolus Montmorentius enituit, Britiniaci fœderis obses inter primos datus à Rege, & ab Anglis receptus, anno 1360. Idem lustrica cognatione iunctus fuit Regi Carolo 6. suus nimirùm per ba-

Montmorency.

Car. Montmorentius Baro, patrinus Regis Karoli 6.

Die 3. Decemb. an. 1368.
Argenten, Argentomagum vocat Sigebertus in Chron. an. 1170.
Die 26. Febr. 1362.

ptisma pater, & in sacro lauacro onomastes 3. Nonas Decemb. an. 1368. Montmorentium eũdem scripto accepimus, à Iano fratre Aureliorum Episcopo donatum Argentenea dynastia, in finibus Alenconiis. At donatarij gener Ianus Castillioneus, & Maria Montmorentia vxor, ditionem hanc vendiderunt Petro Alenconiensium Comiti, 4. Kal. Mart. an. 1362. Quam exinde Karolus 5. rex Alenconio Comitatui adunauit insolubili nodo. Chartula solenni April. Mens. an. 1373.

Le Maine.

DE Cenomanorum Comitatu, liquet ex Andium Annalibus, Heliæ Cenomani Comitis filiam nupsisse Fulconi Andegauiæ Comiti, circa annum 1120. Qua ex tempestate, Municipium vtrumque nullatenùs penè diuulsum est inuicem, ac separatum. Aliam Sigebertus rationem profert Andibus coniuncti Cenomanorum Comitatus. Dauidem enim Cenomanorum Comitem tradit, Roberti Regis imperium detrectasse, qui eùm iam rebellare ausum euocarat: Vnde Rex Gottofredum Grisogonellam, Andium Comitem donarit Cenomano Principatu. In Chronico an. 1170. Fulbertus autem è Cancellario Roberti Carnutensis Præsul, Herbertum increpitat, Cenomanorum sua ætate Comitem, qui euertere Pontificalem suæ ciuitatis sedem nitebatur, & prædiarios ipsius Ecclesiæ reditus ad se rapiebat. Fulberti Epist. 38. CASTRENSIS item Comitatus connubiali lege venit ad Ianum Borbonium Comitis fœminæ coniugem, rege Karolo 5. Horum Iacobus primigenius, Marchiæ & Castrensis Comes filiam reliquit hæredem, Leonoram Armeniaco Regulo nuptam. Exin pariter ortus filius Comitatu potitur, materno patrimonio. Sed eiusdem capite damnati bona impetrauit Borbonius Dux à Principe. Septemb. Mense, an. 1477. Is quoque à Iano & Ludouico damnati liberis, qui in paternas opes restituti fuerant quodammodò, emit Carlatum in Aruernis, & Muratum, Subcomitatus. Solenni instrumento Kalend. Maiis, an. 1489. Primitùs enim Iohannes Biturigum & Aruerniæ Dux sibi ære parauit Carlati dynastiam ab Arnaldo Procomite, an. 1392. Eam postmodùm emptor dedit Bonæ Biturigi, filiæ, quam Armeniaco dein Comiti splendidis nuptiis sociauit. Tabulis donationis 3. Nonas Decemb. an. 1400. Indeque paulatim muliebri iure Carlatum deuoluitur in Armeniacam familiam. Sicuti hæc omnia in Borboniæ Domus Tabulario exscribuntur. Tandem verò Borboniæ gentis ditiones omnes commixtæ sunt Sacro Principis CANONI, & in vnum velut corpus Patrimonij publici coaluerunt. S. C. Parisiensi Pridie Idus Febr. an. 1531.

Fulbertus Roberti Franciæ regis Cancellarius, deinde Episcopus Carnotensis.

Comte de Castres, de quo vide etiam sup. artic. 2.

Viscomtez de Carlat & Murat acquis à la Maison de Bourbon, die 1. Maij, an. 1489.

Die 3. Decembr. an. 1400.
Arestum vnionis expressæque bonorum incorporationis cũ Domanio Coronæ, die 12. Febr. an. 1531.

23

Vermandois.

VEROMANDVVM Comitatum palàm est, olim secundùm Hebertum Comitem, Alberto cuidam competiisse. At non solùm huius Adela filia dote hac cumulauit Hugonem Magnum, Philippi 1. Regis fratrem: sed Hugonis etiam filia, Philippi Flandriæ Comitis opes mirè amplificauit eodem Veromanduorum Principatu. Vt est apud Sigebertum. Quo pariter auctore, Rodulphus Veromanduus Comes vxorem dimisit, & Petronillam duxit Reginæ sororem, anno millesimo centesimo quadragesimo secundo. Sed Rodulpho anathemate notato, prius diuortium suspenditur. In summa, fœminas Veromanduis præfuisse, satis indicat Yuo Carnutensis, Epist. 114. *De Vermandensi Comitissa, ex qua nata est vxor Hugonis Crispeiẽsis, Valesiorum Comitis.* Hinc quoque elicitur, ditiones ambas, Veromanduam ac Valesiam, fœmineo iure in vnum redactas fuisse, & vnius imperio diu administratas. Nam & Leonora Veromanduis Valesiisque Comes imperauit, an. 1240. Ex vetustis Leonoræ Chartis, quæ in Fano Thomæ Crispeiensi adseruantur. Illius autem Hugonis Crispeiensis Comitis meminit Yuo Carnutum Pontifex, eiusdémque filiæ à Mellentino Comite connubio expetitæ, Epist. 114. Nullis denique ab Leonora relictis liberis, vterque Principatus conuertitur in ius Fiscalis Patrimonij. Quippè quùm ita de eo Pactis inter Regem ac Leonoram conuenisset.

24

Valois.

Eglise Collegiale de Crespy.

De alio Mellenti Comite Galeranno, qui obiit an. 1165. Sigebertus in Chronico.

Montgommery, au Bastard d'Orleans.

PERSEQVAR nè Comitatum Montemgommerium? Iana Haricuria Iacobi Comitis filia, eum perduxit ad Ianum Nothum Aurelianensem maritum. Ad quem pari iure recidit Tancaruillæ Comitatus, quùm in eundem Ianæ mater legibus vocata fuisset, vnica Comitum hæres. Tandem ab Aurelianensis hærede, Longeuillano Regulo, seu ab eius emptore, Montgommerius Eques pretio comparauit gentilitium Comitatum. Antiquiora scrutanti occurret in mentem, quod

25

quod scribit Vilhelmus Gemeticensis, Vilhelmum Taluatium, fratrem Yuonis Sagiensis Episcopi, filiam suam Mabiliam nuptui dedisse Rogerio Montgommerio, dotali addita sua omni Ditione. Ad fœminas necnon illapsus est DAMMARTINVS, Parisiensis agri, Comitatus: Quem ne altiùs repetam ab Alberti Comitis seculo, Reginaldi Boloniensis filij, Symonis, Karoli, Matthæi, aliorúmque masculorum, accessisse liquet ad Antonium Chabaneum Margaretæ Nantoliæ nuptiis, an. 1439. Vt Martiniana illorum temporum Historia testatum inuenimus. Ab Antonij deinde filia, Comitatus venit ad Nothum Andegauensem: postremò muliebri eodem iure ad Boulanuillarium, Ianæ Andegauæ primum, & Ramburium, secundum, maritos. Dicam obiter, Albertum illum Dammartini Comitem è viuis migrasse, an. 1200. Auctore Sigeberto. Quo longè etiam ætate superior claruit Hugo Domni Martini Comes, an. 1060. Vt cum Aimoyno loquar, cap. 47. lib. 5. Rerum Francic. De Matthæo autem Comite, eiúsque Iohanne filio, sermo habetur amplissimus, In Decreto *Parlamentari* Diualium, an. 1275. accuratè descripto in calce Styli Senatorij, Parte 7. Arestor.

> Comitatus *de Dammartin*, quem Anna Monmorencius Mag. Equit. Franciæ emit à Phil. Boulanuillerio, die 2. Nouembr an. 1554.
>
> In Martiniana Historia, Antonij & Iacobi Chabaneorum fratrum plurima mentio, tanquam valentissimorum Equitum.
>
> Arestum in Parlamento omnium Sanctorum.

26 NIHIL his dissentaneum, quod de Bellijoca ditione fertur, eodem successu Borboniæ genti parta. Imbertus enim Bellijocus, MAGIST. EQVIT. Galliæ, dominus fuit Bellijoci agri, auita Viscardi hæreditate: an. 1268. Ymberti huius commemoratio fit à Ioh. Ioynuillæo in vita Diui Regis. Nec Viscardum alium Bellijocum silentio præteriit Frossartes, Histor. lib. 1. cap. 160. Ast aliquantò post Ymberti obitum, Ysabella Bellijoca Reginaldum maritum, Forestensem Comitem cumulauit huiusmodi latifundiis. Quæ omnia deinceps, cum Anna Delphina Forcsia, in manum Borbonij Ducis conuenerunt, an. 1368. De quo Frossartes, Histor. lib. 1. cap. 279. Karolo denique Borbonio perduellionis damnato, Rupissuryonæ Regulus cum Principe transegit de Caroli auunculi, Borboniæque Domus bonorum successione. Monpenserius fundus Regulo conceditur, vnà cum Aruerniæ Delphinatu, seu Delphinali Comitatu. Mens. Sextili, an. 1538. Interea verò Monpenserij ipsius origines quærenti respondeo. Gallici quondam Fisci patrimoniale fuisse, ac regium, Aruerni Ducatus, prædium. Sicuti enim Ludouicus 8. Rex in Monpenseria Arce conditus fuit tumulatúsque, velut in suo ac Regio solo, an. 1226. Ita quoties Regij liberi Aruerno Ducatu donati in fiduciam, Monpenserio simul potiti sunt Comitatu. Cuius rei fidem facit Iohannes Biturigum Aruerniæque Dux, qui Ianum filium Monpenserij Comitem appellari voluit, quùm eidem Sexti Karoli Mariam sororem nuptiarum sacro nexu adiungeret, an. 1386. Vt est apud Frossartem, Hist. Volum. 3. cap. 106. Ac deinceps Borboniam in familiam translata Aruernia, gentis secundogenitus, Monpenserij Comes salutatur: vt primigenius, Aruernorum Dux, Karolo 7. Franciæ rege. Monpenserio autem oppido elogium hoc tribuit Frossartes, *Bonne ville & fort Chastel*. Volum. 1. cap. 282.

> *Beaujolois.*
>
> *Guichart de Beaujeu.* His additur donatio die 23. Iun. an. 1400. à Bernardo *de Beaujeu*, collata in Ludouicum Borbonium Ducem, & eius *matrem*, cuiuscunque iuris, quod habebat in Baronia *de Beaujeu*, & aliis bonis.
>
> *Comte Daulphin d'Auuergne.*
>
> De Regia ista Trãsactione, an. 1538 Nos plura lib. 1. Tit. 7 In fi
>
> Iohannis 1 Borbonij Ducis, & Mariæ Biturigis primigenius Carolus fuit Aruerniæ, & Borbonij Dux. At secundonatus Ludouicus fuit Monpenserij Comes.

27 PRODEAT in medium Castrouillanus Campanorum Comitatus. Hunc longo ordine tenuerunt Ianus, Vidus, Symo, Barones Castrouillani, an. 1280. & 1325. Vti ex Borboniæ domus Tabulario percepimus. Traductus deinde in Balmæam gentem Baronatus, Annæ Castrouillanæ nuptiis cum Marco Balmæo, Comite Montreuello, an. 1488. Nostra autem ætate, Ditio hæc transiit muliebri successione ad Dominos *de Courtalain*, maribúsque his extinctis, ad sorores quatuor nobiles, quæ, totidem Comitatus portiones æquis pretiis emptori viril manciparunt, Ludouico Adiaceto. Russiacus item Comitatus fortissimos dinastas tulit, Ianum Russiacum, Symonem, nec paucos alios, ab anno 1300. ad vsque 1420. Quem circiter annum, Iana Russiaca maris vltimi filia Roberto Sarrebruchio coniugij nomine copulatur. Interim Ludouici 1. Andium Ducis vidua Heroina egit aduersus Russiacum magnatem Brenneum Comitem, de Russiaco dominatu: hoc præsertim colore, quòd Ludouicus maritus eam olim ditionem emisset ab Russiaca domina, Ludouici Namurcensis Comitis vxore. Verùm Senatus, editis in iure tabulis, contra petitricem pronuntiauit, salua duntaxat numerati pretij restitutione, an. 1396. Id quod Ioh. Gallus recenset. Quæst. 342. cum Frossartis Historici cap. 70. lib. 4. Russiacorum Procerum tumuli spectantur in Vallis-Regiæ Cœnobio Cisterciensi.

> *Chasteauuillain*, nuper factus Comitatus, procurante Ioachimo *de la Baulme* Marci filio, domino *de Chasteauuillain*. Ex lib. Antiquit. Matisconẽsium Petri *de S. Iulien*.
>
> De Castrouillano Comitatu Placitum Curiæ, die 20. Iul. an. 1571.
>
> Montisreuelli, è baronia, in Comitatũ erectio, *en la Bresse*, ab Amedeo Duce Sabaud die 26. Decemb. an. 1427. pro Ioh. *de la Baulme*.
>
> *Comte de Roussy.*
>
> Castellania *de Courtalain*.
>
> Hæc Castellania *de Courtalain*, Dunensis Comitis feudataria, fuit Alani *de Taillecourt*, an 1374. Dein Martini *de Rouuray*, an. 1409. Tum Ludouici *d'Amaugour*, an. 1451. Inde per fœminas, *Montmorency* Dñi. *de Fosseux*.

PENTEBRIÆ Comitatus, in Armoricis, Panagij iure dabatur antiquitùs minori Ducis Britonici filio: Vtpotè Odoni fratri Alani 3. Armoricæ Ducis, an. 1030. Ast idem paulatim ad omnes Karoli Blesensis hæredes manauit, seu mares, seu fœminas. Hodie necnon à filia Sebastiani Lucemburgij possidetur, nepotis ex sorore Iani Pontiberæ Comitis. Huic autem Iohanni Britonico Rex Comitatus possessionem permisit, nuncupatis conditionibus, vt æqualium fundorum compensatione Regi liberum foret, redhibere Comitatum 10. Kal. Apriles, an. 1535. Cui redhibitoriæ legi Erricus 2. renunciauit. Transactione 3. Idus Maias 1555. Eadémque in Regione, RADESIVM obtinuit Baronatum Philippus Laualllus, Vidi 9. filius, vxore ducta Raysiæ domus hærede, circiter annum 1340. Philippi necnon Ægidio nepoti Tribuno militum Galliæ successit Maria filia Pregentij Cottiuei coniunx. Horum sensim hæreditatem Tremolij Dynastæ, tum Iana Raysia Francisci Chauuignæi vxor legibus adierunt. Ægidius ille Nannetibus ceruice luit, Octob. Mens. an. 1440. Ad hæc, Ventadorij, Lemouicum, Dux intendit Gilbertus Leuius, VILLARSIAM, Segusianorum, Marchiam (antea Comitatum) maioribus suis obuenisse coniugio Leonoræ Villartiæ cum Philippo Leuio, rege Karolo 5. Humbertus enim Villartius in eam, aliásque Diriones vltimo elogio substituit liberos mores gradatim, Humbertum, Odonem masculam eorum progeniem: tùm iis deficientibus, præd. Leonoram & suos. Decemb. Mens. an. 1369. Posteriore item Philip. Leuij testamento, Leonoræ filij, scriptus fuit hæres vniuersorum Antonius primigenius, cum multiplici nepotum ex eo substitutione: Queîs iunior dehinc testatoris filius subiungitur Bremontius, virilisque ipsius prosapia, successorio ordine. Tertio Iduum Nouemb. an. 1429. Secundùm quæ, Antonius suprema sua moriens ordinauit, continua gentilitij fideicommissi serie inter Ianum & Antonium filios, nepotes, ac virilem adeo Bremontij illius stirpem vltima cera. Idibus Sextilib. an. 1454. Quinetiam Allobrogum Dux 1. Amedeus beneficiaria lege fruendum perpetuò adscripsit. Leuiæ genris maximo natu Villartium Comitatum. Transactione inita 6. Kalend. Quintiles an. 1432. Cùm verò Leuius successor quidam Sebusiano Principi ære mancipasset Dynastiam hanc sub annum 1474. Renatus Sabaudiæ Nothus eadem donatus est, clientelæque titulo vestitus à Philiberto Duce, Philippi communis patris filio legitimo, & ab huius dehinc Karolo successore. Authenticis tabulis 13. Cal. Decemb. an. 1497. sexto Calend. Nouemb. 1498. & Calendis Septembr. an. 1500. Denique nonagenariam propè Villartij agri possessionem mouere cœpit Gilbertus Leuius an. 1585. in Erricam Allobrogem, donatarij istius neptem, veterum obtentu substitutionum prædictarum. Cuiusmodi forensem controuersiam PATRES LVTETIANI misêre in consilium Nonis Martiis an. 1605. post aduersarias Roberti, & Buyssonis, patronorum hinc inde Actiones. Enimuerò maturiùs sibi cauerat Leuius idem, Ventadorij Dux fideicommissaria auiti petitione latifundij vtriusque, Rupis Regnieri scilicet in extraneum possessorem, Monpenserium Regulum: & Baronatus Annonei contra Procuratorem Fisci Gallici, qui in Borbonias Ducum, emptorum, opes successerat, an. 1527. Vnde petitor ambo prædia reis conuentis iudicio abstulit Senatorio Parisiorum, decimo Calend. Septembres, an. sesquimilles. 83. Quadringentos etiam abhinc annos, vixit Helias Subcomes Ventadorensis, cuius fœmineo stemmate Leuij Proceres eum fundum sibi pararunt. Blanca enim Ventadoria nuptiis thoróque effecit, vt Ludouicus Leuius coniunx, Ventadorij Dynasta salutaretur. Circa annum 1475. Illius Heliæ Vicecomitis pactitiæ Tabellæ seruantur in Monastica Æde Stephani *La Geneste*, apud Lemouices. Ventadorium quoque magnatem Pictauensi prælio interfuisse memorat Frossartes, Histor. Volum. 1. cap. 162. Leuiana autem familia idcircò insignita est MARESCHALORVM FIDEI cognomento, quia Leuius quidam, Magister Castrorum piæ & sacræ Gallorum militiæ præluxerit aduersus Albios, & Biterrenses (Septumanorum coloniam) Orthodoxæ fidei hostes. Vt Tholosana Historia annotatur. Rursus Adela *de Quelus* præclaro connubio detulit Quelusium Baronatum ad coniugem Philippum Leuium, Florensaci toparcham, eorumque posteros. Sub annum 1406. Quid plura? familiare prædium *de Leuis*, quod in Parisiorum finibus situm

Poinctieure.

Maria Lucemburgia Sebastiani Vicecomitis *de Martigues* filia, vxor Dn. *de Mercœur.*

Die 23. Mart an. 1535.

Die 13. Maij, an. 1555.

Baronia *de Rays*, postea Comitatus, nunc Ducatus, post Andreæ Chauuignei obitum venit ad varios laterales hæredes, an. 1502.

Gilbert. *de Leuis, Duc de Ventadour, en Limosin.* De quo, Nos Tit. seq art. 5.

Marquisat de Villars, au pays de Bresse. Thouere, la Voulte, Annonay, la Roche en Regnier, & autres Baronnies substituees par Humbert de Villars, & ses descendans.

Testamentariæ Substitutiones die 11. Nouemb. an. 1429. & 13 Augusti 1454.

Die 26. Iun 1432.

Venditionis huiusce Comitatus *de Villars* pretium residuum persolutum est ab Yolantide matre Ducis Philiberti, Contractu, an. 1475. August. die 4.

Infeudatio noua *de Villars* pro Bastardo Sabaudiæ, an. 1497. 19. Nouemb. tum die 27. Octob. 1498. & 1. Sept. 1500.

Henriette de Sauoye, vxor Caroli Lotharingi, Meduanæ Ducis.

Appoincté au Conseil die 7. Mart. 1605.

Arestum Parisiense, pro substitutione *de la Baronnie d'Annonay, & de la Roche en Regnier*, latum die 25. August 1583.

Quas Ditiones à Borbonis olim Ducibus emptas de Anton. Leuio, an. 1463. constat ex Inuentario chartarum Borboniæ Domus regiæ, cuius exemplar habemus.

Viscomté de Ventadour.

Maison de Leuis, Mareschaux de la foy, contre les Albigeois, & ceux de Besiers, en Languedoc.

Baronnie, à present Comté de Quelus.

28

tum

tum est, Iana Leuia deuexit matrimonio ad Ludouicum *de Crussol*, virum ann. 1460. Quo modo deinceps Symona Vticensis Crussolium maritum auxit Vticensi Procomitatu. CORTENAICVM item Comitatum, etsi regio iure vindicet Publicus Actor hodie, patet manasse quondam ex filia Reginaldi marium postremi ad Petrum Ludouici Crassi filium, coniugem. Inde seriatim profectus Antissiodori Comes Petrus Corteniacus, Byzantiorum Cæsar, ab vxore Yolantilla, Balduini Flandri sorore, Thracij Imperatoris. Quorum Catharina proneptis, auito titulo Græcorum Augusta, Corteniacæque domus hæres, dedit Corteniacum prædium Carolo Valesiorum Comiti Regis fratri, ac descendentibus ex eo posteris. Sicuti de eo Nos fusius infrà tit. 10. Similiter Marchia MEDVANÆ, ab filia Iuhelli Meduani legibus venit ad Gottofredum virum, Lochiarum dominum, tum ad Druydem Mellotum: circiter an. 1240. Per varios tandem muliebrium successionum ordines, ad Duces Lotharingos. Qua ex gente illustrissima, Carolus Lotharingus nunc potitur Meduana ditione in Ducalem dignitatem euecta. Nec aliter Seueracus, Ruthenorum, Baronatus matrimonio Ianæ Seueracæ emigrauit in familiam Harpagij magnatis: quùm Vidus Seueracus Ianæ frater obiisset cœlebs, qui paternis Tabulis in assem bonorum vocatus fuerat pridie Idus Quintiles an. 1390. Vnde fœminei illi successores Baronatum seriatim possederunt, & à Procuratore Fisci perdiu vindicatum euicêre, simul à Iano Chabaneo, Dampmartino Comite. Lutetiano S. C. facto postridie Idus Sextiles an. 1508. secundùm Vidonem Harpagium dynastam, præd. Seueracæ abauiæ gradatim eos in fundos substitutum: nulla habita posterioris donationis ratione Almarici Seueraci in competitores illos, qui nimirùm restitutioni subiectas res fructuarius modò detineret.

> *Symonne d'Vzes, fille & heritiere du Vifcomte d'Vzes, en Languedoc.*
> *Courtenay.*
> Constantinopolit. Imperator.
> Carolus Valesius frater. Philip. Pulchri regis.
> *Mayenne la Iuhez* Baronia primùm, deinde Marchionatus, nunc Ducatus.
> *Dreux de Melle.*
> Baronia *de Seuerac au pays de Rhodais, venue par femme en la maison d'Arpaion.*
> Testamentum *de Guy de Seuerac, dict le posthume*, die 14. Iul. 1390.
> Decretũ Curiæ die 14. August. 1508. *nonobstant la disposition d'Amaury Baron de Seuerac, Mareschal de France*, De qua Nos inf. tit. 12. art. 23.

29 QVòD si Principalis tituli fundos excutere liceat, Lotharingis itidem muliebri iure delatus est Ioynuillæ Principatus. Hunc quippè Margareta Ioynuilla pro hærede possedit, cùm Validimontis Comitatu. Vtrunque matrimonio perduxit ad Fridericum Lotharingum Caroli Lotharingiæ Ducis fratrem. Sub annum 1400. In antiquioribus autem Ioynuillæ Procerum imaginibus cumprimìs Ioh. Ioynuilla spectatur, Ludouici 9. qui res in Oriente gessit, comes, ac suorum temporum scriptor. Fuerunt & Ioynuillani Dynastæ iam olim hæreditarij Campaniæ Præfecti, (seu *Seneschalli*.) Vt Vvasburgius in Belgicis Annalib. asserit, & Ioh. Ioynuillæus in Diui Regis historia. PRINCIPATVS RVPISSVRYONÆ quondam possessus fuit à Renato Andegauiæ Duce. Eum Renatus venundedit Iano Borbonio Vindocinensi Comiti, sub redimendi pactione. Principatus dehinc à Ludouico 11. datus est Ianæ Borboniæ Vindocinensis Comitis filiæ, nuptialibus tabulis cum Ludouico Iocosa, viro magnate: hac Principis sponsione adiecta, venditorem illum nunquam pactitia fundi redhibitione in Vindocinatem vsurum: Aprili mens. an. 1479. Eoque pacto in fœmineum dominatum incidit Principatus. Deinceps relatus ad Vindocinenses, continuò perstitit in eadem secundogeniti Vindocinensis familia. Hodierno etiam die tenetur ab Errico Borbonio Montispenserij Duce, cuius proauo Ludouico Vindocinensis Comes Principatum concessit secundonato. Huic pariter finitimus, MORITANIÆ, Santonum, Principatus obuenit Francisco Montbronio, equiti, vxorio Ludouicæ Claromontanæ titulo: Quæ in eam Ditionem patri successerat, Petro Claromontani Bellouacorum Comitis iuniori filio, regiæque D. Ludouici prosapiæ. Exin Montbronius ille muliebrem Principatum armis in Britannos recuperauit Karolo 6. Galliarum rege.

> *Principautez.*
> *Ioynuille*, Baronia olim, nunc Principatus.
> *Comte de Vaudemõt.*
> Hic Fridericus Lotharingus in Azincuriana acie cæsus est an. 1415.
> *Seneschaux hereditaires de Champagne.*
> *La Rochesuryon.*
> *S. de Ioyeuse.*
> *Mortaigne sur Girende, en Xaintonge.*
> Franc. *de Montberon, & Loyse de Clermõt. Comtes de Clermont, en Beauuoisis*, orti ex Roberto filio B. Ludouici Regis.

30 CVINAM verò acceptum ferunt Cauillonenses Proceres AVRAYCVM Principatum? Mariæ Balsiæ, Raymundi Balsij filiæ, quæ Iano Cauillonensi nupsit, an. 1397. Sicuti & longè antea Gilberti Stephana filia matrimonio intulit ad Raymundum Balsium, non modò Vraniæ Principatum, sed eximias quoque alias Narbonensis Prouinciæ ditiones. Dimidiam vtique Principatus partem veteres domini obtinuerunt sacræ militiæ Equites Hierosolymitani: A quibus eam Carolus 2. Rex Siculus, Prouinciæ Comes accepit permutatione Castri Vrgonis, & S. Andioli (Auenionen. diœceseos) Fani Iuliani *le Montagnier* (in Aquensi diœcesi) aliorúmque prædiorum, 11. Kal. Nouembr. 1307. Ast vertente anno,

> Principatus *d'Aurége, en la maison de Chaalon*, matrimonio *de Marie de Baux* ortæ à secundogenito Comitum Prouinciæ.
> Contractus permutationis die 22. Octobr. an. 1307.

Carolus eam Principatus portionem transcripsit Bertrando *de Baux* Auraicæ Principi, recepto fidelitatis officio, multisque clientelaris obsequij capitibus Auraycorũ Principum in Comites Massiliensis Prouinciæ. Literis de eo exaratis XI. Kalend. Iunias, an. 1308. Quibus proximè accedit Roberti Prouinciæ Comitis pactio cum Bertrando *de Baux*, inita 9. Kalend. Sextiles, an. 1311. de militari Principis, suorúmque opera in bellis Comitis patroni sui, déque armatorum numero in eam causam à Principe Comiti suppeditando. Iuxta hæc, leguntur præstitæ Comiti, iuratæque fidelitatis ab Aurayco Principe Instrumenta 16. Kalend. April. an. 1309. & 3. Idus Iunias, an. 1385. Iamdudum certè Principatus controuertitur in Prætoriano Senatu à Longeuillano Duce, cum Cameræ Marchione, & Nassouio Comite, qui ex fœmineis vicissim hæredibus vsquequaque sibi asserunt Principatus dominium. Iani enim Cabilonensis testamento, qui ortum traxerat à Stephano Burgundiæ Comite, mares scribuntur hæredes successorio ordine, cum innumeris masculorum substitutionum gradibus. Hisdémque Tabulis subscribuntur secundi hæredes fœminei, & ima cera vocantur in nobilissimum dominatum. Itaque Philiberti Cauillonensis vltimi interitu, variè litigari cœptum inter fœmineos huiusmodi successores. De hac controuersia notum est Caroli Molinei Responsum 51. Tabulas illas interpretans Iani Cauillonensis & Mariæ Baltiæ, quorum vterque suprema sua ordinarat, 12. Kalend. Octobr. an. 1417. In lib. Consilior. Molinei. Ad eosdem Cauillonenses Regulos detulit olim Altissiodorensem Comitatum, Fanúmque Aniani Biturigum, Adela Burgunda, Odonis 5. filia, Burgundiæ Ducis: quùm eam Ianus Cabilonensis nuptiarum pignore sibi deuinxisset. Ludouico 9. regnante. Primus autem Iohannes Cabilonensis permutatione attribuit Hugoni 4. Burgundiæ Duci socero gentilitium Comitatum Cabilonensem.

> Pacta inter Comitē Prouinciæ, & Aurengiæ Principem vasallum, die 22. Maij, an. 1308. & die 24. Iulij, an 1311. Acta receptionis Aurengiæ Principis in fidē & hominium à Ludouico, tum à Roberto Prouinciæ Comitibus, die 11. Iunij, an. 1385. & 17. Mart. an. 1309. *Ieh. de Chaalon.* Stephani Burgundiæ Comitis meminit Sigebertus in Chron. an. 1119.
>
> Die 20 Septembr. an. 1417. *Auxerre.*
>
> *S. Aignan en Berry.*
>
> Comitatus *de Chaalon sur la Saone.*

31 NVNC ad Procomitatus. TOARCENSIS cessit Ludouico Ambœsio, fœminæ Toarsiæ viro (quæ Almarico quondam Procomiti gradatim successerat.) Carolo 6. Rege. Tum ex Margareta Ambœsia, deuoluitur ad Tremolios Proceres. Antiquam fundi huius nobilitatē arguit Æginarti locus in vita Pipini Francorum Regis, abs quo Thoarcij Castellum, in Aquitanica sua expeditione, captum prodit, an. 762. Fuit etiam Thoarcensibus gentilitia quondam Pictonum & Aquitaniæ Præfectura, quam Almerico Subcomiti perpetuam decreuerat Augustus Rex, cum Iulioduno oppido, beneficiaria lege, an. 1203. Vt authenticis Literis constat, etsi annum 1208. numeret Nic. Gillius in Francic. Annalib. Insuper CASTRODVNENSIS olim Procomitatus, ab Clementia Procomite, deuenit ad Robertum Druydem, Roberti Druydum Comitis filium: Abs quibus genita filia hæres Rudolpho Nelleo nupsit, Francorum Equitum Magistro. Exhinc tres propagatæ filiæ, alia Vilhelmo Flandro, alia Hugoni cognomine Archiepiscopo, tertia Aymaro Valentiano coniuges datæ. Temporum successu, Dunensis Blesensi iungitur Comitatus, vnàque ambo væniēre in Ludouicum Aureliæ Ducem, an. 1391. Vt suprà adnotauimus lib. 1. tit. 6. Sed emptoris filius Carolus Dunensem liberaliter cõtulit in Nothum Aurelianum fratrem, an. 1439. De quo vide à Nobis suprascripta, tit. penult. lib. 2. Quanta verò dignitate præstiterit hæc Dunensis Castri ditio, perspicuè ostendit regium Sigeberti mandatum, quo, institutus fuit Episcopus in Dunensi Castro, quod erat Diœcesis Carnotenæ. Vt Gregorij Turonen. phrasin vsurpem, Francicæ Hist. lib. 7. cap. 17. ac lib. 9. cap. 20. in Vers. cum Castellis Duno, & Vindocino, & quicquid de pago Stampensi, vel Carnoteno illo Sigebertus Rex cum terminis & populo suo perceperat, &c. Chilperico autem Rege mortuo, Aurelianenses Blesensibus permixti, in Dunenses irruunt (eodem auctore) incautos opprimunt, domos annonásque vastant incendio, pecora diripiunt. Quibus abscedentibus, Dunenses, cum Carnutensibus, euestigiò subsequuntur, nec inulti patrios lares repetierunt Hist. lib. 7. cap. 2.

> Vicecomitatus *de Thouars*, in Pictauēsi agro, nunc honorarius Ducatus. Seneschallus hæreditarius Pictauiæ & Aquitaniæ. *Lodun.*
>
> *Chasteaudun & Dunois.*
>
> Iohan. Bastardus Aurelianen.

32 BELLOMONTANVS, Cenomanorum, Procomitatus, transiit in ius Alenconiæ domus, Ianæ Procomitis nuptiis, Petro Alenconio Comiti desponsæ, an. 1370. Hanc nonnulli scriptores vocant Mariam *de Chamaillart*, Bellimontis Subcomitem. Petrus eodem iure ditatus est Guiercheo, Armorices, Baronatu. Sed permutata

> *Beaumont le Viscomte, au Maine.*
>
> *La Guierche en Bretagne.*

permutata dehinc à Petro Baronia, cum Fani Syluini, & Thuitij Procomitatu, cuius Bertrandus Glesquinas regio munere possessor erat fiduciarius, reuertitur denuò ad Ianum Petri filium, Mariæ scilicet Armoricæ virum. Matthæus antea Vicecomes Bellomontanus interfuit militari & castrensi Iudicio D. Ludouici, apud Enceniacum coacto, aduersus Petrum Druydem, Armoricum Ducem, an. 1230. Cuius rei, secundùm alios plurimos, grauissimus testis est Budæus ad l. vlt. ff. De Senator. Bellimontis quoque Procomitem alium Frossartes tradit Cocherello Neustriæ prælio cæsum, an. 1364. Histor. Volum. 1. cap. 222. Deinceps verò Alenconij Comites scripsère se Bellomontanos Subcomites. Vt Curiæ Parisien. decreto constat an. 1395. quod Ioh. Galli Decisione 349. relatum est. LEMOVICENSIS, ad hæc, Subcomitatus perfertur ad Britonicos Principes iure Beatricis, (aut Mariæ) vxoris Arturi 2. Ducis. Sub annum 1280. Exin Franciscæ Britonicæ connubio, ad Regulos Alebretenses. Circa annum 1480. Vt Britonicis Annalibus edocemur.

S. Syluin, & le Thuit en Normandie.
Bertrād du Glesquin.
Iudicium au Camp d'Ancenis.
Cruenta pugna de Cotherel inter Francos & Nauarros.
Limoges.
Franc. de Bretaigne fille de M. Paul de Brosse, & de Nicole de Bretagne.

33 DE POLIGNIACO Procomitatu iampridem agitatur controuersia in Prætoriano Consilio, quod MAGNVM CONSILIVM vocant. Armandus tabellis testamenti omnes in perpetuum masculos nuncupauit hæredes: iísque inuicem substitutis, filias vocauit gradatim in postremum successionis ordinem. Iustus Turnonius, ex proauia Catharina Poligniaca, sibi asserit Procomitatum, nedum testamentaria Claudij maris vltimi institutione. Cuius vetustatem Procomitatus, & Poligniacorum Subcomitum probat Aimoyni luculenta de iis narratio, in cap. 55. lib. 4. Rerum Francicarum. Præterea BROSSIACVS Subcomitatus pro hærede possidetur à Monpenserio Regulo Ludouicæ Borboniæ nepote. Ludouica enim hæres scripta fuerat ab Andræa Chauuigneo primo viro, testatore, an. 1502. Ex quo, opima prædia ad secundum Borboniæ virum traducuntur, Ludouicum Borbonium Rupissuryonæ Principem, auum Francisci Monpenserij Ducis. Priscum vtique Brossiaci agri Subcomitem celebrat Frossartes Historicus hoc elogio, *Vn grand Baron de Poictou, le Sire de Chauuigny, Viscomte de Brosse*, cuius oppidum ab Anglis direptum, an. 1369. commemorat idem lib. 1. cap. 159. & 260. In Pictonibus quoque, celebris habetur Procomitatus RVPISCHOARTI, cuius antiquum Dominum hoc titulo commendat ille ipse Gallicarum Rerum scriptor, quòd suum in regem Gallum constanti aduersus Anglos hostes fide ac officio multis præluxerit. volum. 1. cap. 268. Item, fundus MARTEGIÆ, seu Maritimæ ciuitatis, pertinuit ad Balsios magnates Phocensis Prouinciæ, simul cum Arausiensi Principatu. Sed mortuo Francisco Baltio, Ludouicus 2. Rex Siculus, Prouinciæque Comes, beneficij nomine concessit Baronatum *de Berre*, (compactum ex Martegiæ Insula, Alenconio, Ystro, & Turre *dentressans*) Nicolao Ruffo Marchioni Cotronij, Calabriæ agri 3. Idus Martias, an. 1405. Iste deinceps Baronatum pretio mancipauit Yolantidi Aragoniæ Ludouici 2. viduæ Heroïdi, an. 1419. Emptrix rursùs prædia secundonato dedit Carolo Andegauo, & eius liberis, Postridie Kal. Maias an. 1438. Donatario supersunt liberi duo Carolus & Ludouicæ Iacobi Armeniaci coniunx. Sublato igitur Carolo vltimo, Ludouicæ filij Armeniaci in ius vocant Franciscum Lucemburgium Martigij Procomitatus legatarium testamento Caroli, facto, an. 1481. Vtcunque enim Baronatus ille, in Subcomitatum erectus fuerit Martegiæ titulo, supremis tabulis Renati Andegaui in gratiam huius Caroli ex fratre nepotis, Martegiæque legatarij, (7. Idus Octobr. an. 1473.) Substituti tamen illi auita Yolantidis donatione, videbantur legatariorum iure causâque potiores. De tanta quæstione inter Guysianum Ducem, Armeniacæ prolis hæredem proximum, & Mariam Lucemburgiam legatarij proneptem habita est vtrinque forensis Oratio in Senatu Parisien. résque in consilium missa, Iunio mens. an. 1573. Pasquerio, Guysiani: & Mangotio, Lucemburgiæ puellæ causam orantibus. Lucemburgio legatæ Martegiæ Testamentaria hæc fuit clausula. ITEM PARITER IAMDICTVS DOMINVS NOSTER REX TESTATOR SVBSECVTIVE' MEMORATVM DOMINVM NOSTRVM REGEM FRANCORVM HÆREDEM SVVM ROGAVIT, ET PERHVMILITER DEPRECATVS EST, ROGATQVE ET DEPRECATVR HVIVSMODI

Polignac, Cuius Procomites genus suum referunt ad ComitemAruerniæ, eiusque fratrem Aruernorum pontificem Sidonium Apollinarē dictum, à Poligniaco, seu Apollinis templo, quod ab Incolis loci primitùs colebatur.
Viscomté de Brosse.
Andr. de Chauuigny Baron de Chasteaurous, en Berry.
Prince de la Rochesuryon.
Viscomte de Rochechouart.
Martegue. Astromelam nonnulli vocāt, Die 13. Mart. an. 1405.
Die 2. Maij 1418
Ystre, & la Tour dentressans ab hoc Carolo 2. Andegauo vendita Bertrando Forsardo die 8. Maij, an 1476.
Testamentum Renati Andegaui Siciliæ Regis, die 9. Octob. an. 1474.
Ludouicæ Andegauæ liberi, Ludouicus, Iohannes, Margareta, Catharina & Carola Armeniaci, qui Aresto Magni Consilij die 16. Iul. an. 1493. obtinuerunt contra Franc. Lucemburgium Caroli legatarium, saluo huius regressu contra Caroli hæredes testamentarios.

SVI TESTAMENTI TENORE, NON VVLGARITER QVIDEM, SED ITA, VT NON MAIORI STVDIO, MAGISVE EX ANIMO ROGARE ET DEPRECARI POSSET, QVATENÙS FRANCISCVM DOMINVM DE LVCEMBVRGO CONSOBRINVM SVVM DILECTISSIMVM COMMENDATVM, IMÒ COMMENDATISSIMVM HABEAT ET SVSCIPIAT, AC EIVS IN SERVITIO ET PENES SE RETINEAT, SIBIQVE NEDÙM VICECOMITATVM MARTICÆ, &c. QVÆ, VT SVP. EIDEM FRANCISCO LEGAVIT, ACCEPTET, RATIFICET, ET APPROBET, AC INQVANTÙM OPVS ERIT, ITERVM AC DE NOVO DET, DONET, ATQVE CONCEDAT, ET INCOMMVTABILITER TENEAT ET OBSERVET, &c. De hoc Francisco Lucemburgio, Procomite, & Ludouica eius vxore, Decius nuncupatim, Iuris Responso 252. Enimuerò Caroli illius testatoris patruus Renatus Andegauiæ Dux testamento legarat Marchiam Pontis Mosonij Ianæ Andegauæ naturali filiæ, Palamedis Forbini coniugi, qui Prouinciæ Præturam multis annis gessit. Sed Lotharingi Duces legatarium Marchia frui nunquam permiserunt.

Pont à Monsson.

Seneschalus Prouinciæ.

LEONENSIS demùm occurrit, in Armoricis, Procomitatus: qui longa seculorum memoria, Rohanæ gentis possessione nobilitatur. Is primùm adscitus est in Rohanam familiam, ab Leonora Hoëlis Regis Armorici filia, quæ Procomitis Rohani filio desponderur. Dagoberto Francis imperante. Postea quidem Ianus Armoricus eum Procomitatum à Rohanis certo ære comparauit, Ducalique iterum patrimonio iunxit. Ludouico 9. Rege. Ast aliquantò pòst, Leonensis ager Rohanis restituitur, dotali nouo Armoricæ Heroïdis iure. Nec verò Armoricis tantùm affinitatibus primariis illustrantur Rohani Proceres, sed Bonæ Mediolanensis Heroïnæ nuptiis cum Vilhelmo Montis Albani domino, Rohana stirpe. Pacto connubiali 11. Kal. Septemb. an. 1414. Ex eo namque connubio gradatim sata Maria Montalbana coniugum neptis, prænobilem eam ditionem transtulit ad Rohanum dynastam, maritum, vnà cum gentilitiis Mediolanensium Principum Insignibus: quæ idcircò iam inde Rohani magnates propriis, auitis, domesticisque interseruerunt. Vtì secundùm alios tradunt Bouchetus in Aquitana, & Argentreus in Britonica Histor. Ne Margaretam interim Rohanam sileamus, Francisci 1. Galliæ Regis paternam auiam: Quippè quæ Iano Angolismorum Comiti nupserit, Regiæ Francorum prosapiæ, an. 1449. Haud omittendum quoque isthîc, ex filia Clissonij magnatis Armorici & Catharinæ Lauallæ, Rohanum coniugem Porrhoëti Comitatus dominium cepisse, & ex ea die in Rohanam familiam fuisse transmissum. De Odone Porrhoëti Subcomite habita mentio, Sigeberti Chronico, ad annum 1517.

34

Vicecomitatus *de Laon*, in Britannia minore.

Vicecomitatus *de Rohan.*

Bona, neptis ex Carolo filio Bernabouis Vicecomitis Mediolanen nupsit Dn. *de Montauban*, die 22. Augusti an. 1414.

Baron de Clisson en Bretagne.

Comitatus *de Porrhoet* in Britannia.

FORSITAN ridiculum fuerit, muliebres alias maiorum prædiorum successiones recensere. Eas otiosis relinquemus familiarium imaginum spectatoribus. Iam pauca de externis Principatuum titulis, per Satyram: vt similis planè in omnibus successionum ratio, perfunctoria quadam opera, intelligatur. Reliqua ad Ichnographiam Antonij Pineti, à quo nihil hîc sumimus mutuò, reiiciemus. A Belgis auspicemur. CLIVENSIS Menapiorum Ducatus cessit in Arnulphi Sicambrorum Ducis dominatum, ex vxore Catharina Cliuensi: Francicas res moderante Carolo 7. Vt ait Henricus Aquil. in Ghelricis Chronic. Iuliacensis item Ducatus annectitur Cliuensi ditioni, ab filia Vvilhelmi Ducis Iuliacensis, quam Ianus Cliuensis coniugio sibi copulauit. Gheldrensis autem Sicambrorum Ducatus traducitur ad Vvilhelmum Principem Iuliacensem, Mariæ coniugem: quæ Raynaldi 2. Ducis filia, cœlibe masculorum thoro, Gheldriam pertulit ad virum Iuliacensem. Ex istis, Arnulphus ille, ac longo ordine posteri omnes. Tandem Gheldrorum defectione ad Carolum 5. Cæsarem, ea regio Belgicis Caroli ditionibus adnexa est. Enimuerò iactabundi Cæsariani prædicant, fuisse Cæsarem à Carolo penultimo Duce hæredem institutum, hac lege, vt si testator vtriusuis sexus liberos relinqueret, hi Cæsari anteferrentur. Qua quidem formula, beneficium Geldubensis Ducatus à Cæsare concessum apparet, vt non minùs fœmineum foret, quàm masculinum. Ad hæc, Sicambris Gheldrorum Ducibus accessit Zutphenius Comitatus, filiæ nuptiis Gerlaci Comitis *de Zutphen* cum Othone 1. Comite

35

In eos, qui veterum Stemmatum & familiarium Imaginũ pictura pascuntur inani.

Ducatus *de Cleues, Iuliers, & Gueldres.*

Arnoldus Gueldriæ Dux.

Comitatus *de Zutphen.*

1. Comite Geldubensi, circa an. 1082. Vt Guicciardinus in Belgiographia refert, cap. *De Gueldres*.

Sumptum è libro manuscripto *en langue Thioise, intitulé l'Histoire des Barons d'Egmont*.

36 INTER hæc, aduertendum, EGMVNDANOS in Batauia Comites, fuisse ab eadem cognationum stirpe cum Gheldriis Ducibus propagatos. Nam Arnulphi Ducis Vilhelmus frater natu minor paternum retinuit ac gẽtilitium Egmondæ Baronatum, quùm Arnulphus materno iure Gheldriam hæreditariam adiisset. Gulielmus idem, qui Egmundæ Baro fuit vicesimus quartus, gentis ortum repetiit vnà cum Arnulpho fratre, à Raedbouto Algili Phrisiæ regis secundogenito, Ecmundæ Toparcha. Circiter annum 800. restitutæ Salutis. Vilhelmi autem Ianus filius obtinuit à Maximiliano 1. Cæs. vt Egmundanus Comes ipse posterique omnes vocarentur. Quemadmodùm à nobis antedictum est lib. 1. tit. 5. Item à prisca alia Cliuensium Comitum familia genus ducunt Proceres *de la Marck* SEDANIÆ Reguli Ducésque Bulionenses. Ambobus enim gentile fuit cognomentum, *A Marcka*, id est, ab Altenæ, seu Markæ, apud Cliuenses, Comitatu. Hinc Cliuensium Principum secundonatus, Ebrardus à Marcka, Arembergius Comes an. 1387. Cuius ex Ebrardo filio nepos Ianus à Marcka, primus SEDANI dominum se summum dictitauit, vt paterna hæreditate, Comitem Marckæ, & Arembergi. Huic mortuo (an. 1469.) primigenius successit Ebrardus in Arembergium Comitatum, iunior Robertus in Sedani & Iamesij ditiones. Robertus necnon vxorio Ianæ *de Saulcy* nomine nactus est vtriusque dominium Prædij nobilis *de Saulcy, & de Florenges*. Ex his orti Sedanij magnates alij seriatim: in quibus effulsit comprimis apud Gallos Robertus, Tribunus militum Franciæ, proauus Vilhelmi Roberti Marckæ, vltimò mortui mense Ianuar. an. 1588.

Pays d'entour Altena, dit, le Comte de la Mark, in Ducatu Cliuẽsi, seu in Vuestphalia.

Euerard *de la Marck*, 1. ex Agnete vxore, filia vnica hæredeque Iani Dn. *de Rochefort & d'Aigim* Comitis Mõtisacuti sustulit Ianum filium, qui in matrimonio habuit Agnetem, filiam Roberti Comitis Vernemburgi. Quorum filius Robertus domin *de Sedan*, moritur an. 1489. auus Roberti Mareschali Franciæ, qui decessit an. 1537.

Comtes de la March, & d'Aremberg.

Iamets.

Le Sieur de Sedan, Mareschal de France.

37 HAVD absimile fertur succedendi ius in LEVCORVM Principatum. Ermensona quippè, Lutzenburgensis Comes, maritum sortita est Gottofredum Namurcensem Comitem: Ex quo Henricum, communem filium moriens reliquit, in eum Comitatum successorem an. 1120. Inde longa temporum intercapedine, Ysabella Ducis Goricij filia, Lucemburgium Ducatum possedit, cùm Vvenceslaus Cæsar eundem pignoris nexu Antonio Burgundo mãcipasset, Ysabellæ marito, donec ei dotale aurum numeraretur. Ducatus verò proprietatem nanciscitur postea Carolus Burgundus, pactione inita cum Ysabellæ Lucemburgiæ filia: ad quam pariter, ex Sigismundo Cæs. patre Ducalis successio peruenerat. Intermedio quidem tempore, Ducatum emerat Ludouicus Aureliæ Dux à Iudoco Marchione Brandemburgensi centies mille aureis nummis, cum annuo vectigali decies mille Scutatorum, quæ viuo Marchioni pendunda erant, Literis consignatis 15. Kal. Septemb. an. 1402. quibus additur libera redimendi Ducatus potestas penes Bohemiæ Regem. At quinquennio pòst, emptore Lutetiæ cæso, venditionis pacta soluuntur. Nouo Tractatu Aurelianensis viduæ cum illo venditore, an. 1408. In LOTHARINGIAM porrò Leucis finitimam, quid vetat fœminas succedere? Idipsum Constantianæ Synodi Patres œcumenicæ definierunt panegyrico Decreto, secundùm Renatum Andegauum, Ysabellæ Lotharingæ virum, aduersus marem inferioris gradus agnatum, Antonium Validimontis Comitem. Sic ad heroïdem Lotharingiæ Ducem scribebat olim D. Bernardus, Epist. 120. Ne vetustiorem huc adducam Gottofredum Bullioneum, materna hæreditate Ducem Lotharingum. Huic enim fortissimo Heroï Ida mater fuit, soror Gottofredi Gibbosi Lotharigensium Principis: Quæ Eustachio Boloniæ Comiti nupserat. Vt est apud Sigebertum in Chronico an. 1089. & an. 1118. Isthæc vtique postquam, Friderico Mosellanorum Duce extincto absque virili prole, Gothelo Dux impetrauit à Cæsare, cum Mosellanorum Ducatu, Lotharingiæ principatum an. 1033. Auctore eodem Sigeberto. VALDIMONTANVS rursum Comitatus lege venit ad Anselmum Ioynuillæ Baronem, Margaretæ nuptiis, Errici 5. Comitis filiæ, qui in pugna Creciaca occubuit, an. 1346. Fuerat autem primùm hic institutus à Cæsare Comitatus, ad Gerardi preces, maioris filij Ducis Mosellani, an. 1072. Vt Vvasburgius tradit in Belgica Historia.

Erricus, cœcus, Comes Namurcensis, & Lucemburgius, Namurcensium autem Comitum genesin dispice in seq. artic. 39.

Lucemburgia ditio, veteribus Augusta Romanduorum.

Hic Antonius antea vxorem duxerat Ianam vnicam filiam & hæredẽ Valerani Lucẽburgij, Comitis Ligniacensis, & Fani Pauli, ac Bonæ Barrensis. Ex quibus Philip. 1. filius, Comes S. Pauli, & Ligniacensis.

Die 18. Augusti 1402.

Sigebertus ait, circa annum 977. Ducatum Lotharingiæ datum Carolo fratri Lotharij regis Francorum. In Chronico.

Antonius hic Vallemontensis Comes pater Federici, qui Yolantidem Andegauam vxorem accepit, an. 1444.

Vaudemont.

38 BATAVIA, variarum gentium Comites fœminea sortitur successione. Tri-

Hollande.

Theodoricus gente Aquitanus, seu Vasco, fuit primus Hollandiæ Comes, à Carolo Caluo Imp. creatus, an. 863.

temius enim refert, Iano Comite diem functo absque virili sobole, occupatum fuisse Comitatum à Iano Hannonum Regulo, vtpotè filio Adelheidis sororis Vilhelmi quondam Romanorum Regis, & Hollandiæ Comitis. Vsqueadeò, vt cùm Batauorum Insulam totam Hanno suis ditionibus adiecisset, Imperator Albertus, qui quasi vacuum hæredibus Batauum agrum vindicarat Sacro Imperio, Hannonem Comitatu Hollandiæ vestierit beneficiaria lege, an. 1299. Tritemij Chronico, cap. 29. Vilhelmus denuò Comes postremus, filiam elocauit, cum Batauia ipsa, Ludouico Bauaro Cæsari, an. 1345. A Vilhelmo rursus Cæsaris filio, relicta filia hæres, Geldubensis Ducis vxor. Iacobæ dehinc Comitis cessione, Insulam sibi vsurparunt Burgundiæ Duces an. 1428. Ac Fridericus vtique Romanorum Augustus præfractè contendit, Imperialia Batauæ Insulæ, Mattiacæ, & Hannonum feuda legibus rediisse ad Imperium, quod eorum beneficiarius diem obiisset, nullo virilis sexus hærede superstite. Verùm hoc dissidij inter Cæsarem & Burgundum pacatur apud Vesontiones, harúmque Ditionum nomine, Burgundus cliens agnoscitur, more maiorum, an. 1442. Vt est apud Oliuerium Marchianum, lib. 1. Memorabil. Rer. sui æui cap. 7. Tandem Mariæ Burgundæ obitu, Austrij tot Regionum Principes salutantur. Extat in Cœnobio Bernardino, non procul ab Haga Batauiæ oppido, mirabilis Historiæ monumentum, inciso elogio de Florentij Hollandiæ Comitis filia: Quæ nimirùm secundo & quadragesimo ætatis anno, enixa sit vnico partu infantes viuos promiscui sexus, numero 364. Hos sacra lustrici fontis aqua perfusos, repentina mors abripuit, vnà cum matre, an. 1276. De quo, Guicciardinus in Belgicæ descriptione. Vt antiquiora illa prætermittam, quæ de Batauis Cornel. Tacitus, quasi omnium Gentium virtute præcipuis, vel Lucanus hoc versu,

Hollandia, Zelandia.

Besanson.

La Haye, en Hollande.

Vangiones, Batauíque truces, quos ære recuruo
Stridentes acuêre tubæ, &c.

Zelandia, aliis Codononia dicta, & Mattiaci Insulani.

Zelandiæ seu Valachriæ Florentius Comes imperauit, Vilhelmi Germaniæ Regis filius, dotali nempè Beatricis pacto, filiæ Vidi Flandrorum Comitis. Annum circiter 1220. Hæc deinceps, cum Hollandia, iterum ad Flandriæ dominos refertur Burgundiæ Duces. Genealogiæ fides petitur ab Hadriano Barlando, Batauarum antiquitatum scriptore, & ex Munsteri Germanographia: sed quam paulùm eleuat Margaretæ Epitaphium, Florentis illius Comitis filiæ, quod recitatur ad verbum à Guicciardino in sua Belgarum Chorographia. Florentium quendam Hollandiæ & Zelandiæ Comitem memorant Batauici Annales, & Paul. Æmylius in Philippo 1. Franciæ Rege.

Brabantini. Tungri. *Haynault.*

BRABANTIA, ex Ioannis 2. Ducis filia, commigrauit in Vvenceslai domum, 39 qui Bohemi Regis frater extitit: Sub annum 1380. Sed eo fatis rapto, Philippus Burgundus, qui filiæ eiusdem agnatam habebat in matrimonio, Brabantini Ducatus muliebrem adiit hæreditatem. HANNONES item, Balduini Flandriæ Comitis imperio subiiciuntur, vxoria Richildæ hæreditate, Hannonij Comitis filiæ. Nec aliter Flandriæ Comitatum sibi adsciuit Balduinus Hannonum Comes iure Margaretæ vxoris, filiæ Theodorici. Tum Ianus Burgundus Philippi filius, Hannoniam obtinuit, Comitis filia connubio sumpta. Vt est apud Gaguinum in Francic. Annal. Etsi autem Hannonia clientelæ lege obnoxia sit Germanicis Augustis, Honnonum tamen Comites, Regiæ se Francicæ clientes professi sunt ex Comitatu *d'Obsteruant*, ab Ostrogotthis incolis ita dicto, cuius caput est Bauchaynum Hannoniæ oppidum. Atque ideò Carolus 6. Vilhelmo Hannoni, Ostreuantio Comiti, cui infensus erat ob susceptum suo iniussu Regium Angliæ Ordinem, denunciauit grauibus mandatis, vt actutùm veniret, fidelitatis obsequium ex Comitatu præstiturus: alioquin Comitatum Regio Galliæ Patrimonio adscriptum iri. Id quod Frossartes enarrat, Histor. lib. 4. cap. 22. Huiusce Comitatus titulo nuncupabantur primigenij Hannoniæ Comitum, & Bouchanio oppido iura dicebant. De quo, Guicciardinus in Belgiographia. NAMVRCENSIS insuper Comitatus ad Albertum Comitem transiit, cùm Ermengardam Caroli 1. Lotharingi filiam coniugem accepisset. Ab iis rursùm ad Adelam transmittitur, Balduini Hannonum Comitis vxorem. Ex quibus Ysabella orta, Philippo Theodoto nupsit Galliarum regi an. 1180. Mares autem, longa

Comté d'Osteruant, cuius caput est *Bouchain*, Hannonium oppidulum.
Gottica lingua, Ostrogotti, Latina in Orientem vergentes Gotthi.
Namur.
Namurci Comitatus.
Hic Carolus 1. Dux Lotharingiæ, fuit Ludouici 4. filius, fratris Lotharij, Franciæ Regis vltimi.

longa propagine, Namurcenses Reguli floruêre, Philippus, (qui obiit an. 1226.) Vidus, an. 1302. Ianus an. 1330. & Vilhelmus Gallica in acie, aduersus Britannos an. 1346. Auctore Frossarte, (lib. 1. cap. 23.26.) Meiero in Flandric. Annalib. & Vvasburgio in Antiquitat. Belgicæ Galliæ. Ac ne singula persequar, is Comitatus à Maria Namurcensi perfertur ad Vidum Castillionem, maritum, Blesensem Comitem vltimum. Mariæ autem hæredes eum diuendunt Philippo Probo Burgundionum Duci, annum circiter 1428. Cuius venditionis fides sumitur ex monstreleto, Hist. lib. 2. Tandem fœminei Mariæ Burgundæ hæredes Austriaci Comitatum retinent, iam inde ab An. 1482. Eum quoque fœminis hæreditatum lege obuenisse, testatur Gregorius 9. Rom. Pontif. Decretali Epistola: Significauit nobis Comitissa Namutensis. De Rescript.

Philippus hic Namurcêsis filius perhibetur Petri *d'Auxerre*, Constantinopolitaui Imperat. Apud Meierum, & Vvasburgium Historiographos.

Guido Comes Namurcensis, *appellé par les Brugelins de Flandres leur gardiẽ & defenseur contre Charles Comte de S. Pol, qui le print en Guerre & amena à Paris.*

40 In Germania porrò, Vvirtebergensis Dux Christophorus sibi asseruit MONTBELGARDENSEM Comitatum, ex Errica abauia hæreditarium, Eberardi olim Vvirtembergensis vxore. Eius auus Stephanus Montisbellicardi Comes, suprema voluntate posteris reliquit ditionem hanc præscriptis quibusdam conditionibus, an. 1397. De quo testamento Molineus controuersas refert quæstiones Ducis Vvirtembergensis, & Nassouij Comitis. Responso 4. lib. Consil. CATTORVM Lantgrauiatus inuehitur ad Misniæ Marchiones fœmineo iure, postquàm Thuringorum Landgrauius citra virilem sobolem excessit è viuis. Ac propterea vtrumque adepti titulum, Marchiones Misniæ simul ac Landgrauij Thuringiæ fuerunt appellati. Comitatus CATZENELNBOGENSIS hæreditarius agnoscitur, vetusta Annæ successione, Philippi Comitis filiæ, quæ Henrico Landgrauio nupsit, an. 1420. Estque hic Comitatus in fide, officio, ac potestate Episcopi Herbipolensis. TYROLENSIS Comitatus ideò cessit in ius dominiùmque Marchionis Brandemburgensis, quòd huius vxor, patris Carinthiæ Ducis hæredem egisset. Deinceps autem coniuges ambo Ducibus Austriacis Comitatum dedêre, quùm ab infœcundo sterilique connubio suo prolem nullam sustulissent.

Comitatus iste, Pacto inito an. 1232. cum Ferdinando & Iana Comite Flandrica coniuge, obuenit Errico 2. Comiti Lucemburgio, Philippi defuncti propinquo.

Monsbelgardensis ditio, à Comitatu Burgundiæ antiquitus processit.

Thuringiæ Landgrauiatus.

Metropolis Franciæ Orientalis, Herbipolis, seu Vvirziburgum.

De Tyrolis Comitatu.

41 NONNVNQVAM etiam conseruandæ familiæ ergô, Germani Proceres iniêre veluti φρατρίας quasdam seu Fraternitates inuicem, ac Sodalitiorum conuentiones. Quales prisca memoria celebratæ feruntur ab Hessorum Landgrauiis, & Saxonum Ducibus: quibuscum sæpenumerò illi connubia pepigêre. Vt Irenicus infit, Germanicæ Exegeseos lib. 3. Huiusmodi Fraternitates Cattorum, & Saxoniæ Principum memorat Decius, Responso 516. Prior confirmata à Carolo 4 Cæsare, an. 1370. Altera à Sigismondo Imper. an. 1431. De hac mutua Familiarum adoptione, quam communiter probant Legum Antecessores, multa scriptitantur à Bartol. in Consil. 72. à Iacobo de Sancto Georgio ad l. vlt. Cod. de Pact. Molin. in Annotat. ad Alexandrum, Consil. 83. lib. 2. & Consil. 28. lib. 3. Ne obiter mutuam Heluetiorum societatem percenseamus, quam illi, Austriæ Ducum pertæsi imperium, coïêre 16. Kal. Decemb. an. 1315. Primùm Suetij, Vnteruualdi, Vrani: Paulò pòst Tigurini, Bernates, Tugiani, Lucernates: Veragri tandem, Lepontij, Basilienses, Rheti, Seduni, Rotuillenses, Sangallij, Mullusiani. Hæc enim Pagorum publica fuit confœderatio, (ad communem libertatem Reique Publ. salutem tuendam) non verò priuatarum familiarum, ad hæreditates inuicem capessendas.

Fraternitates Domuum Hassiæ, & Saxoniæ.

Ligues des Suisses. Die 16. Nouembr. an. 1315 Lupoldo Austriæ Archistratego, cum tota Nobilitate acie cæso, media via inter mõtem Sattell. & lacum Egre. Vt ait. Munsterus.

42 CÆTERVM de aliis Principatuum Germaniæ conuersionibus in muliebrem dominatum, legere est Volfgangum Lazium in Migrationibus Gentium Septentrional. Percurramus Allobroges. Amedeus 4. seu Magnus, Sabaudiæ Comes adiecit suæ ditioni Forum Segusianorum, cum Basgeo Comitatu, Sybillæ vxoris dotem eximiam. Sub annum 1280. Vt Allobrogica Paradini Historia expressum est cap. 86. lib. 2. Sebusiano autem Comitatui ipsi filias minimè dominari, stante masculo è Sebusianis Regulis, decreuêre litis Disceptatores secundùm Petrum Allobrogem, aduersus Constantiam eius neptem ex fratre maiori natu, vxorem Comitis Cauillonensis, an. 1256. Vti Sabaudiæ Annalibus perhibetur. Ibidem relatum est, Eduardi Comitis Margaridem filiam, quæ Iano Armorico Duci nupserat, Amedeo patruo postpositam fuisse, in Comitatu paterno, concordibus Populi suffragiis an. 1329. Paradini Volum. 2. cap. 131. Sabaudia enim, prorsus virile est Germanici Imperij beneficium, Beraldo Saxoni imprimis

Forum Segusianorum, seu Brixia Delphinatium, *Bresse.*

Philibertus Emanuel Sabaudiæ Dux.

concessum ab Othone 1. Germano Cæsare, patruo. Huius necnon Prouinciæ Dux, ibidem inscribitur Romani Principis Vicarius ac Procurator. Ozasci Decisione Subalpina 88. Vnde passim euoluere liceat Edictorum Philiberti Ducis Codicem ab anno 1559. Senatúsque Consulta, quibus formulæ Iudiciorum vniuersim constitutæ, Ducis auspiciis, in lucémque emissæ vulgò circumferuntur. Nec enim necesse est, Regnum illud Allobrogicum memoria repetere, de quo inter Brancum maiorem, & minorem fratres Hannibal sumptus arbiter, illud Branco addixit, tanquam natu grandiori. Id quod auctor est Liuius, Decade 3. lib. 1. Ast temporum decursu, minùs celebris fuit hæc Sabatiorum regio, nisi eam Bello Allobrogico nobilitatam existimemus: quùm superatis Allobrogibus & Aruernis, Domitius & Fabius Romani Duces, in his ipsis locis, vbi pugnatum erat, saxeas turres erexêre, desupérque exornata hostilibus armis trophæa collocarunt. Tametsi Romanis hic mos inusitatus foret, qui hostibus domitis, victoriam nunquam exprobrauerunt. Vt est apud Florum lib. 3. Oliuerius porrò Marchianus narrat, Amedeum 1. Allobrogum Ducem armis euicisse Subalpini agri Principatum, adeóque Philippum Mariam Mediolani Ducem bello vexasse, vt ab eo donationem extorserit Vercellensis Comitatus, & Ciualij oppidi. Circa annum 1430. lib. 1. Commentar. cap. 6. At Thomas Sabaudiæ Comes bello primùm est aggressus Alpinarum vrbium dominatum, Principis familiæ hæredibus vacuum an. 1230. Vt Allobrogica Hist. attestatur. Sed ex quo tempore Alpinus Principatus, ceu membrum, corpori suo antiquo Phocensis prouinciæ copulatum est an. 1306. Prouinciales Reguli illo permixtim potiti sunt liberè sexagenis, & ampliùs, Annis: Donec Iana Roberti Comitis, Siciliæque regis filia, à Sebusiano Comite exuta est Alpino simul & Niceæ vrbis dominatu, flagrantibus in Sicilia Reginæ ipsius bellis cum Rege Tarraconensi. annum circiter 1384. Vt Allobrogum Chronico enarratur, typis excuso, an. 1601.

Piedmont. Verseil, & ville de Ciuaulx. Memoires de Mess. Oliuier de la Marche, grand Maistre d'Hostel du Duc de Bourgongne.

SEBVSIANAM ditionem confinis excipit Marchia Montisferrati. Hanc primùm Aleranus tenuit, abs quo tot Bonifacij, virilis sexus hæredes. Iohanne mortuo Bonifacij postremi nepote, Marchia paruit Andronico Paleologo Yolantillæ marito, quæ Iohannis soror extiterat. Vt literis mandauit Volaterranus. Patrum denique memoria, Mantuano Duci, ex Marchionis filia, coniuge, Carolus 5. cognoscens Marchiam adiudicauit. Imperiali Sententia an. 1536. in Allobrogum Ducem, competitorem. Vt vetustius illud prætercam, quòd Græcus Cæsar Emanuel Raynerium Vilhelmi Mõtisferrati Marchionis filium, sibi generum destinarit, cúmque ac filiam regia Thessaliç Corona deuinxerit. Quemadmodùm à Niceta Coniata relatum est. Ab eadem Marchionum gente muliebris processit Hierosolymitani Regni titulus, iam inde olim Siculis Regibus vsurpatus. Vilhelmus enim & Bonifacius Montisferrati Reguli, qui illius Raynerij fratres erant, vxores habuerunt Sibyllam & Ysabellam sorores, hæredésque Balduini Flandri Solymorum Regis. Quo ex matrimonio Bonifacij & Ysabellæ edita Yolantilla, coniunx datur Iano Brennæo, qui Hierosolymitani Regis Insignia prætulit vxorio isto nomine. Horum quoque Yolantilla filia Friderico 2. Cæsari nupsit, Neapolitano & Siciliæ Insulæ Regi: qui & vxorio iure Hierosolymitanum se Regem iussit vocitari. Inde Neapolitani ac Siculi, Hierosolymorũ etiam Reges hactenùs se scripsêre. Consimili exẽplo, Subalpinæ regionis Princeps Sabaudus venditat se Regio vmbratili Cypriç Insulæ titulo, ab muliebri Carolç Lusinianæ successione, quæ legitimi Regis vltimi filia Allobrogẽ maritum acceperit, an. 1459. Nec aliter Lothatingi Duces eximiis suis titulis miscuerũt regium Siciliç, Calabriæq; Ducalem, auito Yolãtidis Andegauæ iure: quæ à Siculis Regibus oriunda, Lotharingũ maritũ sortita sit. Hodie pariter Angli Reges ex prisco Catharinç Frãcicæ connubio (filiæ Caroli 6.) se iactãt inani ac fictitia Galliæ Regũ appellatione. Ab an. 1422. Erricus itidẽ Alebretus, vulgò pridẽ dictus est Cãtabriæ Rex, fœminea Catharinç Fuxẽsis hæreditate: sed cuius amplior digniorq; Regni portio ab Hispanis Regib. detineretur. Quin & Hispanus Rex ipse sibi arrogat Burgũdiæ Ducis vana nomina, ex antiquo Mariæ Burgundæ proauiæ dominio. Sicuti dudũ Lucẽburgij Proceres, indéq; Vindocinenses, Conuersanos se Comites appellarunt. Lucẽburgius enim Margaretã Enghianã vxorẽ duxit, Enghiani, Hannonũ nobilissimi filiam: cuius

43

Montferrat. De Cæsareo hoc Marchiæ Montisferrati Decreto, nos ampliora, lib. 1. Legũ Andeg. cap. 22. art. vlt. Post Allobrogicos Paradini Annales, lib. 3. cap. 4. Quo, huius Decreti mentio facta. Titulus Hierosolymitani Regni.

Ludouicus Geneuæ Comes, Sabaudi Ducis filius, Cypriæ reginæ coniunx. Item cùm Angliæ Rex Ricardus in Syria bello confecto, & Hierosolymitani regni permutatione, Cypri regnum Guidoni Lusiniano vendidisset, Ierosolymitani regni titulum Angliæ reges aliquandiu gesserũt. Nauarræ Regnum. *Comté de Conuersan, en la Pouille.*

cuius maioribus Andegaui Siciliæ Reges Conuersanum donarant, Apuli agri, Comitatum. Vt perspicuè declarat Frossartis Historici locus, de Enghiani domini in Siciliam profectione, quò Ludouici Andium Ducis partes contra Siculi Regni æmulum tutaretur an. 1384. Hist. volum. 2. cap. 152. in vers. *Le Sieur d'Enghien, Comte de Conuersan, laquelle Comté siet en Poüille, &c.* tum cap. 158. eiusd. lib. Rursus Laualli Comites sibi titulum sumunt Casertæ Comitum, in Apulia sitæ. Goufferius necnon dynasta, Gallus, se Corauasi, in Insubribus, Comitem scribit, ab vetusto exterarum huiusmodi Ditionum munere; seu remuneratione militari. Quibus Francisc. Britonicum subnecto Baronem Auaugurium: sed nomine tenus, Comitem Chillaniæ, ac Dulciti Marchionem, apud Neapolim. Postremò, vt ad Marchiam Montisferrati redeamus, in eam similiter Francis Regibus quæsitum ius putarunt nonnulli, ab antiqua ipsius cessione per Manfredum Eporediæ Marchionem facta Prouinciæ Phocensis Comiti, Siculo Regi: cuius posteri Ludouicum 11. Franciæ Regem, ex asse hæredem nuncupassint an. 1481. Verùm Cameracensi Pace an. 1559. stipulatus est disertè Erricus 2. Galliæ Rex solidam integrámque Oppidorum & Arcium Marchiæ Montisferrati restitutionem secundùm Ducem Mantuanum, cuius Anna Alenconia socrus Regiam Francicam propinqua necessitudine contingebat.

Comte de Caserte, en la Poüille.
Comte de Corauaz, au Millannois.
Francisc. *dict de Bretagne, Baron d'Auaugour, Comte de Chillane, & Marquis de Dulcit, au Royaume de Naples.*
Mãfredus Marchio Salutianus.
Publicus Tractatus Regum Franciæ & Hispaniæ, à *Cateau Cambresi*, die 3. April. 1559. Cum hac tamen, de Montisferrati Marchionatu, clausula. Sine præiudicio exceptionum & actionũ, quas alij in d. Marchionatum habere possint, via Iuris scilicet, non armis, persequendas.

Tit. VII.

DE HÆREDITATIBVS PARIATVS FRANCICI, QVÆ FOEMINIS DEFERVNTVR.

1. *An fœmina in* Pariatum *Franciæ possit hæreditate succedere.*
   Pares *Curiæ, in feudis Longobardorum, soli mares, non fœminæ.*
   Pares *Curiæ apud Veromanduos, Ambianos, Campanos, Rethelenses.*
   Pares *Curiæ etiamdùm in Germania.*
2. *Feudorum origo & initium in Gallia.*
   Feudo annexum Iuridicæ Assessuræ munus.
   Iudicare, virile, non muliebre munus.
3. *Patritiatus, officium virile, personis adscriptum.*
   Parium *Franciæ origo & institutio.*
   Parium *Franciæ duodecimuiratus, quando numeris suis absolutus.*
4. *Prima à duodecim Franciæ* Paribus *dicta Sententia, de Campaniæ Comitatu.*
5. *Fœminas in Patritiatus Gallicos succedere, tanquam feudo annexos.*
   Patritiatus dignitatem, apud Romanos personalem fuisse, apud nos Ducali prædio cohærere.
   Longobardorum Moribus, etiam fœminas, deficientibus masculis, ex feudali Pacto, in feudum succedere.
6. *Mulierum, quæ in* Parium *numero & consessu fuerint, ac sententiam dixerint, exempla varia.*
7. *Mulierem Franciæ* Parem, *per virum suum*, Paris *munus implere posse, & fidem Principi iurare.*
8. *Francicis Patritiis maioribus alios suæ Curiæ* Pares *subesse.*
9. *Vtrum fœminæ in Patritiatum succedant, id ex Patritiatus creandi formula pendere.*
   Patritiatum omnibus hæredibus concessum, æquè fœmineum, ac masculinum esse.
10. *An nouus antiquioris Patritiatus successor, veteri recentioris Patritiatus possessori postponatur.*
   Iuniorem antiquioris Patritiatus Parem, *seniori recentioris Patritiatus* Pari *præferri.*
   Ludouici Andegauensis; & Philippi Burgundiæ Ducis, de prærogatiua honoris, contentio.

Paribus *Franciæ* Laicis *ordo Sessionis constitutus, ex die creati cuiusque Patritiatus.*

11 *Patritiatum recentiorem, quamuis ampliorem, antiquiori, licet tenuiori, postponi.*

12 *Patritiæ Ducis maritus, num quasi nouus dominus aut possessor, sit anterioris, sed recenti domino Ducatus, postponendus.*

De hoc negotio, Sessionisque honore, Aresta varia.

De Marchione, & Comite, vter vtri præferendus sit.

13 *De gradu & ordine inter* Pares *Franciæ, & Regij sanguinis Proceres.*

De Germaniæ Electorum dignitate ac præminentia.

14 *De prærogatiua Regij sanguinis Procerum inter ipsos.*

15 *De* Paris *Franciæ crimine, in Senatu Parisiensi agi oportere.*

16 *De capite* Patis, *Regem cum Franciæ* Paribus *in Senatu Parisiensi iudicare consueuisse.*

17 Pari *Franciæ, criminis reo, licet sacris initiato, ius tamen non esse ad forum Pontificium reuocandi.*

Indicatum in causa Marchionis Salusij perduellis, sacris addicti.

18 *De Marchionatu Salutiano, ijsque qui eum tenuerunt.*

Clericos singulos, perinde ac laicos, *feudorum iure teneri; & feuda commisso amittere.*

Militare subsidium, à Prælatis *Ecclesiasticis Regi armato subl tum & collatum.*

SCIENDVM EST vltimò (ne tandiu muliebria nos iura remorentur) fœminas in Principatum succedere, *Pariatus* Francici dignitate decoratum. 1

ADVERSVS fœminam, dicet aliquis, *Pares* Curiæ à Longobardis eos intelligi, qui ex clientelæ sacramento adsunt iuri dicundo, sententiisque in iure à patrono ferendis. Id verò assessuræ munus à muliebri sexu est alienissimum, adeóque matronali stolæ indecorum cap. vn. Si controuers. fuer. inter dom. & vasall. Lotharius necnon Galliæ rex eam in rem feudorum Constitutiones tulit, Romæ in valuis Templi Petri promulgatas, an. 822. cap. 1. Si de inuestit. inter domin. & vasall. lis oriat. Idem vsus Veromanduis increbruit, Ambianis, Campanis, Essuis: apud quos, clientes iudiciorum sunt assessores. Hos *Pares* Curiæ vocant. Atqui iam C. Cæsaris seculo, Gallis in pace nullus erat communis Magistratus, sed Principes regionum & pagorum inter suos ius dicebant, controuersiásque minuebant. In Germania itidem, diligebantur, publicis Comitiis Principes, qui iura per pagos vicósque redderent: centenis singuli ex plebe comites, consilium simul & auctoritas aderant. Vt de German. Moribus Tacitus refert. Eiusmodi Comitum, *Pares* Curiæ nunc officio defunguntur. Quod hodie etiam feudorum specie, Germanico ritu vsurpatur, quo domini villarum, Curias habent Dominicas (vulgariter DINCKAEF) Speciatimque vasalli in Austriaco territorio, sunt *Pares* Curiæ eiusdem territorij, velut & in territorio Brisgoiæ clientuli, *Pares* Curiæ quoad Brisgoiam dictitantur. Zasio teste, in Tract. Feudor. Proinde certantibus inuicem de Saxonico Ducatu Henrico Duce Lauuemburgensi, & Friderico, quem Sigismundus Imp. Ducatu vestierat, ille quidem volebat à Constantiano Concilio negotium dirimi, hic ab Imperatore. At Sigismundus Augutst. ad PATRES Constantiani sacri Conuentus rescripsit, an 1415. in hæc verba, FEVDALIS CONTENTIO PER DOMINVM FEVDI, AC PARES CVRIÆ TERMINANDA EST. Quæ Cæsarea Epistola extat Volum. 3. Conciliorum Ecclesiast.

De Dignitatibus Parium Franciæ, ad mulieres hæreditate transmissis.

Constitutiones Imperiales Lotharij, à Ludouico Pio patre Imp. & Franciæ Rege in consortium Imperij & Regni allecti, ante ianuam Ecclesiæ B. Petri publicatæ.

Priscus Mos Gallorum, in iudiciis exercendis.

Curiç Dominicales, in Austriaco Germaniæ territorio.

Rescriptum Sigismundi Cæsaris ad Præsules Consilij Constantiensis, De iurisdictione domini Feudi; & vasalli, an. 1415.

PAVLATIM quoque in Gallia constituti sunt beneficiarij clientes, ac beneficia seu feuda, de quibus Agathias in Bello Gotthico, etiamnùm tempore Iustiniani: feudo videlicet nexum assessuræ onus in iure populis dicundo. Sensim introducta lex, vt emergente clientum inter ipsos de beneficio contentione, iusta sit patroni cognitio: Sin inter patronum & clientem, tunc Pares Curiæ cognoscant, * dicæodotæ cap. 1. §. Præterea. De prohib. feud. alienat. per Frideric. 2

* *iura reddentes.*

Frideric. Iudicare autem, virile officium est, non muliebre. Vt notat Paulus I.C. l. Cùm Prætor. De iudic. Vlpian. l. 1. §. sexum. ff. De postul. Quin & Pares Curiæ ordinaria vtuntur iurisdictione, non delegata. Vt Colligere est ex cap. 1. De controuers. Feudi apud Pares Curiæ terminanda. cap. 1. De inuestit. in marit. facta. Afflictus adcit. §. Præterea. Indéque elicitur, patronis superiorem non agnoscentibus, (Rege Francorum putà) Curiæ Franciciæ Pares meram solidámque litium diiudicationem habere.

Duodecim fuêre tantùm Pares Franciæ antiquitùs, sex Ecclesiastici, & laici totidem. Duces tres, & totidem Comites in vtroque ordine. At postea longè plures à regibus creati sunt Franciæ Pares. Bud in l vlt. ff. De senator.

3 His adiungitur, Patritiatum (quo, *Pariatus* Franciæ Budæo, doctisque multis nunc intelligitur) honorarium purè munus fuisse, virile, personis adscriptum. Cuiusmodi erant Romæ Patritij, deinde Constantinopoli l. Memini Cod. De Consulib. & non spargend. pecun. lib. 12. Talem se Aquitaniæ Patritium iactitat Hunoldus, apud Aimoynum: & Burgundiæ Reges, Patritios Vltraiuranos, Patritios Galliarum. Talis etiam Dinamius ille effloruit, ad quem B. Gregorius, Epist. 23. lib. 2. Regest. aut Priscus Patritius Orientis, cui idem rescripsit Epist. 51. siue Gennadius Patritius & Exarchus Africæ, Epist. 7. lib. 3. Regesti. Nuda hæc nempè personarum munia. Vnde Sidonius Aruerniæ Præsul conqueritur, Egdicio notissimæ virtutis viro Patritiatum accessisse, celerrimè quidẽ, si spectes eius ætatem, si verò merita, tardissimè. Maximum enim officij pondus sustinent Patritij, id est, communes Reipub. Patres, quique in suprema Senatorij consilij dignitate esse censentur. Quales Suidas vocat Pelasgica sua dialecto, πατέρας τοῦ κοινοῦ τοὺς ἐν τῇ κορυφαίᾳ τῆς συγκλήτου βουλῆς τελοῦντας ἀξίᾳ. Ex eo quippè nominati Patritij, quasi patres ac tutores Reipub. forent. §. filiusfamiliâs. Institut. Quib. mod. ius patr. potest. soluit. Ac propterea Anastasij Imp. Oratores, Cæsareis verbis Consulem Patritiúmque salutarunt Clodoueum 1. Franciæ Regem, quòd illa tituli maiestate secundùm Cæsarum decus, nullum maius excelsiúsve fastigium dicerent excogitari posse. Vt est apud Sigebertum, in Chronico anni 510. Eadem in Gallia, peræquè institutus fertur à summa iam vetustate, Parium Duodecimprimatus. Horum * Δωδεκαπρώτων originem repetit Gaguinus à Carolo Mag. Sed vereor ne ὑπερβολικῶς. Fateor enim extitisse tum quosdam Pares Curiæ, sed arbitrarios, à partibus selectos, haud perpetuos: vt pro tempore inter patronum & clientes suum interponerent iudicium. At multis exinde seculis, perpetuus fit PARIVM Curiæ Magistratus. Flandricum enim Comitem creauit primùm Carolus Caluus, longè postea Franciæ PAREM nuncupatum. Ludouicus 3. Artoldum Rhemorum Antistitem simul & Comitem appellauit, an. 929. Vt in Rhemensium Pontificum Vitis Frodoartus narrat, Rhemensis Ecclesiæ Canonicus, & scriptor antiquissimus. Tametsi ab aliis traditum sit, Vilhelmum Archipræsulem Rhemensi Ducatu donatum à Philippo 2. ex fratre nepote. Rogerio item Bellouacorum Præsuli concessit Odo frater Campaniæ Comes Bellouacensem Comitatum, an. 1015. Sigeberto auctore, in Chronico. Necdùm fermè tunc effluxerat integra annorum centuria, aut paulò ampliùs, quùm Rollo 1. Neustriæ Dux, è Danica colonia, vxorem accepisset Opem Berengarij Bellouacorum Comitis filiam, anno 887. Vt secundùm vetustiores, Polydorus notat, Anglicæ Historiæ lib. 5. Rursus Hugo 3. Burgundiæ Dux, auunculo dedit Vualtero Lingonum Pontifici Lingonensem Comitatum, an. 1179. Id quod sacræ Lingonum Basilicæ monumenta testantur. Nec tamen antea Episcopo defuerunt nobilia, Dominicáque prædia, quorum commemoratio fit D. Bernardi Epistola 39. ad Comitem Campaniæ Theobaldum, hoc sermone. NOSTRVM QVOQVE AC VESTRVM PARITER EPISCOPORVM, ID EST, LINGONENSEM ABVNDANTIORI, VT DECET, HONORE SVSCIPIATIS, ET DE CASAMENTO, QVOD TENETIS, HOMAGIVM QVOD DEBETIS, REVERENTER EI ET HVMILITER EFFERATIS. Illinc pater Iohann. Ioynuillæ lapsus, scribentis Lingonense oppidum ad Niuernensem Comitem spectasse temporibus D. Ludouici (in huius Vita, cap. 9.) id est, quinquagenum circiter annum ab collata in Ecclesiam Comitatus, Vrbisque donatione. Nouiomensis autem Comitatus Episcopo dati obscura sunt tempora, ac primordia. Ferunt nonnulli ex Vuasburgio Belgicarum antiquitatum collectore, Propitium Clodouei 1. Regis fratrem piè erogasse

Patriciatus officium merè personale fuisse, non reale, nec hæreditarium, aut prædiarium.

* Duodecimprimorum.

Vetusti Pares Franciæ, sunt seni Pontifices, Ducésque militares; Ecclesiastici nempè, Rhemensis Archiepiscopus, & Dux, Laudunensis Episcopus & Dux, Lingonensis Episc. & Dux, Beluacensis Episc. & Comes, Cathalaunen Episc. & Comes, Nouiomens. Episc & Comes. Item Laici Pares sex, Burgundiæ, Normaniæ, & Aquitaniæ Duces, Flandriæ, Tholosæ, & Cãpaniæ Comites.

In quibusdam tamẽ Chronici Sigeberti exemplaribus legitur, an. 1014.

Hic Rollo Normaniæ Dux, repudiata deinde ista vxore, duxit Ægidiam Caroli Simplicis filiã, accepta Normaniæ dote, an. 912.

Comitatus Rhemẽsis, & Lingonensis postea erecti sunt in Ducatus.

D Bernardus mortuus est an. 1153. Quo Eugenius 3. P.P. similiter decessit. Vt in illius Vita perspicitur, in calce Operum ipsius.

Noyon.

Comitatum suum Nouiodunensem Episcopo, qui eum sacro tinxerat baptismate. Sed huic narrationi fidem abrogat, quod pro comperto habetur in Historia sequente Roberti Regis hunc amore percitum filiæ Nouiomensis Comitis, ex ea Almaricum nothum sustulisse, Comitem de hinc Montfortianum. Subde his, Nouioduni Belgici Pontificatum à D. Medardo institutum fuisse duntaxat an. 535. translata huc Veromanduorum Sede. Quò minùs credibile sit, eodem illo Clodouei 1. seculo, Episcopum (cui Patritialis Franciæ honos additus) profano auctum Nouiomi Comitatu. Sed eò res processit opinione multorum, vt absolutus fuerit suis numeris *Parium* duodecimuiratus, Ludouico 7. vel Philippo 2. filio, Gallicis populis iura dante. Sicuti Matthæus Parisius animaduertit, in vita Iohannis, & Henrici 3. Angliæ Regum: qui auctor, Ludouico octauo nonóque Francorum Regibus, Historiam pertexuit. Is enim capitalis iudicij meminit in Iohannem à *Paribus* Francicis lati, Phil. Augusto Gallis imperante. Hinc Errici 3. tempora persequens, quinam fuerint profani Galliæ Pares, quique Ecclesiastici, quænam ipsorum partes, concinnè tractauit.

Montfort l'Amaury.

Antiquissimum Decretum Parium Curiæ Franciæ, de iuramento fidelitatis & homagij Regi Gallo debiti à Comitibus Campaniæ.

4 IMPRIMIS certè à Duodecimuiris istis lata Sententia reperitur de clientelari sacramento Campani Comitatus: (mense Quintili, an. 1216.) Cuius postrema Sententię verba sic referuntur. IVDICATVM EST A PARIBVS REGNI NOSTRI, VIDELICET A RHEMENSI ARCHIEPISCOPO, VV. LINGONENSI, GVILIELMO CATHALAVNENSI, PHIL. BELVACENSI, STEPH. NOVIOMENSI EPISCOPIS: ET ODONE DVCE BVRGVNDIÆ, ET A MVLTIS ALIIS EPISCOPIS, ET BARONIBVS NOSTRIS, VIDELICET ALTISSIODOREN. R. CARNOTENSI, G. SYLVANECTENSI, ET I. LEXOVIENSI EPISCOPIS, ET COMITE PONTIVI, R. COMITE DROCARVM, B. COMITE BRITANNIÆ, G. COMITE S. PAVLI, VV. DE RVPIBVS SENESCHALO ANDEGAVIÆ, VV. COMITE IVVIGNIACI, I. COMITE BELLIMONTIS, ET R. COMITE *d'Alençon*. NOBIS AVDIENTIBVS, ET IVDICIVM ADPROBANTIBVS, &c. Huic tamen Iudicato non interfuit, nedùm præfuit, Laudunensis Antistes, Duodecimuir Galliæ, cui adiectum Regionis dominatum admonuimus cum Die & Consule, lib. 1. nostri Operis de SACRA POLITIA FORENSI. Sed quod attinet ad Ecclesiasticam loci Præfecturam, Sigebertus ait, Laudunensem Episcopum, cui Patritialis dehinc Franciæ dignitas annexa est, à D. Rhemigio constitutum, qui ex amplissima prædiorum dote à Clodoueo 1. Rhemensi Ecclesiæ dicta, pleraque contulerit in Laudunensem: Gundebaudo Lauduni Pontifice 1. instituto, an. 500. Ex quibus probabile videtur, mulieres à Patritiali Ducatu idcircò repelli, quia nullo pacto ciuilibus huiusmodi Iudiciorum fungantur officiis. Quemadmodùm enim præceptum fuisse obseruatur in vetere formula Matisconensis Patritiatus, qui in Tholosatis locum suffectus fuit, Patritiorum munus est, Regij Diadematis decus tueri, consiliis iuuare Rempub. sanctiori Principis Consistorio adesse, Regem in bellum proficiscentem sequi. Inde Curia *Parium*, dictus Senatus Parisiensis, in quo *Pares* Curiæ cum Principe ius reddere consueuerunt. Diplomate Caroli 5. Franciæ Rectoris, (deinde Regis) an. millesimo trecentesimo quinquagesimo nono.

Laon, cuius Episcopus est Dux, & vnus è duodecim Paribus Franciæ.
Tit. 4. art. 15.

Forma Iurisiurandi Duodecimuirûm Galliæ Patritiorum, præscripta *en la Perrie du Comté de Masçon.*
Charles Regent le Royaume, Duc de Normandie.

5 PRO fœminis, contrà, & rectiùs, suggeretur nostrates Patritiatus haud personales esse, Romanorum instar, sed veriùs prædiarios, connexósque prædio beneficiario. Beneficia autem seu feuda, promiscuè Gallicis competunt fœminis, vt maribus, in modum alterius fundi cuiusuis. Patritiatus enim, non eo planè sensu, quo Romana vetustas, sed pro varietate temporum variè intelligendi. Romulo quidem Rege, vocabantur Patritij, qui à primis centum Senatoribus oriundi: Tum Zenonia lex ad honorem Patritiatus admisit neminem, nisi qui priùs aut Consulatus munere perfunctus esset, aut Præfecturæ Prætorio, vel alio Vrbis, Magistrive militum officio. Iustinianus verò Patritiatus codicillos, illustribus viris accipere permisit, tametsi minimè Consularibus, aut Præfectis. Nouella Constitutione, Quæ de dignitatibus: & Nouella, De Consulibus. Priscis igitur seculis, honorarium modò istud munus fuit, personale, nec filij etiam fauore

Pariatus Franciæ veriùs reales ac prædiarios videri, quàm merè personales: nisi Regia Pariatus institutio eum restringat.
Parisiensis tamen Curiæ Aresto *à l'audience*, die 11. Decéb. an. 1578. regiam Ventadorij, Lemouicû, Comitatus in Ducatum erectionẽ

fauore hæreditarium: Longè profectò dissitum à Francico Patritiatu, Ducalibus prædiis cohærente. Imò & Langobardis legibus, filia succedit in feudum, haud extante masculo: si ita beneficiariæ Pactionis formula cautum sit, cap. 1. §. filiæ. De success. Feud. cap. 1. Quid sit inuestit. Peræque in agnatorum dispendium, patrono licitum est, fundos mulieri in clientelam dare, eamque clientum in ordinem cooptare: Quod INVESTITVRÆ verbo populariter interpretamur. Bald. in cap. 1. Quemadmodùm feud. ad fil. pertin. In Feudis. Multò firmiùs igitur Francico in solo, cuius feuda sunt haud precaria quidem (vt primitùs) sed redacta in formam liberi patrimonij, perpetui, hæreditarij. Vt eleganter Fulbertus ostendit, è Cancellario Roberti Regis, Carnutum Pontifex, circa annum 1025. In Epistola 80. ad Regem, Odonis Comitis nomine, ita concepta. *De te, Domine mi, valde miror, qui me tam præproperè, causa indiscussa, tuo Beneficio iudicaris indignum. Nam si respiciatur ad conditionem generis, daret Dei gratia, quòd hæreditabilis sim. Si ad qualitatem Beneficij, quod mihi dedisti, constat, quòd non est de tuo Fisco, sed de his quæ mihi per tuam gratiam ex Maioribus meis Hæreditario iure contingunt, &c.* Itaque Gallico Vsu filia excludit agnatos beneficiario Ducatu vel Comitatu, quantùmuis Franciæ Patritiali, vel Iuridica functione onerato. Ac propterea Iuo Carnutensis Antistes haud dubitauit, priuatam nobilium virorum controuersiam, quæ sine monomachia terminari non poterat, reiicere in Curiam Comitis fœminæ Carnutensis, *ad quam talia* (inquit) *Iudicia pertinebant, & de cuius Feudo ista tenebant.* Epist. 192. Sub annum 1080.

> publicante, cautum est expressim, nouũ Ducale feudum, tẽporarium fore, & deficienti quandocunque mascula Ducis noui, possessorũ-vè aliorum prole, ad Coronam regiam deuolutum iri. Interim verò Tutelẽses Magistratus regij & Scabini, intercessione contra d. erectionem summoti fuêre, saluo pro indemnitate sua regressu ad Principem, & in fiscum regium. Cuius in executione Aresti Dux alia obtinuit, lata die vlt. April, 1583. 24 Apr. 1599. 4. Iun. 1600. & 7. Apr. 1601. super cõstitutione Ducalis nouæ Iurisdictionis ac Magistratuum ipsius.
>
> Iuoni Episcopo Iudicium sanguinis agitare, non licebat, ideoque rem quam duello seu Monomachia definire non poterat, remisit ad temporalem Comitissę Iurisdictionem.

6 HINC pariter Mathildis Atrebatum Comes, assedit supremo capitali iudicio in Robertum Flandriæ Comitem, atque ordine rogata sententiam dixit, sedentibus Comparibus, Præside Rege. Iunio Mense, an. 1315. Atrebates enim Patritiatus Insignibus exornarat Phil. Pulcher, in Roberti 2. Comitis gratiam & successorum 12. Kal. Mart. an. 1293. Nec absimili ratione, Iana Raymundi Tholosatis filia, iurauit in verba Principis de Tholosatum clientela ac Patritiatu, an. 1250. Admittitur quoque ad Flandrici Patritiatus sacramentum Iana Balduini filia hæres, an. 1210. Ea mortua, itidem Margareta soror, an. 1244. Atque exhinc liberæ sententiæ ius habuit Margareta, Patritia in celeberrimo *Parium* Curiæ iudicio, de Claromontano Bellouacorum Comitatu, de quo à Nobis actum suprà, lib. 2. Tit. 11. Iuxta hæc, Duensis Patritiatus creatur in personam Karoli Atrebatis, qui iam Duensis Comes erat, ac eius hæredum, an. 1458. Inde Ysabella Burgunda, Karoli auunculi magni hæres, tenuit Patritiatum: Eundemque nunc Erricus Lotharingus Guysiæ Dux, iure vxorio Catharinæ Cliuensis, quæ ex Burgunda illa descendit. Istis admisceamus Valentinam Aureliani Ducis coniugem. Nam & hæc ipsa in ius vocata fuit regio Diplomate, vt capitali adesset quæstioni in Nauarrum Regem, Nemorosi Ducem. Valentina enim, Franciæ Patritia erat ex Blesensi Comitatu, aliisque latifundiis dotali pecunia partis, quæ Patritiatus honore Princeps decorarat Mense Iun. 1399. & 11. Cal. Iunias, an. 1404. In iis fundis, extitit Portiani Principatus, quem Valentinæ coniunx Aureliæ Dux coëmit à Castillioneo Magnate. Sed emptoris filius Carolus eum venundedit Antonio Croyo, dynastæ, circa annum 1435. Vt fundi pretio ab Anglis captiuus redimeretur. Quid dicam de Niuernensi Patritiatu? Longi Regis filia Margareta exorauit Principem, vt Nouiodunum ad Ligerim, Essuos, & Donziensem Baronatum liceret ei Patritiales possidere 13. Cal. Septemb. an. 1347. ac 4. Iduum April. an. 1350. Antea necnon Valesius Rex simili *Pariatus* decore illustrarat Comitatum Bellimontis Rogerij: Roberto Artesio, Bellimontis Comite postulante, Ianuar. Mens. an. 1328. Vt est in veteri Curiæ Commentario, cui titulus, ORDINATIONES ANTIQVÆ IN CVRIA PARLAMENTI. Nuper etiam Alebretensis Patritiatus instituitur, Ianæ Alebretæ rogatu, Cantabrorum Reginæ 3. Cal. Maias, anno 1550. Huius itidem Margareta mater, Francisci 1. soror, Biturigas cœperat fiduciarias, fraterno beneficio, cum honoraria Patritiatus dignitate, an. 1517.

> *Artois.*
>
> Die 18. Feb. an. 1293.
>
> *Clermont en Beauuoisis.*
>
> *Charles d'Artois Cõte Deu.*
>
> Dotáles enim Valentinæ Mediolanensis nummi destinati fuerant in emptionem prædiorum quasi dotalium Pacto nuptiali, an. 1387.
>
> Die 22 Maij, anno 1404.
>
> Principatus *de Portian*, venditus à *Mess. Anthoine de Croy.*
>
> *Neuers, Rhetelois, & Donzy.*
>
> Die 20. Augusti. an. 1347. & die 10. Apr. 1350.
>
> *Rob. d'Artois, Comte de Beaumont le Roger.*
>
> *Albret.*
>
> *Nauarre.*
>
> Die 29. April. an. 1550.
>
> *Berry.*

7 QVÒD si ipsa per se mulier virile Patritiatus munus obire nequeat, nil prohibet, eius virum illo plenè defungi, perinde ac si extemplò masculus in Patritialem Ducatum successisset. Alphonsus quippè in verba Principis iureiurando adactus est ob vxorium Tholosæ Patritiatum. Ferrandus item Lusitanus, vxorio Flandriæ

> *Ferrand de Portugal.*

iure, quæ inter Francicos tum *Pariatus* numerabatur, an. 1211. Verùm Thomas Allobrox pari de causa in fidem recipi cùm optaret ab muliebri Flandræ coniugis Patritiatu, fuit de eo acerrimè apud Regem disceptatum. Perpenso exactè negotio, placuit Thomam, ex Iana vxore Flandrorum Comite, in clientelam admitti, Mense Decembr. an. 1257. Deinceps Austriacus, quantùmuis iure materno Flandriæ Comes, sacramento dixit Duodecimuir, auito more ac instituto 3. Nonas Quintiles, an. 1499. Nec enim refricare operæpretium est superiora alia Flandrorum Comitum in Regiam Gallicam iuratæ fidelitatis obsequia. Balduinus enim Flandriæ Comes regium se clientem professus est, clientelarisque professionis sanciendæ gratia maioribus Numinis auspiciis, se subiecit Rhemensis Pontificis sacrosanctæ Iurisdictioni, an. 1199. Sic Flandricus Regulus Karolo 6. deuincitur arctissimo fidelitatis iureiurando, Mense Nouembr. an. 1382. Hæc, in vrbe Atrebatum primaria, & Atrebaticæ ditionis *Paribus* adstantibus. Vt est apud Froissartem, Histor. Volum. 2. cap. 112. De Aquitania autem, veteri Galliæ *Pariatu*, liquet, Anglos Reges, ab muliebri Leonoræ Aquitanæ hæreditate, Gallis obstrinxisse se eo iure religionis, quod à Iurisiurandi sanctitate *Omagium* appellant. Ricardus nimirùm Britannus Gallo Regi Augusto, an. 1195. Henricus D. Ludouico, an. 1260. Eduardus 1. Phil. Pulchro, an. 1286. & Odoardus 3. Philippo 6. an. 1329. Vt rerum Gallicarum Annales ferunt.

Philip. Austriacus Flandriæ & Artesiæ Comes per Mariam Burgundam matrē, fecit homagium Regi die 5. Iul. an. 1499.

Arras.

Fidei & Homagij præstatio per Aquitaniæ seu Guyenniæ Duces, qui erant simul Angliæ reges.

Similiter ex Normanico Ducatu Hēricus filius Henrici regis Anglorum fecit homagium regi Francorum, an. 1161. Vt scribit Sigebertus.

8 INTEREA nosse oportet, Francicis Patritiis maiorum gentium, subesse alios suæ Curiæ *Pares*: quos Budeus Patritiolos, aut certè Patritiastros dici posse arbitratur. In l. vlt. ff. De Senator. Verbi causa, Flandri Comites, duodecim sibi adsciuerunt Pares Curiæ, principis Franciæ feudi morem consectati. Imprimis Robertus iunior Flandriæ Comes delegit Arnoldum Fani Paulini Comitem, Arnoldum Comitem Bononiæ in Morinis, Hisdini, Guynearum, & Arquesij Dynastas, Flandricæ Curiæ *Pares*. Auctore Meiero in domesticis Flandriæ suæ Annalib. Nec verò antiquius, eòque memorabilius adferri potest de Francicis huiusmodi CVRIÆ PARIBVS testimonium, quàm ex Epistola 80. Fulberti Carnutum Episcopi, quingentos ante annos exarata. Ea namque Odonis Comitis verbis ad Regem scripta, hæc continentur. « Comes Ricardus tuus fidelis monuit me « venire ad iustitiam, aut concordiam de querelis quas habebas contra me. Ego ve« rò misi causam hanc totam in manu ipsius. Tum ille ex consensu suo constituit « mihi placitum, quando, & vbi hoc perfici posset. Sed instante termino, cùm ad hoc « peragendum paratus essem, mandauit mihi, ne me fatigarem, ad condictum pla« citum veniendo: quia non erat tibi cordi, aliam iustificationem siue concordiam « recipere, nisi hoc tantùm vt faceres defendere, quòd non essem dignus vllum « Beneficium tenere de te. Nec sibi competere dicebat, vt me ad tale iudicium exhiberet sine conuentu PARIVM suorum, &c. Secundùm hæc, voluitur in Regestis Curiæ Parisien. Decretum Pridie Kal. Maias, an. 1351. quo, Dominus *de Han*, Sexuirûm vnus dicitur, seu *Parium* sex Veromandui Comitatus. Quænam insuper officij partes tribuerentur his minorum gentium Paribus Curiæ, præfinitur veteri Senatus Regij Consulto (an. 1224.) ita loquentis. *Cùm esset contentio inter Iohannam Comitissam Flandriæ ex vna parte, & Iohannem de Nigella ex altera, idem Iohannes appellauit Comitissam de defectu ad Curiam Domini Regis. Dominus Rex fecit Comitissam citari coram se per duos milites. Comitissa ad idem comparens, proposuit, se sufficienter non fuisse citatam per duos milites: quia per Pares suos citari debebat. Partibus appodientibus se super his, Iudicatum est in Curia Domini Regis, quòd Comitissa fuerat sufficienter & competenter citata per duos milites, & quòd tenebat & valebat submonitio per eos facta de Comitissa. Itē Comitissa proposuit, quòd Comes de Nigella Pares habebat in Flandria per quos debebat iudicari in Curia Comitissæ, & quòd parata erat ei facere ius in Curia sua per Pares ipsius Iohannis. Nec idem Iohannes dicebat, quòd Comitissa ei defecerit de iure per Pares ipsius Iohannis, per quos iudicari debebat in Curia Comitissæ. Et ita requirebat Comitissa Curiam suam de Iohanne de Nigella. Iohannes de Nigella, econtrariò, respondebat, quòd ad Curiam Comitissæ nullo modo reuerti volebat, quia ipsa defecerat ei de iure, & de defectu iuris appellauerat eam ad Curiam Domini Regis, vbi paratus erat eam conuincere de defectu iuris. Ad considerationem Curiæ Domini Regis, super iis iudicatum est, quòd Iohannes de Nigella non debebat reuerti ad Curiam*

Comtes de S. Pol, de Bologne, de Hesdin, Guynes, Arques.

Die vlt. April. an. 1351.

Sex Pares, seu præcipui vasalli Comitatus *de Vermandois*.

Regium Curiæ Frāciæ Arestum vetus de Paribus Curiæ Comitis Flandriæ.

Recentiores porro minutuli Pariatus Francici non habēt antiquorum priuilegium immediati Ressortus in Curiam Parium Lutetianā, quoad subditorum lites. Nam Thoarcij, Pictonum, Vicecomitatus in Ducatum, erectio regia, in Senatu publicata fuit hac lege, vt secundùm postulata à Ciuibus Pictauen. vrbis, Præsidales huiusce Iudices de appellationibus cognoscerent ex Thoarcio foro interpositis, vti priùs. Aresto die 7. Decemb. 1599. plaidant Ant. Arnault.

Curiam Comitissæ, & quòd Comitissa debebat ei respondere in Curia Domini Regis, vbi eam appellauerat de defectu iuris. Præterea cùm Pares Franciæ dicerent, quòd Cancellarius, Buticularius, Camerarius, Constabularius Franciæ, Ministeriales hospitij Domini Regis, non debebant cum eis interesse ad facienda iudicia super Pares Franciæ, & dicti Ministeriales Hospitij Domini Regis econtrariò dicerent, se debere ad vsus & Consuetudines obseruatas interesse cum Paribus, ad iudicandum Pares. Iudicatum fuit in Curia Domini Regis, quòd Ministeriales prædicti de Hospitio Domini Regis debent interesse cum Paribus Franciæ, ad iudicandum Pares. Et tunc iudicauerunt Comitissam Flandriæ Ministeriales prædicti, cum Paribus Franciæ. Actum Parisiis, &c. Cuius & prisci S. C. Francici summam recitat Budæus, in Annotat. ad l. vlt. D. De Senator.

9 Ex his etiam facile est intellectu, mulieres Francici *Pariatus* capaces extitisse. Sed in toto quæstionis genere, explorandam puto Patritiatus creati formulam. Triplex hæc erit meo iudicio. Nam instituitur aliquando Patritiatus, gratia postulantis tantùm: Nonnunquam cautionis formula ad masculos hæredes producitur. Tertium genus illud est, si generatim ad omnes hæredes trahatur Patritiatus. Biturigum Dux Iohannes, Patritij Francici Insignia sumpsit à patre Rege, an. 1360. Mense Octob. Codicillis Bituricæ, & Aruernæ fiduciæ, in hanc sententiam. IOHANNEM IPSVM FILIVM NOSTRVM FACIMVS ET CREAMVS DVCEM BITVRICENSEM ET ALVERNIÆ, ET TERRAS SVAS PRÆDICTAS ERIGIMVS IN DVCATVM, ET CVM HVIVSMODI DVCALIS DIGNITATIS NOMINE, HONOREM SVPERADDENTES HONORI, PAREM FRANCIÆ IPSVM FACIMVS: STATVENTES AVCTORITATE PRÆDICTA, VT IPSE, QVANDIV VIXERIT IN HVMANIS, ET DICTI EIVS HÆREDES MASCVLI DE MATRIMONIO LEGITIMO PROCREATI, POST EIVS OBITVM DVCES BITVRICENSES ET ALVERNIÆ, AC PARES FRANCIÆ NOMINENTVR, OMNIQVE DVCATVS ET PARIATVS HONORE CVM NOMINE, IVRE, ET QVACVNQVE ALIA PRÆROGATIVA, LÆTENTVR, &c. Karolus Burgundus innouandum curauit Niuernensem Patritiatum, pro se ac maribus liberis. Principali Rescripto, pridie Idus Nouembr. an. 1459. Posteris simul Comitibus eadem addita dignitas, Regio beneficio, vltra mares non porrigenda 3. Kal. Sextil. 1464. At enim perpetua institui cœpit in omnes promiscuè successores: Nouo Diplomate 13. Kal. Mart. an. 1538. Planè Vindocinensem è Comite Ducem fecit, Parémque Gallicum Franciscus 1. Rex, sed lege nominatim adiecta, vt deficiente virili stirpe, Patritialis honos, Ducali manente, desineret. Regiis literis, Mense Febr. an. 1514. In recentibus autem plerisque minorum Ducatuum titulis Patritialibus non habetur marium delectus ita districtè, vt iis è medio sublatis, tollatur etiam Patritiatus. Atque hinc manifestum fit, Patritialem Franciæ dignitatem non minùs fœmineam esse, quàm masculinam, si omnibus quidem hæredibus vniuersim concessa sit. Quorum hæredum appellatio, ad mares hoc casu non restringitur: cùm præsertim *Pariatus* feudo annexus sit, regulariter in fœminas transitorio. Regia autem *Pariatuum* huiusmodi institutio ciuiliter accipi debet, ne quid propterea Iuridici alij Dynastę ferant detrimẽti. Putà, Rhemorum Archipræsul intercessit Francici Essuorum *Pariatus* creationi, quòd iuridicas Ditiones quasdam, earúmque subditos habere se in Rhetelensi agro obtenderet. Partibus auditis, Senatus decreuit, *Pariatus* huiusce Codicillos promulgari, reiecta ciuium intercessione Rhemensium, & Victriacensium, Magistratuúmque Regiorum. Excepto tantùm, quatenùs interesse poterat Archiepiscopi, ex suæ Ecclesiæ fundis, ac subditis, qui in Rethelensi territorio constituti erant. Quo nomine pleniùs deliberandum censuerunt Conscripti Curiæ, simul de regia in Essuos fori præuentione, allegata à Procuratore Fisci. Decreto 6. Kal. Sextiles, an. 1582.

> Clausula Regij Appennagij Biturigum & Aruernorum, Iohanni tertio Regis Iaui filio concessi in compensationem Comitatuum Pictonici, & Matisconensis, quos petenti patri vltrò remisit, vt eos daret Anglo regi ex Britiniaca Pace, an. 1360.

> *Perrie de Niuernois.*

> Die 12. Nouembr. an. 1459. & die 30. Iul. an. 1464.
> Die 17. Feb. an. 1538.

> *Vendosme.*

> Placitum Curiæ, die 27. Iul. an. 1582. de verificatione Literarum noui Ducatus & Pariatus *de Rethelois*, pro Duce Niuernen. & Rethelensi, *en fournissant au surplus au Roy la recompense pour les Seaux des Tabellionnages, Greffes royaux, &c.*

10 Inde tempestiuum est requirere, vtrum nouus successor in antiquum Patritij ordinis Ducatum, præcedat recentis Ducatus huiusmodi possessorem anteriorem. Responderint multi, persona proprietarij mutata, Ducatus conditionem immutari: vt iam in successore non dicatur ampliùs prisca illa dignitas, quæ patri, agnatóve affulgebat, aut venditori, sed noua dignitas, personæ alterius superuen-

> An vetustus Franciæ Pariatus, mutatione personarum nouus esse dicatur.

tu. Argum.l.Paulus.ff.De acquir.hæred.l.Licitatio,§.vlt. ff. De publican. & vectigal.l.1.§.si is qui bona ff. De collat. bonor. l. Fiscus. ff. De iur.fisc. Diuersitas enim succedentium personarum varietatem iuris inducit, l. 1. Cod. Fin. regund. His consequenter,notat Afflictus, ita præsente se obseruatum in Neapolitano Senatu,vt antiquior Comes, licet Comitatum recens acquisiisset, præferretur successori in paternum Comitatum,qui posteriùs eidem obuenisset. In Constitut.Neapolit.Quæst.26.Enimuerò mihi parum arridet Matthæi sententia, certè Gallicis Moribus non comprobatur.In hoc autem honorum ac dignitatum ordine,spectandus est ante omnia Mos regionis, l. Non tantùm. D. De decurion. l.1. ff. De albo scriben.l.3.Cod.De ædific.priuat.l.1.ff.De aqua pluu.arcen. Proinde Rhemensibus Sacris Caroli 6.magna(vt assolet)ceremonia peractis,quùm in epulo summum locum Rex lotus cepisset; suboritur quidem de proximo assidendi iure dissidium.At frustrà conatus est Ludouicus Andium Dux; Philippum fratrem Burgundiæ Ducem præcedere, quòd ille simul & Rector Franciæ,& patruorum Regis maximus natu,honore nominis, ætatísque veneratione anteiret. Philippus enim se Ducem Burgundiæ,atque ea re principem Parium Franciæ,secundas ab Rege partes dignationis obtinere se,æquum esse contendebat. Quamuis igitur Philippus,nouus esset Burgundi Panagij possessor, ac renouatus in eo primarius hic Galliæ Patritiatus,censeretur noua dignitas, beneficium nouum, non antiquum,ob idque personarum ratio solùm habenda videretur:Tamen Patritiali iudicio obtinuit Philippi primatus ac prærogatiua. Déque Procerum sententia,qui frequentes aderant,Rex decreuit,vtì,cùm is dies, is locus, id epulum festum,celebréque religione,maiestatéque coronationis esset, (qua in re præcipua *Parium* munia forent)Burgundiæ Duci *Parium* nemo in præsentia anteferretur.Mens.Octob.an.1380.His consequens est,Patritiatum veriùs prædiarium, solariúmque haberi,quàm personæ attributum .Quandoquidem Ducatui, indiuiduo iure solidóque adhæreat.In capitali item Roberti Atrebatis iudicio,eadem res incidit in quæstionem.Decretus profanis Patritiis sessionis ordo, ex die creati cuiusque Patritiatus. Quoniam igitur Patritiatus, appendix quædam est fundi Ducalis,eundem dignitatis gradum retinet, quem primores Ducatuum possessiones.Bartol.ad l.1.Cod.De dignitat. lib. 12. Dummodò primæua Patritiatus concessio,finita non sit vltimi possessoris interitu,aut certo genere numeróve hæredum non fuerit circumscripta.Alioquin si purè extraneus Patritialem eiusmodi Ducatum coëmerit,illi nouum Patritiatus Diploma erit impetrandum : nisi antiquum nominatim ad omnes referatur successores.

> Matthæus Afflictus, in Neapolitana Curia Senator regius.
>
> In regia coronatione, Decretum Pariũ Franciæ de gradu & ordine Sessionis inter Ludouicum Andium, & Philippum Burgundiæ Duces. Quùm Burgundus esset decanus Pariũ Franciæ.
>
> Lege apud Cõminium,quo ordine profani Galliæ Patritij in Rhemensi sacra Regis coronatione Ludouici 12. munus suum executi sint,die 24.Febr. an.1498.
>
> Pariatum Franciæ, secundùm formam ei indictam,sæpiùs realem esse, quàm personalem.

IAM percontari subit de Patritiæ Ducis marito, nûm quasi nouus dominus possessórvè,sit anteriori quidem,sed recentioris Ducatus domino postponendus. Vt putà,Niuernensium Ducatus *Pariatúsque* Montmorentium tempore antecedit.Sed postmodùm Errica Cliuẽsi Mãtuano Principi nupta; qui subinde Niuernensibus præsit vxorio nomine, Montmorentius Dux contendit in Senatu, illam temporis prærogatiuam minimè considerandam, quò minus ipse marito anteponatur.Quippè quùm huius intuitu nouum feudum censeatur Niuernense,déque patrono Principe redemptum: Qualia vxorij *feudi* redemptionalia maritus cliens tenetur superiori domino appendere.Maritus verò,contrà,se noui cuiusdam emptoris,aut extranei loco non habendum ; sed vxorij iuris procuratorem legitimum,tutorem,vindicem,assertorem,non nouatorem.Itaque Ducis fœminæ matrimonio,primariam feudi causam conditionémque haud mutatam; nedum imminutam esse. Quemadmodùm Princeps luculento secundùm ipsum Rescripto significauit,postridie Kal.Martias, an. 1566. Qualiscunque enim definiatur Patritialis illa Niuernensis Reguli dignitas, in personam nè mascula,an in rem promiscua ac prædiaria,verum vtique erat,Ducatum ipsum patrimonialem esse, vtriusuis sexus hæredi deferri,& in fœminas indiscriminatim, vt mares, antiquo & hæreditario patrimonij iure transmitti. Itaque priùs creatum Ducem & Ducatum posteriores anteire.PATRES PARISIENSES rem consilij esse pronunciarunt. Canaio,pro Niuernensi:& Mangotio,pro Montmorentio Duce,dicentibus, postridie Nonas Iunias,an.1567.In consimili autem causæ argumento, superior iam euasit Niuernensis,vtì Dux anterior, contra Aumallæum Ducem, nulla habita vtriusque

> 11
>
> Ludouicus Gonzaga, Mantuæ Princeps.
>
> Montmorantius Ducatus & Pariatus erectus Mẽse Iulio, an.1551.
>
> Releuia Feudi, seu rachatus à nouo vasallo multis casibus domino exoluendi.
>
> Die 2. Martij 1566.
>
> Post antiquam Niuernensis Pariatus erectionem, alia facta seu renouata,die penul.Iul.an.1469. & pro Cliuensi domino,die 18. Aug. an.1504 Ex Registro Curiæ.
>
> Die 6.Iun an.1567.

vtriusque vel familiarium imaginum, vel Francici *Pariatus* ratione. Vt expressim à Curia Summa decisum est Nonis Septembr. an. 1579. post forensem patronorum concertationem, Marij, pro Niuernensi: & Ottomani, pro Aumallæo agentium: Quam Senatus in consilium miserat 8. Kalend. Iunias, eod. anno. Per hunc modum, in controuerso Sessionis honore Guysiani & Niuernensis Ducum, placuit Conscriptis Curiæ, Regesti sui ordinem seruari, quo, eorum quisque in suam illam dignitatem allectus & assumptus fuisset. Decreto Mens. Iun. an. 1553.

Decretum Curiæ, die 5. Sept an. 1579.

Die 25. Maij, 1579.

12 PERFREQVENS hæc fuit in supremis Tribunalibus dubitatio, nûm maior ampliórque Patritialis Comitatus vetustiorem alterum præcedat, sed re tenuiorem, finibúsve angustiorem. Sensit Albericus, maiorem, gradu & ordine præferendum. In l. vlt. ff. De albo scriben. Quod mihi non vsquequaque probatur. Finium enim amplitudo non efficit digniorem Comitatum, nec eò illustrior Pontificatus altero existimatur, quòd locupletior, vel diœceseos spatiis latior. Can. Legimus 93. distinct. Tametsi Baldus diuersum opinetur in cap. 1. De Cler. qui inuestit. fec. Nostræ sententiæ suffragatur Matthæus in Cōstitut. Neapolit. Quæst. 26. Non digrediar hoc loco in vulgatam ordinis quæstionem inter Marchiones, ac Comites. Luc. Pennatus refert, hos illis in Italia postponi: secus inter Gallici, ac Germanici nominis Proceres. In Rubr. De Comitib. consistor. lib. 12. Cod. Hostiensis (in Summa, De pœniten. & remiss.) putat Marchioni Comitem anteponendum: Ex sacri Elogij auctoritate, qua Princeps militiæ, Comes Regis dicebatur 2. Reg. cap. 20. Aliud tamen in Gallia vsu receptum, scripsit Boërius in Tract. De ordine grad. vtriusque for. Vnus autem Marchio simul & Comes nudum Marchionem præit sessionis ordine. Bald. ad l. sed & milites. ff. De excusat. tutor. De quo vide Aluarotum & DD. ad cap. 1. Quis dicat. Dux, March. Eò pertinet Nouella Constitutio Theodos. & Valentin. Cæss. in hanc phrasin. VT PATRITIALIS HONOR ET INFVLÆ CONSVLARES, SI COPVLATA SIBI MERITIS PERSONÆ IVNGANTVR, IS CVI VTRVMQVE CONTIGERIT, POTIOR SIT ILLO, QVI EX HIS ALTERIVS HONORIS TANTVM FVLGOREM CONSECVTVS VIDETVR. Tit. De honoratis, & quis in gradu præferatur.

13 NEC verò extra cōtrouersiam est Sessionis præeminētia inter Regij generis Proceres, ac Franciæ Patritios. Illos enim perinde iudicanti Principi, vt hos, assidere, declarauit honos assessuræ datus Lodoico Borbonio Vindocinensi Regulo, In capitis iudicio Alenconij Ducis, an. 1458. Quinetiam Regio Decreto Ludouici 8. liberum ius dicendæ sententiæ concessum est Magistro Equitum, Archipincernæ, ac summo Principis cubiculario, in definiendis litibus quæ Duodecimuirûm Galliæ cognitioni sunt attributæ, an. 1224. Quùm tamen illi nulla ex parte sint cum Regiæ stirpis Magnatibus conferendi. De sessionis autem ordine, hoc vniuersim præscribi potest ex titu institutóque Maiorum, vt regiæ cognationis Dynastæ, Patritios antecedant in Senatu Parisiensi, quantumuis Gallicorum Patritiorum Curia. De quo mota olim altercatione Laudunensis Antistitis cum Ludouico Borbonio Principe Rupissuryonæ, PATRES ampliùs se deliberaturos, vtrumque interim loco cessurum pronuntiarunt 9. Cal. Decembr. an. 1506. Itaque simili postea contentione orta, Dux Vindocinensis à Senatu prælatus fuit Niuernensi, licet Galliæ Patritio 8. Cal. Mart. an. 1517. Haud dispari ratione, præpositus est in Rosaceis muneribus Senatui offerendis Monpenserius Dux Niuernensi, quàmlibet vetustiori Franciæ Patritio: Aresto Curiæ 15. Kal. Quintiles, an 1541. Quibus consentaneum est, quod Petrus Britonum Dux in patriis Comitiis decreuit, Lauallum Ducis ex sorore nepotem, sessionis honore præferendum Rohano Procomiti, qui maiorum alioqui Baronum primatu præcellebat: Maio Mens. An. 1451. Vt Armorici Annales tradunt. Nûm verò Patritij speciatim in causa collegæ decidenda posthabendi sint Toparchis Regum agnatis, Senatores Parisien. consulti responderunt Tuderto ad eos à Rege legato, tantam quæstionem se ex tempore non definituros, de qua longè antea occurrente, pleniùs ipsi deliberandum statuissent 12. Kal. Maias, an. 1458. In Rhemensibus porrò Sacris inaugurandi Regis, constat Patritiatuum dignitatem fuisse potiorem. In celebri quippè Regis Errici 2. Coronatione, Niuernensis & Guysianus Duces Monpen-

L. de Bourbon, Comte de Vendosme.

Comestabilis, Magnus Buticularius, & Magnus Camerarius Franciæ habent ius suffragij in causarum iudicio Parium Franciæ.

In sacris Supplicationibus publicis Curiæ Parisien. Lingonensem Episcopum, Parémque Frāciæ, honorificentiùs incedere debere, quàm Lugdunensem Archiepiscopū, Senatus iudicauit, die 16. Apr. an. 1515.

Die 23. Nouembr. an. 1506. de Laudunensi Episcopo, Franciæ Pari.

Die 22. Febr. an. 1517. Niuernensis Patrum rogatu loco cessit.

Die 17. Iunij, an. 1541.

Die 20. April. an 1458.

serium præcesserunt Regiæ propinquitatis Regulum, sed Patritium posteriorem. Iisdem Solennibus, idcircò Guysianus anteiit Niuernensem; licet antiquiorem Patritium, quia ille ordinis priuilegio Aquitani Ducis, cuius personam gerebat, fruebatur, hic Tholosatis patritiale munus obibat. Sed longiùs multò progreditur Septemuirûm Germaniæ Electorum dignitas, qui in omnibus actibus ad Imperialem Curiam pertinentibus Germanicos Proceres antecedunt. Cæsarea Karoli 4. LEGE AVREA, cap. 6. De comparatione Principum Electorum ad alios Principes communes. In publico autem alio Christiani Orbis Conuentu, Germani isti non habent, ex prærogata Septemuiratus dignitate, præiudicatam ideò sessionis ante Principes alios eminentiam. Quippè in sacro Basiliensi Concilio, Ioh. Germanus, Cabilonensis Pontifex, qui Burgundi Ducis legatum agebat, obtinuit aduersus Germanicos Electores, loci prærogatiuam. Insigni Decreto Patrum Basiliensium 7. Kal. Iunias, anno millesimo quadragesimo trigesimo tertio, quùm Burgundus, sexies Dux, quindecies Comes, Decurio Parium Gallicorum, ab Burgundiæ Ducatu, quæ & Regiis olim titulis insignita fuisset, aliarûmque Ditionum supremus Dynasta, primus secundùm Reges, Christianus Princeps esset. Quemadmodùm à Petro SanIuliano refertur, Cabilonensis Templi Decano. In lib. Cabilonensium Antiquit. Denique Gallus Princeps in maximis Regni Comitiis edixit, Regiæ sobolis magnates Patritios Franciæ, quouis in publico Actu reliquis Franciæ *Paribus* anteferri debere: Siue in sacra Regis vnctione & coronatione Rhemensi, seu in Gallico Senatu *Parlamentari*, aut publico in alio & celebri Concessu Procerum Francicorum. Sanctione Blesis lata mense Decembr. an. 1576. quam Lutetiana Curia propalàm legi & publicari iussit, 6. Iduum Ianuar. anno millesimo quinquagesimo septuagesimo septimo.

> Principes Electores Imperatoris Alemaniæ.
> Aurea Bulla Imperialis.
> Decretum sanctorũ Patrum Cõcilij Basilien. die 26. Maij, an. 1433.
> Francicum Edictum *sur la Preseance des Princes du sang, Pairs de France.* Die 8. Ianuar. an. 1577.

14 INSVPER de Regij sanguinis Magnatum inter ipsos præminentia, constitutum est à maioribus, in ea, suæ cuiusque dignitatis habendam rationem. Sic Borbonius Dux Alenconio Regulo præpositus fuit, quia hic duntaxat Comes foret, quàmlibet propinqua cognatione Regi coniunctior. Vt autem omnis inter eos tolleretur dissidij occasio, alternis vtrumque sessurum honorificè, Rex decreuit 12. Kal. Decemb. an. 1413. Vt Monstreletus ait Histor. Volum. 1. Qua partim de causa, Alenconius Comes Ducali titulo est à Rege honestatus, Kal. Ianuar. an. 1414. hac verborum nuncupatione. EVNDEM IOHANNEM CONSANGVINEVM NOSTRVM AMPLIORI VOLENTES FVLGERE DIGNITATE, ET COMITIS TITVLVM SVPRADICTVM IN MAIOREM EXCELLENTIOREMQVE MVTANTES, DICTVM IOHANNEM CONSANGVINEVM NOSTRVM IN DVCEM TENORE PRÆSENTIVM SVBLIMAMVS, DICTVMQVE COMITATVM ALENCONII ERIGIMVS IN DVCATVM: VOLENTES, VT PRÆDICTVS DVCATVS IN PERRIA SEV PARITATE A NOBIS TENEATVR, SVB FORMA TAMEN ET MODIS, QVIBVS ANTEA IDEM IOHANNES SÆPEDICTVM TENEBAT COMITATVM. Rursùs è Regiæ nobilitatis primatibus quisque familiæ suæ princeps alteri antefertur Regibus propinquiori, qui alium familiæ suæ auctorem & caput agnoscat. Ita obseruatum didicimus in regia Ludouici XI. Rhemis inauguratione, vbi Dux Borbonius, familiæ suæ columen, præiit Angolismorum Comitem, è gente Aureliana, ac Niuernensem, è Burgunda, secundonatos, 18. Cal. Septemb. an. 1461. Quòd si Regiorum Optimatium vterque fuerit regiæ cognationis suæ vertex, tunc necessitudine Regibus propiorem præcellere, Karolus 6. constituit, qui Rege impubere, Gallicam Rempub. consilio & opera procuraret.

> Die 10. Nouembr. an. 1413.
> Tabulæ Alenconij Ducatus instituti, die 1. Iãuar. an. 1414.
> An. 1509. Homagium Regi præstitũ à Carolo Alẽconio, ex hoc Ducatu, *composé des Viscontez d'Alẽçon, Dampfrõt, Argenten, Iesme, Mõstreulbernay, Alençon en Constantin, S. Sylvain, & le Thuit en prerogatiue d'asnesse.*
> Die 15. Augusti, an. 1461. Diuæ Dei genitricis Assumptioni sacrato.

15 PATRITIVS Franciæ, criminis arcessitur, vbinam causam dicturus est? Planè in Senatu Lutetiano duntaxat, Parium Franciæ Curia: licet eo casu prædiaria Patritiatus iura non controuertantur. Philippus Audax, Burgundiæ Dux rogauit Principem, vt perpetuos cuiusque Patritij Iudices lege sanciret, collegas nempe, Curiæ Patritios: quandoquidem hoc ipsum à *Paribus* in consultationem collatum fuisset, in Maiestatis quæstione Armorici Ducis. Princeps, ad hæc, libello complexus est, Patritiorum ius, ac propriam fore de patritij scelere notionem, animaduersionem.

> Nam & in hoc Senatu noui Pares Frãciæ recipi & iuramẽtum præstare debẽt. Quale præstitit nouus Nemorosi Dux in Curia die 15. Ianuar. an. 1507. Ex Registro Curiæ.
> Britonum Dux erat Par Franciæ, vt infrà dicetur, in eũmque d. Ducatus confisca-

animaduersionem. Postridie Calend. Mart. an. 1386. Hæsitauit nihilo minùs de hoc iure Carolus 7. emisso ad Senatum Tuderto libellorum supplicum in Regia Magistro, vt quid super eo certi comperisset ex veteribus Curiæ Regestis, id protinus ad se referret. Senatus, Actis publicis introspectis, rescripsit ad Principem, moris fuisse hactenùs, vt de Patricio flagitij reo, Princeps ipse, comitantibus Patritiis, in Senatum veniret ius redditurus, 12. Calend. Maias, an. 1458. Illud nimirùm ab longa vetustate translatum, vt non nisi Senator de Senatore iudicaret. Lege Alexandri Seueri, quam Lampridius citat. Imò etiam Adrianus Cæsar, si de Senatore ferenda esset sententia, Equites Romanos, neque secum, neque sine se iudicare permisit. Vt est apud Spartianum in Hadriano. Consimili exemplo, Carolus Mag. Tassilonem Noricorum Ducem, cui perfidæ rebellionis dica scripta erat, ad Procerum iudicium reuocauit, tametsi eo iam nomine aqua & igni à Pontifice interdictum. Vt nostrates Annales produnt. Nobis pariter dicentibus in Consistorio Principis remissa est in Senatum Parisien. litis disceptatio Francici Patritij Bellouacorum Episcopi, aduersus Collegium decurionum vrbis Bellouacensis: qui eam de Patritiali iure litem è Senatoriis subselliis Regium in Prætorium transferri postularant. Aulico decreto, post aduersariam Butelerij actionem, Ædilium causam orantis, 3. Nonas April. anno 1582. Ac ne quis interea miretur, Britonum Ducem, de quo suprà, Gallici Paris vsum priuilegiis, Philippus 4. Armoricos Duces, instituit Franciæ Patritios. Codicillis mens. Septembr. anno 1297. qui apud Præfecturam Nannetensium Ratiociniorum adseruantur.

> tio iudicata. Aresto die 10 Decemb. an. 1378. Ex Argentræi Hist. Armorica.
>
> Die 2. Mart. anno 1386.
>
> Die 20. April. anno 1458.
>
> Bauariæ Dux Tassilo.
>
> Arestum Regij Cōsilij *de renuoy en Parlement des droicts de la Perrie de Beauuois litigieux, Surplaidoyé du 3. Apuril 1581. entre Messire Nic. Lumie Euesque de Beauuois, & les Escheuins,* pro quibus egit Dionys. Butelerius.

16 Enimverò si Franciæ Pares nonnulli adesse Principi nequeant, de Comparis ac collegæ sui crimine ius dicturo, illi autem missa ad Regem excusatione purgarint absentiam, assolet Princeps, Optimatum assessura consilioque vti in iudicando. Quod fecisse Hutinum in publico perduellionis iudicio Roberti Flandri, re comprobatum est, in hunc modum. *Nos Pares supradicti ad requestam & mandatum Regis venimus in suam Curiam Parisius, & fecimus & tenuimus Curiam cum duodecim alÿs personis, Prelatis, & alÿs altis hominibus, Archiepiscopo Rothomagi, & Episcopis Briocensi, & Maclouiensi, Philippo filio Regis Francia Comite Pictauensi, Ludouico Ebroicarum Comite, Carolo Comite Marchia, Guidone Comite Sancti Pauli, Gaucherio domino Castellionis, & Portiani, Comestabili Francie, primogenito Comitis Claromontis, Ioanne Domino Claromontis & Carolesÿ, Domino* de Marcueil, *& Milone Domino* de Noyers *à nobis electis ad iudicandam nobiscum, tanquam Curia Paribus munita Regis auctoritate, qui dixit se non posse plures Pares habere, quia Dux Aquitaniæ, nempè Rex Angliæ, qui vocatus fuerat, se excusauit ob bellum Scotorum, Dux Burgundiæ etiam excusauit se propter certam exoniam, Episcopus Nouiodunì mortuus erat, & Cathalaunensis Episcopus pro certis causis in carceribus detinebatur, &c.* Iunio mense, an. 1315.

> Iudicium Parium Franciæ, aut subrogatorum, aduersus Robertum Flandriæ Comitem.
>
> *Gaucher Sire de Chastillon, & de Portien, Cōnestable de France.*

17 Deniqve si maleficij reus Par Franciæ, sacris initiatus sit, nunquid à Comparibus relegabitur ad Pontificium Magistratum? Agitata est hæc coram Conscriptis Curiæ ambiguitas, in quæstione Marchionis Eporediæ, perduellis. Hic enim translatiuam Ecclesiastici fori exceptionem opposuit Regio accusatori, quòd sacris addictus foret. Demus enim, Pares Curiæ, cum patrono, clientis ipsius iudices esse, in clientelarum præsertim controuersia. Cap. Cæterùm. Cap. Nouit. De Iudic. Cap. Verùm. Cap. Ex transmissa. De for. compet. Clerici certè vasalli ad suas leges, Pontificiumque tribunal videntur reiiciendi, & si opus sit, à pontifice demùm exaugurandus sacerdos, & ciuili iuri dedendus. Constitut. Friderici, De Statut. & constitut. contra libertat. Eccles. Cap. Si diligenti. De for. compet. Sic præcipuam esse Episcoporum in coëpiscopos animaduersionem, declarauit Nicæno Concilio Magnus Constantinus. Auctore Socrate (lib. 1. cap. 8.) & Sozomeno, lib. 1. cap. 17. Hoc ampliùs, Marchio allegabat, patronum clientis iudicem non fore legitimum in causa criminis ab eo instituta, seu quæ ad beneficiarij fundi commissum adspiret. Innoc. in Cap. Verùm. De for. compet. Ioh. Andræas in Cap. 1. De cleric. coniug. In 6. Abbas in d. Cap. Cæterùm. Bald. in Constit. Friderici, De Pace tenenda. Postremò intendit, vocandos saltem in ius Pares Curiæ Principatus sui, vt de feudo Marchiæ, vnà cum Regio Magistratu,

> *Marquisat de Saluces.*
>
> Eporedia, Ptolomæo Salassiorū oppidum sub Insubribus. i. Marchia Salutiæ, lib. 3.
>
> Dominus, vasalli index, in causa feudi.
>
> An Pares Franciæ, qui sunt Clerici, Ecclesiæ tantùm iudicio sint damnandi.

cognoscerent. Nihilo seciùs reum proposita fori præscriptione exclusit Senatus: vltima deinde sententia, fortunis omnibus, cum Marchiæ feudo, mulctauit. Vt fusiùs suprà explanauimus Lib. 1. Tit. 7. Exinde Franciscus 1. ac posteri Reges, Marchiam Salassorum & publico sacrarunt Patrimonio, & in hodiernum vsque diem permixtim tenuerunt.

Marchia Salutianorum, ex crimine, Domanio vnitur.

18 Ac ne quid de Senatorio illo decreto resideat scrupuli, imprimis sciendum, Adeleidem Subalpini agri Principem fœminam, quùm bello vexaretur à Massiliensis Prouinciæ Comite Berengario, confugisse ad Delphinum Allobrogum Guigonem auunculum, eiusque beneficiarium professam fuisse FEVDVM ANTIQVVM, AVITVM ET PATERNVM MARCHIONATVN SALVTIANVM, CVM FEVDIS ET PROPRIETATIBVS: SALVIS TAMEN APPELLATIONIBVS, ET IVRIBVS IMPERIALIBVS. 3. Nonas Sextiles, an. 1210. Cuiusmodi clientelarem Pactionem nouis tabulis comprobarunt Humbertus Delphinatium Princeps, & Thomas Salutianus Marchio, an. 1291. At Viennensis Prouinciæ Regulus vltimus alias feudi leges Marchioni dictauit, vt belligerantem Delphinum Marchio sequeretur armatus, excepto, si aduersus Cæsarem arma ferrentur: item vt fortissimæ Marchionis Arces bellicis temporibus Delphino traderentur, militari præsidio muniendæ: vt demùm ex Marchiæ Iudicibus interpositæ prouocationes Delphinali in Foro deciderentur, tanquam superiori. Conuentione beneficiaria, pridie Calend. Nouembr. an. 1343. Iuxta hæc, Fridericus Marchio, clientelæ sacramentum iniit apud Corolum Bouuillæ Toparcham, Regium Viennensis Prouinciæ Legatum, an. 1375. Friderici necnon Thomas Marchio fidelitatem præstitit regio Delphinatium Prætori, 3. Idus Februar. an. 1400. Ludouicus autem Marchio in fidem receptus est, non à Carolo solùm Octauo, Februar. Luce 5. an. 1486. sed etiam à Ludouico XII. Regibus 12. Calend. Sextiles, anno 1498. Tum Michaël Antonius Marchio, à Principe Francisco 1. xi. Calend. Nouemb. an. 1515. Cùm igitur liqueat, Eporædiensem Marchionem sanctissima iurisiurandi religione patrono Regi diuinctum esse, Regij Magistratus partes sunt, in rebellem ac perfidum clientem legibus inquirere, quàmlibet sacræ tonsuræ priuilegio subnixum. Etsi enim Presbyterorum crimina, iudicio Ecclesiæ relinquantur: Ruffini lib. 1. cap. 11. Feudorum tamen leges in Clericos procul extenduntur, eorumque in bona saltem, si minùs in sacra capita. Vt notatur in d. Cap. Cæterùm. Ias. ad l. 2. Cod. De iur. emphyt. Sacerdotes enim, noxæ feudi commissoriæ obnoxij sunt, perinde ac profani ordinis viri. Archidiacon. in cap. 1. De Cleric. coniug. In 6. Benedict. in Cap. Raynutius 2. Decis. numer. 254. ac Vidi Papij Decisione Gratianopolit. 139. Nam & eo decursum est, vt Gallici pontifices ipsi in verba Principis iurent de more, stola collo reuincta, prolato sacri Euangelij Codice. De quo Francici Cleri more, Vilhelmus Durandus Specul. §. Porrò in Franciæ Regno. Tit. De Feudis. Vnde etiam Regaliorum lege Princeps Fisco suo infert fructus vacantium quarumdam Episcopo Sedium, quasi patronus beneficiarij prædij, quod morte Antistitis in causam caduci incidisset. Speculat. in §. vlt. In fi. Ne sed. vacan. Et in Tit. De reb. Eccles. non alienan. Atque hinc Aureliorum, & Antissiodorensis Præsules, quùm vetus clientelare iugum detrectassent, quo Regiæ Militiæ armatorum cohortem subministrare tenebantur, senserunt Augustæ manus iniectionem in profanos Ecclesiæ fundos: donec sera contumaciæ pœnitentia, & clientelari præstito obsequio, Episcopi prædiorum possessionem recuperarunt, suorumque reditus sacerdotiorum. Vt Gaguinus in Augusto Rege commemorat, Annalium lib. 6. cap. 4. At consultior antea Carnutum Yuo Pontifex munere illo perfunctus fuit in patronum Regem Philippum 1. Cuius rei eundem auctorem habemus, emissa ad Principem ipsum hac Epistola 105. EXCELLENTIÆ VESTRÆ LITERAS NVPER ACCEPI, QVIBVS SVBMONEBAR, VT APVD PONTESIVM, VEL CLAVVMMONTEM, CVM MANV MILITVM VOBIS DIE QVEM STATVERATIS, OCCVRREREM, ITVRVS VOBISCVM AD PLACITVM, QVOD FVTVRVM EST INTER REGEM ANGLORVM, ET COMITEM NORMANORVM, &c. Inde bino propè lapso seculo, Franciscus Senatus decreuit aduersus Lemouicum Antistitem, militaria Regi eiusque exercitui subsidia ab illo conferri pro suo modulo oportere. Aresto Parlamenti Pentecostes,

Adelbide Princesse de Piedmont.

Infeudatio Marchionatus *de Saluces vers le Daulphin de Viennois*, die 3. Augusti, an. 1210.

Noua Inuestitura Marchionatus *de Saluces*.
Die vlt. Octobr. anno 1343.

Gubernator Delphinatus.
Die xi. Februar. anno 1400.
Die 5. Februar. an. 1486.
Die 21. Iulij, an. 1498.
Die 22. Octobr. anno 1515.

In Clericos etiam, qui sint feudatarij, strictas Feudorum leges exerceri.

De Regaliorum legibus in sacra beneficia, post obitum Episcoporum, Vide suprà, lib. 2. tit. 9.

Orleans.

Auxerre.

Yuo Carnotensis.

Limoges.

costes, an. 1280. quod recitatur Parte 7. Arestor. Lib. Styli Senatorij. Denique bello ingruente, Suessionum Cœnobium Medardo sacrum, à Senatu damnatum fuit, armato Principi militarem scribere ducentorum hominum peditatum. Iudicio Curiæ, an. 1387. Quibus ex omnibus, vt ad institutum reuertar, satis apparet, Franciæ Patritium Ducem, Comitem, aut Marchionem, quantùmuis sacræ infulæ præsidio fultum, subiici Regiæ Francicorum *Parium* iurisdictioni: Vt talis regij clientis noxa feudi commissoria, in foro patroni Regis diiudicetur.

Stylus Parlamen. *Soissons.* In hunc sensum vetera alia S. Consulta percurre lib. nostro 2. De Iure Cœnobitarum, tit. 3. art. 11.

Tit. VIII.

DE SACRA GALLIÆ REGIS VNCTIONE.

1 Parium *Franciæ officium, in Rege coronando.*
Regis sacrandi ius, Rhemorum Archiepiscopo datum.
De Persarum ritu, in coronando Rege.
De Regijs ornamentis Francorum, & veterum Romanorum.
Reges Francorum primi, in clypeo gestari soliti.
Hastas, pro Diademate, Reges priscos gessisse.
2 *Reges quidam Franciæ alibi, quàm Rhemis, sacrati.*
Rhemorum oppidanos, sumptibus Vnctionis regiæ faciendis obstringi.
3 *Angliæ Regem, à Cantuariensi Archiepiscopo coronari.*
Regem Polonum, ab Archiepiscopo Gnesnensi, Hispanum à Toletano, Pannonium à Strigoniensi coronari.
4 *Imperatori Græcorum, à Patriarcha Byzantino Corona imponi solita.*
Bohemiæ Regem, à Moguntino Archiepiscopo coronam accepisse.
Germanorum Imperatorem, à tribus Germaniæ Archiepiscopis sacrari.
Hebræos Principes, Regium nomen, ornatúmque à Sacerdotum manu & vnctione assumpsisse.
5 *Dolensi Episcopo, Archiepiscopalis titulus quondam à Britonum Regulis vindicatus.*
Dolensis Episcopus, Archiepiscopo Turonensi, tanquam Metropolitano à Carolo Caluo vindicatus.
Burdegalensis, & Bituricensis Archiepiscoporum, de Aquitaniæ Primatu, contentio.
De Primatia *Lugdunensis, inter Gallicas, Ecclesiæ.*
Panormitani, & Messanensis Antistitum, de Primatu Siculæ Ecclesiæ, controuersia.

1 SED QVIA præcipuum in eo versatur Patritiorum Franciæ munus, vt sacræ Principis inaugurationi præstò adsint, in eumque officio defungantur, iureque iurando clientelari: Notandum est, Regis sacrandi ius specialiter tributum Gallico Patritio Rhemorum Pontifici, iam inde à tempore D. Remigij Antistitis, à quo perunctus Clodoueus piè regnandi sumpsit auspicia. Haud secus, ac noui olim Persarum Reges Pasagardas proficiscebantur, vbi à Persicis sacerdotibus regio more sacris initiarentur: Teste Plutarcho in Artaxerxe. Quemadmodùm enim in Bellicæ Deæ sacello Persarum Regem ponere propriam vestem oportebat, & quam Cyrus priscus induit, antequàm solio imponeretur, assumere: Ita celebriùs multò, Rhemensibus Sacris, Bellouacorum Episcopus præfert Regale paludamentum, ex ritu Maiorum, vti Nouiodunensis Baltheum seu Regale cingulum, Cathalaunensis annulum, Laudunensis sacrum Rhemense Simpulum, eodemque modo reliqui. Profani autem Franciæ Patritij, Burgundus, Augustum diadema; Aquitanus, Normanus vexillum; Tholosas regia calcaria; Campanus, Flander re-

Rhemensis Archiepiscopus, Ecclesiasticus Par Franciæ primarius.

Ecclesiastici Pares Franciæ.

Laici Pares Franciæ.

gale signum militare. Feruntur enim primaria hæc Regiæ ornamenta dignitatis, CORONA, SPATHA, SCEPTRUM, ET VIRGA: De quibus, Aimoynus Francicæ Histor. lib. 5. cap. 36. 39. & 49. Nec multò aliter S. P. Q. R. Regibus appellatis, mittere solebat AVREAM CORONAM, AVREAM PATERAM, SCIPIONEM EBVRNEVM. Sicuti Liuius passim, Appianus, & Tacitus scriptum reliquerunt. His sensim adiectum Tribunal, ac Sella curulis, in qua Romani Cæsares Regem ab iis salutatum collocabant. Vt est apud Valerium lib. 5. cap. 7. In Clypeo autem primi Francorum Reges sursùm efferri solebant, quamprimùm creati fuissent: si Aimoyno credimus lib. 3. cap. 61. Ac veluti Reges prisci hastas pro Diademate gerebant, quas Græci Σκῆπτρα dixêre, vt Iustinus inquit Lib. 43. Sic Carolus Magn. LVDOVICVM FILIVM (Aimoyni verbis) DE REGNO PER SPATHAM S. PETRI INVESTIVIT, ET PER REGIVM VESTIMENTVM, ET CORONAM, AC FVSTEM EX AVRO ET GEMMIS. Histor. lib. 5. cap. 36.

Virga seu Annulus.

SCIO vtique, Ludouicum Crassum, Aureliæ, Ludouicum 9. Suessionibus fuisse cœlesti Chrismate delibutos. Sed Aurelianis Sacris intercessit Rhemorum Archiepiscopus, Regiam vnctionem asserens ad Remigij successores pertinere. Proin exceptum est ilico Principali Diplomate, ne illud pro præiudicio haberetur, fraudive Rhemensibus foret, Regiorum Sacrorum ius sibi vindicantibus. Ac pariter D. Ludouicus Regali vnguento linitus est à Suessionum Præsule, vacuo tunc Rhemorum pontificali Solio: cui quidem Rhemensi Præfecturæ Suessionum Vrbs in sacra Iurisdictione contribuitur. Alioquin illustrius est, ab Antistite maiori, Prouinciæ suæ Primate (qualis est Belgarum Rhemensis) Principem oleo imbui de cœlo lapso. Idque Bullatis tabulis sancitum legitur Victoris 2. Romanorumque aliorum Pontificum. Quod & D. Bernardus innuisse videtur Epistola 246. ad Eugenium 3. P. P. de Rhemensi Archiepiscopo, sic exarata. IMPONITVR EI, QVÒD REGEM FRANCORVM CORONARIT: SED IN HOC SE EXISTIMAT NON EXCESSISSE TENOREM PRIVILEGIORVM SVORVM, &c. Ac ne diutiùs inhæream Yuonis Carnutensis Epistolæ 70. Rhemensem hanc negantis prærogatiuam, ipsemet alibi fatetur, SANCTAM RHEMORVM SEDEM DIADEMA REGNI HABERE, ET OMNIBVS PENE GALLICANIS ECCLESIIS EXEMPLVM RVINÆ VEL RESVRRECTIONIS EXISTERE. Epist. 116. Atque adeo reapse exploratum est, Rhemorum oppidanos, Regiæ Vnctionis sumptibus suggerendis obstringi, ab prisca mortalium memoria. Cui rei fidem conciliat Decretum Curiæ Francicæ vetus, Quintili mens. an. 1287. literis consignatum huiusmodi. *Philippus Dei gratia Francorum Rex. Vniuersis præsent. liter. inspectur. salut. Notum facimus, quòd cùm Scabini & ciues Rhemenses nobis conquesti fuissent, quòd dilectus & fidelis noster Archiepiscopus plures ciues Rhemenses ceperat & tenebat, contra punctum Chartæ suæ, & ideò petebant dictum Archiepiscopum compelli ad liberandum dictos ciues, quos tenebat, & saltem ad recredendum, plures rationes ad hoc proponendo. Archiepiscopus, de Curia sua aliàs requirenda de ipsis primitùs protestans, proposuit ad defensionem suam, quòd Scabinos Rhemenses ceperat & tenebat pro eo, quòd cùm eisdem præcepisset, vt ipsi pro parte expensarum factarum in Coronatione nostra ipsos contingente, Tailliatores eligerent, & assisiari facerent, hoc facere recusabant. Dictis Scabinis & ciuibus ex aduerso dicentibus, se non teneri ad soluendum aliquid de expensis prædictis: dicto Archiepiscopo contrarium asserente, & dicente, quòd aliàs factum fuerat Iudicium contra ipsos. Auditis hinc inde propositis, visis etiam dictis Iudicio & Charta, Pronuntiatum fuit per Curiæ nostræ iudicium, quòd non liberarentur, nec recrederentur, & quòd nonobstantibus propositis ab ipsis, partem de dictis expensis ipsos contingentem soluent, & ad hac, si necesse fuerit, compellentur, & tenebit Iudicium antedictum.* Cui planè respondent S. Consulta alia, postridie Iohan. Baptistæ, an. 1317. ac Maij Luce 26. an. 1320. Modus autem sacrorum huiusmodi sumptuum erogandorum præfinitur antiqua transactione, Senatui probata Mense Maio, an. 1322. Quod vulgò *Concordatum in Curia* vocitant. Eius Transactionis partem libet hìc attexere. Carolus Dei gratia Francorum & Nauarræ Rex, &c. Notum, &c. quòd cùm inter Scabinos, Iuratos & Habitatores tam Banni dilecti & fidelis

Episcop. *de Soissons*, suffraganeus Archiepiscopi Rhemensis.

Antiquum Arestum Curiæ Francicæ, *des fraiz du Sacre & Couronnement des Roys, à Reims*, latum inter Archiepiscopum, & ciues Vrbis Rhemensis.

Die Martis post Decollationem B. Ioh. Baptistæ, an. 1317.

lis nostri Archiepiscopi Rhemensis, & Habitatores bannorum maioris Ecclesiæ Decani & Capituli, ac Monasterij S. Remigij Rhemensis, ratione expensarum Coronationum clarissimorum dominorum & germanorum nostrorum Ludouici, & Philippi quondam dictorum Regum contentio verteretur, &c. Concordatum extitit in hunc modum, Videlicet quòd expensæ Coronationum prædictorum dominorum & germanorum nostrorum, & nostræ, necnon & aliorum Regum Francorum successorum nostrorum, in & super omnibus & singulis hæreditagiis dictarum partium in Banno, Banleuca, Villa, & Iustitia Rhemensis ipsius Archiepiscopi situatis & existentibus, duntaxat exigentur & in perpetuum percipientur & leuabuntur pro portione ipsorum quemlibet contingente, dictorum hæreditagiorum cuiuslibet facultate cōsiderata, aliis bonis ipsarum partium mobilibus & immobilibus quibuscunque à contributione dictarum expensarum factarum, & in posterum faciendarum ratione dictarum Coronationum liberis remanentibus perpetuò, & quittis omninò. Eisdem deinde deducendo summam, quam Habitatores Castellaniarum & Villarum ipsius Archiepiscopi, seu alij quicunque in prædicto banno ipsius Archiepiscopi hæreditagia possidentes, vel qui aliâs pro prædictis expensis ad contributionem tenerentur ratione hæreditagiorum suorum pro portione ipsorum quemlibet contingente, soluere tenebuntur occasione Coronationum prædictarum, & aliorum impostorum faciendorum, & ad huiusmodi expensas soluēdum pro tempore præterito & in futurum, pro portione ipsorum quemlibet contingente, hæreditagia sua prædicta in Banno, Villa, & Iustitia Rhemensi ipsius Archiepiscopi, in Banleuca Rhemensi situata duntaxat, nominibus quibus suprà affecerunt, astrinxerunt, onerarunt, & realiter obligarunt, &c. His subdo Froissartis Historici testimonium, rei satis accommodatum, postquàm Rex Carolus 6. Rhemis sacro vnguento linitus fuit. *Si vint* (inquit) *le Roy celuy iour disner en l'Abbaye S. Thierry, à deux lieuës de Rheims: Car ceux de leans luy doiuent ce past, & ceux de la Cité de Rheims, le Sacre du Roy.* Histor. volum. 2. cap. 60. Ibidem pariter, sacri Rhemensis Simpuli (de quo paulo antè) honorifica mentio, & venerationis plena. Eiusdem quoque primarium Chrismatis sancti mysterium recenset Flodoardus, Rhemens. Hist. volum. 1. Tum Rigordus, de Phil. Augusti rebus gestis sacraque ipsius inauguratione Rhemensi, *Oleum*, infit, *illarum lampadum super capita Regis & Reginæ, in signum plenitudinis donorum Spiritussancti cælitùs missum effudit quidam miles de Officialibus Regis, tenens virgam in manu sua. Quod quidem Oleum miraculosè emissum fuisse credimus, & ad dilatandam famam nominis ipsius, & gloriam in omnem terram circumquaque diffundendam.* Pluscula de Rhemensi illo Simpulo, Nos protulimus in medium Lib. 1. MONASTICŌN, seu DE IVRE COENOBITARVM, Ac in PANEGYRICO Regi dicato, publicatoque, Sextili mens. an. 1594.

Transactio in Curia Parisiens. omologata, de contributione impensarum in causam sacræ vnctionis & Coronationis Regum Franciæ.

La S. Ampoule.

Cap. 12.

3 SICVTI autem Galli, Belgicæ Galliæ Rhemensi Primate, ita Britanni Regiis sacris initiantur, Angliæ Primate Cantuariensi diuinis operante. Quicum tamen Eboracensis, de eo Primatu iam olim conflictatur, fultus Pontificio diplomate Paschalis 2. Calixti 2. Honorij, Innocentij, Eugenij 3. Adriani 4. Quo diplomate toties iterato, decernitur Eboracensis, Britanniæ simul ac Scotiæ Primas. Sed relata ad Alexandrum controuersia, mansit tantisper indecisa: Vt Britanniæ Insulæ Chronicis proditum est. Hoc vnum ex Historia affirmare possumus, Thomam Cantuariensem apud Alexandrum 3. Pontificem conquestum, quòd Erricus 2. Rex Coronam accepisset à Rogerio Eboracensi Antistite, ita eum commouisse, vt Alexander Eboracensi sacrorum administratione interdixerit, an. 1174. Theobaldus verò Thomæ antecessor, Legati nati titulo, cum Pallio, insignitur ab Innocentio 2. Pontifice summo. Circiter an. 1140. Vt Rescripto Alexandri 3. enarratur, in cap. 1. De offic. leg. Tametsi sacræ CRVCIS tota Anglia gestandæ ius habeat Eboracensis, cap. 1. Vt lite penden. Sarmatiæ item Europææ Reges designantur ex more indictis ab Archiepiscopo Gnesnensi publicis Comitiis: Teste Chromero in Polonic. Annal. Hispani Corona deuinciuntur à Toletano Antistite, quem Primatus Hispanici iure donauit Vrbanus 2. Roman. Pontif. Sub An. 1090. De quo tamen Hispaniarum Primatu quæstionem à Bracarensi Archiepiscopo motam ostendimus lib. 2. SACRÆ POLITIÆ FORENS. Rursus Pannoniæ Rex

Archeuesques de Cantorbie, & d'Yorck.

Angliæ Regum coronatio.

De Archiepiscopo S. Andreæ, in Scotia postmodùm instituto, Vide à Nobis tradita Lib. 2. De Sacra Politia Forensi Tit. 4. art. 13.

Poloniæ Reges quo ritu coronentur.

Tit. 4. art. 11.

Hungariæ reges.

à Strigoniensi Archipræsule aurea Corona redimitur, cuius Sedem sacram, Hunnorum Metropolim fieri, D. Stephanus Rex Pontificio munere obtinuit. Vt patet ex Bonfinio in Hungar. Chron.

Constantinopolitani Imperatores.

Ottomans, Princes Turcs.

Bohemiæ Reges.

Ayx la Chapelle.

Coloniensis Archiepiscopus Sacra celebrans in Coronatione Alemanici Imperatoris.

Purpureum militare signum.

Hinc vulgatus versiculus, tẽpore Gregorij 7. PP. in odium Henrici 4. Cæsaris, cui Gregorius ius Imperij abrogarat, Petra dedit Petro, Petrus diadema Rudulfo, an. 1077.

4 Istis præposuissem Græcum Imperatorem, qui à Byzantiorum Patriarcha Imperij infulas sumere consueuerat. Ast tanti Imperij ad Ottomanicam gentem conuersio solennes antiquauit Thraciorum Principum ritus. Tradit Bruschius, id proprium ius esse Moguntini Archiepiscopi, coronam Bohemi Regis capiti imponere, coronatum piæ precationis carmine lustrare, benedicere, fausta, ac prospera quæque comprecari. In Lib. De omnib. German. Episcopat. At non idem Moguntinus Germanicum Augustum inungit Aquisgrani: iis autem solennibus ineundi Imperij ceremoniis rem sacram peragere solitus est Agrippinẽsium Pontifex. Ab vtroque dehinc, cum Treuirorũ Archipræsule, Cæsar Insignibus exornatur Imperatoriis. Augustalia hæc sunt Germanorum Cæsarum ornamenta, ex Caroli Magni instituto, Sceptrum, Ensis, Lancea, Chlamys, Torques, Corona, Crux, Orbis in terræ figuram, Clypeus cum Aquila bicipiti, & Labarum porphyreum. Scripsit de Cæsaris electione ac confirmatione Pontificia Innocent. 3. P.P. in Cap. Venerabilem De elect. & Clemens 5. in Concilio Viennensi. Cap. Romana, De iureiur. Vnde Otto 1. in verba Sanctæ Sedis iureiurando adactus est, ex formula primitùs constituta ab Ioanne 2. Christiani Orbis præside Max. In Can. Tibi Domino 63. Distinct. Tanta quippè est Sacerdotij ac Principatus coniunctio, vt non nisi Sacerdotali manu vnctioneque Hebræi Principes Regium nomen, ornatumque assumerent. Sic Numinis oraculo monitus est Helias, sacer Vates, vt Hazaelem Syriæ, Iehum Israëliticæ oræ Reges perungeret: Lib. 3. Regum, cap. 19. Exin illud quoque diuini vatis Esaiæ, 9. FACTVS EST PRINCIPATVS SVPER HVMEROS EIVS.

Episcopi *de Dol, en Bretagne.*

At Nicolaus 1. P.P. ad Salomonem Britonum regem. Hæc quippè (inquit) est ordinatio Dei tui, vt omnes Episcopos Regni tui ad Turonensem Archiepiscopum mittere non detrectes. Ipse enim est Metropolitanus, & omnes Episcopi regni tui, Suffraganei eius sunt.

De cõtrouersia Dolensis Britonum Metropolis in Concilio Basiliensi, Guimerius Interpres Pragmaticæ Sanctionis.

Doyen d'Auranches. Lettres de Vicariat du Metropolitain, pour iuger les appellations venans des Euesques suffragans.

Die 15. Mart. anno 1571.

La Primace d'Aquitaine, de qua, pro Bituricensi Primate & patriarcha, Boërius, in Addit. ad Tractatum De auctoritate Magni Cõsilij (num. 51. & seq.) congerit plurima.

Honoratus Episcopus Bituricæ Ecclesiæ, subscripsit Aruernensi Concilio, circa tẽpora Vigilij P. P. Et Probianus Synodo Parisiensi.

5 Armoricæ Britanniæ Reges, Primatem iactitarunt suæ Prouinciæ Archiepiscopum Dolensem, nunc Episcopum: A quo non ipsi quidem Reges, sed octo Armorici Præsules sacra vnctione imbuebantur. Neomenius enim Britonũ Rex Dolensem instituit Archiepiscopum, Britonicisque aliis Episcopis Præfectum superiorem. An. circiter 855. Inde Baldricus titulo Dolensis Archiepiscopus, grauissimus suorum temporum scriptor. Ea de causa excitatum dissidium est à Salomone huius nominis 3. Rege Britonum, cum Carolo Caluo Imp. Galliarum Rege: qui pro Turonensi Antistite, Turones, Armoricarum Metropolim esse defendebat. Nicolaus 1. P. P. sensit pro Turonensi, nec purè tamen composuit discordiam, sed causæ dicendæ diem Romano in Consistorio pontificibus præfiniuit. Can. Hæc quippè Cauf. 3. Quæst. 6. Postea autem Innocentius 3. P. litem diiudicauit. Cuius summam Sententiæ complectitur Decretalis eiusdem Epist. ad Bartholomæum Turonensem Archipræsulem, quæ in Collectionibus Decretalium recẽs editis lectitatur. Nec eò seciùs Dolenses ius Metropoleos sunt prosecuti in Synodicis Conuentibus œcumenicis, Constantiano, Basiliensi: Sed irrita spe, cùm Armoricam prouinciam hactenùs sacra iurisdictione rexerit Turonum Sedes, & Britonici Episcopatus, Turonum Metropolitæ paruerint. Id quod notat Guimerius scholiastes in calce Pragmat. Sanction. Sigebertus planè (in Chron. an. 1177.) Dolensem vocat Archiepiscopũ, & Archiepiscopali Solio præpositum fuisse dicit omnibus Canonicorum Dolensium calculis Rollandum Decanum Abrincensem. De hac quoque Dolensi Britonum sacra Metropoli, Argentræus Lib. 2. Briton. Annal. cap. 45. & lib. 3. cap. 30. Vtcunque sit, Turonensis Antistes à Rhedonensi Senatu dãnatus est, Vicariæ potestatis mandata duobus Rhedonensis Templi Canonicis dare, cogniturls de appellationibus suffragantium Turonensi Episcoporum continentis Britanniæ: ne Armorici litium ergò Turonas proficisci extra patrium solum cogerentur. Decreto postridie Idus Mart. an. 1571. Quod memoriæ mandauit Natalis *du Failh*, vir Senatorij eius Ordinis, In Gallico Lib. Arestorum Britonic. Maior porrò, nec minùs vetusta, exarsit Burdigalensis Archiepiscopi contentio cum Bituricensi, de Aquitanico sacrorum Principatu. Cuius notionem controuersiæ sibi sumpsit Gregorius 9. PP. in Cap. Exposuit. De dilation. Cap. Venerabilis. De dol. & contum. Cap. vlt. De maior. & obed. Aquitaniæ tamen Primatum Bituricensi adstruit Yuo Carnutensis Pontifex, Epist. 238. ex Nicolai P.P. Diplomate ibidem inserto, vbi Rodulp. Biturigum Antistes renuntiatur Aquitan.

Aquitan. Primas. Idem Diploma Gratianus refert in Can. conquestus Causa 9. Qu.3. Hoc quoq; patrio Vsu cōprobatum olim, innuit Sidonius Apollinaris Episcop. Aruerni Municipij, missa ad Perpetuum Turon. Antistitem Epist. quùm ait, Metropolitæ deligēdi mandatum à Biturigibus arbitrium. Si enim Burdig. Archipræsuli obnoxia fuisset Biturica prouincia, Metropoliten sibi minimè Ecclesiast. suffragiis cooptasset. quinimò vetustis Bituricæ Metropoleos Archiuis edocemur, Petrū *de Castra*, an.1141. Guarinum *de Girardo*, an.1175. Henricū *de Soliaco*, an.1183. Simonem *de Soliaco*, an. 1219. Ianum Soliacum, an. 1265. & Simonem *de Belloloco*, an.1282. Biturigum pontifices inuisisse, lustrasse sacram Burdigalæ prouinciā Cruce præuia, statutumq; Canonibus visitationis præmium suscepisse. Inibi etiā comperimus, Vilhelmum Burdig. Archiepiscop. vacuo Biturigum Solio pontificali, ab Ecclesiast. Collegio maiore vocatum eò appulisse, ac sacros Ordines Auarici Biturigum celebrasse. Porro CELTICÆ Galliæ Primatē esse Lugduni Archipræsulem, nemo inficiatur: QVVM INTER ECCLESIAS GALLIÆ CONSTET PROFECTÒ, LVGDVNENSEM HACTENVS PRÆMINVISSE, SICVT DIGNITATE SEDIS, SIC HONESTIS STVDIIS, ET LAVDABILIBVS INSTITVTIS. Vt præclarè à D. Bernardo scriptum est ad Canonicos Lugdun. Epist.174. Nam & Lugduni Antistitē Irenæum præfuisse Gallicanis Episcopis in Sacerdotali Gallorum Cōuentu, affirmat Euseb. Hist. Ecclesi. lib.5. cap.22. & 23. Iuxta quæ, Aurelianensi 3. Concilio Lupus subscripsit nominatim, tanquam Lugdunensis Ecclesiæ Metropolires. Antiquitùs tamen Senonum Archipræsul cum Lugdunensi certauit de Gallicæ principatu Ecclesiæ. Vt sigillatim exposuimus, SACRÆ POLIT. FOR. vol. 1. ac LEGVM ANDEG. 1. lib. Sed Borbonius demùm Cardinalis Ludouicus, CELSISS. SEDIS Iudicio prærogatiuam illam euicit à Senonum Antistite Vilhelmo Melodunensi: quùm Ludouicus XI. Galliis imperaret. Vltimò apud Siculos, prisca emersit disceptatio Panormitani cum Mamertinorum Archiepiscopo, vtri Primatus Siculi Cleri addiceretur. Quo de negotio rescriptum fuit ab Innocentio 3. P.P. in cap.4. de offic. Legat.

Simplicius tùm electus fuit Biturigum Archiepiscopus.

Verùm an. 1218. prouinc ali Cōcilio Bituricensi conuocato ab hoc Simone de Soliaco, in Octauis S Martini, Burdigalensis eò accedere noluit: Vnde hic, ab illo, de consilio Suffraganeorum suspensus ab officio Metropolitano, mouit quæstionem Aquitanicæ primatiæ, apud Gregorium 9. P.M.

Huic Aurelianensi Concilio Arcadius subscripsit tanquam Bituricensis Archiepiscop. non vt Primas. Eidem Cōcilio interfuit subsignauitque Albinus Andium Episcopus. Vigilio Rom. Pontif.

Lib. 1. tit 8. art.16. Politiæ Eccl. Et lib. 1. Leg. Andeg. tit. 1. art.7. In Marg.

De Primatia inter Messanensem & Panormi, Siciliæ Archiepiscopos, controuersia.

Tit. IX.

DE DIVERSIS RERVM FISCALIVM PRÆSCRIPTIONIBVS.

1 *Pacto priuatorum, de redemptione fundi venditi, annorum 30. præscriptionem obstare.*
Domanij *redemptionem, præscriptione temporis non impediri.*
2 *Res Fisci Romani, post 40. annos non reuocari.*
In Regis Longobardorum patrimonio, locum esse præscriptioni 60. annorum.
Siculorum, & Hungarorum Regum Constitutio, De præscriptione centum annorum in rebus Fiscalibus.
Romanæ Ecclesiæ priuilegium, de præscriptione 100. annorum, à Iustiniano irrogatum.
3 *Statuto, quo præscriptio omnis summouetur,* immemorialem *non contineri.* (*tolli.*
4 *Ius* Domanij *venditi redimendi,* Domanio *ipsi adæquari, nec minore præscriptione*
Principem redimendi pacto renuntiantem, nihil agere.
Ducatus Bulioneus, ab Eburonum Episcopo aduersus præscriptionem vindicatus.
5 *Summa doctrinæ de præscriptione aduersus Fiscum.*
Ius Regium multiplex: Regaliorum, Dominicum, Fiscale, & quod in reditu ac prouentibus Regijs consistit.
Supremum Principis ius, vt tributum, vel censum, &c. nulla præscriptione amitti.
6 *In ijs quæ vsui publico destinata sunt, nullum esse, vel Iure Romano, præscriptioni locum: in cæteris esse locum.*
Druydum Comitatus fiduciarius, à Principe aduersus centum annorum præscriptionem vindicatus, & Curiæ decreto euictus.
Senatus decreta de Mechliniensi foro, & Vico Regineo alienatis, aduersus præscriptionem allegatam, Fisco vindicatis. (*præscribi.*
7 *Ea, quæ Fisco nuntiata sunt, nec à Procuratore Fisci agnita, Iure Ciuili, quadriennio*
Fisco ob vectigal non solutum cōmissa vindicanti, quinquennij præscriptionē obstare.
In bonis Fisco non delatis, mouentia trienni, prædiaria decenni spatio priuatis quæri: deficiente verò probabili possessoris titulo, vicenariæ præscriptioni locum esse.

Fisco Imperiali nihilo breuiora tempora, quàm Ecclesiæ Romanæ, dari.
Ecclesiæ Romanæ centum annorum præscriptionem duntaxat obstare.
Inferiora templa, Romanæ Ecclesiæ immediatè *subiecta, centenæ præscriptionis prærogatiua non vti.*
Priuilegium, Casæ Benedicti Monasterijs ab Eugenio 4. PP. irrogatum.
8 *Nummaria, & mobilia Principis iura 30. annis præscribi.*
Arestum in causa Monialium S. Crucis Pictauensis.
Pro minore annis Rege, præscriptionis cursum vix interrumpi: in contractibus, secus.

Transitio à reuocatione Panagij ad redemptionem Domanij, ex causa bellorum venditi.

DEMONSTRATVM EST superiùs, Regale Patrimonium, quod Panagij nomine in Regios liberos alienatum sit, deficientibus eorum masculis, in causam Fisci reuocari. Sequitur proximè, vt bellorum necessitate expressa Regij Canonis alienatio resoluatur, venditusque is redimatur: quantocunque ipsum temporis curriculo emptor possederit. Ex §.1. Legis Regiæ Molinens. an. 1566. Priuatorum quidem fundorum redhibitorio iuri pactitio præscribitur tricenis annis: quùm actio ex conuentione, tanti temporis spatio, reliquarum instar, perimatur. Vt vult Ancharan. in Responso 322. Ias. ad l. Petens. Cod. De Pact. Idem in l. Si mater. Cod. De instit. & substitut. Id quod Burgundij Senatus decreto probatum asserit Chasseneus in Burgund. Consuet. §. 1. Tit. De reditibus pecunia constitutis. Principi autem ius competit publici prædij redimendi perpetuum, vtpotè Legibus sancitum, nedum priuatis Pactionibus. Nam etsi in Rei DOMINICÆ venditione cauta non fuerit, nec recepta speciatim eius redimendæ potestas, eam tamen venditioni tacitè inesse, nec longissimi temporis mora sublatam Senatus pronuntiauit. Decreto Parisiens. conspicua purpura recitato in peruigiliis Paschalibus, seu Cal. April. an. 1555. 1

Ius offerẽdi perpetuum est in cõtractu pigneratitio, etiam post centum annos, aduersus creditorẽ, vel eius hæredes. Secus in pacto de redimendo simpliciter venditioni rei priuatæ apposito.

Arestum solenniter pronuntiatum à primo Curiæ Præside Ægidio Magistro, die 1. April. an. 1555.

Edictum Francisci 1. Regis, die 30. Iun. an. 1539. verificatum in Curia de ordinatione, & mandato Regis, die 3. Iul. an. eodem.

IMÒ & seculari silentio superstes admittitur actio, CENSVS AVGVSTI persecutoria ac vindex: si Edicti verbis seruiamus, quod pridie Cal. Quintiles conditum PATRES LVTETIANI Regio iussu promulgarunt, 5. Nonas Iulias, an. 1539. Minùs studiosi Fiscalium bonorum fuisse videntur Romani, quorum legibus Res Fisci in ius priuatorum conuertũtur quadragenaria possessione l. Omnes l. Comperit. Cod. De præscript. 30. vel 40. Ann. Bartol. ad l. Si publicanus §. in omnibus. ff. De Publican. Panormit. ad Cap. Super quibusdam §. præterea. De verb. signif. Longobardo certè posteriori Iure producta est longiùs Regij Patrimonij præscriptio ad sexagenos annos. At Siculorum Regum Constitutione non præscribitur bonis Fisco *incorporatis* breuiori spatio centum annorum: siue bona sint STABILIA, BVRGENSATICA, SIVE FEVDALIA. Vt Neapolitani fori vocabulis vtar. Neapolit. Constitut. De Præscription. Idem de Pannonici Sceptri patrimoniis More vsurpatum, testatur Liber Iuris *Consuetudinarij* Regni Hungariæ. Parte 1. Tit. 23. Quale etiam priuilegium Romanæ Ecclesiæ irrogarat Iustinianus Imp. Nouella lege, Vt Ecclesia Rom. centum annorum gaud. præscript. Latiùs his omnibus progreditur Francica Constitutio supradicta, quæ centenam quoque DOMINICI fundi possessionem explodit. Saluo enim ac incolumi Reipubl. Patrimonio stat cumprimìs Monarchia ipsa, Populus subleuatur, & Fiscalis prædij fructibus militaris virtus Nobilitatis (Regni propugnaculum) remuneratur. Sicuti Nicol. Oresmius Lexouiorum Pontifex regiis auribus Caroli 5. insusurrabat crebrò & inculcabat. 2

Hungarica Cõsuet.

Messire Nicolas Oresme, magnus Consiliarius regis Caroli 5. *Euesque de Lizieux*.

ENIMVERÒ verbis Edicti non continetur temporis præscriptio memoria antiquioris. Nam è Statuto cuiusuis præscriptionis derogatorio censetur dempta ea, quæ mortalium memoriam superarit. Quin & iis, à quibus summouetur præscriptio, immemorabili temporis curriculo præscribitur. Bald. ad l. 1. Cod. Ne rei Dominicæ vel templorum, & in l. 1. Cod. De annali except. Idem in Cap. 1. §. præterea. De Capitulis Conradi. In Feud. Quocirca Aratus optimus Princeps, pulsis Sicyone tyrannis, non putauit bona esse redeuntibus in ciuitatem exulibus restituenda, quæ alij interim diutissimè possedissent. Verùm ipse de suo, vsucaptorum bonorum æstimationẽ illis persoluit: Lege Obliuionis instituta, de qua 3

Obliuio præteritorum sancita ab Arato Sicyonio.

de qua M. Tullius, Atticæ Thrasybuli legi consentanea. Pari æquitatis ratione motus ORDO CLARISS. Regiorum Edictorum interpres moderatorque, censuit non semel, Reipubl. Patrimonium à centeno bonæ fidei possessore minimè auocandum: Tametsi Principalis Edicti verbis (de quo suprà) aliud comprehensum videatur. S.Consulto 4. Idus Decemb. an. 1548.

Cicero lib. 3. Offic.

Aresłum Curiæ Parisien. die 10. Decembr. 1548.

4 QVISQVIS autem Fisci Patrimonialem fundum emerit sub pacto redimendi, vix est, vt quantalibet fundi præscriptione iuuari possit, fiduciariæ venditioni contraria. Cuiusmodi pigneratitia Fiscalis prædij mancipatio ac possessio, inefficax est ad prædium temporis vsu capiundum. Argumen. l. Iusto §. non mutat. ꝟ. De vsucap. Quippè quùm exordium rei bonæ fidei ratio non tueatur. Adde quòd ius venditi prædij redimendi, adæquatur ipsimet prædio, eademque priuilegij causa continetur. Vtpotè in rebus minorum annis, Fisci, vel Templorum l. Si ad resoluendam. Cod. De præd. minor. Exempli gratia, Antonius Lotharingiæ Dux sibi matrimonio adiunxit Renatam Borboniam, Caroli Boiorum Ducis sororem, Calend. Maiis, anno 1515. Vt Vvasburgius narrat in Belgica Histor. Rex deinde in Caroli perduellis bona successor, Lotharingo concessit Mercurium, Aruerniæ, Baronatum pro quantitate dotalis pecuniæ vxoris: cuius nomine, Carolus sua omnia Lotharingo sororis viro oppignerarat. Ac Baroniæ tùm cessioni adhibita fuerat cautio, Principi liberū fore, eam ipsam luere centenis nummûm aureorum milibus. Sed huic redhibitoriæ legi postmodùm renuntiat Princeps solemnibus Codicillis, quos iubetur Senatus palàm promulgare. Re exactè perpensa, codicillos Actis inscribendos non esse, Curia pronuntiauit 3. Calend. Septembr. anno 1533. Regi nimirùm haud quicquid libet, licet, in Reipubl. præsertim negotiis: etsi Anaxarchus, contrà, ad Alexandrum Magnum. Vt tradit Plutarchus in Alexandro. Atqui eadem est ratio præscriptionis, vt pacti, & quæ paciscendo alienari nequeunt, vltroneàve renunciatione, ea nec præscribendo amittuntur. Vix est enim, vt qui patitur vsucapi, non dicatur alienare. Celsi I. C. Responso, l. Nam satis. D. Quemadmod. seruit. amitt. l. Alienationis. ꝟ. De verb. signif. Ergo nihilo rectiùs tempore excluditur DOMANII redimendi potestas, quàm ea ipsa Pacto remitteretur, aut alienaretur. Vtputà, Gotfredus quondam Eustachij Boloniensis filius vendidit Bulionensem Ducatum Sperto Eburonum Antistiti. Eo iure Leodienses Episcopi, Ducatus & dominium nacti sunt, & possessionem armis tutati aduersus Ramaldum Comitem, qui Bullonium Castrum vi occuparat, anno 1141. Vt est apud Sigebertum in Chron. Decursu temporum, Leodiensis Præsul Bulioneum Ducatum transcripsit Vvilelmo Marckæ sub pacto fundi redhibitorio. Itaque pridem Eburonum successor Pontifex intendit, Bulionensis Ducatus proprietatem fiduciaria illa mancipatione transferri ad Marckas Proceres non potuisse, nec luendi sacri prædij facultatem ac copiam, oblato pretio, esse longæ possessionis obtentu præpediendam. Pacis demùm Cameracensis ita sancitæ leges, vt Bulionea quidem controuersia deducatur ad Arbitros, sed Episcopus interim Ducatu potiatur. Apr. mense, an. 1559. Tum quadriennio pòst, secantur hæ lites, sectione Ducatus: Adeò, vt huiusce pars certa (dempto Oppido) cum Ducali nomine, penes Magnatem *de la Marck*, Sedani Regulum permanserit.

Nihilo magis licitū est remittere, aut alienare facultatem rei vēditæ redimendæ, quàm & rem ipsam alienare.

Die 1. Maij, 1515. Baronia *de Mercueur*, (in Aruernia) erecta in Ducatum, Literis Errici 3. Regis, in Curia publicatis, mense Maij. an. 1576.

Die 30. Augusti, anno 1533.

Godefroy de Bouillon. Episcopi *du Liege.* Ducatus *de Bouillō.* De quo Nos etiam Lib. 1. Legum Andegauen. cap. 38. Art. 4. In Marg. *De la Marck*, Domini *de Sedan.* Quorum & origines recensuimus in d. cap. 38. lib. 1. Leg. Andeg.

Traicté de Cateau Cambresis.

5 SVMMAM igitur hanc, de præscriptione aduersus Principem, * ἀναλυτικῶς sic habeto, ex Decis. Delphinali 416. ac Burdigalensi 263. Quadruplex enim est Regium ius: Regaliorum primum, vt fidei hominijque præstatio, tributum, & huiusmodi aliæ supremi honoris notæ, de quibus infrà. Dominicum alterum ius in bonis CORONÆ patrimonialibus situm: Fiscale tertium, seu Fisco regio obuenientes priuatorum caducæ hæreditates, quæ nondùm copulatæ sunt cum Fisco, nec in publici illius Patrimonij formam redactæ. Quartum nudo reditu prouentibusque Regiis constat, qualia feudorum aduentitia commoda, vtpotè laudimia, iusta quintana, feudi redemptionalia, vectigalis solarij reliquiæ, & cætera id genus, Principi identidem debita ex publico suo DOMINIO. Quod ad primum spectat, nulli omninò præscriptioni obnoxium est: quùm in maximi vniuersique Imperij signum, Principi attributum sit ac reseruatum. Eiusmodi sunt, tributum, census, clientelæ seruitia, extremarum pro-

* Resolutiuè. Guid. Pap. Boërius.

Regiis hisce feudi emolumentis ac debitis soluendis, Bannoque & Retrobanno immunes facti sūt Nobiles omnes regij Equestris ordinis Sancti Spiritus, eiusque Ordinis Officiarij. Literis

uocationum cognitio ac disceptatio, Magistratuum Principalium institutio: venialia item criminum Diplomata concedere, nothos restituere natalibus, exteros Gallica ciuitate donare, mortuæ manus lege soluere Ecclesiasticas, aut Collegiorum possessiones, plebeios adsciscere in album nobilium, aut ignobilibus viris liberum beneficiarij fundi vsum arbitriumque permittere. Talia enim Regaliorum iura Sceptris infixa sunt tenacissimè, nec sine iis ab Rege possunt auelli: l. Comperit. De Præscript. 30. vel 40. Ann. Cod. Cap. Cùm non liceat. & ibi Andræas. De Præscript. Cap. 2. De Censib. Nec enim audiendi sunt Principum subditi clientésve, Dominicam hanc supremæ Dignitatis possessionem iactantes interuertisse. Argum. l. 2. Cod. De præscript. 30. vel 40. Ann. Et l. vlt. Cod. De acquir. possess. Imò nec inter Regios inuicem Magistratus admittitur centena hoc casu præscriptio. Vtputà, Iuridicus minor Meloduni Senonum, disseruit in Curia Parisiens. aduersus maiorem Prouinciolæ Præfectum, sibi ius esse, de appellationibus Iudicum inferiorum cognoscere, causatus præcessores suos, plusquàm centenario vsu, ius illud antiquum vsurpasse. Eum tamen Iuridicum Senatus possessionis immemorabilis exceptione summouit. Decreto in forensi causarum disceptatione propalàm lato, 6. Calend. Decembr. an. 1560. Regij quippè iuris custos ac vindex Magistratus ferendus non est, si Regias leges peruertere conetur, ac Principalium Magistratuum ordinem, præoccupata eorum functione, interturbare.

Mens. Mart. anno 1580. publicatis in Parlamento, die 29. Iulij, eod. anno. In Camera Computorum, die 8. Aug. 1581. Et in Curia Iuuaminum, die 30. Augusti eodem anno 1581.

Arestum Curiæ, *pour le Bailly, contre le Preuost ordinaire de Melun*: die 26. Nouembr. an. 1560.

6 SECVNDVM genus est, DOMINICORVM Principis, seu publicorum Regis Regnique patrimoniorum. Hæc quidem Reipubl. iura ac patrimonia bifariam intelliguntur. Aut enim publico vsui destinata sunt, vt viæ publicæ, palatia, theatrum, porticus, ac similia: In his planè, vt in superioribus, quæuis cessat præscriptio: Iaboleni I. C. lege, Viam publicam. π. De via publ. Et Caij l. Vsucapionem. π. De vsucap. Alia verò priuatim vtenda Regi competunt, Reipubl. latifundia ac patrimonialia iura: queis Cæsarea Constitutione præscribitur quadragenario spatio, quantùmuis in Regij Diadematis corpus bona hæc relata essent l. Omnes, & l. Comperit. Cod. De Præscript. 30. vel 40. Ann. Exceptis tantùm iis DOMINICIS iuribus, quæ in peculiaris priuilegij tesseram ac symbolum Principi seruarentur. A quibus omnis reiicitur præscriptio, nisi centena, vel tanti temporis, quanti memoria in contrarium non extet. Istiusmodi fertur vectigalium institutio, creatio tabellionum, ac pauca alia DOMINICA, quæ immemorabili possessione priuatis acquiri tradunt Legum, & Canonum Interpretes. Baldus ad Tit. Quæ sunt Regalia. In Feud. Cap. Super quibusdam §. præterea. De verb. signif. Abbas Responso 18. Volum. 2. Innocentius, in Cap. Ad audientiam. De præscription. Quam in partem Baldus ex facto consultus respondit, Bellouacorum Antistitem simul & Comitem longissimo vsu cepisse ius creandorum Notariorum in suo Territorio, aduersus Principem. In Consil. 201. Volum. 2. Gallico autem Regum in iure Patrimoniali quocunque, vnica hæc & indistincta custoditur centum annorum, vel immemorabilis temporis præscriptio. Francica Constitutione edita anno 1539. quæ etsi centenariæ etiam possessionis vim sustulerit, in hoc tamen Edicti capite non seruatur. Prohibitorio enim centenæ præscriptionis Edicto causam præbuit DOMANIALIS Druydum Comitatus controuersia, in qua, Niuernensium Dux tanti temporis possessione causam suam præmunierat aduersus Regium Actorem in Senatu Parisien. Eius progressum litis atque exitum paucis descripsimus antea Lib. 1. Tit. 3. Prætereo aliud nec incelebre Senatus iudicatum de Mechliniensi Foro rerum venalium, Lutetiæ: quod veteri Mechliniensium mercatorum cessione cùm transiisset in Regium Patrimonium, à Rationalibus Principis alienatum fuerat in Geruasium *l'Archer*, ciuem Parisiensem, annuo indicto vectigali. Hanc igitur Rei Dominicæ alienationem minùs necessariam aut solennem, censuêre PATRES longissima possessione confirmari nequiisse. Decreto 5. Calend. Quintiles, an. 1544. Idem vtique de Vico Regineo pronuntiatum, aduersus Gouffierium Magnatem, 3. Nonas Maias, eodem anno. Quò vergit pariter Theodos. & Valentin. Impp. Lex, Si qua loca ad Sacrum Dominium pertinentia cuiuslibet temeritas occuparit, secundùm vetusti census fidem in sua iura retrahantur, Rescriptis

Dominicalia Principis.

Reseruata Principi in signum specialis Priuilegij.

Pro Beluacensi Episcopo & Comite, in Belgica Gallia, Consilium Baldi.

Dreux.

La Halle de Malines, à Paris.

Placitum Curiæ, die 27. Iun. an. 1544. Arestum die 5. Maij anno 1544. contra Goufferium Dominum, *touchant le Bourg la Royne.*

Rescriptis per obreptionem impetratis, & præscriptione temporis, & noui census præiudiciis in hac causa summouendis. Cod. De fundis & saltibus Rei Dominicæ, lib. xi. l. 1. Cod. Ne Rei Dominicæ vel Templorum vindicatio temporis præscriptione summoueatur.

7 TERTIA species est, Fiscalium, seu quæ fisco regio quæsita bona sunt, nondùm tamen ipsi coadunata, sed quorum occupationem Fiscus neglexerit. Tunc enim si nunciata sint Fisco, nec à Procuratore Fisci agnita, quadriennio præscribuntur Iure ciuili, à die nunciationis. l. 1. Cod. De quadrien. præscript. Calistratus I. C. l. 1. §. Diuus. ff. De iur. Fis. Papinianus l. Intra quatuor. ff. De diuers. & temporal. præscript. §. Res Fisci. Institut. De vsucapion. Huic generi accensentur bona ex crimine vacantia possessore, vel aduenarum, nothorum, aut citra hæredem intestatò morientium: quæ iusto carentia detentore, competunt Fisco, vel iure Deserti, ab Regia Iurisdictione sublimi. Quin & beneficiaria prædia, quæ proximè à DOMINICIS pendeant, si confiscatione reuertantur ad Principem, fundis rei priuatæ annumerantur: nec priuatum hoc patrimonium, eodem singulari iure, quo publicum, aduersus præscriptionem temporis munitum est: nisi ipsa [illegible] & effectu, Reipubl. DOMINIO vnitum adprobetur. Angelus & Luc. Pennatus ad l. vlt. Cod. De locat. prædior. ciuil. Et ad l. Quicunque. De omni agro deserto, Lib. xi. Cod. In rebus autem ob vectigal non pensum Fisco commissis, introducta est quinquennis aduersus petentem Fiscum præscriptio. l. 2. Cod. De vectigal. Ibique Baldus ac Salycet. Porrò si huiusmodi bona Fisco denuntiata non sint, tunc mouentia, trienni, prædiaria, decenni spatio priuatis quæruntur, titulo synceraque fide possidentibus. Vt Modestino I. C. placuit. l. Quamuis. ff. De Vsucap. & Iustiniano Imper. §. Res Fisci. Institut. eodem. At deficiente possessoris titulo probabili, superest vicenariæ præscriptioni locus, cum bona fide coniunctæ. Vt vult Hermogenianus. l. In omnibus. ff. De diuers. & temporal. præscript. l. Quamcunque. ff. De requir. reis. Francica verò huiusmodi Fiscalia Principis, quadragenario tantùm silentio amittuntur indiscriminatim, nec vlla bonorum istorum distinctione adhibita. Vt Vidus Papa docet, Grationapolit. Decis. 416. Quemadmodùm enim sacra Ecclesia vtitur priuilegio in bonis, ipsius Fisco commissis ac publicatis, nec minori subiicitur, quàm annorum 40. præscriptioni. Rescripto vlt. §. vlt. De Præscript. Apud Bonifacium octauum Pontif. Sic Regius Galliæ Fiscus, cui non dispar Ecclesiæ prærogatiua competit, nec breuioris quoque temporis patitur præscriptionem, in rebus soli maximè, ac prædiariis. Gallia item sparsim Moribus gubernatur, qui Regia auctoritate conscripti, à vulgatis temporum præscriptionibus eximio quodam iure secernunt, excipiuntque priuilegiaria capita Minorum annis, Sacerdotum, ac Regis, seu Regij Fisci. Indistinctè enim nostratibus Institutis patriis vita est præscriptio rerum Ecclesiæ, quadragena, minor. Quin & Angelo Legum Scholiastæ videtur, Fiscum Imperialem generatim breuioris temporis præscriptioni obnoxium non esse, quàm Romanam Ecclesiam, id est, centenariæ: in bonis necdùm etiam CORONÆ in corpus illatis. Angel. ad l. 2. Cod. Commun. De vsucap. Romana quippè Ecclesia, in rebus necdùm Mensæ suæ adunatis retinet priuilegium centenæ præscriptionis. Bald. & Castrens. ad l. vlt. Cod. De sacrosanct. Eccles. Felinus in Cap. Ad audientiam. De Præscrip. At inferiora Templa, quæ proximè pureque subiecta sunt Romanæ Ecclesiæ, non iuuantur eadem præscriptionis centenæ prærogatiua: Delphinali Decis. 36. Sigillatim certè Monastico cœtui *Casæ Benedicti* irrogatum est priuilegium ab Eugenio 4. Romani Solij Antistite, ne minoris, quàm sexagenæ, præscriptionis lege teneatur. Pontificio Diplomate 7. Calend. Mart. an. 1434.

Priuata bona, Fisco delata, necdùm incorporata.

Iure communi bona publicatione Fisco quæsita, nō eius generis conditionisve sunt, qua antiquum Fiscale patrimonium, siue quoad præscribendi, seu liberè disponendi facultatem.

Bona regio fisco, vel Ecclesiæ nondùm incorparata.

Bulla Priuilegiaria die 21 Febr. an. 1434. pro Congregatione Monachorum *de Chezeau Benoist.*

8 RESTAT quartum ac postremum, de Regalis Patrimonij fructibus, prouentibus ac emolumentis: vtpotè laudimiis, redemptionalibus Feudi, annuorum vectigalium reliquis, aut aduentitiis feudi commodis mobilibus, seu obuentionibus pecuniariis. Hæc autem nummaria, & mobilia Principis iura, Ecclesiasticorum instar redituum, perimuntur 30. annorum lapsu: quùm rei immobilis abdicationem minimè secum trahant, qualis rei nomine indulta sunt

Lods & ventes, rachapts, & autres profits de fief, arrerages de cens & rentes, &c.

Fisco & Clero priuilegia. Ob eam rationem, Conscripti Curiæ priuatum reum absoluerunt ab Ecclesiastici fundi pensionibus vnde-quadraginta præteritorum annorum, quas post tam diuturnum silentium ab illo petierant Moniales Almæ Crucis, Pictauensis. Aresto in publicis causarum actionibus lato, 7. Calend. Iunias, an. 1573. In procinctu causa est, quia licet agri dominio præscribi à colono nequeat: mercedum tamen personali iuri ab eo præscribi posse demonstrauimus suprà lib. 1. tit. 3. Inde verò subducendam aiunt Fisci minorem ætatem, eúmque aduersus temporis præscriptionem restitui in integrum. Sed hoc in priuatorum modò Procerum fisco obtinere puto, qui ordinario Togati Cõsilij præsidio stipati non sunt, tutorumque manu, cum rebus suis omnibus, reguntur. Secus in Principe Gallo, qui, nullo tutore auctore, Rempubl. administrat cum agnatis summatibus Regni, & suos habet Actores publicos seu procuratores, tum Iurisperitos complures, qui in consilium Principis assumuntur. Quare minori Regis ætate, præscriptionis cursum non interrumpi, decisum audio Parisiensi S. Consulto, 4. Nonas Maias, an. 1551. quod memorat Ioh. Lucius, Placitorum Curiæ lib. 3. tit. 1. Idque Cyni opinione, contra Francum Regem minorum annis; fulcitur, in l. Respublica. Cod. Ex quibus cauf. maior. In contractibus non ita, aduersus quos restitutum fuisse Galliæ Regem, læsum, affirmant Vidus Papa Decis. Gratianopol. 302. Et Boërius, Decis. Burdigalensi 265. Iuxta Fabrum (ad §. Rursus in fi. Institut. De Action.) sentientem, Fiscum, tanquam Rempublicam, integri restitutione facile adiuuari.

Iudicatum Curiæ, die 26. Maij, anno 1573. contra Religiosas Abbatiæ S. Crucis, Pictauensis.

An Rex minor annis restituatur aduersus Præscriptionem temporis, vel aduersus Contractus.

Decretum Senatus, die 4. Maij, an. 1551.

Tit. X.

DE REGIÆ MANVS IN DOMANIVM INIECTIONE.

1 *An lite de* Domanio *pendente, priuatus in possessione tuendus sit.*
2 *Vasallum aduersus dominum, & priuatum aduersus Fiscum litigantes, in possessione certo casu manere.*
Moribus Gallicis dominum, præhenso feudo, contra vassallum litigare.
Emphyteutam, pendente de prædij commisso lite, à possessione non cogi discedere.
3 *Iudicium reuocandi* Domanij, *à manus iniectione exordiendum esse.*
Curiæ decretum, quo, Stampensis Comitatus lite pendente sequestratur.
In eo Stampen. Comitatu, nullam fuisse olim primigeniorum prærogatiuam.
4 *S. Consultum, quo, Lotharingus de possessione Nonicastri lite pendente deijcitur.*
Magistratui, à prækensione & sequestratione fundi incipere, bino casu licere.
5 *Si de iure priuati summatim liqueat, Manum Regiam tolli, vel priuatum, auctoritate Regia possidere iuberi.*
Arestum pro Marchione Maisierio in causa Vilbosia, contra Fiscum.
6 *Senatus Placitum, quo, lite pendente possessor Castri Cortiniaci in possessione retinetur: exceptione addita, Regis nomine.*
De Corteniacæ Baroniæ, in Senonibus, primaria conditione, variáque à varijs illius Ditionis possessione.
7 *Si alio quàm Patrimoniali iure, manus Regia in prædium immittatur, nihil esse in possessione mutandum.*
Curiæ decretum pro Alenconio Comite aduersus Fiscum, de feudo Montisacuti,
Procuratore regio agente, aduersarium possessione non esse priuandum.
Hutini Francorum Regis Lex Normanica.
Gallico Iure, Regium actorem, retinendæ possessionis Formula, in subditos agere non posse.
8 *Subditorum possessoriam querelam, aduersus Procuratorem Fisci minimè audiendam esse.*
Senatus Decretum in causa Armeniaci Comitatus, & Oliuarij Cottiuei hæredum.

1 QVA IVRIS formula Res Fisci distractæ reuocentur in pristinum statum, non est omnibus compertum. Plerisque probatur, DOMINICÆ REI quæstione pendente, tuendum in possessione priuatum, nec, manu prædio iniecta, depellendum. Andræas ad cap. Dilecta. De maiorit. & obed. Reus enim indicta causa damnandus non videtur, neque, si ordinem Iudiciorum seruemus, ab executione actionem debemus ordiri, l. Quoniam. De conueniend. Fisci debitor, lib. 10. Cod. l. vn. Cod. De sequestrat. pecun. prohib.

Nil innouandum lite pendente, nec à sequestratione incipiendum.

2 LITE ergo pendente, possessor ipse remaneat, oportet; cap. Licet. De offic. ordin. Pro beneficiario cliente in patronum, Auctoritas extat in cap. 1. Quid sit inuestitura, & cap. 1. Si de feudo defuncti contentio sit inter domin. & agnat. vasall. In Feudis. Pro priuato autem contra Fiscum, vrget Cæsarea lex, Defensionis facultas: De iur. Fisc. lib. 10. Cod. Quo loci, Fiscus agens in subditum quempiam, nequit illum possessionis compendio priuare in medio forensis controuersiæ cursu. Speciatim DOMANII redhibitorium Edictum, quoddam sonat petitorij iudicij genus, in quo regius Procurator, petitoris partibus fungitur. Licet enim nostrate Iurisprudentia, patronus clientelæ vindex persequatur iura feudi manu Dominica, *feudariáque* prehensione; interim dum pendet huiusmodi iuris disceptatio: Tamen in controuersa proprietate fundi (vt hac in specie) nihilo iustiùs à Fisco priuatis auferenda est possessio, quàm si patronus beneficiarium prædium suo superiori commissum esse in Foro contenderet, cap. vlt. Quo tempore miles inuestituram petere debeat. In Feud. Qua in proprietatis quæstione seu feudi commissi, ferenda non est patronalis prehensio, in detrimentum clientis possessoris, cap. 1. Si de inuestit. inter dom. & vasall. lis oriat. Ioh. Plateanus ad l. Litibus. De agricol. & censit. lib. 11. Cod. Glos. & DD. ad cap. Imperialem, §. callidis, & §. firmiter. De prohib. feud. alienat. per Frider. Baldus & Præpos. ad l. Hac edictali, in fi. De Pace tenenda, & iuram. firman. In Feud. Huc spectat Vidi Papij Decisio 366. & Molinei in Consuet. Parisien. Artic. 52. Num. 27. cum sequent. Eadémque ratione, Iasonis sententia vtimur, Emphyteutam à domino neutiquam possessione exturbandum, per causam annuæ pensitationis trienio non solutæ, antequàm legis commissoriæ iudicium finem acceperit: tametsi fundus ipso iure in commissum incidisset. Ias. ad l. 2. Cod. De iur. emphyt. Zasius in Epitome Feudor. Parte 10. In Fiscalibus etiam litibus idipsum seruandum, indicat Gregorius Magn. ad Constantinum Cæsarem querula Epistola, de Stephano quodam carthulario, qui Fisci nomine loca priuatorum inuaserat, titulósque iis imposuerat, priusquàm res iudicio cognita esset, lib. 4. Epistol.

Alienati Domanij Reunio, per Edicta Regis specialia.

Super commisso Feudi, lite pédente, vasallus manet in possessione, etiamsi aliàs esset priuatus ipso iure.

3 EGO nihilominus diuersam amplector opinionem, fretus Legis Regiæ auctoritate Molinis editæ, an. 1566. §. 14. & 18. Quibus præscribitur, iudicium DOMANII redhibitorium, ab iniectione manus regiæ esse inchoandum, nec manum ipsam, litigio pendente à fundis summouendam: nisi maxima & æquissima ratione, Iudicanti videretur temporaria illorum possessio quædam priuatis permittenda. Hoc tamen ciuili, benignáque interpretatione adiuuandum censeo, vt ita demùm obtineat, si summatim euidenter paruerit, Fiscalem rem esse, ac Sceptrorum patrimonialem. Nempè in Iurisdictionis controuersia, vel publici Vectigalis ac portorij, Tabellionatus, splendidæve cuiusdam Ditionis, quam ab primordiis tituli, & regiæ Fiduciæ lecta cautione, Regiam esse præsumptum sit. Nam hoc casu, à publica controuersæ rei sequestratione licet auspicari Regio iure. Ac ne noua hæc Constitutio dicatur, memorabile fertur Senatus decretum de Comitatu Stampensi, quo similis in omne æuum quæstio est præiudicata. Stamparum Comitatus à Rege præbetur fiduciarius Ludouico fratri, Eburonicum Regulo, cum aliis plerisque latifundiis, an. 1298. Ludouici nepos venundedit Stampas, ac Dordanum Belsiæ oppida Iano Biturigum Duci. Eadem postmodùm emptor dono dedit Burgundiæ Duci, qui & illa ipsa possedit quadragenis annis. Reposcit veterem Fiduciam Karol. 7. Rex, ac suo iure oppida ea Richardo Britonico mancipauit, an. 1442. Lis à Ricardo mouetur

Saisie Royale des biens pretendus Domaniaux de la Couronne, par droict de reunion à icelle.

Estampes.

Eureux.

Dourdan.

Richard de Bretagne Comte d'Estampes.

Cui, & masculis eius hæredibus datus fuit Stamparum Comitatus à Carolo 7. Fráciæ Rectore, an. 1421. & postea confirmatus ab eo Rege facto, an. 1442.

Niuernensi Comiti, Burgundionis fratri natu minori: cui Burgundus ambas Ditiones, legitimum familiare APPENNAGIVM concesserat. Descendit in causam Regius cognitor, proponit cum Ricardo Principis donatario (velut collatis auxiliis) deletam esse masculam Ludouici illius fiduciarij progeniem. Igitur ex lege Panagio dicta, ius Ludouici simul & successorum omnium euanuisse. Perorata causa, Senatus, quod facti erat, ampliùs inquirendum censuit, Comitatúmque interea publicè possidendum: an. 1446. Vltimo inde iudicio, Stampensis ager non à Burgundo solùm euincitur, sed etiam à Ricardi filio, ab prisca nimirùm Fiduciæ lege Principi patrimonialis. Decreto Curiæ Parisien. 15. Kal. April. an. 1477. Atque euestigiò Ludouicus XI. Rex Stampensem Comitatum munificè contulit in Ianum Fuxatem Narbonæ Procomitem, regiæ sororis filium. Codicillis 6. Kal. Iunias, an. 1478. Extinctis postea Fuxensibus, Rex Ludouicus 12. eundem attribuit Annæ Britonicæ vxori, velut auitum donatariæ prædium. Hinc verò Stampensis Comitatus regio munere transiit ad Ianum Britonicum, Pentebriæ Comitem, Ianuar. Mense, an. 1536. Itque reditque viam toties, & ad Principem reuoluta ditio, nunc traditur Catharinæ Lotharingæ Monpenserij Ducis coniugi, anno millesimo quinquagesimo septuagesimo octauo, nunc Margaretæ Nauarrorum Reginæ, in fiduciam, an. 1583. Vetus legitur S.Consultum, in Stampensi Comitatu, nullam esse primigeniorum inter filias prærogatiuam, an. 1270. Ex Curiæ Regesto *Olim*. Longè etiam antea, Stampensi in arce diu asseruata est regio iussu Gelberga Philippi Augusti vxor, in publica custodia, an. 1199. Vt Francic. Annalibus continetur.

Arestum Curiæ, die 18 Mart. an. 1477.

Die 17 Maij, an. 1478. *Don d'Estampes à Messire Iean de Foix, Viscomte de Narbonne.*

I. de Bretagne Comte de Poinctieure.

Hæc Phil. Augusti vxor Gelberga vel Ysamberga, erat Daniæ regis soror.

4 AFFINE est superiori Iudicatum Curiæ; aduersus Karolum Ducem Lotharingum de Nouo-Castro, Regiæ Franciæ beneficio. Theobaldus enim Lotharingus, Ducis filius, olim clientem se homologum professus est Philippi 4. Regis, ab Castellariis ditionibus Noui-Castri, *de Chastenay, Montfort, Flouart, & la moictié de la ville de Graue*, an. 1300. Quibus adiecit Karolus Lotharingus Dux clientelare iusiurandum, Carolo 6. Regi præstitum, ratione fundi Passauantij *en Vosge*. Ita Gaudricurtum, & *Bissou le grand* latifundia, à Philippo ipso rege donata sunt Ambarris Comitibus (queîs succesſêre Lotharingi) arctissima clientelæ lege. Quæ Regestis Curiæ refricatur, tertio Iduum Sextilium, an. 1490. Interea tamen Lotharingus officij immemor, inficiatus est regium patrocinium in Nouocastro, patronúmque Regem abnegauit. Publicus tùm Actor rem detulit ad Senatum, postulauítque, controuersum latifundium sequestrari. Senatus litem coniecturæ forma ordinauit, re interim sequestro commissa. Curiæ Decreto 5. Idus Sextiles, an. millesimo trecentesimo octauo nono. At posteriore S.C. rem definiente, mulctatus est Dux Feudalibus cunctis Regiæ Franciæ beneficiis. Tertio Calend. Augusti, an. 1411. Cui consequens est aliud prolatum Cal. Sextilibus, an. 1422. Sed Confluentino fœdere publico, Ludouicus XI. remisit Iano Andegauo, Lotharingiæ & Calabriæ Duci, rectum superiúsque in prædictas Ditiones dominium, Octob. Mens. an. 1465. Itaque bino casu licitum est Magistratui, à prehensione sequestrationéque fundi inchoare. Prior in re *feudaria* seu beneficiaria, cuius in cliêtem patronus dominica iura persequatur. Posterior in reuocatorio alienati DOMANII iudicio, quod summatim pateat, ab Regiis Sceptris in priuatos dimanasse. Illo enim casu, nemo ambigit patronum, tanquam verum prædij dominum, manu in ipsum inuecta, possidere debere: quod &, pendente clientis intercessione, contestationéque iudiciaria, Rex præsertim, retinere perseuerat. Ac Biturigum quidem Consuetudine, vasallus, qui dominicæ fundi prehensioni intercesserit, manet inter moras possessor legitimus: donec lis de intercessione mota, Iudicis sententia decidatur. In Rege secùs, qui pro maiore imperio perfruitur clientelari agro, cuius in possessionem semel ierit iure feudi: quousque Iudicátis decreto vltimo res dirimatur, §. 26. & 27. Legis Biturigum Municipalis, Tit. De Feudis. Quòd si cliens patronum abnuat omnimodò, tunc pro tempore tollenda est dominica manus, præterquàm in patrono Rege, certissimo rerum Domino summo, vel si dilucidè constet, inficiatorem ipsum clientelari sacramento priùs agnouisse patronum, atque interea clientis infesta vis, armorúmque insultus metuatur. Quemadmodùm in causa illa Nouicastri Patribus Conscriptis innotuerat.

Neufchastel en Lorraine, feudum ligium quondam Franciæ Coronæ.

Passauant en Vosge.

Registrum Curiæ Parisien. die 11. Aug. 1490.

Aresta Curiæ *du sequestre de Neufchastel, & de restablissement de la sauuegarde du Roy enfrainte*, die 9. Aug. 1389.

Die 30. Iul. 1411.

Die 1. Aug. 1422.

Traicté de Paix à Cõflans lez Paris.

En cas de desadueu du vassal contre le Seigneur, mainleuee aud. vassal, pendant le procez de la commise du fief.

5 DISSIMILIS

4 Dissimilis ratio est, si inter disceptandum liqueat de plano, fundum hactenus priuatum fuisse, non Regium. Qua in specie, pro arbitratu de ea cognoscentis aufertur interim manus regia, vel sub Principis auctoritate priuatus sinitur possidere. Ac ne tanta de re loquar * ἀνάρτητος, Senatus extemporali iudicio idem censuit secundùm Marchionem Maisierium, Nicolaum Andegauuin, vxorio nomine Dynastam Vilbosiæ Angolisinorum Castellaniæ. In caussa quidem regia ac fiscali *reunionis* Vilbosij agri, disserebat Actor publicus, Castellaniam hanc semper Angolismensis Comitatus partem extitisse; atque ideò cum Angolisinis in pristinum *Domany* ius redigendam. Marchio, contrà, illam vsquequaquè seiunctam ac disparatam fuisse ab Angolismensi Principatu: Nempè priuatam olim Raymundi Marueillij dynastiam, fortissimi Equitis, qui Bouinensi prælio Ferrandum Flandriæ Comitem ceperit, an. 1214. Raymundi successores vtique stetisse à Gallorum partibus, in Britannos Angolismorum possessores, Britiniaco fœdere, an. 1360. Nec eò seciùs Castellariam hanc ditionem renuisse, vt Frossarti libris annalibus perhibetur (Volum. 1. cap. 278.) Eam maiorum suorum possessionem manifestis documentis comprobari, & Angolismensium Comiti Vicanos illos Toparchas sola religione fidei clientelaris obstringi: Neque aliud ab his Comites ipsos, quàm clientelæ sacramentum exegisse. Causa accuratè discussa mittitur in consilium, fiduciaria interim possessione Marchioni permissa. Aresto Curiæ Parisien. quod pro Tribunali recitatum est in publica Fori disceptatione 8. Idus Sextiles, an. 1565. Sic de Belli-Ioco Baronatu Senatus pronuntiauit, an. 1400. Nam procurator Fisci eum sibi vindicabat, Antonij Bellilοci legato testatoris (in defectum masculæ prosapiæ,) an. 1361. dein Odoardi Belliloci testamento 9. Kal. Quintiles, an. 1400. Sed Boiorum Dux iudicio euicit Baronatus possessionem, quia materno genere Bellilocos Regulos proximè contingeret, postremisque ipsorum Tabulis vocatum se in ea bona adprobasset.

* sine auctore.

Chastellenie de Villebois, en Angoumois, controuersia inter Nicol. *d'Anjou Marquis de Mesieres, mary de Dame Gabrielle de Maruelh, Dame de Villebois, & M. le Procureur du Roy.*

Prouisionale Arestũ Curiæ, die 6. Aug. an. 1565.

Transactione facta die 1. Octob. 1516. Philibertus *de Beaujeu* cessit iuri suo Baroniæ *de Beaujolois* in gratiam Annæ Franciciæ, Borboniæ Ducis viduæ, & Susannæ eius filiæ vnicæ.

Die 23. Iun. an. 1400.

6 Nec diuersum Patribus visum de Corteniaco Baronatu, nunc Comitatu. Illum vtique Regius Cognitor publicè possidendum curauit, titulo Domanii in pristinam causam reuocatorio, an. 1532. 1559. & 1573. At toties Senatus regiam prædiis manum abstulit, & Boulainuillerio, Baroni Corteniaco possessionem commisit. Decretis vindiciariis 3. Cal. Quintiles, an. 1536. 15. Kal. Febr. an. 1559. & 5. Idus April. anno 1573. Sed eorum vltimo nominatim exceptum est, ne id fraudi captionique Regio Actori foret, bonorum publicationem vnionémque persequenti, ex capitali iudicio dicto in Annæum Boulainuillerium, Corteniaci Comitem, an. 1569. Nam bona damnatorum, verè publica fieri, nec iam priuata, sed sacra, tradit Aristoteles 6. Politic. cap. 7. Quod vti accipiendum sit, exposuimus Tit. præcedenti, artic. 7. Vtut sit, Corteniaci fundi primariam conditionem refert Aimoynus Francicarum rerum antiquus scriptor. Athonem videlicet Castellani, Arcis Renardi, filium, muniisse Cortiniaci Castrum firmissimè, Roberto Gallorum Rege. Tum ex Athone satum Ioscelinum Cortiniacum, vxorem duxisse Milonis Montelerici filiam. Aimoyni lib. 5. De Gest. Franc. cap. 46. Inde Corteniaci maris postremi filia ex asse hæres maritum auxit eo dominatu, Regiùm Ludouici Crassi filium natu minorem. Rursùs ab hac stirpe seriatim ptognata Catharina, gratuito huius ditionis munere Karolum locupletauit, Valesiorum Comitem primum, anno millesimo trecentesimo. Inde Carolus familiæ suæ herciscundæ iustus arbiter Philippo adsignauit primigenio Corteniacum fundum, & Chantecocum, vnà cum Rupissuryonæ insigni prædio, Andegauiæ, Cenomaniæ, Valesiorum Comitatu. Iuniori autem Karolo, Alenconium reliquit Comitatúmque Carnutensem. Literis Mens. Maij, an. 1314. Postmodùm herclè Valesij Regis pronepos Karolus 6. Corteniacum prædium, Pissontem, cum Chanteco, attribuit Nauarræ Regi, supplemẽtum, aut partem Ducatus Nemorensis 4. Idus Decembr. an. 1408. Quorum omnium fides constat publicis Regni Monumentis. At confestim, Corteniacum, quasi priuatum latifundium, tenuêre fœminei, vt antea, possessores. Nam Celticæ Britanniæ Dux, materno Blancæ Nauarræ iure Baronatum occupauit. Hinc Elizabetha Britonica, Francisci 2. Ducis soror, prædio potitur, vnà cum Arausiensi Principe, marito. Vænit tandem Baronia, velut priuati iuris ditio, in Chabaneum magnatem,

Courtenay saisy par droict de reunion au Domaine du Roy.

Aresta *de Mainleuee prouisionale,* pro Philippo *de Boulainuillier,* die 29. Iunij, an. 1536. die 18. Ianuar. an. 1559. & die 9. Apr. an. 1573.

Atho filius Castellani *de Chasteau Regnart.*

Millon de Mõtlehery.

Catherine de Courtenay, Emperiere de Cõstantinople.

Die 5 Iun. an 1404. Rex dedit Ludouico fratri in supplementum Appennagij Courteniacũ, Creciacum, & Montemargiuum. Sed die 10. Dec. an. 1408. post mortem dicti Ludouici Rex in ius suum reuocauit illas ditiones, & Nauarro regi concessit *Courtenay, Piffõs, & Chãtecoq, sous mesmes cõditions, que Nemours & Eureux.*

Dammartini Comitem. Hæres emptoris postulat in clientelam assumi. Contrà, nititur Procurator Fisci,& regiam fundo manum iniectam tuetur hoc nomine, quòd Corteniacum,sit Res Fisci patrimonialis: proinde venditoris commercio, alienandique arbitrio prorsus exempta. Placuit Senatui, lite DOMANII constante,defendi possessorem,& ad fidelitatis sacramentum admitti. Ex ratione l. 1. §. Si proprietatius. Cod. Commun. de manumission.

Antonius *de Chabanes, Comte de Dampmartin*, à quo descẽdit *Auoye de Chabanes*, vxor Renati Andegaui, Nothi Cenomaniæ, Ex quibus Iana Andegaua coniunx Boulainuillerij magnatis.

TEMPERATVR & hac exceptione Regula publicæ fundorum præhensionis,si Fiscalis Procurator, alio quàm patrimoniali Sceptrorum iure, Regiam in prædia manum inuexerit. Nam eo casu, Fiscus vtitur tantùm iure priuati, nec lite pendente reo est adimenda possessio. Ita quondam Francica Curia secundùm Alenconiensem Comitem,aduersus Fiscum, iudicauit de ditione Montis-acuti. Huius enim vindiciæ Fisco abdictæ sunt, salua ipsi contra Alenconium proprietatis quæstione. *Inter Aresta expedita in Parlamento Omn. Sanctor.* an. 1278. Quin & Valesia Philippi Constitutione cautum est, agente etiam Regio cognitore, aduersarium minimè possessione exuendum. Lata hæc regia lex an. 1344. intexitur Stylo Senatorio, in Rubr. De Aduocato & Procurat. Reg. Artic. 3. Huic consentaneam Normanis agris colonísque legem priùs dictarat Hutinus Rex CHARTA NORMANICA, an. 1314. tali periodo. *Se nous, ou noz successeurs voulons au temps auenir acquerir, ou dire, à nous appartenir aucuns droicts de rente ou de possession, qui ait esté possedee par aucun de nostre Duché de Normandie par an & iour paisiblement, la cause ou negoce soit terminee doresnauant selon la Coustume du pays: la possession demourant franchement pardeuers iceux possesseurs, nonobstant vsage au contraire.* Imò & iamdudùm Gallico foro recepta hæc sententia est, interdictum Vti possidetis, à Regio Actore moueri non posse, nec retinendæ possessionis formulâ in subditos agi, quorum Rex ipsemet priuatas alioqui possessiones solus patrocinio tueatur supremáque manu. Tantùm abest, vt subditorum vim reformidans Princeps, turbatámque ab iis possessionem suam expostulans audiatur. Quare Senatoria Decuria, quæ Iuridicis Molinorum Conuentibus præerat, possessoriam querelam reiecit Procuratoris Regij Molinensis, *Dominici*. Aresto 17. Kal. Octobr. 1534. secundùm Vicanos Yseurei Pagi, de frumentario quodam canone controuerso. Non idem verò de iuridicis ac directis, quod de vtilibus fundorum dominiis tractatum est. Illa enim, quùm superiorem Principis dignitatem propiùs spirent, Regiique iuris esse faciliùs coniiciantur, ita quoque ocyùs prehenduntur regia manu. Putà, Rescripto Princeps auctor fuit Regiis in Præfectura THESAVRI Consiliariis, suum in Fiscum reuocandi solaria, vel beneficiaria prædiorum iura, cum Iurisdictionibus ad Cœnobia vel Collegia quælibet spectantibus, eáque maiori imperio publicè possidendi: Nisi ij, quorum intererat, ilicò fundorum instrumenta, iuriúmque suorum apud Acta produxissent. Rescriptum hoc Mens. April. 1572. promulgatum est in Curia Parisien. 7. Iduum Iuniarum, eod. anno.

7

Regia Ordinatio Phil. Valesij, an. 1344. In Stylo Parlamenti.

Arestum in Magnis diebus *de Moulins en Bourbonnois*, die 15. Sept an. 1534. *entre les habitans d'Iseure, & le Procureur du Roy au Domaine de la Seneschaucee de Bourbonnois, touchãt vn droict de Blairie.* Literæ patentes verificatæ in Curia, die 7. Iun. an. 1572. *pour faire reunir au Domaine du Roy, les Cẽsiues, Fiefs, ventes, amendes, Iustices, &c. Complaincte formee.* De hac Forensi causa Alenconiẽsi Nos scripsimus antea lib. 1. Tit. 3. & 4.

QVEMADMODVM autem Regio Procuratori non licet, possessorio in subditos iudicio experiri (vt prædiximus): sic etiam istorum possessoria conquestio ferenda non est in Procuratorem Fisci. Id quod prolixa Fori disputatione agitatum fuit in causa Alenconiensi apud Conscriptos Patres, an. 1526. Nùm Francisca & Anna Alenconiæ vti possent Interdicti formula aduersus Principem, seu ipsius Procuratorem. De quo Molineus nuncupatim, in 1. parte Feudor. Consuet. Parisien. §. 1. Glo. 4. num. 56. & 57. Nec enim vulgò Interdicta clientibus in patronos dantur, tametsi minimè famosa, nec infamiæ labem aspergentia. Bartolus expressim ad l. 1. §. huius autem interdicti. D. Vti possid. Masuer. in Praxi, Tit. De Possessorio, vers. Item illi, l. neque vnde vi. ϖ. De vi & vi arm. Si tamen Regius cognitor aliquo iam præiudicio subnixus, de possessione contendat, eámve sibi addici postulet, aditus de eo Senatus illam Principi adiudicat. Verbi gratia, Iohannes Armeniacus Comes, Maiestatis reus damnatur, bonis omnibus in publicum redactis, an. 1469. Eiusdem consanguineus Karolus Alenconij Dux, Mariam Armeniacam, paternam auiam prædicat, séque ideò in Armeniacæ gentis bona supremis Maiorum tabulis substitutum. Ad hæc, contumaci silentio absentiáque damnati, hæredem gerit, innocentiámque probaturum se confidit. Eo igitur in iudicio, interfata est Curia, contumacem reum de obiectis

8

obiectis criminibus purgare hæredi fas esse, ac interea penes Regem, Armeniaci Comitatus, qui Regio Fisco pridem addictus fuerat, mansuram possessionem: Circiter annum 1500. Seueriorem adhuc PATRVM sententiam persensit Oliuarij Cottiuæi hæres, quem Karolus 7. Cottiuæum opimis ditarat latifundiis, addita etiam per Nothæ suæ nuptias affinitatis specie. Sed omnes huiusmodi dominatus à Cottiuæi hærede, Legibus Regni, auocantur. Minùs enim decorum fuit, regiam notham publicis prædiis dotari, quùm vix priuata quidem, doti adscribantur necessariò à patre naturali, præter causam alimentorum, aut nummariam aliquam dotis constitutionem, l. Vxorem, §. pater naturalis, ff. De legat. 3. Panormit. in Consil. 50. Volum. 2. Bald. ad l. Humanitatis. Vers. 2. Cod. De impub. & ali. substit. l. Si quis à liberis, §. Idem in liberis quoque, ff. De lib. agnos. Ac nominatim Barbat. in cap. 1. De constitut. Principi spuriam suam dotare non licere supra modum alimentorum.

Messire Olivier de Coitiuy, fils de Pregét de Coitiuy, Admiral de France, occis au siege de Cherbourg, en Normandie, l'an 1450.

Bald. in Consil. 456. lib. 5. ait Bernabouē Vicecomitem Principémque Mediolanensem iure dotare posse spuriam suam filiam, intuitu paternæ pietatis.

Tit. XI.

DE TABVLIS FISCO EXHIBENDIS.

1 *Possessorem fundi, quem Regius Fiscus sibi asserat, titulum suæ possessionis edere cogi.*
2 *Qui per contumaciam titulum non exhibeant, eos possessione priuari.*
Vasallum, ob feudarij *iuris infìciationem, proprietate feudi mulctari.*
Conductorem, qui rem conductam, suam asserit, pendente litigio, possessione cedere oportere.
Qui feudum dicit esse nouum, ei probationis onus incumbere.
3 *Feudi possessionem, lite pendente, à vasallo inficiante non auocari.*
Qui aliena Principis, Ecclesiæ, aut pupillorum prædia possederint, eos in perpetuò fuisse mala fide censeri.
Regia, in Domanij *possessores titulo carentes, vel iniusto fultos, Constitutio.*

1 IN PROPINQVA parte ponatur aliud repetundi DOMANII remedium. Possessor fundi Fiscalis compellitur edere Procuratori Fisci titulum suæ possessionis, & rei controuersæ auctoritatem laudare, §. 7. Edicti Molinensis Februar. Mens. an. 1566. Aliàs, quisquis litigiosi fundi instrumenta suppresserit, eorum vsu effectúque mulctatur, simul ac fundi iure & possessione, cit. §. 7. Regiæ Constitut.

De Edendo. Edictum regium de conseruatione Domanij Coronæ Francicæ.

AT dices, Rege ipso editionem tabularum à Magnatibus postulante, ad eam cogendum neminem: Bartoli opinione in l. 1. Cod. De conductor. & procurat. prædior. lib. 11. Veriori autem accedimus sententiæ Baldi, vt eo ipso, quòd dominus asserit sui beneficij fundum esse, vel emphyteusin, vsumfructum, fiduciam à maioribus concessam, reus ipsi instrumenta, quæ ad causam pertineant, exhibere teneatur. Bald. in l. 2. Cod. Quomodo & quand. iudex Speculat. in §. Nunc aliqua. De locat. Decius Consil. 61. Nec minori ratione, Tholosatum Consuetudo (de qua Nos lib. 1.) clientes onerat beneficiarij instrumenti editione, vtque ipsius exemplum tradant flagitanti patrono. Nihil ergo proponitur, cur non vel iustiùs Princeps fiduciæ DOMANIALIS editionem exposcat, Quippè qui Regiæ Coronæ circumplexu, latè fundatus sit in directo Gallici soli totius DOMINIO. Ac veluti Cæsareo in Fisco specialiter receptum est, vt agenti ipsi fiat à reo omnium copia instrumentorum, l. Illatæ. Cod. De fid. instrum. l. procurator. Cod. De Edendo, l. 2. ff. eodem. Sic Gallico Fisco edendas ab aduersario tabulas quasque, testatur ex vsu Curiæ Franciæ Bohicus ad cap. 1. De probatione In Antiquis.

Bartol⁹ ibi ait, quòd si Rex faciat citari suum Baronem, vt ostendat iura quæ habet in Castris quæ possidet, aliàs auferet ea, talis citatio est ipso iure nullá. Cùm nemo cogatur dicere titulum suæ possessionis. Sed hoc in Rege Franciæ non procedit. Molineus in Tit. 1. Consuet. Parisien. Gloz. 3. In ver. Exhiber.

2 POENA autem contumaciter non exhibentis, est possessionis ademptio. Contumacia enim, quodammodò inficiationi feudi æquiparatur: Ex qua, ingratus cliens, ipsa etiam mulctaretur fundi proprietate clientelaris. Similiter conductor, relata in locatorem quæstione dominij, debet interim posses-

Le defaduen du vassal emporte la commise du fief.

sione decedere: si quidem de plano innotuerit, cum aliquando prædij conductorem extitisse, l. Si quis conductionis, l. Conductores, Cod. De Locat. Idem iuris obseruandum, aduersus Principalis fiduciæ possessorem, de qua saltem priùs * ἐν πλάτει liquere potuerit. Alioqui in re ambigua, fundus censetur cuiusque patrimonialis, non acquisititius, nedùm fiduciarius, fructuarius, aut Emphyteuticus. Perinde ac si dubitetur, Feudum sitne antiquum an nouum, onus probationis ingruit ei, qui nouum esse contenderit, cap. 1. §. vlt. & ibi DD. De success. Fratr. seu de gradib. success. In Feudis. Cui conforme cap. 1. Si de feudo fuer. controuers. inter domin. & agnat: Ibique Nicol. Neapolit. Bald. Aluarot. Martin. Laudens. & Alexand. P. Castrensis Responso 203. lib. 2. cap. 1. §. item placet. Tit. De inuestit. in marit. facta. Decius in Respon. 152. Quanquam enim nos rerum natura nudos excepit, (auctore Plinio, lib. 9. cap. 39.) tamen à maioribus relicta, veluti per manus traduntur posteris, successionéque parentum bona transferuntur liberos, nepotes, agnatos. Ac potiùs Iuris coniectura præsumitur id quod naturale est, ex hæreditate progenitorum acceptum, seu profectitium, quàm quod aduentitium, accidentarium. Vlpiani, l. Qui habet, §. 1. De Tutelis, & Caij I.C. l. Naturalem, §. 1. De acquir. rer. domin. Quinetiam feudi noui datio ita concepta, vt teneatur nomine & iure antiqui feudi, tunc assumit naturam qualitatémque auiti beneficij. Bald. ad cap. 1. De Alienat. feudi. In Feudis Argum. l. Quicunque desertum Cod. De omn. agr. deser. lib. 11. Necesse est igitur, in petitorio iudicio SACRI DOMINII summatim patere, controuersam rem Principis aliquando fuisse. Tum enim reo in iure minimè instrumentum exhibenti, seu Fiduciario referenti proprietatis quæstionem, abiudicatur vindiciaria possessio, & in Principem transfertur.

* de planò.

NON idem erit in actione legis commissoriæ feudi, contra patrocinij inficiatorem. Pendente enim hoc commissæ Clientelæ iudicio, seruanda clientis possessio est (vt suprà à nobis copiosè) ne in iudicio existimationis, ingrati nota pœnaque inuratur indemnato, & purgatio insontis rei improbabili more præuertatur. Sic bonis interdici alicui non debet, lite de eo pendente, quasi decoctori patrimoniorum. Vt Senatus decreuit, Me eius causam orante, cui rerum suarum alienatio interdicta fuerat, Aresto 7. Kal. Sextiles, an. 1572. Quippè quùm decoctores bonorum suorum Diuus Hadrianus iusserit in Amphiteatro catamidiari, velut ignominiosos. Spartiani relatu, in Adriano. Ne Milesiorum leges isthûc adducam, quibus, patrimonium consumens sepulchro patrio priuabatur. Vt ait Laërtius in Democrito. Quòd si Fiscalis fundi possessor, vel titulo carere, vel minùs iusto solennique fultus detegatur, non solùm fundo, ac fructibus mulctabitur, quos à die litis contestatæ perceperit, sed omnibus. Artic. 6. Regiæ Constitut. Molinens. quo, irrita etiam Regiæ concessionis Diplomata sanxit Princeps, nisi quæ suprascripto modo Senatum ac Rationales habuissent auctores & comprobatores. Nam DOMINICVS Canon eodem iure regitur, quo sacra Templorum prædia, aut minorum 25. annis. In agris autem pupillaribus, aliisve extra commercium positis, fructus sunt omnimodò cum re ipsa, quæ perperàm distracta sit, restituendi, l. Si prædium. Cod. De præd. minor. l. Quemadmodum. Cod. De agricol. & censit. lib. 11. l. Iubemus. Cod. De sacrosanc. Eccles. Quocirca itidem, ne tales *Domanij* possessores diu delitescant, Franciscus 1. sanxit Edicto 5. Kal. Ianuar. anno 1540. eos Fisco deferri, proposuítque deferentibus indicij præmium, decumam Fiscalis rei detectæ, à viuo Indice perfruendam. Huic quoque statuta, velut quadruplatori, quarta summarum omnium pars, quibus iudicio mulctati sint (denuntiante eo) Regij Magistratus, Officialésve, qui parum integra fide prædia Reipub. administrarint. Vltimò, Præfecti prouinciarum iubentur, apud Tabelliones ac Notarios peruestigare identidem omnia fundorum instrumenta, quos purè Sceptri beneficiarios seu vectigales, priuati ibidem profiteantur. Qua re confecta, iisdem præceptum est, Feudorum huiusmodi, censuúmque regiorum catalogum præbere Dominico Quæstori Regio, vt annuas de eo rationes edat apud Magistros Ratiociniorum. Ad eam præterea Augusti Canonis tuendi prouinciam subiuncti fuêre municipatim eiusdem Obseruatores, ac Inspectores alterni. Quos Henricus 3. rex Edicto instituit. 10. Kalend. Apriles,

3

Arestum Curiæ, die 26. Iul. an. 1572.

Diogen. Laërtius lib. 9. De Vitis & Morib. Philosoph.

Regia Ordinatio die 28. Decembr. an. 1540.

Receueur du Domaine tenu recevoir les Adueux, & Declarations des subiects du Roy immediatz.

Apriles an. 1583. & Lutetiani Rationales admisêre, subiecta moderatione quadam, Pridie Nonas Apriles subseq. Ast nouum hoc publicorum Munerum genus posteriori Constitutione abrogatum ostendimus infrà artic. 3. Rubr. De Quæstoribus regiis.

Erection d'vn Controleur alternatif du Domaine du Roy en chasque Seneschaucee, die 23. Mart. 1583. Verificata, in Camera Computorum die 4. April. seq.

Tit. XII.

QVIBVS MODIS PIGNVS, FINITO PANAGIO, SOLVITVR.

1 *Panagium, & Panagij fundos pignori dare licere.*
2 *Agros emphyteuticarios, feudales, & similes, inter liberos diuidi.*
Panagij ex parte alienandi, vel obligandi, veniam ex causa nonnumquàm à Principe impetrari.
Belgentiaci oppidi venditio, ad Carolum Aurelianensem de Anglis redimendum, permissa.
3 *Petragoricensis Comitatus, ad* Panagiarij *redemptionem alienatus.*
Alienari prohibita, pignerari non posse.
In feuda Regalia, liberos parentibus per nouam potius inuestituram, *quàm ordinario hæreditatum iure, succedere.*
4 *Carolesius Comitatus, ad Armeniaci redemptionem, Burgundo Duci venditur.*
Idem Comitatus, vnde profectus, per quos ierit, vbi tandem resederit.
5 *Panagium ex causa dotis obligari posse.*
Decretum Curiæ, de nummaria dote olim constituta super Ducatu Nemorensi, fiduciæ lege Nauarro Regi, tradito.
6 *Aruernia, à Biturigum Duce, Mariæ filiæ Borbonio nubenti in dotem data.*
7 *Panagio finito, hypothecas, seruitutes, & cætera omnia à* Panagiario *imposita, cessare.*
8 *Senatus decretum, in causa Caroli Aureliensis, de Belgentij venditione, Aureliorum oppidi.*
9 *Curiæ Placitum, de reditu hypothecario super bonis, ad Regem postea deuolutis.*
Ducatus Britanniæ, & Monsfortianus Comitatus, an de Domanio *fuerint, statim ac Anna Britannica matrimonio ad Regem venerint.*
10 *Rem Fisci patrimonialem, tempore aut modo præfinito datam, à fiduciario, hypothecæ subiici non posse, in auctoris damnum.*
11 *Bona restitutioni obnoxia, ex causa* doarij *obligari posse.*
12 *Bellofortensis Comitatus, quamuis Iana Lauallæ ex causa* doarij *obligatus, tamen à Principe, cum reliquo Andium Panagio, vindicatus.*
13 *Prædium à Principe donatum marito, cum vxore non communicari.*
Regij Beneficij formulam, omninò sequendam esse.
Principis conuentionem, vim publicæ Legis obtinere.
Principis ore factam concessionem, primo donatario ius tribuere.
14 *Num Panagio, vel feudo ob crimen commisso, rata maneant medij temporis hypothecæ.*
15 *Bona restitutioni subiecta, in confiscationem non venire.*
16 *Caroli 5. Cæsaris constitutio, de damnatorum liberis.*
17 Panagiario *confiscationem passo, Panagium ad Principem reuerti, non autem ad confiscati liberos transire.*
18 *Ex causa Panagij,* Panagiarios, *Regis vasallos esse* Ligios.
Ligius *vasallus, quis.*
De fide ligia, *inter Carolum 5. & 7. Reges, ac Britanniæ Duces controuersia.*
Duensis Comitis querela, in Gallicorum ordinum Turonensi Conuentu, aduersus Burgundiæ Ducem, de ditione Fani Valerici.
19 *Domfrontium Normaniæ oppidum, publicatus Roberti Atrebatis bonis, nulla liberorum habita ratione, à Principe vindicatum.*

De Bellimontis Rogeriani Comitatu Regi confiscato, variorumque eius possessione Comitatus.

20 *Quomodò feudum nouum, vel antiquum, Domino committatur.*

Guynesius Comitatus, publicatis Rodulphi bonis, eius sorori à Principe concessus.

21 *An perduellis prædia, alio in Regno sita, in Principis læsi fiscum referantur.*

Bona damnatorum Maiestatis, Principi, non inferiori Domino committi.

Henrici 7. Cæsaris, in Brixienses rebelles, sententia.

22 *An Vasconum prædia, Iani Regis beneficio, confiscationi eximantur.*

23 *Alienatum à patre Panagium, à liberis masculis, non à Fisco reuocari.*

Panagium liberis, non parentum voluntate, aut hæreditario iure, sed Panagij lege deferri.

24 *Regios fundos priuatis mancipatos, nullo fructuariæ possessionis tempore emptori præstituto, in ius Regium, quoties Regi lubuerit, redigi.*

Aresta Curiæ, de Barri Comitatu, & Vico Iudææ.

Patrimonium Fisci, quanam formula redimatur.

25 *Caroli 4. Franciæ Regis decretum, de antiquis* Domanij *translatitiis pactis.*

26 *De Re fiscali, priuato vendita, quæ vni hæredum emptoris cesserit, sed ab eo, lege redhibitoria* Domanij, *euicta sit.*

Ditione fiscali, iudicio redempta in tertium emptorem, num Regius Procurator à condemnato laudimia petere possit, nummariæ acquisitionis nomine.

Francisci 1. Lex, de Regiis donationibus gratuitis.

Resoluto Appennagio regio, pignus à Panagiario fundis impositum resoluitur.

1 INTER OMNES constat, Regulo fiduciario, Panagij sui fundos pignori dare licere: Necessaria præsertim ex causa, dotis nempè, aut donationis propter nuptias. Huius rei fortissimum argumentum est, quòd fructuarius pariter, & emphyteuta, non vetantur suum in prædio qualecunque ius alteri pactionibus transcribere. Vlpiani l. Si domus §. vlt. D. de legat 1. l. Sticho ℼ. De vsufr. legat. Quandiu nimirùm manet emphyteusis, superficies, locatio, precaria, libellus, vsusfructus, perpetuarius contractus, BORDELAGIVM Niuernensibus familiare, & similia, tantisper res vænire, locarivè potest, aut subiici hypothecæ l. Eum quem Cod. De vsufr. Paulus I.C. l. 8. §. ℼ. De peric. & commod. rei vend. l. Nemo Cod. de locat.

2 VNDE & eodem, quo reliqua patrimonia, iure diuiduntur inter liberos emphyteutici agri, libellares, beneficiarij, vectigales. Bartol. ad l. Non tantùm ℼ. de petit. hæredit. Alexandr. in l. Si patroni D. Ad S.C. Trebell. Idque adhuc æquiùs defendi potest, vrgente alienandi necessitate, ad captum scilicet bello Ducem redimendum, aut dotis ergô, vel donationis propter nuptias. Quibus de causis licitè distrahuntur, nedùm pignerantur fideicommissa, prædiáque restitutioni subiecta. Vlpian. l. Mulier §. cùm proponeretur D. Ad Trebell. Nouella Iustiniani lege, Res quæ Cod. Commun. De legat. Cautius autem est fiduciario Regiæ stirpis Magnati, veniale Principis Diploma implorare, quo fiduciarij fundi securè abalienentur, vel pignori obligentur. Sic Carolo Aurelianensi, quem Azincuriana pugna Britannus ceperat, permittitur Codicillis venditio Belgentiaci ad Ligerim oppidi, portionis Aurelianæ regiæ fiduciæ: vt redemptionis pretium Anglis dinumeraret. Codicillis in Senatu prolatis intercedit Regius cognitor, nisi venditio ineretur cum pacto redhibitorio, eáque lege, vt redhibitus fundus in pristinam Panagij conditionem rediret. Hac demùm formula, Principis tabulæ à Senatu comprobantur 9. Kal. Sextiles, an. 1442.

Bataille d'Azincourt, an. 1415. inter Gallos, & Anglos.

Baugency.

Sic Franciscus Andium Dux Regio fratris permissu vendidit die 5. Augusti an. 1478. Longeuillanæ Duci Comitatum *de Chaumont le Veuxin*, pretio octo millium scutatorũ. Die 24. Iulij, an. 1442.

Comté de Perigort vendu à Ieh. de Bretagne sieur de l'Aigle. Die 4. Mart an. 1437.

3 EANDEM ob causam distractus est Petragoricensis Comitatus Iano Britonico, Aquilæ oppidi domino. Ianus quippè Comitatum emit à Notho Aurelianensi, legitimorum fratrum procuratore, sexdecies mille aureis nummis, vt ex Anglico carcere fratres auro redimerentur 4. Nonas Martias, an. 1437. Progressu temporum, Aduocatus Fisci in Senatu, oppugnare venditionem, fiduciario Comitatus possessori alienationem interdici, nisi annuente Rege. Petrocorios enim, fuisse Ludouici venditorum patris non minimam Regiæ fiduciæ partem

9. Kal.

9. Kal. Februar. an. 1399. beneficium ei non perpetuò datum. Quinimò purè datum, illicitè etiam pignoribus nexum dici possit cap. Imperialem §. Præterea. De prohibit. feud. alienar. per Frideric. In Feudis. Siquidem prohibita alienatione, vetita est pariter hypothecæ constitutio, l. vlt. Cod. De reb. alien. non alienan. Scæuola in l. Qui habebat. De legar. 3. Quantò minùs feuda Regalia pignori obstringantur? in quibus successorum ius ne liberis quidem ipsis conceditur Longobarda lege, sed tanquam noui Beneficij, noua est opus Vestitura, cùm à Rege Feuda isthæc proximè dimanarint cap. 1. §. In feudo prohibit. lib. 1. Regiæ huic controuersiæ intercessit Angolismorum Comes ex venditoribus alter, circumscriptum se obtendit venditione prædicta, restitui in integrum postulat. Tandem publicus cognitor actione summouetur: sed Angolismensis restituitur in trientem Petragoriorum aduersus Alebretum Regulum, materno iure emptoris hæredem. S. Consulto Parisien. 5. Kal. Iunias, an. 1490. Dein Aureliæ Dux, & Comes Dunensis, venditores euictionis nomine damnati sunt, Alebretum indemnem seruare, & quanti sua ipsius interesser, omne id præstare. Decreto Amplisl. Ordinis 7. Idus Septemb. an. 1496. Nec verò causæ fiscali prætendi potuit supplicatio aduersus Senatorium prius decretum, erroris specie, proposita à Regio procuratore. Comitatus enim venditio, PATRIBVS æqua meritò visa est, quia nondùm soluto Comitatus Panagio, patronus Fisci præmatura cupidine illectus fuerat commissoriæ legis in eundem exercendæ. Iudicia item & Arbitria quæcunque stato solennique ritu facta fuerint, rata & firma sunto: Lege Atheniensi, quam Demosthenes contra Timocratem citat.

Die 14. Ianuar. an. 1399.

In quorum tamen finibus quis emere prohibetur, pignori accipere non prohibetur, l. In quorum. ff. De Pignor.

Arestum, die 18. Maij, an. 1490.

Iudicatum en retours de garendie, die 7. Septembr. an. 1496.

Propositio erroris ne quicquàm tētata cōtra prius Arestum à regio Procuratore.

4 IIS concinit vetus quęstio Carolesij Comitatus. Hunc enim Burgundus Princeps emit à Iacobo Armeniaco, vt Anglica acie dedititius venditor auro redimeretur. Carolates autem primitùs tradidit Robertus Burgundiæ Dux Roberto Comiti Claromontano in partem vxorij patrimonij: cùm vterque Borbonias Heroïdes connubio sibi iunxisset. Tum à Ludouico Duce Borbonio dantur Iano fratri iuniori, in fiduciaria hæreditate diuidunda, an. 1314. Dehinc ad Bernardum Armeniacum Iacobi patrem deducuntur, celebratis cum Leonora nuptiis, Iacobi Borbonij filia hærede. Sed Boiorum Ducibus vita functis, deletàque Burgundi emptoris virili sobole, Rex contestari cœpit de suo Burgundæ veteris Fiduciæ iure, cuius & Carolates partem constituebant, aduersus fœmineos Burgundi successores, Austriacos. Conuentum fœdere Cameracensi, vt mortuo Carolo 5. Cæsare, ad Gallum reuerteretur Carolensis hic Comitatus: Nonis Sextilib. an. 1529. Postrema verò Pace, idem ceditur Austriacis perpetuò possidendus, summo Gallici Imperij iure recepto, Aprili mens. an. 1559.

Comté de Charolau, cuius origo hîc describitur.

Traicté de Cambray, die 5. Augusti, an. 1529.

Traicté de Casteau Cambresi.

5 QVID moror exemplis, quorum me turba fatigat? De redemptione captiuorum satis. Æquè fauorabilis est in clientelaribus prædiis huiusmodi, dotis constitutio, seu donatio propter nuptias, reuocato tamen Panagio, resoluenda §. donare. tit. Qualiter olim feud. alien. poter. In Feud. Pari enim ratione, res emphyteutica in dotem dari potest, citra recti domini interuentum. Speculat. in §. nunc aliqua tit. De locat. vers. 109. Ias. ad l. vlt. Cod. De iur. emphyt. num. 34. Sacri Iuris Consulti ad cap. Potuit. De locat. *Statuti* enim vis, aut Pacti alienationum prohibitorij, cessat in dote, nisi de ea specialiter cautum sit. Salycet. ad l. vlt. num. 4. Cod. De iur. dot. Potissimùm in dote filiæ adsignanda. Steph. Bertrandus, Iuris Responso. 380. Bald. ad cap. Quæ in Ecclesiarum. De Constitut. Quo argumento motus Armeniacus, Marchiæ Comes, & Leonora Borbonia vxor, lege egerunt in Nauarrum Regem de nummaria dote olim pacta Beatrici Nauarræ, Leonoræ matri: cui Nauarrus frater Beatricis, Nemorensem, regiæ fiduciæ, agrum oppignerarat. Nauarrus, contrà, defendere, Nemorense Panagium, virile feudum esse, Ducatus dignitate illustratum, nihiloque firmiùs hypothecæ vinculo subiici, quàm perpetuæ alienationi. Dotem ex agris Nemorosi Ducatus exolui, Senatus decreuit, nulla Regij Actoris interea captione ac præiudicio: Sextili mense, an. 1446.

Dotis causa feudum alienare licere.

Nemours, de quo diximus suprà lib. 1. tit. 3. & lib. 3. tit. 1.

6 HVC vergit exemplum de Aruerni Panagij dote. Ianus Biturigum Dux Mariam filiam despondit Borbonio Duci, promissa Aruernorum dote. Prospiciebat autem pater, regium Aruerniæ Biturigúmque Panagium, quo fruebatur, solu-

Auuergne, & Berry. Hæc Maria Biturigum Ducis filia, Bonæ soror fuit, Armeniaco Comiti nuptæ.

tum iri cum extremo vitæ suæ spiritu, atque ita Regem à filia fortè dotem auocaturum. Proinde Biturigis rogatu, Princeps interuenit dotali Instrumento, pactiones ratas esse iussit eo modo, vt absumpta Boiorum virili stirpe, Borbonia peræquè, ac Aruernorum ditio in ius Principis reuoluerentur. Literis Die Ascensionis solenni exaratis. An. 1400. mense Maio. Iuxta priorem Aruerni Ducis cum Rege Conuentionem Pridie Nonas Nouembr. an. 1386. Nec idcircò, Biturige defuncto, interquieuit Regius Actor, sed à Rationalibus Senatum appellauit, quòd illi Biturigis filiam in Aruerni Ducatus fidem clientelámque admisissent. Conscripti etiam Patres authentica Charta statuerũt, Ducatum istum Regia manu publicè possideri, tanquam in Sceptrorum iura redactum, Biturigis obitu, nullo masculo hærede superstite 6. Iduum Augusti, an. 1416. Atque eò res iam in Senatu processerat, vt nisi iniquitate temporum, ac Burgundi vi maiore expressa fuisset clientelaris illius receptionis (à qua prouocatum erat) comprobatio, vix ampliùs dotales Aruerni constitissent. Burgundus enim Dux, Biturigi Heroïnæ fauebat impensiùs, quæ PATRVM iudicio obtinuit 7. Idus Decembr. an. 1418. At quibus de rebus publicum decretum intercesserit, minùs libera tunc Republ. de iis iterum actionem dari posse innuebat Attica lex, quam Demosthenes commemorat. In Oration. aduersus Timocratem. Vnde & procurator Fisci Gallici, similibus tùm negotiis assensu suo contra Ius extorto, interponebat seorsùm contrariæ voluntatis contestationem. Cuiusmodi arcana Acta identidem Regestis Curiæ inserta voluuntur ex prisca illa tempestate, aduersus gratiosas sacri Patrimonij alienationes an. 1434. 1435. 1440. 1470. & 1477. Regiæ autem illius Aruernorum Fiduciæ pacto sic cautum erat. CIVITATEM BITVRICENSEM, AC QVICQVID EST IN PATRIA, AC TOTA BAILLIVIA ET RESSORTO BITVRIÆ, NECNON CASTRA, CASTELLANIAS DE VIERZANO, DE LVRIACO, ET DE MEDVNO SVPER YEVRAM, CVM EORVM RESSORTIS, AC QVICQVID HABEMVS ET HABEBAMVS IN BAILLIVIIS ALVERNIÆ ET MONTANORVM ALVERNIÆ, ET EARVM RESSORTIS, DICTO IOHANNI NATO CHARISSIMO CONCEDIMVS ET DONAMVS, CVM OMNIBVS CASTRIS, VILLIS, FORTALITIIS, &c. PRO SE ET SVIS HÆREDIBVS MASCVLIS DE MATRIMONIO LEGITIMO PROCREATIS ET DESCENDENTIBVS AB EODEM, &c. mense Octobr. an. 1360. Quare nil prius antiquiusvè fuit Mariæ Biturigi huius fiduciarij Ducis filiæ, quàm vt nuptiales suas tabulas, quæ, Principalis fiduciæ leges aliquatenùs infringebant, curaret à Principe Carolo 7. confirmandas. Codicillis pridie Nonas Iunias an. 1425. quos Senatus Pictauis tum iura dicens promulgauit 10. Kal. Sextiles, Ac Præfectura Ratiociniorum 12. Kal. Septemb. Eod. an. 1425. Postulante omnia isthæc non tantùm Maria Biturige, sed & Carolo filio Boiorum Duce. Quinetiam huius Caroli proles Ianus 2. Borbonensis Dux ratas gratásque habuit tales Maiorum suorum pactiones. Instrumento solenni 10. Kalend. Ianuar. an. 1446. Petrus necnon Borbonius Iohannis frater, Nouemb. mense an. 1463. Ac vltimus quidem, Borboniæ familiæ, Dux Carolus Vilhelmum Gouffierum egregio munere affecit Boysiæ & Rouennesiæ ditionum (nunc Marchiæ & Ducatus): Quæ ex Foresio, regij Panagij, Comitatu decerptæ erant. Ast donatore mortuo an. 1527. solutum erat fiduciarij reguli beneficium, quàmlibet effusis masculaturum substitutionum gradibus oneratum, nisi Principis auctoritate firmari ipsum procurassent Gouffierij, qui summa apud eundem gratia præpollebant. Fertur itidem, Carolum Alebretum dedisse Arcturo Brironico in dotem Ianæ filiæ, Druydum Comitatum, sed Principe nuptiali pacto suffragante an. 1445. Aliàs Druydes, regium Patrimonium, tutò redigi non poterant in priuatũ cuiusque commercium. Ac nonnunquam in huiusmodi negotiis Principes aliquid relaxarunt ex rigore iuris: siquidem filia dotem Regio fratri filióve adferret. Vtputà, Carolus 2. Siciliæ Rex, filiæ Margaretæ dotales tribuit Andium & Cenomanorum Comitatus, virile Caroli Panagium 15. Kal. Septembr. an. 1290. Sublato dehinc è viuis Carolo, tantùm abfuit, dotalem pactionem à Rege irritam fieri, vt Philippus quoque Valesius, Margaretæ iure materno, Comes viuo patre diceretur.

Pacta matrimonialia, die Iouis Ascensioni Christi sancto mens. Maio. an. 1400. secundùm prius Pactum die 4. Nouemb. an. 1386. Quo Biturigũ Dux Regi donauit omnes suas ditiones, deficiẽtibus masculis directa linea, vt ad coronam reuerterentur, aut deuoluerentur.

Die 8. Augusti, an. 1416.

Burgundus, & Biturix Heroïna erant patrueles & fratrum filij.

Arestum Curiæ die 7. Decemb. an. 1418.

Acta Oppositionis & Protestationis factæ à Procuratore generali Regis, in Registris Curiæ, contra alienationes Caroli 7. & Ludouici 11. Cum Aresto Curiæ, tales alienationes in ea registratas, intelligi sine præiudicio d. Oppositionis, etiamsi eius nulla fuerit in expeditionibus talium Alienationum mentio facta

Clausula Regij Appẽnagij Biturigum, & Aruernorum.

Regiæ Literæ confirmatoriæ die 4. Iunij an. 1425. Visæ & publicatæ Pictauis in Parlamento regio die 23. Iul. Et in Camera Computorum regiorum die 21. August. Eod. an Registratæ in lib. Chartarum eiusdem temporis, fol. 77.

Die 23. Decembr. an. 1446.

Guillelm. *Gouffier, pere du grand Maistre de Boisy, & de l'Admiral Bonniuet.*

Marquisat de Boisy, & Duché de Roüennois.

Contractus matrimonij cum Carolo Valesio Philippi Regis fratre die 18 Augusti, an. 1290. dote Comitatus *d'Anjou, & du Maine*, quod erat Appennagium Caroli 1. datum à D. Ludouico fratre mense Augusto an. 1246. Cuius Caroli filius fuit Carolus 2. Siciliæ Rex.

ceretur. Pergratæ nimirùm Philippo 4. Regi splendidissimæ nuptiæ, cuius frater Carolus Valesius Margaretam ducebat vxorem. Similiter Robertus Ludouici 7. frater, assentiente eo, pignori opposuit Agneti Brenneæ coniugi, dotis acceptæ nomine, Druydum Comitatum, quem à Rege fiduciarium sumpserat. an. 1152.

7 QVAMVIS igitur, fundorum stante Panagio, libera sit eorumdem penes fiduciarium Regulū dispositio: tamen extincta Panagij fiducia, deficientibus masculis, hypothecarum iura rescinduntur, alienationes, seruitutes, aliáve onera à fiduciario illo prius constituta intercidunt. Talis enim Fiduciæ resolutio necessaria est, non spontanea, eóque retrò refertur ad primariam Fiduciæ cautionem l. 1. & 2. Cod. si pig. pignor. dat. sit. l. Lex vectigali fundo ✠. De pignor. Vlpian. in l. Vbi autem §. sed & Marcellus. ✠. De in diem addict. l. Si cui §. vlt. D. Quemadmod. seruit. amittan. cap. 1. §. quid ergo, & ibi Cardinal. Alexand. De inuestit. de re alien. facta cap. 1. §. rursus, Et ibi Bald. Aluarot. Cardinal. Alexand. Quid. mod. feud. amittat. Atque ita præclaro iudicio P. C. censuerunt de Claromontis Bellouacorum, fiduciarij appendicibus quibusdam suæ formæ reddundis, & in pristinam Augusti DOMINII causam, velut ad suas origines, reuocandis. Decreto postridie Nonas Mart. an. 1554. Secus de voluntaria vltroneáque Fiduciarij Pacti resolutione, quæ velùt noua conuentio, alteri non obest, cui medio tempore ius quæsitum sit. Argum. l. Filiæ meæ D. Solut. matr. l. Liberto octoginta ✠. De bon. libert. Sed quemadmodùm Diui Seuerus & Antoninus rescripserunt, potiorem esse causam domini soli, nec cum solarij deminutione obligari posse vectigale prædium, aut superficiarium l. Sanè ✠. De pignerat. action. l. Etiam D. Qui potior. Ita Rex Gallus edixit, soluta fundorum regia fiducia, resolui omnia iura, pignora, & onera fundis indicta ab fiduciario Regulo, paríque ad eum, à quo semel exierint, Principem sorte redire illos ac conditione §. 1. Legis Francicæ Molinensis, an. 1566. Idem dicendum inter socios bonorum, & consortes. Maritus vxorium prædium distraxit cum lege redimendi: Sic deinde redemptum, marito non communicatur, sed & hypothecarum nexus dissoluitur ab emptore contractus. Bartol. ad l. In diem ✠. De aqua pluu. arcend. Decius in Consil. 88. De pretio autem redhibiti prædij hæsitatum fuit, nûm vxor dimidiam eius partem mariti hæredibus restituere teneatur. Senatus hanc rem pro sua prudentia temperauit, Vilcotio, & Dangchino, causæ patronis: Aprili mense, an. 1564. Vnde sequentem distinctionem elicias. Aut enim fundus vxoris alienatus recipitur, ex cautionis formula venditioni appositæ. Putà, cùm in ipso negotio venditionis gerendo, de iure redhibendi conuenerit: Eo casu, non est vrgenda mulier ad dimidiati pretij restitutionem. Sin verò redhibitus sit, pactione redimendi extra venditionis contractum inita, seu gentilitio Iure Municipali, tunc diuersum respondetur, iudicatur. Hinc quoque Baldo placuit, agri pretium venditi sub pacto redhibitorio, si intra diem reddatur, licet emptore iam mortuo, pertinere ad successorem mobilium emptoris, non rerum soli. Quasi illa redimendi facultas retròducat omnia ad tempus contractæ venditionis: quo, emptor nummarij pretij sui dominus erat, non latifundij Bald. in l. Ea demùm. Cod. De collation.

Carolus 8. Rex fauore matrimonij Caroli Angolismorum Comitis & Ludouicę Sabaudæ cognatorum suorū eis dedit terras *de Melle & Chize* in Pictauia, 10. millibus libellarum redimendas. die 23. Septemb. an. 1487.

Arestum Curiæ, die 8. Mart. an. 1554. Quo fundi *de Gournay, Remy, & Moyenille*, Regi adiudicati sunt, tanquam membra dependentia à Comitatu Claromontano, in Bellouacis, & purè Domanialia Coronæ Franciæ.

Speciale edictum Molinense. De conseruatione Domanij Coronæ Franciæ.

Retractus conuentionalis, aut linearis.

8 SIGILLATIM in *Re Dominica*, ex facto ferebatur, Carolum 6. Regem fiduciaria lege Aureliensem Ducatum dedisse Ludouico fratri, an. 1392. Donatarij filius Carolus Belgentiacum diuendit Aureliorum oppidum Iano Haricuriæ, Narbonensi Archiepiscopo, in spem vel speciem eximendi Anglica seruitute venditoris, aut pretij saltem redemptionis eiusdem numerandi, an. 1443. Sed venditionis fucum detexit translata ilicò oppidi possessio in Nothum Aurelianum venditoris fratrem, cui, personato eo Contractu, gratificatum voluerit Carolus frater in fraudem regiæ Fiduciæ. At diu pòst, resoluta Aureliorum fiducia, Procurator Fisci diem dixit octogenario possessori, eiúsve hæredi Francisco Aurelianensi, ab eóque Belgentium condixit. Disceptata in Senatu causa cecidit reus, & prisca fiduciæ lege, Rex fundum obtinuit. Iudicato Curiæ 7. Kal. Mart. an. 1543. Eandem iudicij aleam veritus Gouffierus dynasta; demissis precibus egit antea cum Francisco 1. Principe nostro, vt ipse máresque posteri continuò Boysia & Rouennesia ditione frui sinerentur, qualiter vtramque à fiduciariis Boio-

Bougency.
Sic Iani Ducis Borbonij in Anglia captiui procuratores vendiderunt die 1. Iul. an. 1421. Iano Comiti Armeniaco in pretium redemptionis suæ Comitatū *de l'Isle en Iourdain*, quem venditor emerat an. 1405. de Iordano Comite. Arestum Curiæ, die 23. Febr. an. 1543.
Seigneurs de Boyssi, & Rouennois in Foresio Comitatu.

rum, & Foresiorum Regulis maiores sui dono accepissent. Quòd si Princeps, alienantis miscuerit se hæreditati, priuato iure sanguinis, non Regio, alienationem perpetuo valere pronuntiauit Senatus, neque ab Actore publico retractandam. Propono hypothesin. Ludouicus 11. Rex Petro Borbonio genero concessit Marchiæ Comitatum, qui, Iacobi Armeniaci bonis publicatis, Fisco delatus fuerat. Borbonius Marchiæ prædiolum quoddam addixit, adsignauitque Philippo Billonio in solutum æris alieni: an. 1493. & 1495. Borboniis extinctis, Marchia postliminio reuertitur ad Principem. Inter moras, regia mater Ludouica Sabauda, quæ Borbonensium Regulorum consanguinea erat, nobilem eorum adit hæreditatem, & hæreditariis se oneribus inuoluit: Pacto cum Rege conuento, an. 1527. Diem functa ea, Regius Actor vindicat, tanquam fiduciarium, Marchiani Comitatus prædiolum, quod Billonio quondam transcriptum fuerat à Marchiano Comite, debitore. Billonius, contrà, Regem proprio iure ac peculiari, matris hæredem esse, quæ in Borbonias res mobiles successerit cum onere dissoluendorum nominum. Itaque Vlpiani responso, vindicans fundum, quem ipse distraxit, aut is cuius sit hæres, doli exceptione repellitur: quamuis alio iure dominium quæsierit l. Vindicantem ff. De euiction. l. Cùm à matre Cod. De rei vindic. l. Venditrici. Cod. De reb. alien. non alienan. PATRES LVTETIANI, tabulis vtrinque perspectis, vindicias dixère secundùm priuatum possessorem, ac vindiciariam ipsi possessionem fundi adiudicarunt. Decreto 10. Kal. Septemb. an. 1548. lato inter Regium procuratorem hinc, Carolum Billonum, ac Catharinam Iani Billoni viduam mulierem inde, litigatores.

Hic Iac. Armeniacus Transactione cum rege facta & publicata in Parlamento die 9. Febr. an. 1469. cedebat omnibus bonis in gratiam Regis, casu quo iterum impingeret in crimẽ læsæ Maiestatis, & in Regis Regnique perniciem aliquid moliretur.

Iudicatum Curiæ, *de Mainleuee prouisionale*, die 23. Augusti, an. 1548. *pour Charles de Billon, & consors.*

QVIBVS accedit insigne exemplum de negotiis gestis cum Celticæ Britanniæ Ducibus, queîs nostri Reges muliebri hæreditate successerunt. Vilhelmus Sanguinus emit ab Arcturo Armorico Richemundiæ Comite, MAG. EQVIT. Galliæ, nummarium vectigal annuum pro quantitate æris Arcturo numerati, vsura ad assem reducta, vt qui sexcentos aureos illi tradiderat, ipse posterique eius singulo quoque anno quinquagenos aureos perciperent vectigales. Circiter annum 1433. Postmodùm Arcturus debitor, Armoricæ Britanniæ Dux appellatur, & Montisfortis Comes, an. 1457. Arcturo seriatim Anna succedit Britanniæ Heroïna, Ludouici 12. coniunx, paterna proauia Caroli 9. Regis. Inter moras, Sanguinus Vilhelmi emptoris hæres iudicium dictat Regio procuratori, annui eiusce reditus nomine. Regius, contrà, differit, Principem publico & Augusto, non priuato iure Britonicum Ducatum tenere, cum Montfortiano Comitatu. Replicat ille, pigneratitium fundum vtrumque, tanquam priuatum Regi obtigisse ab fœmina patrimonium, non publicum, nec Diademati sacrum: ideóque vectigali annuo subiici antea efficaciter potuisse. Rex enim Franciscus 1. liberè Montfortianum tribuit Tuteuillano Duci, in compensationem Fani Pauli Comitatus, quem Tuteuillanus regio iussu Cæsari dereliquerit, ex Fœdere Cameracensi icto an. 1529. Rursus à Tuteuillano Franciscus 1. Montfortianum repetiit tutorio liberorum nomine, quasi materna hæreditate dominorum prædij vtriusque, Montfortiani simul, & Armorici. Vnde planum fiebat, Regem in priuata hæc dominia successorem fœmineo iure, vt alium quemlibet consanguineum, hæreditario æri luendo obnoxium esse. Iuxta quæ deinceps, à Conscriptis Curiæ decisum accepimus, victo Procuratore Fisci. Sub annum 1565. 9

Mess. Artus de Bretagne, Comte de Richemont, Connestable de France, ayant constitué rente au denier douze.

An Ducatus Britanniæ, & Montisfortis Comitatus fuerint de *Domanio* regio, & publico, statim ac Annæ Britonicæ matrimonio ad Regem venerint. Sed die 18. Nouembr. an. 1532. publicatũ fuit in Parlamento Rescriptum Vnionis Britanniæ cum Regno Francico.

Duc de Touteuille, Comte de S. Pol.

Francisci 1. Regis vxor Claudia, Annæ Britonum Ducissæ filia, & Montisfortis Comitissæ.

E DIVERSO autem, Res Fisci patrimonialis, quæ præfinito tempore, aut modo in fiduciam data sit, à fiduciario supponi hypothecæ nequit in auctoris sui incommodum, quo ius Fisci, soluta fiducia, minuatur. Cuiusmodi ius Regium vt apprimè calluit, sic coluit religiosè Ludouicus 11. Rex, etiam aduersus nudam hypothecam pro dote Pacto constitutam. Iano Andegauensi Renati filio elocatur in matrimonium Maria Borbonij Ducis filia, numeratis in dotem aureorum numûm millibus centum & viginti: quæ in proprio vxoris patrimonio habita nominatim, demuntur à futura bonorum inter coniuges societate. Fatis functa Maria, pepigêre Andegaui Reguli cum Duce Borbonio, de dote ei restituenda. In eam causam Borbonio adsignatur Mirebellus, Andegaui agri, Baronatus. Stetit quidem in hunc hypotheca, constante Andegauorum virili progenie. At iis demortuis, condicit Princeps cum Andium Ducatu Mirebellum, idipsum regio 10

Hac de causa Regius procurator in Senatu Parisien vendicat identidem ditiones Champtocei & Ingrandei Andium vici, quòd ab Andium Duce Panagiario, Renato datæ fuisset Coityuio Amiraldo Franciæ: Cuius Literas Doni Britonicus Dux restituere à Renato se obligauit 11. Octobr. an. 1450. Vt patet ex Inuentario *de la Chambre d'Anjou, extraict de la Chambre des Comptes de Paris.* Reliqua de iis Ditionibus vide nostro lib. 3. Legum Andeg. tit. 1. art. 7. *Baronnie de Mirebeau, en Anjou.*

regio iure donat Annæ filiæ: Anna itidem Ianæ sorori Nothæ, ex cuius cum Notho Borbonio nuptiis sensim editus Harpagij dynasta. Vice versa, Boiorum Dux Mirebellum donatione contulit in Culantium nobilem virum: Inde suborta lis Culantij cum Harpagio regij beneficiarij successore. Talis demùm quæstio à Senatu terminata est, nunquid finito Andium Panagio, hypothecæ vinculum pro dote oppido impositum resolueretur. Multis enim vltrò citróque adductis, regia Panagij lege iudicatur secundùm Principem, nouúmque ipsius beneficiarium. Decreto, Kalend. Martiis ann. 1572. Bertrando, Harpagij domini: & Blanchefortio, Culantij ius cessum prosequentibus. Sed paulò ante litis definitionem, ille Gilbertus Blanchefortius, Mirebellam Dynastiam vendidit Monpenserio Duci 6. Kal. Februar. ann. millesimo quingentesimo septuagesimo secundo, Qui iam inde Dux rerum potitur, sibi transcripto competitorum omnium iure, & cumulato.

> Placitum Curiæ, die 1. Mart. an. 1572. *entre Bertrand, ayant le droict du sieur d'Arpaion, & le sieur de S. Ienurain, nommé de Blanchefort, ayãt le droict du sieur de Culant.*
>
> Die 27. Ianuar. an. 1572. Venditio facta Duci Monpenserio.

11 De dotibus copiosè, iam de donatione propter nuptias. Singularis quidem est eximiaque talium donationum ratio ac conditio, vt earum nomine bona pariter restitutioni subiecta teneantur. Ita decernente Senatu Diebus Christi Natalitiis, an. 1556. At vetus celebratur S. Consultum, fœminas vniuersim in Regiæ Fiduciæ prædiis ius donationis propter nuptias non habere, an. 1267. Cui S. C. proximè consequens, eandem in rem attexuimus, volum. 3. Andeg. Legum. Huc quoque alludit priscus Francorum Mos, manuscripto Codici trecentos ante annos consignatus, tali formula: *Se li Rois aust doné a autrui home par son seruice, ou par sa volenté aucun heritage à luy & a ses oirs; qu'il auroit de sa fame espousee: Et s'il auoit oirs & il mourust, quand li oirs seroit en aage, il en seroit en la volenté le Roy, & partiz de sa mere. Et se sa mere demandoit doüaire, & il li respondist, Dame, vos n'en denes point auer. Car se mes pere fust morz sans oir, vos n'en aussiez point, ainçois demorast au Roy quitte. Car li Rois ne dona fors à li & a son oir qu'il auroit de sa fame espousee. Et por ce, se ie fusse morz, vos ny aussiez point de doüaire, ainz reuenist au Roy. Et einsi puet l'on entendre, que fame n'a point de doüaire en tiez dons.* In libro Gallico, *Ci comancent li Establissement le Roy de France selon l'vsage de Chastelet de Paris & d'Orliens, & de Baronie*, cap. 111. Neque ab hac Galliæ inueterata Consuetudine dissentit Iustinianea Lex, Cùm multa priuilegia Imperialibus donationibus iam
„ præstita sunt Cod. De bon. quæ liber. §. si quis igitur à serenissimo Principe, vel
„ à piissima Augusta, siue masculus, siue fœmina, donationes sit consecutus vel
„ consecuta, siue mobilium, siue immobilium, filiusfamiliâs tamen constitutus vel
„ constituta, habeat huiusmodi res omni acquisitione absolutas; & nemini eas ac-
„ quirat, neque earum vsumfructum pater, auus vel proauus sibi vendicet, sed ad
„ similitudinem castrensis peculij omnem facultatem in eas filij vel filiæfamiliâs habeant. Imo nec Regij beneficij seu Panagij participes fiunt donatarij filiæ cum masculis iudicio familiæ herciscundæ. Gallicis Moribus ac institutis, quorum varia patent exempla. Renatus enim Andium & Cenomaniæ Dynasta fiduciarius, ita communicauit secundogenito fratri Carolo regij huius Panagij portiones, vt ad masculos solùm Caroli hæredes transmitteretur. Pacto conuento pridie Nonas Sextiles an. 1440. Quo Pacto, Cenomanorum Comes hic vocari cœpit, Castriduleri j Baro, Feritatis Bernardi, Meduanæ Iuhelli, & Saboliæ ditionis. Vt alibi scripsimus obiter, Legum Andegauiæ Municipalium lib. 1. Parte 3. Præfation. De commun. Gallic. Consuet. præceptis art. 2. Carolus, ad hæc, Boiorum & Aruernorum Dux fiduciarius hac lege contulit in Lodoicum fratrem natu minorem Monpenserium fundum, Aruernæ partem fiduciæ, vt Lodoici deleta virili prosapia, ad Ducem Aruernum rediret Monpenserius Comitatus. Solenni Charta Idibus Februar. an. 1442.

> An Regiorum Procerum Appennagia Pacto subijci possint muliebri Doario, in præiudicium Fisci, post consolidatũ ipsi Panagium. Cap. 1. De fundorũ possessione temporaria tit. 1. art. 4.
>
> Ex donatis à Regenũm vidua donatarij capiat Doarium, excussimus libr. 3. Legum Andeg. tit. De muliebri dotalitio art. 4.
>
> *Le Maine, Chasteau du Loir, la Ferté Bernard, Mayenne la Iuhez, & Sablé.* Posteriores tamen hi fundi, non sunt propriè ex Regio Appennagio, sed particulatim acquisiti.
>
> Hac Pactione cautum fuit die 4. August. 1440. vt mortuo Carolo Sabolia Baronia ad Andegauum Ducem reuerteretur.
>
> Die 13. Februar. an. 1442.

12 Nunc de præmissa donatione propter nuptias, repetamus causæ argumentum è medio Galliæ vsu. Renatus Andium Dux assignauit Bellofortensem, Andegaui agri, Comitatum Ianæ Lauallæ secundæ vxori, iure * τῆς ἀντιφερνῆς. 3. Nonas Septemb. an. 1454. Dirempto morte Renati matrimonio, Princeps manum iniicit Andegauensi, regiæ fiduciæ, Ducatui, cuius appendix erat Comitatus. Exinde Heroïdi viduæ aufertur hæc Ditio, quam nihilominùs aliquantò pòst fruendam recepit noua Caroli 8. munificentia: cui proinde talis vsusfructus

> *Comté de Beaufort en Vallee en Anjou.*
>
> * Doarii.
>
> Contractus nuptialis Renati Andegauiæ Ducis cum Iana Lauallà, die 3. Septemb. an 1474.

accepto fertur, veriùs quàm fiduciarij Ducis pactioni. Exploratum est quippè, Comitatum hunc, vetus esse Coronæ prædium, æquè ac reliquum Andegauiæ Principatum. Bellifortẽsis enim dominatus, Phil. Valesij munere cessit Vvilelmo Rogerio, Clementis 6. Romani Pontif. fratri. iisdem Codicillis ornatus regiæ Iurisdictionis & Comitatus dignitate. Sub an. 1340. Cuiusmodi erectionẽ donationemque Comitatus, vnà cum singulis eiusdem iuribus eximiis, descripsit probauitque Regis primigenius Iohannes Andium Comes, simul ac Neustriæ Dux. Epistola aperta mens. Sextili an. 1346. (in castris Auenionens.) quam perlegi. Planè donatarij filium Rogerium Bellofortensem commendat à militari virtute Frossartes, Histor. Volum. 1. cap. 286. eius seculi ann. 1370. Successu temporum, Renatus Andegauus, transactione data pecunia, Comitatum recuperauit ab Huggone, Turtiano Procomite, & Anna Bellofortensi eius coniuge, Rogerij hæredibus, an. 1469. Idibus Maiis. Quo prætextu, fœmineus Renati hæres Lotharingus sibi asseruit in Senatu Comitatum, velut emptitium, non à Panagio profectitium, quasi Renatus ipsum pretio mercatus esset. Verùm Procurator Fisci mordicùs institit, Comitatum, Regiæ Gallicæ patrimonialem esse, nec obstante priuata illa transactione, in Regium ius pristinum restitui oportere. Hæc dùm in Curia disputantur, Rex Comitatu donauit Nothum Sabaudiæ 4. Idus Maias an. 1518. Renati hæredibus redditur æs transactione conditum, tricena millia numûm aureorum. Sed nouam Comitatus largitionem, & Valongnesij Procomitatus, quæ venditionis specie tecta erat, oppugnauit Publicus Actor, intenditque, ad nouennm fundi vsumfructum reducendam. Id quod pluribus Curiæ Sententiis definitum est, lege addita, vt donatarius prædiorum fructus carperet ab regio ipso DOMINICORVM redituum Coactore. Cùm autem donatarij filius Comes Tendeus Regias Literas exorasset, fructuariæ huius possessionis ampliatrices, Riantius patronus Fisci præfractè intercessit earum promulgationi: Vsqueadeò, vt pleniùs deliberandum Curia pronunciarit. Decreto 5. Kal. Mart. an. 1554. Canayo Tendei Comitis causam orante. Dein Senatorio iudicio in Fiscale patrimonium redigitur Comitatus. De prædicta autem Comitatus cessione regia, Senatus Regestum placet his subtexere. LITERA VENDITIONIS COMITATVS BELLIFORTIS IN VALLE, BASTARDO SABAVDIÆ FACTÆ. LITERA DONI EIVSDEM COMITATVS DICTO BASTARDO SABAVDIÆ PER DOMINAM REGIS MATREM, EIVSDEM BASTARDI SOROREM FACTI, VNA CVM RATIFICATIONE REGIS. Volum. 1. Actorum Curiæ sub Francisco 1. an. 1518. fol. 299.

Literæ expeditæ *au Camp. lez Auignon*, Mense Augusto 1346.

Le Viscomte de Thureine, & Anne de Beaufort sa femme, iure suo cedunt Comitatus *de Beaufort* Renato Andium Duci pretio 30. millium aureorum die 15. Maij an. 1469. Ex Inuentario titulorũ *de la Chambre d'Anjou extraict de la Chambre des Comptes de Paris.*

René Bastard de Sauoye.

Die 12. Maij 1518. *Viscomté de Valoignes en Normandie.*

Vsusfructus, vel locatio, nouem annorum fructum excedens, censetur quædam alienatio fundi l. 1. §. vlt. cum ll. seq. ff. Si ager vectigal. Alexand. in l. si filiofamilias §. vlt. num. 2. D. solut. matrim.

Appoincté au Conseil en Parlement, die 25. Februa an. 1554 *entre le Comte de Tende, & M. le Procur. general du Roy.* Hodie verò Bellifortis Comitatu fruitur Scipio Sardineus, an. 1605.

13 VT Regiæ fiduciæ fundos, soluta ea, non retinet fiduciarij vidua mulier titulo Dotalitij vsusfructus, nisi & is fiduciaria Cautione comprehensus sit: Ita Iudiciis decisum est, in prædio à Rege concesso, vxorem nihil societatis iure consecuturam. Princeps Iano Laudunensi erogauit pensitationem annuam ducentarum libellarum, clausula sequenti: PRO SE ET SVIS HÆREDIBVS EX VXORE LEGITIMA, &c. Experitur vxor actione pro socio, in Laudunensis hæredes, liberos ex anterioribus nuptiis susceptos. Intendit donationem hanc constante secundo matrimonio factam, acquisitionis genus esse, connubiali rerum societati imputandum, communicandũ. Nihilo seciùs PATRVM Sententiis vidua petitione summouetur, his verbis, ATTENTA CONDITIONE DONORVM REGIS, an. 1298. Quibus suffragatur Regium Karoli 9. Diploma mẽs. Iunio, an. 1571. promulgatum in Curia 16. Kal. Iunias, an. 1572. regij muneris in coniugem alterum collati, participem alterum non futurum ab coniugali bonorum consortio. Neque his malè conuenit Cæsarea Sanctio, Cùm multa. Cod. De bon. quæ liber. vers. habeat huiusmodi res omni acquisitione absolutas, & nemini eas acquirat, &c. Vt enim (ait) Imperialis fortuna omnes supereminet alias, ita oportet & Principales liberalitates culmen habere præcipuum. Sequenda verò est ad amussim Regij beneficij Formula, nec à conceptis ipsius vocabulis vel latum quidem vnguem deflectendum: vt quem suæ liberalitati modum dixerit Princeps, imprimis dispiciamus. Principis enim conuentio, vim perpetui Edicti obtinet, l. penult. Cod. De donat. inter vir. & vxor. l. Cæsar. ff. De Publican. Quin & priuatorum

Domania Coronæ ad eam redeunt sine onere Doarij viduarum eius, qui domania illa tenuit, nisi ex eis dotem doariumve assignare permissum a Rege fuisset in traditione fundi Domanialis.

Regiæ Literæ patẽtes verificatę in Parlamento Parisiensi, die 17. Maij, ann. 1572. Quibus, non obstante Consuetudinaria bonorum communitate viri & vxoris, nihil ex donis Regiis marito factis, vxori acquiritur, aut communicatur.

priuatorum Feudorum conditio, in præscripta legis Beneficiariæ verba est, veluti in scopum, dirigenda, cap. 1. & ibi Bald. De eo qui sibi & hæredib. Regiæ porrò munificentiæ inest eximium istud, veréque palmarium, vt solo Principis ore facta gratia, seu gratiosa concessio ius tribuat primo donatario, nec, arrepta priùs à secundo possessione, elidatur. Theodosiana lege, Prædia domus nostræ, Versic. etiamsi alteri eam Imperator vel exoratus, vel sponte donauerit, siue adnotatione, siue pragmatica, Cod. De locat. præd. ciuil. lib. 11. cap. Ex parte. cap. Capitulum S. Crucis. De Rescript. Ias. ad l. Quoties. Cod. De rei vindicat. Quippè quùm Regia fides, voluntásque Principis, sibi perpetuò constans ac immutabilis existimetur. Illuc pariter spectant, quæ de Regia in alterum coniugum liberalitate à Nobis tradita sunt libr. secundo PARISIEN. MORVM.

Lex Quoties Cod. De rei vindicat. nō habet locum in donatione Princip̄is, & eius donatarius.

Tit. 1. art. 12.

14 CÆTERVM si ob crimen Panagium Fisco commissum sit, non ob masculæ prolis defectum Reguli fiduciarij, tunc contracta interim manent hypothecarum iura: Nisi in Principem ipsum fiduciarius deliquerit. Molinei opinione, in 1. Parte veteris Consuet. Parisiorum tit. De feudis (§. 30. num. 185.) Est enim aduenticia illa, non naturalis resolutio, Fiduciæ legi apposita. Imò & licita venditio est, nedum pignoris obligatio in rebus donatis, post admissum quoque ingrati animi crimen, modò ante acceptum de reuocanda donatione iudicium l. his solis Cod. De reuocan. donat. Tametsi huic opinioni reclamitet Francisc. Ripensis in l. vlt. Cod. eod. Tit. Sed audi maius testimonium Alberici Rosatis, donatorum conditionem ex Leg. Si vnquam, non retroagi ad diem donationis, creditorum detrimento, & pignorum medio tempore quæsitorum. Alberic. in d. l. Si vnquam Cod. De reuoc. Donat. Quantumuis enim resolutoria conditio ex eadem Lege censeatur donationi subesse, haud ideò reducitur donatio ad non causam, in anteactis. Vt ipsi Alberico placuit in cit. l. Si vnquam. Tiraquell. in Repetit. eiusdem Leg. in ver. Reuertatur, num. 8. & 220. Neque huic sententiæ impedimento est vulgatum Curiæ decretum ex facto Molinei Iuris Consulti Parisiensis, pridie Idus April. an. 1551. Hoc quippe Iudicio, probauit Senatus rerum fratri purè donatarum repetitionem ob superuentum liberorum, sed saluo nominatim pignorum iure, quæ donatarius inter moras prædiis imposuerat pro vxoria dote, & propter nuptias donatione. Isthæc tamen omnia procedunt solùm in creditore hypothecario ex ciuilibus contractis negotiis, non autem ex mulctæ, pœnæque ob crimen irrogatione. Nam pœnali huic & mulctatitio æri antefertur priuatus etiam fundi patronus, qui beneficij feudique sui reuersionem liberam immunémque postulet, ob commissoriam clientis in ipsum perfidiam. Sicuti à Conscriptis Curiæ solenni purpura pronuntiatum est 7. Idus Septembr. anno millesimo quingentesimo septuagesimo quarto, pro I. Racapeo, domino superiore, aduersus creditores ex rapinis, & flagitiis Renati Rouurei, proprietarij *de Bressault*, inferioris prædij & clientelaris, quod noxa clientis patrono commissum fuerat. Si enim pœnis fiscalibus creditores præferuntur, longè potior causa est veri domini & auctoris fundi, qui in lege mancipi ante omnes sibi prospexerit de beneficio, ex ingrata vasalli memoria ad se reuocando. Vt communi Feudorum Iure cauetur, tit. Quib. mod. Feud. amittat. In pœnalium igitur creditorum concursu, quibus ob maleficium debetur, primaria causa est recti domini, cui pœnæ nomine commissum feudum iudicetur. Atque ita intelligendum S. C. antedictum, quod & recensuimus lib. 3. De PRIVILEG. RVSTIC. In delictis enim nulla est creditoris hypotheca, ante condemnationem, vel ex iudicato pignorum capionem. Secus in creditore ob mutuum, aliudve huiusmodi, rei persecutorium negotium: cui statim ius hypothecæ paratur consensu debitoris. Itaque eodem illo Curiæ Decreto, nulla est in consilium ordinis quæstio & prærogatiuæ creditorum istorum cum directo domino fundi. quemadmodùm à Iudicibus ipsis certò accepi, post editionem nostri illius Operis, de Priuilegiis Rusticorum.

Ita crimine contra Regem ipsum commisso a possessore Panagiaio, feuda Coronæ immediata reuertūtur ad Principem sine onere debitorum.

L. Si vnquam Cod. De reuocan. donat.

Arestum Curiæ publicitùs recitatum, die 12. April. an. 1551.

Placitum Curiæ, die 7. Septēbr an 1574. pro I. Racappe Dn. de Meignannes cōtra creditores ex delictis Renati de la Rouuraye Dn. de Bressault en Anjou.

Partis 3. cap. 12.

Potiores in pignore creditores pro ciuili debito, quàm ex nummaria criminis pœna.

15 NON erit intempestiuum, his subnectere causam liberorum insontium, aduersus legem Panagij Regij commissoriam ex paterna noxa. Quidam enim rectè admittendum credunt pro liberis, crimine paterno committi duntaxat

in publicum, quicquid iuris damnatus habuit; non quod substituti, secundi, aut tertij gradatim possessores ordine masculinæ Regum in suos Fiduciæ prædiariæ. Ducto argumento ab Imperiali sententia in cognitionibus prolata, quam refert Paulus I.C. l. Statius Florus §. Cornelio Fœlici. De iur. Fisc. l. Eum qui ϖ. De interdict. & relegat. Bald. in §. nulla. Per quos fiat inuestit. Ad Fiscum regulariter ea non transire, quæ propinquis tantùm hæredibus concessa sint (quale Regum in suos Panagium) non extraneis possessoribus. Bartol. ad l. Si finita §. si de vectigalibus ϖ. De damn. infect. Accurs. Bart. & Baldus, in l. Liberti Cod. De oper. libert. Nec aliam ob causam Germanorum Moribus eximuntur feuda publicationi bonorum, in quibus nimirùm agnati Fisco anteponuntur. Ias. in Epitome Feudor. Acerbum est enim, parentis scelera, filiorum pœnis lui, qui iure proprio, non paterno, succedunt in Principis beneficium. Bartol. ad l. 3. ϖ. de interd. & releg. Bald. ad l. Lege. Cod. De legit. hæred. Imola ad cap. vlt. De Feud. Atque hoc maximè locum habet in auito feudo, non nouo, vbi commissoria clientis perfidia non trahitur in dispendium innoxiæ prolis. Bald. ad §. hoc quoque De alienat. feud. §. cùm verò Conradus. Qui feud. dar. poss. Accurs. ad l. Omnimodò. Cod. De inoffic. testam. Alioqui periniquum sit, liberos paterni odij hæredes fieri. Id quod Halycarnasseus (lib. 8. Hist. Rom.) exequitur latiùs, & Philo Hebræus, qui Mosaïcam hanc præ cæteris Legem commendat, vetantem, filios pro patre puniri.

Quæ in extraneos inalienabilia sunt, in Fiscum quoque non sunt transmissibilia.

Germanica Consuetudine, Agnatos delinquentis, Fisco præponi.

16 QVOCIRCA lege Caroli 5. Cæsaris perhumanè sancitum est (de publica Pace tenenda) vt eorum liberi, qui violatæ Pacis peracti, Imperiali *Banno* proscripti sint, rursus à patronis suscipiantur in fundorum clientelam. Constitutione edita Augustæ Vindelicorum, anno Salutis sesquimillesimo duodequinquagesimo. Magnifica sanè Cæsaris clementia, vt cum antiqua Aureliani Imperat. mansuetudine certare possit. Nam Aureliani etiamdùm epistola circumfertur, in hæc verba. Heraclemonem occidi passus sum: neque enim mihi fidem seruauit, qui patriæ non pepercit. Diuitem hominem negare non possum, sed eius bona liberis reddidi, ne quis pecuniæ causa locupletem hominem occidi sparsim criminaretur. Herodianus scribit, Octauium Augustum filios Antonij, postquàm hostis iudicatus est, benignè tractasse, & Seuerum Imp. Plautiani ob proditionem interfecti liberos quidem relegasse, sed concessis nihilominùs, quæ ad victum abundè sufficerent. Est quoque in superiorum albo Adrianus, qui inaudita clementia, sceleratorum supplicium, pro numero filiorum eleuari voluit, iussit. Cuinam verò pœna liberorum Seiani placuit vnquam? Tacitus enim, de Seiani liberis, qui Tyberio Cæsari struxerat insidias, placitum (infit) vt in reliquos Seiani liberos animaduerteretur, vanescente, quanquam Plebis ira, ac plerisque per priora supplicia lenitis. Igitur portantur in carcerem, filius imminentium intelligens, puella adeo nescia, vt interrogaret, quod ob delictum, & quò traheretur, neque facturam vltrà, & posse se puerili verbere moueri. Annal. lib. 5. Ast Tyberij irati animus, expiato auctoris morte flagitio, placari tandem debuerat: æquissimi Decreti exemplo S. P. Q. R. qui Sp. Cassio affectatæ Tyrannidis damnato & necato, filios eius liberandos iudicauit. Vt est apud Liuium, Decade. 1. lib. 5. At Seneca etiam inter Syllanæ crudelitatis exempla recenset, quòd à Reipubl. administratione liberos proscriptorum Sylla remouisset lib. 2. De Ira. Pari modo ab omnibus taxantur Dionysius, qui in Dionis necessarios; Alexander, in Parmenonis amicos & domesticos; Nero, qui in Plynti consanguineos, sæuierint.

Ordinatio Imp. Caroli 5. an. 1548. A Ausbourg.

Ezechielis Prophetæ sententia, filium parentis delictum ferre non debere, cap. 18. 20.

17 ECONTRARIÒ autem præualuit sententia, feudi commissum ob paternam noxam, liberis fiduciarij Reguli penitus officere. Ex contextu cap. 1. Si vasall. feud. priuet. Et cap. si vasallus, ibique Glosa. Si de feud. defunct. fuer. controuers. In Feud. Nam regia prædij Fiducia, cùm è DOMANIO deriuetur, proximéque pendeat à fundis DOMANICIS, facilè velut postliminio in Regij Canonis rationes transcribitur. Atqui latifundia semel in Regias rationes illata, manent perpetuò sacra, Augusta, publica, CORONÆ patrimonialia. Vt à nobis suprà demonstratum est, iuxta §. 13. Principalis Edicti Molinensis. Imprimis verò tacitum inest pactum fiduciariæ publicorum fundorum traditioni, quo

quo Princeps ius commissi stipulatus videtur, non ab ipso tantum donatario, si facinus commissorium patrarit in Regem, sed ab omnibus quoque eidem substitutis §. Denique, & ibi Baldus. Quæ fuit prima causa benefic. amitten.

18 A b regia deinde fundorum Fiducia, beneficiarius cliens dicitur * ὁμόλογος, fide in patronum Regem sanctissimo iureiurando obstricta, & osculo fidelitatis vtrinque delibato: Qua semel violata fide, fiducia ipsa (vel à notatione verbi) in perpetuum est perfido auferenda possessori. Ligius enim, Italorum vocabulum, significat omnimodam subiectionem: Vnde sacramento clientis homologi nullus excipitur; sacramento non homologi excipitur Imperator, Rex, vel dominus antiquior. In tit. De auxilio vasalli. In Feud. Clement. Pastoralis. De re iudic. Specul. in §. Quoniam Versic. Decimò quæritur, & quindecimò quæritur tit. De feudis. Vbi multa de supremo Franci Regis in Barones imperio, potestate, ac dominatu. Sic apud Aimoynum reperio, Ludouicum 7. Regem Errico Andium Comitis filio Normanicum Ducatum restituisse, profligato Rege Anglo, illúmque ex eodem Principatu in *Ligium* hominem assumpsisse: Francic. Annal. lib. 5. cap. 53. Nec multò aliter colonus homologus vocitatur, id est, domino penitùs obnoxiæ conditionis l. vlt, Cod. Theodos. De patrociniis vicorum. Atque ideò duorum quis potest esse vasallus non homologus, vel vni homologus, alteri non homologus: duorum verò esse vasallus homologus nemo potest. De ea vtique vasalli conditione ingens concertatio fuit inter Iuris-Præfectum Caroli 5. Galliæ Regis, & Ianum Armoricæ Britanniæ Ducem, Montisfortis Comitem, Idib. Decembr. an. 1366. Dehinc inter Cancellarios Regis Caroli 7. & Arcturi Britonum Ducis, an. 1458. Ille Ducem, Principis homologum esse aiebat, hic negabat. Dux tandem à Principe in fidem clientelámque receptus est ex Ducatu, more maiorum suorum. Sed ilicò Dux eidem ratione Montfortiani Comitatus sacramentum præstitit tanquam homologus, quod propalàm non dederat ex causa Ducatus. Ita enim paulò antea Petrus Dux, Arcturi decessor, in verba Principis distinctè iurauerat, an. 1450. Vt Britonica Historia proditum est, lib. 4. At enim Ducum istorum ataui, vsquequaque Ligios se clientes Regiæ Gallicæ agnouerant, hoc verborum schemate. ARCTVRVS DVX BRITANNIÆ ET AQVITANIÆ, COMES ANDEGAVENSIS ET CENOMANENSIS, &c. NOVERITIS, QVÒD FECI CHARISSIMO DOMINO MEO PHILIPPO REGI FRANCIÆ ILLVSTRI HOMAGIVM LIGIVM CONTRA OMNES, QVI POSSVNT VIVERE VEL MORI, DE FEVDO BRITANNIÆ, ET DE ANDEGAVENSI, ET CENOMANENSI, ET TVRONENSI, QVANDO DEO VOLENTE IPSE ET EGO PRÆDICTA ACQVISIERVNT CONTRA IOHANNEM REGEM ANGLIÆ, Mense Quintili, an. 1202. Rursus pari forma clientelaris Ducum professionis, hæc continentur, *Ego Iohannes Comes Britanniæ, Notum facio vniuersis, quòd ego charissimo domino meo Ludouico Regi Francorum, tanquam domino meo ligio, promisi & iuraui, quòd nullo vnquam tempore guerram ei faciam, nec hæredibus, nec per me, nec per alium; nec alicui inimicorum eius adhærebo, qui guerram cum ipso habeat, vel cum hæredibus eius, vel in treuga sit erga ipsum, vel hæredes ipsius. De his omnibus obseruandis feci securum dominum Regem per homines meos Andræam de Vidricico, Rodulphum de Fougeriis, Henricum de Auaugurio, Draconem de Melloco, Gaufredum de Bouiaco, & dominum Castri Brianni*, &c. mens. Mart. an. 1239. Meritò autem conquestus est Ducensis Comes in Turonensi Gallicorum Ordinum Conuentu (habito, mense Mart. & Aprili, an. 1468.) Burgundiæ Ducem, Pontiuensium Comitem, ideò occupare ditionem suam Fani Valerici, quæ Pontiuensium beneficiaria erat, quòd præstare eidem recusasset hominium, fidelitatisque Iusiurandum contra omnes, nulla cuiusquam, vel Regis ipsius, excepta persona. Cùm igitur talis sacramenti formula summam Principis auctoritatem minueret, supremi amborum Domini, decretum est Francicis Comitiis, Burgundo diem dici in Senatu *Parlamentari*, vt acta tentatavè ab eo in Regiæ auctoritatis perniciem, rescinderentur. Id quod Philip. Comminius in Ludouico 11. narrat. cap. 45.

19 H is consequenter, Regij Proceres fiduciarij, quantò arctiùs fidei in

---

* ligius.

De hominio ligio, cuius violati grauior pœna est, etiam in liberos hominis Ligij exercenda.

Aimoyni Appendix.

Quid intersit inter Vasallum Ligium, & non Ligium.

Die 13. Decemb. an. 1366.

Montfort l'Amaury.

Tenor inuestituræ Ducum Britāniæ, in Francos Reges, cōtinens formam fidelitatis Gallo regi debitæ. mens. Iulio an. 1201.

Hic Iohannes cognomine Ruffus, (*le Comte Roux*) fuit filius Petri Mauclerі, qui vxorio iure Britanniæ dominatus fuerat.

S. Ludouic. Rex.

Status Regni Franciæ congregati in Vrbe Turonensi, temporibus Ludouici 11. Regis.

Comte d'Eu.

Ponthieu.

S. Valery.

Principem seruandæ alligantur ab regia fundorum Fiducia, tantò latiùs, cuiusuis ipsorum perfidia, crescit commissi pœna aduersus omnes fiduciarij liberos, vel agnatos. Hinc Philip. Valesius transtulit omninò in ius Regij patrimonij Domfrontium Neustriæ oppidum, publicatis opibus Roberti Atrebatis, sororij sui, nec vllam eius liberorum habendam esse duxit rationem: an. 1331. Deinceps oppidum ab eo traditur fiduciæ lege Philippo Alenconio, ex fratre nepoti, an. 1343. Tum Regio Diplomate nexum est cum Alenconiensi Comitatu. Septemb. Luce 13. an. 1367. Inde Alenconio Duce vltimo diem functo, refertur in corpus fiscalis Patrimonij. Nihil diuersum de Comitatu Bellimontis Rogeriani, quem Roberti illius perduellione commissum Valesius Rex, vti fiscalem, contulit in Philippum iuniorem filium. Sed aliquantò pòst, nouus hic possessor fiduciarius Comitatum Iano Regi restituit, accepto vicissim Bellomonte ad Ysaram amnem, in finibus Præfecturæ Syluanectensis. Atque ita Normanicus alter Comitatus, Iani Regis donatione peruenit ad Eburonicem Regulum Nauarræ Regem: donec huius posteri omnibus Normanicis agris cessêre, Nemorensium aliorum commutatione: an. 1404. Quin & primitùs Bellummontem Rogerij, dotalem præbuit cum filia Vilhelmus Nothus Neustriæ Dux Scoto Regi, Comitatus tum nomine insignitum. Vnde Scoti longo temporum spatio Comitatum tenuêre: quantùm ex Villhelmi Gemeticensis Historia didicimus. Apud eundem scripto perspicitur, Rogerium *de Bellomonte*, Hunefredi *de Vetulis* filium struxisse Monasticam Ædem *de Pratellis*, & Adelinam Valeriani Comitis Mellenti filiam, coniugem sibi sumpsisse. Hinc Bellomonti, Rogerij cognomen additum est.

Viscomté de Dompfront confisqué sur Mess. Robert d'Artois, qui Phil. Valesij regis sororem vxorem habebat.

Beaumont le Roger.

Beaumont sur Oyse, Comitatus, *au Bailliage de Senlis.*

Comté d'Eureux.

Abbatia *de Pratellis.*

Si igitur beneficiarius cliens in nouo feudo delinquat, offendátque: tunc istud, descendentibus & agnatis exclusis, ad dominum beneficum reuertitur, haud habita ratione, in quem vasalli offensa dirigatur. Quod enim à me acquisitum est, in hoc aliis, qui mea acquisitione niterentur, per me præiudicium inferri potest. Text. in cap. 1. §. Si vasallus culpam tit. Si de feudo fuer. controuer. Et §. vlt. Quæ fuer. prim. causa benefic. amitten. Si verò cliens antiqui seu paterni feudi deliquerit, rem ita dirime. Aut is patronum rectà offendit (vtpotè fiduciarius Regulus Principem) aut quemuis alium. Hoc quidem casu, posteris nil officit, vel agnatis, vt supradictum est. Illo autem, statim inferius prædium superiori adiicitur, omnibus posthabitis descendentibus ac propinquis. Bartolus nominatim ad l. 3. ff. De Interd. & relegat. Cuius in sententiam alij discessionem fecêre melioris notæ scriptores. Glossematarius ad cap. 1. §. vlt. De pace iuram. firman. Bald. ad l. Eum qui D. Deiureiur. Zasius in Tract. Feud. cap. Ad quem feudum apertum reuertatur. Conclus. 4. Ob id Chaumontius Bassignei agri Comitatus non modò publicatione bonorum ademptus est Magnatibus viris Nogentij Regalis, an. 1340. sed etiam ex ea die in Regij formam Patrimonij redactus à Phil. Valesio rege. Proin Ianus Alenconius, quùm regio Fisco commisisset Alenconium Panagium, Sententia Caroli 7. an. 1458. Nihil Renato potius fuit, Iani filio, quàm vt regios Codicillos exoraret, indulgenter restitutorios in paternum Panagium 12. Kalend. Februar. an. 1467. Renatus dehinc, nouorum criminum reo, patre mortuo, veniam ac gratiam plenissimæ restitutionis à Principe curauit, impetrauit. Idib. Octobr. an. 1483. Cæteroquin maiestatis damnatorum liberos quoque puniendos monuit Ptolemæus Ægypti Rex sumpto supplicio de Crateseclea matre & liberis Cleomenis, qui in salutem Principis coniurarat. Vt Plutarchus in Cleomene attestatur. Ne Commodum Cæsarem producamus, qui detecta Cleandri Phrygis coniuratione, non modò Cleandrum internecioni mandauit, sed & eius liberos amicósque ad vnum omnes securi percuti iussit: auctore Herodiano. Nullibi autem legi in Gallicis Annalibus, Regiæ agnationis Regulum perduellem ceruice luisse, iudiciúmve sanguinis in eius caput executioni mandatum. In aliis equidem, illustre est regiæ Gallorum clementiæ monimentum de Guynesio Comitatu. Hunc primi tenuerunt Arnulphus, & Engerranus filius, Comites. Ac progrediente tempore, cùm is deuenisset ad Rodulphum, Nigellanum Comitem, Gallicæ Militiæ Magistrum, Iano Rege (cui Rodulphus perduellis dedit pœnas) versata

20

Chaumont en Bassigny.

Ducatus Alenconiũ, & Comitatus Perticensis, olim in Panagium dati. Literæ Regiæ, die 21. Ianuar. an. 1467. & die 15. Octobr. an. 1483.

Comté de Guynes.

Messire Raoul Comte de Nesle, Connestable de France.

versata est de hæreditate Rodulphi præclara contentio inter Borbonium Ducem confiscationis donatarium, & Ianam Duensem Rodulphi sororem, quæ lege fraternam hæreditatem expetebat, an. 1350. Iana autem, quòd causæ diffideret, confugit ad aras Principalis indulgentiæ, vt in fraternas opes restitueretur. Impetrata restitutio cum hac lege, vt Iana sine liberis decedente, bona omnia redirent ad Principem. Quare liberorum fauor summum ius confiscationis superauit. Nec eò seciùs. Tremolij proceres, qui Ianæ succefsêre, Guynesij Comitatus iam inde titulum vsurparunt. Nam & in Scriniis Borboniæ domus extant Transactionis tabulæ, quam Senatus comprobauit, initæ quondam à Borbonio Duce cum Tremoliis, & Cabilonensibus Regulis, Ianæ Duensis hæredibus, de bonis Rodulphi Nigellani 4. Kal. April. an. 1394.

Ichanne Deu.

Les Sieurs de la Trimouille.

Les Sieurs de la maison de Chaalon, Princes d'Orenge.

Die 29. Mart. an. 1394.

21 AST hoc iuris est ambigui, nùm bona damnati perduellis, quæ alieno in Regno sita sunt, vnius Fisco Principis applicentur, cuius maiestas fuerit imminuta. Haud ita quidem videbatur primo intuitu, quum Gallica etiam prædia vulgari confiscatione quærantur singulis passim Iuridicis fundorum dominis, nec Regio vtique Fisco. Pauli I.C. argumento in l. Cùm ratio, §. si libertinum, π. De bon. damnat. Bonifacij 8. P.P. in cap. Fœlicis. De pœn. Leg. Si necem, §. si deportatus, π. De bon. libert. Quantò firmiùs in agris alienæ Coronæ contributis, obnoxiis? Verùm huic parti contrariam sententiam rogati dixêre I. Consulti (Ludouico XI. rege) de bonis Karoli Burgundiæ Ducis, perduellis, quorum pars Regio Francorum, pars Cæsareo Germaniæ imperio subiiciebatur. Id quod in Rationalium Parisien. Commentariis euolui. In procinctu ratio est, quia bona damnatorum ex primo præsertim Maiestatis capite, vbiuis locorum sint, Principali duntaxat Fisco addicuntur, non Magnatis inferioris. Speculat. in Tit. De Feudis vers. 40. Doct. in l. vlt. D. Ad leg. Iul. Maiest. Bartol. in Extrauag. Ad reprimendum, Tit. Qui sint rebelles. Nec diuersum ius in exteros Principes obtinere debet. Talis enim flagitij compertorum memoria, delenda est prorsus ex animis mortalium, obliteranda, expungenda, insontibus etiam liberis materna substantia mulctatis, vnius Principis gratia, cuius in salutem admissum scelus vel tentatum sit. Cuiusmodi pœna Legis Iuliæ in irritum recideret, si damnatorum liberi extervè Princeps, cuius minuta Maiestas non fuit, alieni periculi compendio frueretur. Quemadmodùm igitur publicorum iudiciorum leges, criminis huiusce persecutoriæ sunt, bonorúmque criminosi, quocúnque terrarum. Bart. & Fab. ad l. 1. Cod. De sum. Trinit. Ita nihil externæ Reipub. interest, perduellium fortunas omnes in fiscum læsi Principis cogi, qui mox (vel lege Gallica) res confiscatas emancipet, nouúmque clientem daturus sit patrono cuilibet superiori: Agraria etiam quaque Feudorum lege inconcussa permanente. Imò Regum hæc omnium causa communis est, vt à subditis violata sui Principis Maiestas, in eandem læsam solido iure expietur, vindicetur. Quod Darium Persarum Regem supremis verbis Alexandro mandasse, à Curtio accepimus. Nec verò obiter prætereundum, Constitutionem illam, quæ incipit, Ad reprimendum, ab Henrico 7. Lucemburgensi, Cæsare latam fuisse, pariter & Sententiam, in Brixienses Italiæ rebelles, quam legisse se ait Bartolus in l. Aut facta π. De pœn. Qua quidem Sententia, Brixiam, Transpadanæ regionis vrbem, aratro subiecerit Imperator, sed pœnam aliquantulùm postea mitigarit.

Quæstio confiscationis, à nullodùm apertè scriptis tractata, nec decisa.

Hic Carolus an. 1476. mortuus est.

Bonorum confiscatio alicubi iudicata, porrigitur ad res etiam alibi, & vbicunque sitas. Vt scripsimus, lib. 5. Leg. Andeg. Tit. 2. art. vlt.

Hæc extrauagans, Ad reprimendum multorum facinora cap. Quomodo in læsæ Maiestatis crimine procedatur. Cui subiungitur Tit. 2. Qui sunt rebelles.

22 VNIVERSIM planè Vasconum prædia, Iani Regis beneficio eximuntur confiscationi, & ad omnes damnatorum hæredes solida transmittuntur. Regij diplomatis scriptura hæc est. *Iohannes diuina gratia Rex Franciæ, dilectis & fidelibus Consiliarijs, gentibus nostri Parlamenti, & Generalibus nostrarum finantiarum, Salutem. Ad humilem supplicationem Nobilium Vasconiæ, qui, & eorum prædecessores viriliter seruierunt Coronæ Franciæ, in bello contra Anglos aduersarios nostros, qui occuparunt multas vrbes & castra in patria Burdegalensi, Petragorica, & Quercinensi, remittimus & condonamus aliis subditis nostris Vasconibus, qui pro aduersariis nostris contra nos arma tulerunt, omnem offensam criminalem & ciuilem. Ordinamus in perpetuum, quòd ipsi supplicantes, & eorum hæredes, non possint ex crimine quocunque nobis aut successoribus nostris Regibus confiscare bona sua: nisi si aliquis eorum commiserit crimen Læsæ Maiestatis contra nostram personam expressè, aut nostrorum successorum Regum. Quo casu, corpora eorum solummodò punientur secundùm exigentiam casus.* Die 15. Maij, an. 1353. In Anglos ve-

Regium Priuilegiū de non confiscandis Guasconum bonis, ex quouis crimine. Quo de priuilegio Aquitaniæ, Nos etiā lib 2. Andeg. Leg. Tit. vlt. art. 7.

rò ipsos Vasconiæ possessores bina vicissim dicta est publicationis bonorum Sententia ab Gallis Regibus, de qua Nos suprà lib. 1. Tit. 7. Aquitanici etiam illius Priuilegij sensum vsumque exposuimus paucis eod. lib.

Tit. 8. art. 9.

An Panagiarius Regulus alienans regij sui Appennagij fundos, filio suo præiudicet.

23 STATVENDVM autem, patre non ex delicto, sed Pacto alienante Res Coronæ fiduciarias, nullum inde filio parari dispendium, nec Fiscali prædiorum conditioni ea alienatione viam aperiri, in perniciem masculæ stirpis venditoris, quæ regiæ Fiduciæ verbis vocata sit. Inducitur enim tacitum fideicommissum nomini familiæ, vt proximus quisque primo loco videatur inuitatus, nec ideò sequentium causam superiorum culpa lædi oporteat. Papiniani responso, l. Peto, §. fratre, ff. De legat. 2. l. filiusfamiliâs, §. cùm pater, ff. De legat. 1. Ita fit, vt alienata in exterum, à filiis liberè repetantur. Ysern. ad cap. 1. §. si Titius. Si de feud. fuer. controuers. Bartol. ad l. Vt iurisiurâdi, §. si liberi ff. De oper. libert. Ac in l. Si mihi & Titio, ff. De verb. obligat. Sed hoc ita probandum, si mares liberi, paterna hæreditate abstinuerint. Quo casu, feudo illicitè distracto non excluduntur. Aluarot. in cap. 1. §. vlt. Quæ fuer. prim. caus. beneficij amitten. Vlteriùs progreditur Baldus. Nam etsi filius, semoto familiæ vinculo, pro hærede patris gesserit, putat ipse, Panagium iniquè reuocatum iri à Principe, filio posthabito. Bald. in Consil. 215. Parte 2. & Consil. 465. Filius namque in fiduciarium prædium ius consequitur non à patre, nec paterno beneficio, aut hæreditario, verùm à Principe, & donatione Principali. Exemplo patroni, qui quantùmuis liberti hæres, ab eo alienata reuocat ad se Caluisiano iudicio, aut quasi creditor, Pauliano l. Defűcto. Cod. Si quid in fraud. patr. Et ibi Bald. Quo iure proprio, itidem hæres eius, qui fideiussor euictionis, secundúsque auctor acceptus sit, rectè fundum suum vindicat citra euictionis periculum, cui fideiussor ipse obstringeretur, l. vlt. Cod. de euiction. Leg. An vitium, §. ex facto, ff. De diuers. & temporal. præscript. Hoc tamen Bartolus speciatim receptum ait in hærede fideiussoris, qui interposito amici officio, & aliena causa periclitatur. Ideóque venditoris ipsius hæredem minimè audiendum arbitror in petitorio fundi iudicio: tametsi intra Legitimæ modum duntaxat, miscere se hæreditati filius profiteatur. Nihilo enim seciùs idem de fundi euictione tenetur solido iure, l. 1. Cod. De bon. matern. Bartol. ad l. vlt. §. in computatione. Cod. De iur. de liber. Ne autem euictionis damnum euentúmque præstet hæres, consultum ei fuerit, Regij diplomatis suffragium implorare, ad paternam fundi venditionem rescindendam iis de causis lege proditis, quibus & venditor aduersus eam restitui in integrum rectè postulasset. Tunc enim filius hæres securè fundum euincit, reddita solùm pretij sorte, quod patri emptor numerarit. Sicuti purpurea in Toga Senatus pronuntiauit. Decretis sacræ Pentecostes, an. 1572. secundùm Iacobum *Dainyn* maritum Antoniæ *Barrois*, parentum hæredis, qui petitorum partes sustinebant: aduersus Vilelmum *Guignoiseau*, & Franciscam *Leberton* coniugem, reos. Sed hæc ita intelliguntur, nisi lege fundi donati, Princeps substituatur alienanti contra præscriptum. Qualiter Almaricus Seueraci Baro, Polemarchus Galliarum dedit Subcomiti Leomaniæ, Iani Comitis Armeniaci primigenio amplissima Seueraci prædia, Calidarum Aquarum, & Belli-Cadri, cum eo onere ac cautione, vt continuo velut fideicommisso transirent ad Armeniacæ gentis primogenitum quemque seriatim, nec inde diuelli abdicarique possent: Sin autem à donatariis fundi cuipiam alij manciparentur, Gallicam CORONAM ipsorum dominam liberámque arbitram esse iussit. Authentico Instrumento Nonis Maiis an. 1426. Verumtamen ex anteriore Seueraci prædij & appendicum substitutione familiari, recidit tandem in irritum donatio tota, & donatarij iudicio superati Curiæ Parisiorum: De quo, Nos suprà diffusiùs.

Si tamen feudum, vel Emphyteusis ab aliquo accepta sit pro se, suísque filiis & hæredibus masculis; deberetur filiis ita demùm, si essent hæredes. Quia concessio requirit vtrúmque, quòd sit filius, & hæres. §. Emphyteusim verò Authen. De non alienand. Bart. in l. 7. §. si liberi patroni D. De oper. libert.

Hæres in Legitima, an teneatur in solidum de euictione.

Placitum Curiæ, hæredi rescissionem adiudicans venditionis à defuncta contractæ bonorum suorum absque auctoritate mariti: Qualem & venditrix ipsa rescissioné postulare potuisset.

Baronia *de Seuerac, de Chaudes aigues*, & Castellania *de Bellocadro* donatæ ab hoc Mareschallo Franciæ, die 7. Maij, an. 1416. *au Viscomte de Loumagne, fils aisné du Comte d'Armaignac.*

Hoc lib. 3. Tit. 6. art. 28. In fi.

24 QVOD suprascriptum est de regio fundorum Panagio, vt nullis fiduciarij Reguli superstitibus masculis, purè liberéque consolidetur Regio Patrimonio, vnde digressi sint fundi, Idipsum obtinet etiam probabiliùs in regia SACRI DOMINII venditione seu pigneratione, militares in vsus necessarios. Quoties enim Regi collibuerit, momento in ius suum redigit fundos ita priuatis adsignatos (suo iis reddito ære) nullo certo fructuariæ possessionis tempore emptori præstituto. Sic comperimus, Barrum ad Sequanam flumen, aliásque ditiones, Ianæ Aurelianæ ademptas lege *Reunionis* Dominicæ secundùm Procuratorem fisci. Aresto PATRVM

Bar sur Seine. Decretum Senatus, die 1. Mart an 1531.

TRVM

TRVM PARISIEN. lato Kal.Martiis, an. 1532. Antiquitùs verò priuati dominij iure spectauit hic Barri Comitatus ad Milonem Comitem, qui simul cum Alixanda coniuge,& Gaucherio communi filio struxerunt, dotaruntque opimis prouentibus eo in Oppido publicum Valetudinarium: indicibus pij muneris Tabulis, an. 1210. Iun. Mens. Eaque Domus DEI, regi consueuit à sacro Ministro Almæ Triadis pro redemptione captiuorum, ibi degente. Sed ad rem. Sublimis item iurisdictio suburbani Lutetiæ Vici Iudæi, de Rege emitur à Iano Bragelonio, an. 1574. Nec diu pòst, ea ipsa reuocatur in pristinam DOMANII causam. Gemino Curiæ Consulto, pridie Kal. Maias, an. 1580. & 14. Kal. Maias, an. 1587. pro Regio Actore,& Pagum inhabitantibus, qui nomine vicéque regia pretium obsignarát, quo distracta pigneratavè Iurisdictio lueretur. At posteriore Senatus decreto cauetur, iudicem, qui ei iurisdictioni regiis auspiciis præfuturus sit, à Rege confestim designari instituique debere, ac præsentem inibi officio fungi. Vnde elicitur interim, haud soli Principi, eiusvè procuratori ius competere, alienati redhibitorium CENSVS AVGVSTI, verùm & Regiis purè subditis: Quorum interest, Dominum non mutare, nec priuato Dynastæ parere inferiori. Sic populares Martreßij, Conuenatum, oppiduli, iudicio admissi sunt ad redimendum suo ære DOMINICVM istud latifundium, quod Regij delegati, Fiduciario nomine, pluris licenti distraxerant. Aulico decreto 14. Kalend. Apriles, an. 1604. in licitatorem tantò æquiore, quantò melior Reipubl. conditio sequeretur ita gratuitò receptam à Principe Ditionem. Quanam verò formula redimatur Patrimonium Fisci, declarat Regia Blesensis Constitutio, artic. 333. & sequen. Priore enim Legis Articulo continetur, prædia, quæ mandatis Principalibus, auctore Senatu, vendita sint præsenti pretio, publicè locanda vltimo licenti: vt conductionis merces; primùm in vsuras, deinde in sortem pretij illius conuertatur. Vsuræ autem modus ibidem præfinitur vna assis vncia, quem emptor Fisco prærogarat. Dempta Neustriæ prouincia, cuius ex more, fœnus, sortis decima parte æstimatur. Quòd si Regius Canon vænierit, nulla repræsentata pecunia, sed anteriori creditori velut assignatus addictúsq; sit in solutum æris alieni à Rege cótracti, hoc casu sanxit Princeps, eiusmodi fundum ilicò publicè possideri,& locari forma supradicta. Saluo eo, vt postmodùm emptori prouideatur, excussis ipsius nominibus, debitorúmque fiscalium instrumentis, vnà cum Regio Procuratore. Si tamen emptor liquidò scriptis ostenderit, ipsa re creditam à se, vel numeratam pecuniam, tunc fœneratitium eius compendium percipiet à mancipe publicorum: donec accuratiùs cognitum sit, versi nécne sint in Fisci commoda emptoris nummi. Artic. 334. Edicti Blesensis.

Milon Comte de Bar sur Seine.
Maladerie de Bar sur Seine, regie par vn Religieux Ministre de l'Ordre des Mathurins.
Ville-Iuifue lez Paris.
Aresta Curiæ, die vlt April. an. 1580. & die 18. Apr. an. 1587.
Arestum intimi & arcani Consilij regij die 19 Mart. 1604. pro Consulibus & Habitatoribus *de Martres, au Comté de Comminge*, Contra Bertrandum *de la Grisse, adiudicataire du 2. Mars 1598. de par les Commissaires à la vente du Domaine du Roy, en Languedoc.*
Rentes ordinaires au denier douze: Mais en Normandie, au denier dix.

25 PRISCA nécnon ætate, *Domanij* translatitia pactio ita subibat censuram regiam, vt si qua fraude aut captione Fisci inita detegeretur, nulla mora, Princeps antiquas suas possessiones repeteret. Quemadmodùm à Karolo 4. Rege statutum inueni, hoc publicarum Chartarum autographo exemplari. *Ce qui ensuit, fu faict & ordonné par le Roy en son grand Conseil à Vincennes, le Lundi deuant Pasques, cinquiesme iour on Auril, l'an 1321. sur le faict des Domaines. Premierement, come Marguerite de Chambely, Dame de Roqueroles, tienne des Domaines du Reiaume Croy & ses appartenances: la basse & haute Iustice d'iceux baillé à lui & transporté à heritage és temps des Seigneurs Roys Philippe pere, Loys & Philippe freres du Roy Monsieur, iadis Roys que Dieu absoille: Veuës les Lettres de lad. Marguerite,& monstrees sur led. Bail, & consideré en grand deliberation les causes & couleurs du bail & transport, il a esté dit, que pour les fraudes & deceptions qui sont trouuees, li diz manoir auec toutes les appartenances & iustice, ainsi come lad. Marguerite les ot desd. Roys, retourront & desmaintenãt seront remises au Demaine du Reiaume,& rendra lad. Marguerite les fruyz & yssues desd. choses du tẽps qu'elle les à tenuës. Item veuës les Lettres de feu Gieuffroy Cocatrix sur les molins de Corbueil, qu'il eut au tems du Roi Philippe pere du Roi Monsieur, à perpetuel ferme de 120. liures Paris. Consideré que par la teneur des Lettres, il y a euident presumption de fraude,& consideré la grand deception qui s'y est trouuee, il fu dit, que li dit moulins retourront, & des maintenant sont remis aux Domaines du Reiaume. Et rendront li oirs dud. Gieuffroy ce qu'ils ont valu outre la ferme puis le temps du bail, sauf la déducion des despens, si come raison sera.*

Manuscriptus Liber olim extractus è Camera Computorum Parisien.

Gandelus. Eodem æuo vixit Petrus de Chambeli Dn. de Neaufle. Cuius vxor Ysabella de Bourgongne, in Augustiana Lutetiæ Æde tumulata est, an. 1323. Vt ibidem legitur.

Item come li Roys Phelipe pere dud. Monsieur prist de Oudart de Chambeli Cheualier la terre de Gandelus & des appartenances, au pris de 2. mil liures tourn. de perpetuel rente, compte estroictement forteresses, & toutes autres choses, & le baillast ainsi à Monsieur Gauchier de Chastillon Connestable de France, & li diz Rois assignast aud. Oudart 2500. liures de rente annuelle sur la ville de Rouen, iusques len lui eust assis en terre 2000. liures de rente perpetuellement. Veuës les Lettres monstrees sur ce par led. Oudart, & consideré le faict, il fu dit, que les 500. liures qui passent les 2. mil, retourront, & dés maintenant seront mises au Demaine du Reiaume.

Item il fu ordonné, que generaument cil, qui prenoit rentes en deniers sur le Trezor, & leur ont esté eschangiez en fies fermes, ou en autres rentes en deniers, denier pour denier, par quelconque main qu'il les praignent, soit par celle du Roi, ou par la leur, lesd. Fermes & rentes retourront, & dés maintenant sont remises au Demaine du Reiaume. Et ils retourneront au Trezor, ainsi come ils y estoient au temps de l'eschange. Sauf toutesfois que ceux que li Rois saura qui bien l'auront desseruy & loyaument, sera eschangie, non pas en soi rapportant à la teneur des Lettres, mais à la verité des faiz & merites, nous en ferons ce que bon nous semblera.

Item il est ordonné, que tout ce qui aura esté donné sur les Domaines, oultre la valuë des rentes des lieux, où il aura esté donné, ly dons ainsi faiz soit de nule valuë, & recompensation faicte, telz dons ne tiengnent, & dés maintenant sont dit nul.

L'an 322. le Dimenche apres Pasques ou grand Conseil le Roy à Pontoise en l'Abbaie.

Castrum Reginaldi.

Item ly Rois reprent & remet arrieres en son Domaine toute la terre, qui fu baillé à Pierre de Machauz ou pris de 255. 14. s. paris. de rente, en la Chastellenie de Chastel Regnaut par le Roi Phelippe frere le Roi Monsieur. Laquelle terre il ot en recompensation de la ville de Lisi & Villeentus. Laquelle ly Roi Lois li auoit donee come forfete sur Maistre Raoul de Praelles, en recompensation de 470. liures Paris. qu'il disoit luy estre deuës des arrerages, & si ne fu pas lad. terre forfete. Et en recompensation du don de la Vile de Cepoy que li dit Rois auoit fet aud. Pierre pour le mariage, & si auoit esté declaré, que le don ne tenoit pas. Et aussi li Roi Lois rappella en son testament le don de la terre Maistre Raoul de Praëles, & veut que led. P. eust C. liures de rente, si ordoné est que le droit du testament lui soit tenu. Toutesfois il reddra les yssuës de lad. recompensation depuis le temps qu'elle lui fu faite.

Raoul de Presles.

Item len prendra en la main du Roi & leuera len par la main du Roi la terre qui fu donee en Champagne à Monsieur Hugues de Bourgongne.

Item la terre de la Greue, que tient l'Euesque d'Amiens, retourra, & dés maintenant est mise au Domaine du Roi.

Item il fu conseillié & accordé, que Messire Robert le Veneur rendra les domages, que ly Roi a eu ou viuier de Belleosanne par deffaut de garde & reparation, qui eust bien esté sauué pour mettre 100. liures tourn. &c. in lib. cui Titulus est, *Tabula maior diuidens Capitula minoris Tabulæ Inuentarij Domaniorum, debitorum, & Compotorum ordinariorum, & extraordinariorum Cameræ Computorum facta per me Robertum Mignon, & completi circa G. S. an. 1325.* Ac ne cui forsan tædium pariat longa isthæc & prolixa veterum Regni Actorum descriptio, quæ ex abditis Regiarum chartarum cellulis deprompta sunt, haud aliunde petenda cuiusquam Notitia Imperij, seu intimorum sacrorúmque Regni negotiorum, quàm ab Regiis huiusmodi Commentariis priscis, & Scriniario sanctiore: in quo talia monumenta ad Regnum pertinentia asseruantur. Quale, præter Rationalium, ac Senatus Regesta, extat etiam cumprimis in Palatino Sacello, apud Lutetiam: Hocque Tabularum conditorium nostrates THESAVRVM CHARTARVM appellant. Quorum Præfectus Scriniorum claruit olim Girardus Montacutus: Karolo 5. & 6. rerum Dominis. Tum Draco, & Ianus Budæi vicissim, auus paterque Vilhelmi Budæi, qui istud de suis enarrat, in Annotat. ad leg. Nec quicquam De Offic. Proconsul. In Pandect. Sic Iudaica in Monarchia, Cartophylax eluxit insignis, Regiique Tabularij custos Iosaphat Ahiludis filius: quùm Dauid, ac Salomon Hebræis reges seriatim præessent. Vt sacris literis admonemur. Ibidem, velut in tabella, conspicimus Medorum regem Assuerum, Imperij sui Annales nocturna versantem manu, & Mardochei in seipsum officia, illic perscripta, reuoluentem. Esther cap. 6. Pari modo, Darius Persarum rex inuestigari & perquiri iussit in Babylonia Regum bibliotheca

Registra Cameræ Computorum, & Thesauri Chartarũ Regni.

Thesaurarius Chartarum regiarum Girardus de Montagu, Regis Secretarius.

Iosaphat, qui auoit la charge des Commentaires de Roys de Indes & d'Israel.

bliotheca Cyri decretum de instauranda Solymorum vrbe, & Templi fabrica absoluenda. Vt est apud Iosephum lib. 11. Antiquit. Iudaic. cap. 4. Rursus agnouit ingenuè Appianus Alexandrinus, se Illyrici Pop. quam texuerat Historiam fuisse mutuatum ex Cæsareis Diui Augusti Diariis ac monumẽtis. In Principis quoque SANCTVARIO descriptæ inueniebantur Agrorum omnium & diuisorum & assignatorum formæ. Auctore Siculo Flacco, In Lib. De condit. agror. Eiusmodi tamen Scriniorum Imperij non aliud est exemplum illustrius, quàm in Pliniana ad Trajanum Epistola, cuius verba isthîc apposuimus. *Recitabatur autem apud me Edictum, quòd dicebatur D. Augusti ad Anniam pertinens: Recitatæ & Epistolæ diui Vespasiani ad Lacedæmonios, & Diui Titi ad eosdem, & Achæos, & Domitiani ad Auidium Nigrinum, & Armenium Brochum* PROCOSS. *Quæ ideo tibi non misi, quia & parum emendata, & quædam non certæ fidei videbantur, & quia vera & emendata in Scriniis tuis esse credebam.* Quinetiam Trajanus Plinianis postulatis annuens pro Suetonio Tranquillo, rescribit, se ius trium liberorum, quod petebatur, & dedisse Tranquillo, & in Commentarios suos referri iussisse. Sed de iis plus satis.

Lib 10. Epistol. Plinij.

26 IAM hoc agitatur de Re Fiscali priuato vendita, quæ emptoris hæredum vni cesserit, sed ab eo mox euicta sit, lege DOMANII redhibitoria. Idem interea cohæredes laudat auctores ex placito diuisionis, vt indemnem eum præstent, omnémque fundi vtilitatem. Ediuersò cohæredes, regressum nullum possessori suppetere, à quo euictus sit fundus iure singulari (vt hac in specie) l. Lucius, ff. De Euiction. Accurs. ad ver. restitui, l. Minor. eod. Tit. Idque in Alebreta gente definitum ab ORDINE AMPLISS. testatur Nicol. Valla Senator, collegáque Ordinis grauissimus, In Tract. De reb. dubiis. Alebretus enim pater, Druydum Comitatum, quem ab auis per manus traditum acceperat, vni ex filiis assignauit pro portione hæreditaria. Ab huius dein hærede filij petitur Comitatus, & iudicio aufertur: quòd è Regio Patrimonio foret. Inter moras, vocatis à reo in causam paternis cohæredibus, pronuntiatum est à Summa Curia, euictionem non deberi, seu quanti sua interesse omninò hæres intenderet. Verùm æquitatis ratio dictat, ex reliquis bonis hæreditariis partem conflari ac suppleri, cohæredi adsignandam. Excepto, si hic lege familiæ herciscundæ fundum sumpserit, tanquam Reipub. patrimonialem: Quo casu, nulla ipsius iactura sarcietur, sed cohæres pretij restitutione, quod à Fisco receperit, contentus esse debebit. Vt rectè Bartolo visum fuit, in l. Si familiæ. Cod. famil. hercis. Ex l. Nomina, ff. De hæredit. vel act. vend. l. Si quis domum, §. 1. D. locati, l. Spem, Cod. De donat. l. damni infecti stipulatio, ff. De damn. infec. Ad extremum, fuit quæstionis, nûm iudicio redempta Fiscali ditione, Regius Actor laudimia petere possit à condemnato, nummariæ acquisitionis nomine, qua eandem ditionem sibi priùs ab emptore Fisci compararat. Iudicatum est posse, sententia delegatorum in Camera seu Præfectura *Thesauri*, Idibus Maiis, an. 1578. aduersus Petrum Samsonem, victore Procuratore Fisci. Nec iniuriâ profectò, quùm etsi fundorum fiscalium redemptione ac consolidatione, *feudaria* seruitus confundi cœperit & extingui, non eò tamen minùs debeantur præteriti temporis reditus dominici: qui, antequàm fundus lueretur à Fisco, ei purè iam obuenerant, tanquam fructus à solo separati. Ista quidem, de onerosa & nummaria publici prædij alienatione. Gratuita verò & munifica concessio mirè in arctum cogitur Regia Constitutione Francisci 1. edita, 3. Cal. Iunias, an. 1539. quam obuiis vlnis excepit, probauítque Senatus Parisiensis, Regij Patrimonij vindex, assertórque studiosissimus 13. Cal. Quintiles, eod. anno. Nam lege ista Francica, donationes omnes in quemcunque iam collatæ à Regibus, vel conferendæ quauis de causa, finiuntur, vsusfructus instar, morte donatarij cuiusque, nec ad liberos, aliósve donatarij hæredes transmittuntur.

Le Comte de Dreux, regiæ Reunionis iure adiudicatus est Principi in Franciscum Cliuensem Niuernensium Ducem, Mariæ Alebretæ, Comitis filium. Aresto Curiæ die 4. Maij, an. 1551. De quo Nos suprà, lib. 1. Tit. 3. artic. 10.

Sententia Commissariorum Regis in Camera Thesauri, die 15. Maij, an. 1578. *pour le Roy s'estãt reserué la directe, en vendant.*

Regia Ordinatio die 30. Maij, verificata in Parlamento Parisiensi, die 19. Iunij, an. 1539.

Tit. XIII.

LOCATI, ET CONDVCTI.

1 *Núm finito* Appennagio, *eius quoque locatio à* Panagiario *facta, videatur resoluta.*

2 *Principem colono* Panagiarij *ad modicum tempus, stare, æquius esse.*
Fundi redimendi locationem sine fraude ab emptore factam, seruari à redimente oportere.
Successori voluntario, colonum expellere licere, necessario non licere.
Vxorem, pupillum, Ecclesiam seruandis locationibus à marito, tutore, Prælato *factis, obligari.*

3 *An debitor locationem à curatore bonorum publicè factam, solutis creditoribus, seruare debeat.*

4 *Publici Scribatus emptorem fiduciarium, stare conductori non teneri.*
Sacerdotij resignatarium, *conductoribus Sacerdotalium redituum adstringi.*

5 *Dominis Iuridicis, suos expellere Iudices, apparitores, & officiales licere.*
Dominos Iuridicos, ad admittendas Officialium suorum resignationes *cogendos non videri.*

6 *Ecclesiasticis quoque Iuridicis, Officiales suos eÿcere licere.*
Aresta in causis Carmelitarum Mortui-maris, & Rupellæ.
Aliud S. Consultum, in causa Ducis Guysiani, tutoris Dunensis Comitis.
Domini Iuridici impuberis tutori, Magistratus deponere non licere.
Oeconomos, vacantis Episcopatus colono prædiorum stare teneri.

7 *Colonorum Regiorum pensiones, vna duntaxat bellorum ex causa remitti.*
Quod Pactis conuentis fieri conceditur, id Lege cauere licere.
Senatus Neapolitani Decretum, quo, inquilini pestis metu ab vrbe digressi, ad integræ pensionis solutionem condemnantur.
Alphonsi 2. Neapolitanorum Regis Edictum, de pensionibus ob pestilentiam non minuendis.

8 *Si quid insolitum & immoderatum acciderit, colonis succurrendum.*

9 *Actuario conductori regio, pars pensionis, ob ciuile bellum exortum, Senatusconsulto remissa.*

10 *Publicanos, ex causa interdum ad iterandam Vectigalium conductionem cogi.*
Nouam ædificiorum Ecclesiasticorum locationem, sex tantùm mensibus anticipare licere.
Senatus, & Pontificum decreta, de non anticipandis prædiorum Ecclesiasticorum locationibus.

11 *Reliquatores vectigalium, ad iterandam conductionem non admitti.*
Mulctam Fisco ob crimen falsæ monetæ adiudicatam, Fiscalium conductori non cedere.
Conductione redituum Episcopatus, Xenia non contineri.
De Xeniis Imperatorum, & Proconsulum.

12 *In licitantis fraudem, annuorum vectigalium remissionem à Rege fieri non posse.*

13 *Quot annis possessor in census solutione cessarit, tot necne Fisco mulctæ debeantur.*

1 EX PRÆDICTIS consequens videbitur prima fronte, sicut pignorum, ita colonorum ius non esse seruandum, soluto Panagio. Argum. Molinensis Edicti, Art. 1. de quo nouissimè suprà. Nam strictò iure, conductores in eadem causa habendi, qua creditores, dotes, donationes propter nuptias: quæ, liberè recepto à Principe fundorum Panagio, quod Regiis filiis dederat antea, euanescunt. Vt in emphyteusi finita censuit Alexander Imolens. aduersus colonum, in l. Si filiofamiliâs §. vlt. Num. 18. D. Sol. matrim. Quinimò nec fiduciarij Reguli fœmineus hæres necessitate obstringitur, vt frui præstet in quinquennium conductori, qui debuit esse non ignarus conditionis eius, quî cùm contrahebat. Vlpian. l. 9. §. hîc subiungi potest. D. Locati.

Tit superiori Art. 7. diximus, ex Regia Lege Domaniali Molinis lata, anno 1566. finito Panagio extingui & resolui omnia iura, pignora, & onera à Panagiario fundis imposita.

Qualis Panagiarius nuper fuit Fraciscus Audium Dux, frater Henrici 3. Regis.

2 ATTAMEN legi conductionis breuiusculæ Principem stare, puto æquius, sed sine præiudicio prioris sententiæ. Vt modestè dicam cum Paulo I.C. in l. Claudius Fœlix. D. Qui potiores. Me mouet, quòd regiæ Fiduciæ fructus est, locare licere. Proin rectus dominus, aut venditor, cùm ab emptore fundum redemerit, legem locationis ab eo factæ tenetur seruare: modò ne fraudis circa locationem suspicio religionem Prætoris instruxerit. Bald. ad l. 1. Cod. De iur. Fisc. Lib. 10. Decis. Delphinali 480. Stat enim Iuris theorema, successori voluntario fas esse, colonum ne fruatur, prohibere, necessario fas, non esse, (Necessarium hîc voco, in quem emptor cogitur dominium transferre:) Vt scitè ab Accursio traditum est in l. Diuortio. D. Solut. matrim. Alexander dilucidè ad d. l. Si filiofamiliâs §. Si vir in quinquennium, Num. 19. ϖ. Eod. Tit. Vlpian. l. Si tutelæ. ϖ. De administ. tutor. Eapropter vxor, pupillus, sancta Ecclesia, obligantur prædiorum locationibus à marito, tutore, templi Antistite factis, qualesque rerum suarum diligentissimus paterfamiliâs contracturus fuisset: Angel. Responso 245. Gloss. & Abbas in Cap. Querelam. Ne Prælati vices suas, & Legibus suprà citatis. Speciatim verò, soluta emphyteusi, dominum expellere non posse, quem reperit colonum fundi temporarium, dicit Speculat. in §. nunc aliqua Vers. 124. Tit. De Locato.

Rei venditæ Retractus feudalis, aut conuentionalis non præbet causam retrahendi ad expellendũ eum, qui pro modico tempore ab emptore cõduxerat.

3 Ex facto quoque proposita est controuersia huiusmodi. Manus regia in debitoris ædes inuehitur. Curator ædibus datus, eas pro officio apud Iudicem postulat publicè locari lustro, vel triennio. Nec enim arctiori tempore conducturum inquilinum nactus fuisset. Locatione palàm addicta in triennium, decidit medio tempore debitor cum creditore. Regia inde manu sublata, instat debitor, vt inquilinus domo exigatur, quam certa pensione incolendam fruendamque in Foro acceperat. Senatu de eo ex appellatione cognoscente, Ego, pro inquilino, sequestrum bonorum custodiæ commissum necesse habere, priuatas locationes sequi, ritè à debitoribus pactas, quas etiam Prætor tuetur Iure Ciuili. Ergo, vice versa, debitorem publicæ locationi stare compellendum, à fiduciario bonorum curatore factæ, illique sufficere, quòd annua locationis merces, ipsi ab inquilino pendatur. Nec impedire, quòd inquilinus prospicere debuerit, auctoris sui ius & curationem bonis datam resolutum iri, lite cum creditore transacta. Haud eò minùs enim curationis effectus integer durat, nempè ædium locatio legitimo tempore inita. Vix enim, aut nunquam ædes quispiam vtendas conduceret, nisi certum tempus in lege locationis scriptum ac comprehensum esset, vt aliquandiu securè habitaret. Ex quo prudenter Iulius Paulus, de tempore locationis nil Prætorem locutum fuisse: & ideò liberum arbitrium creditori permissum videri, quanto tempore locetur, si videlicet nulla fraudis incurrat suspicio. Alioqui petens inquilinus frui licere, Aquiliana doli mali clausula repelleretur l. In venditione §. de tempore locationis. ϖ. De bon. auct. iudic. possid. Senatus rem in consilium misit, 13. Calend. Iunias, anno 1572. Dissimilis autem est priuatæ locationis causa, quam patronus, in vacuum clientelæ fundum immissa sua manu, contraxerit. Nam vt is pactitiæ defuncti clientis locationi stare non tenetur, ita nec nouus cliens patronali, subinde ac honoraria feudi munia in rectum dominum obierit, iustaque Dominica vel

Hinc Lustrum nominatum tempus quinquennale, à luendo, seu soluendo, quòd quinto quoque anno vectigalia à redẽptionibus publicorum, & vltrò tributa per censores persoluebantur: Vt ait Varro lib. 5. De re Rustica.

Die 20. Maij, an. 1572.

exoluerit ipsi, vel idoneè obtulerit. Molineo assertore, in Commentariis antiquæ Consuetud. Parisiorum §. 1.

Ad §. 1. Gloss. 8. In ver. *faire les fruictz* Numer. 49.

Greffe Royal vendu par engagement au denier douze.

Resignatarius sacri beneficij tenetur stare colono paucorũ annorum.

Hic enim Senator Roman. sub Kal. Iulii, quibus nouæ locationes celebrabãtur, demigrarat in hortos, vt viliùs post diem ædes in vrbe à suo locatore conduceret, quòd dies locationum, quæ optima cõditione fiunt, exiisset.

ITEM quæri potest. Callimachus emit ius Tabularij seu Scribatus Regij à Pomponio, qui eundem à Rege coëmerat pigneratitia formula. Nouus ille successor Scribatus conductorem iubet abire. Causa dubitandi erat, eiurato sacerdotio, eiurantis successorem, locatione teneri sacerdotalium fundorum à suo auctore contracta: Idque variis Patrum Parisiensium Sententiis decretum, vt obuiam fraudibus eatur. A quibus locationes potissimùm abhorrere, declarauit seuerum iudicium Tyberij Cæs. in Senatorem quendam, cui ob fraudem in conductione ædium admissam, latum clauum ademit Imperator. Vt est apud Tranquillum in Tyberio. Per contrarium allegabat nouus emptor, Aurelianensi Edicto impositum fuisse regio Actuario onus assidui Ministerij, ac muneris per se obeundi, non vicaria procuratorum opera. Artic. 76. & 77. Suâ præsertim interesse, ne ab substitutorum erratis, pecuniariæ damnationis discrimen subiret. Causa in vtramque partem actitata, summi Vectigalium Iudices aduersus conductorem pronuntiarunt. Decreto, pridie Idus Mart. an. 1570. Brissonio, Meque dicentibus de Scribatu Andegauæ Iurisdictionis Oblationum, Indictionumque regiarum. 4

Greffiers ciuilement responsables des fautes de leurs Clercs & Commis. Hoc §. 77. Legis Regiæ Aurelianen.

Arestum Parif. Curiæ Iuuaminum, die 14. Mart. an. 1570. *Touchant le Greffe de l'Election des Tailles & Aydes d'Angers.*

INDVBITATVM est, licere Magnatibus viris depellere colonos iurisdictionis suæ dominicæ, suos nimirùm Iudices precarios, apparitores, officiales: Modò vel honesta missio, vel causaria sit, non famosa, qualis, nisi Iudicio patefactæ, ratio minimè haberetur. P. Castrensis opinione, ad leg. Iudicium soluitur. ff. De iudic. Et Molinei, ad §. 83. Borbonij Iuris Municipal. Id quod Edicto Francico expressum fuit, lato mens. Ianuar. an. 1563. cui Lutetiana Curia subscripsit. 14. Calend. Ianuar. an. 1564. Eius Edicti artic. 27. Quòd si precarij Magistratus eiusmodi, aut Officiales publico munere cesserint, amici gratia, quem in suum locum cooptarint, quæso, licitènè Baro vrgeatur ad recipiendam hanc Officij cessionem. Palàm est vtique, Præfectum Vrbi Parisiensi, admittere istiusmodi apparitorum cessiones damnatum fuisse: Quia is sacra Principis vice duntaxat, Munera hæc conferret. Nec diuersa æquitatis ratio obtinet in pigneratitios Fiscalis Ditionis emptores: quippè qui Regio auctoris sui iure ac more teneantur, publica eiurantium Officia successores amplecti. Ex infrascriptis à Me, Tit. 20. Artic. 14. Collegio autem Lutetiani Templi Max. mota est iampridem controuersia, vt Viatorum profanæ suæ iurisdictionis dimissionem fauore certi successoris, cogeretur acceptare. Non cogendum, vel hoc vno argumento suadebatur, quòd in Domini Iuridici arbitrio situm sit, iudices suos magistratu abdicare, tanquam merè precario, & reuocabili. PATRES de eo pleniùs deliberandum censuêre: Thorodeo, priuati Officialis, & Geleo, *Capituli* Parisien. causam orantibus, 3. Calend. Iunias, an. 1570. 5

Ex causa famosa, ante Iudiciariam ipsius probationem, destituere Officiarios non licet Domino Iustitiario.

Edict faict à Roussillon, verificatum in Parlamento Parif. die 19. Decembr. an. 1564.

Iurisdictions subalternes des Seigneurs.

Acquereurs du Domaine par engagement.

Appoincté au Conseil en Parlement. Die 30. Maij, an. 1570. inter Capitulũ maioris Ecclesiæ Parif. Et Officiarios quosdam temporalis Iurisdictionis Capituli.

RVRSVS in consultationem collatum est, an liberum ius abrogandi alicui Magistratus, quod profanis competit, porrigatur ad Ecclesiasticos etiam Proceres, qui in plebeios sublimi Iurisdictione præditi sunt. Ita quidem opinor, quùm & hi in sacra sua Præfectura liberè imperio summoueant Officiales suos, Magistratusque Ecclesiasticos, quorum itidem potestas expirat morte sacri Antistitis. Vt fusiùs explanat Ioh. Gallus, Quæst. 173. Clement. Etsi principalis. De Rescript. Castrensis in d. l. Iudicium. ff. De iudic. Quantò probabiliùs ergò eadem regula procedat in Iurisdictione patrimoniali, Dominica, prædiaria, & libera, quæ ad Ecclesiæ Præsules pertineat. Imò trahitur quoque ad cucullatos sacerdotes, bonorũ Xenodochij curatores perpetuos. Quo in negotio, apud Conscriptos Curiæ, Ramatus pro Carmelitano Conuentu Mortuimaris, Pictonum, ius sibi fuisse, mouere ordine & potestate Iudices, colonósve profanæ Iurisdictionis pio cuidam Hospitio annexæ, cuius ipsi Administratores erant continui. Idem nuper definitum à Senatoria Decuria in Iuridicis Pictonum Sessionibus, Octobr. mens. an. 1541. secundùm Rupellanos Carmelitas, orphanotrophos. Carmelitanos item Sodales, sanctæ paupertatis votum professos fuisse, sed non ex prima Regula & institutione monastici Ordinis, verùm ex Constitutionibus, ideoque tenere proprium aliquid ipsis licuisse. In hac specie, eos tutorum personam 6

De Ecclesiasticis Prælatis, dominis temporalibus altæ Iustitiæ.

Religiosi, gubernatores Hospitalis sacri Diuersorij.

Carmelitæ, in mõte Carmelo, mora Heliæ & Helisæi nobilitato, ab Alberto Patriarcha Hierosolymitano, an. 1186. primùm instituti. Sed Honorius 4. P. qui illos à Sultano eiectos excepit, sacrum cœtum sub D. Basilii Ordine comprobauit, Diuæque Virginis nomine

nam gerere, qui Romanis legibus, dominorum loco habeantur. l. Qui fundum §. si tutor. D. Pro emptore. l. Interdum § qui tutelam. ff. De furt. Vilcotius, contrà, sequestro seu curatori bonorum interdictam nominationem aut abrogationem magistratuum. DD. in Cap. Examinata. De Iudic. Et Cap. Cùm Bertoldus, De re iudic. Diuersam esse rationem Iuridici Domini profani à sacris addicto. Faber in §. Cùm adhuc. Institut. De mandato. Liberum enim ius Magistratu abdicandi profanis concessum, ex eo pendet, quòd feuda & iurisdictio, pleno iure, quo reliquæ possessiones, ab his occupentur. Secus in Ecclesiasticis, qui fructuarij tantùm dispensatores bonorum, non puri domini, de iurisdictione ac cæteris nequeunt pro arbitratu decernere. Carmelitas præterea, ex condicto ac professo, nihil proprium possidere. Senatus abdicationem Magistratus comprobauit, Suprema Sententia, 13. Calend. Quintiles, an. 1565. Hæc secundùm profanæ Iurisdictionis dominicæ rectores perpetuos: De temporariis non idem, putà de tutore Domini Iuridici impuberis, cui depositionem Magistratuum non competere, liquet Senatorio decreto, in maioribus Andium Conuentibus Iuridicis, 9. Calend. Octobr. an. 1539. Senatores enim Parisienses, qui iis Conuentibus præsidebant, iudicio censuerunt, Dunensis Comitis Magistratus perperàm munere suo publico destitutos à Guysiano Duce, tutore Dunensis Comitis, Longeuillæ Ducis: Marillaco, & Thuano, litigatorum patronis. Nec aliter decisum est, Oeconomos Ecclesiæ Pontificalis vacuæ, teneri stare colono prædiorum, seu prædiariæ iurisdictionis. S. Consulto in publicis Fori actionibus facto, pridie Idus Sextiles, an. 1568. Brissone, & Vilcotio causam agentibus, de Oeconomo Parisien. Episcopatus.

dedicauit. Ex Volaterrani Anthropologia. Lib. 21.

Vtrum Commissarij regiminі bonorum sequestratorum dati habeant ius præsentandi ad officia vel beneficia, Vide infrà Tit. 19. Art. 5.

Die 19. Iun an. 1565.

Arestum in Magnis Diebus Andegauorum, die 23. Septem. an. 1539. inter Ioh. *Vaillât*, Guliel. *Rousselet*, *& le Duc de Guise, tuteur du Comte de Dunois, Duc de Longueville.*

Die 12. Augusti, an. 1568.

7 Qvod vulgo fertur, casus fortuiti euentum à locatore præstandum conductori, vt vel huic remittantur pensiones, vel prærogatæ reddantur, cessat in locatione Patrimonij Fiscalis. Nam Edicto Molinensi cauetur, (§. 21.) vnica bellorum ex causa, pensiones colonorum remitti: quos Dominicos seu Patrimoniales colonos vocat Constantinus Imp. Quæcunque enim Pactionibus, multò magis Legibus tractari permittuntur, l. vlt. Cod. De fideiussor l. Non impossibile. ff. De Pact. Atqui in stipulatum id deduci potest, ne fortuitorum casuum exceptio locatori opponatur, eique exceptioni à colono districtè renunciari. Si quis enim fundum ita locauerit, vt etiam si quid vi maiore, cœlive intemperie accidisset, hoc ei præstaretur, respondit Iulianus I. C. pacto standum esse. Eadem igitur dicenda, si generali Sanctione comprehendantur. Qua ratione placuit Neapolitano Senatui, inquilinos, qui pestiferæ luis, etsi iusto pauore perculsi, Oppido emigrassent, ad integras pensiones vrgeri. Quippè quùm Alphonsi 2. Edicto contineretur, ea conditione vnumquemque Neapoli habitaturum, vt morbi pestilentis obtentu, nulla fieret ex mercede deductio. Pridie Idus Iunias, an. 1494. Matthæi Decision. Neapol. 258.

Redemptiones vectigaliū & agrorum publicorū fatalibus cunctis casibus obnoxias fore, nec prætextu casus fortuiti, remissioni pensionis locum esse.

Leg. 7. Cod. Vbi caus. Fiscal.

Neapolitani Senatus Decretum.

Ordinatio Regis Neapol. die 12. Iun. an. 1494.

8 Verum insoliti casus occursu, colonis prædiorum subueniendum puto. Generalis enim illa renuntiatio protendi non debet ad immoderatos casus, & *θεοβίας*, quę contra consuetudinem tempestatis obuenerit. Vt sensit Antistius Labeo in l. Fistulas §. frumenta. ff. De contrahen. empt. & Vlpian. in l. Sed & si quis §. quæsitum. D. Si quis caution. In quo etiam hoc inerit, vt portorij, aut vectigalium redemptori non minùs annua merces deducatur, quàm si certi agri Fiscalis conductor extitisset. Demus enim, redemptorem eiusmodi versuto & callido iure aleam conduxisse videri, & ius qualecunque, exactione satis incertum, quasi iactum retis, cuius euentum locator præstare non debeat. Bald. ad l. Si ea lege. Cod. De vsur. Idem in l. Licet. Cod. De Locat. Æquitas tamen contrarium suggerit, opinione Bartoli humaniore in l. Cotem. §. vlt. ff. De Publican. & ad l. Cùm in plures. D. Locat. vbi de Italica Eugubij ciuitate. Nam (vt appositè Cicero pro Lege Manilia) cæteris in rebus cùm venit calamitas, tum detrimentum accipitur: at in vectigalibus non solùm aduentus mali, sed etiam metus ipse affert calamitatem. Cùm enim hostium copiæ non longè absunt, etsi irruptio facta nulla sit, pecora certè relinquuntur, agricultura deseritur, mercatorum nauigatio conquiescit. Ita neque ex portu, neque ex decumis, neque ex scriptura vectigal conseruari potest: Quare sæpè totius anni

* Dei vim, seu vim diuinam, Vim maiorem.

Bartol. ad d. l. Cùm in plures, quærit de conductore domus ad hospites recipiēdos, an bello superueniente, quo suis sedibus nemo pedē audet efferre, pensio remittenda sit conductori.

fructus vno rumore periculi, atque vno belli terrore amittitur. Sic aduersus creditores, biennij inducias dedit Theodoricus Italiæ Rex, Sipontinæ vrbis negotiatoribus, qui hostium depopulatione vastati fuerant. Vt cum Cassiodoro loquar, Lib. 2. Variarum Epist. 38.

Greffe Royal de Poictiers.

Regina Scotiæ, vidua Regis Galli, & doaria seu fructuaria Comitatus Pictauensis aliarúmque ditionum, iure Doarij muliebris.

Qvid in locatione Tabularij publici regiarum Iurisdictionum? Procurator Reginæ Scoticæ Pictonum fructuariæ locauit in quinquennium Matthæo cuidam ius Tabularij Scribatúsve, Regij fori Pictauensis: vt tanto tempore, Actuarij publici munus ibidem gereret. Bellum ciuile subortum, indixit annale Iustitium Pictauensi tribunali, an. 1569. Matthæus petit aduersus Reginam annuæ pensionis remissionem pro portione temporis, quo omnia bellis arserint intestinis. Iudicium exercente Senatu, Ego pro Regina, conductorem, explorata lege conductionis, in se suscepisse fortuitorum casuum periculum. Rem conductam, qua de agebatur, non esse ad pares calculos & computationes redituum vocandam, quæ in annuis fundorum fructibus consideretur. Id tamen Senatus arbitrio Reginam committere, vt pro sua religione, remissionis modum, si qua iustè petatur, statueret. Ampliss. Ordo decreuit, pensionis annuæ partem remitti. Quanta autem ea portio vt definiretur, causæ instrumenta penes se proferri voluit, iussit. Aresto 15. Cal. Febr. an. 1571. Nec ab his longè recedit Lacedæmonia vetus in redemptorem quendam controuersia. Extante enim Lacedæmoniis lege, vt hostias is qui redemerat, nisi sacrificiorum die præbuisset, capitale foret: Subinde ingruenti tempestate commotus est adeò fluuius Eurotas, vt Lacedæmonem victimæ traduci nullo modo potuerint. Nonnullis igitur redemptorem ad pœnam deposcentibus, æquior aliorum visa est opinio, qui fatalem eum casum nec à prudentissimis præuidere, nec cuiquã imputandum censuissent. Vt retulit Auctor Rhetorices ad Herennium. Lib. 2. De Inuentione. Ius autem Regium forensis Scribatus Præfecturæ cuiusque, de quo suprà, palàm locabatur antiquitùs, quòd in Patrimonio Fisci numeraretur. At Constitutione Francisci 1. Regis vetita est in posterum locatio regiorum Scribatuum, sancitúmque, vt publici Officij nomine ac titulo in quempiam, donec viueret, conferrentur, 10. Cal. Quintiles, an. 1543. Variantibus dehinc Regum Edictis posterorum, redacta sunt hæc regiorum Scribarum Ministeria in formam Patrimonij Fiscalis.

Iudicatum Curiæ, die 18. Ianuar. an. 1571.

Huc facit interpretatio Vlpiani ad legem Cæsaris, Insulæ Cretæ cotorias locantis. In l. Cæsar. ff. De Publican.

Greffes Royaux des Seneschaucées.

Ordinatio Regia, die 22. Iunij, anno 1543.

Reünion des Greffes au Domaine.

Agrorvm præterea, & vectigalium publicorum conductores, in eam adiguntur conditionem Iure Ciuili, vt si peracto lustro discedere voluerint, ea prioribus pensionibus suscipere compellantur: siquidem maximos fructus ex eorum redẽptione sint consecuti, nec tanti postea locari possint. Alioqui inhumano more retinerentur conductores: Vt Diui Hadriani rescripto comprehensum est, de quo Paulus I. C. l. xi. §. vlt. De publican. & lib. 5. Sententiarum, l. Locatio §. ad conducendum. ff. eod. Callistratus in l. Non intelligitur §. cùm quinquennium ff. De iur. Fisc. Illud autem redemptorum onus introductum fuit gratia Fisci, vsqueadeò, vt si redemptores, impleto tempore conductionis, eam iterare percupiant, pari vel meliori oblata conditione, nihil agant, quò minùs ad alios Fiscus liberè locationibus transferat publicos agros. Nam Gallicis moribus antiquata est Honorij & Theodosij Impp. lex, Congruit. De locat. prædiorum ciuil. Lib. xi. Cod. Sic in Ecclesiastici Collegij fundis & sacræ Fabricæ illud obseruatur, vt locationis die exeunte, proscribantur edicta futuræ locationis, deinde fundi ad certum tempus propalàm addicantur extremo licenti. Qua in re, fori Iurisprudentia cautum est, ne Æditui, aliíve sacrarum opum curatores præpropera diligentia vtantur in celebrandis locationibus, ante semestria prioris locationis finiendæ. Eamque formulam Patres generatim præscripsère S. Consulto, 4. Cal. Mart. an. 1571. cui causam dedit priuata lis I. Leberi, forensis in Senatu cognitoris, pro quo tùm publicitùs dicebam. Haud aliter planè, Belgicorum templorum œconomiæ prospectum fuit Cameracensi Synodo Prouinciali habita, Octobr. mens. anno 1586. Cuius decretis Synodi Philippus Hispaniarum rex applausit. Edicto Calend. Iuniis, an. 1587. Nam Synodici Canonis Art. 25. vetita est Ecclesiastici cuiusuis prædij locatio, nisi post trinum solenne programma licitationisque præconium, totidem vicibus temporumque intervallis iteratum. Nec verò id meherclè mirabitur, qui similem Ecclesiasticæ locationis formulam reperierit ex Paulo 2. Rom.

Alienationis tamen prohibitione nõ est vetita locatio Clem 1. & ibi Doct. De reb. Eccles. non alien.

Arestũ, die 25. Febr. an. 1571. ex facto I. Leber, Procuratoris in Curia Parlamenti.

Edictum Bruxellis latũ, die 1. Iun. 1587.

suiuãt le Concile tenu à Mons en Haynaut, Que biens d'Eglise ne pourront estre baillez à ferme, sinon apres 3. proclamations ou attaches de billetz faites és lieux accoustumez, &c. Et sans pouuoir en prendre pot de vin, si ce n'est du consentement du Superieur.

2. Rom. Pontif. ne scilicet vltra triennium fierent, aut prorogarentur locationes, néve fas esset, anticipato tempore prioris locationis, ad nouam aliam præcipiti festinatione prosilire. Pontificia Sanctione, anno 1468. Cuiusmodi locationum anticipationes (quas vocant) crebrò aditus Senatus irritas pronuntiauit. Decreto pridie Nonas Decembr. anno 1539. pro Sodalitio Canonicorum Diui Germani Parisien. Seguerio, & Magistro, vtrinque causidicis. Iuxta Cardinalis Florent. sententiam in Clemen. 1. De reb. Eccles. non alienan. Cap. 1. Cap. Vestra. De locat. Quibus adstipulatur Francicum Blesense Edictum, an. 1579. Artic. 79. Sed cùm hæc sint vulgò nota, nolim, * ἐν λεπτολογήμασι, quasi in mustaceo, laureolam quærere.

Anticipanda non est earum rerum locatio, quæ Ecclesiam vel publicum spectent, nisi tẽpus conductioni præstitutũ finitum esset, melióque fieret Ecclesiæ conditio.

Arestum Curiæ, die 4. Decemb. an. 1539.

* In tenuibus de rebus disputatione.

11 Aliud insuper onus mancipi publicorum imponitur, vt priusquàm superiori condictioni satisfecerit, ad eam renouandam non admittatur. Pauli I. C. l. Locatio §. 1. ff. de Publican. Sed inutilis quoque est fructuum largitio Principalis, iurium, pensionúmve Fiscalis prædij, quod antea priuatis locatum sit. Art. 4. & 21. Edicti Molinens. De conservatione Domanii, an. 1566. Fructus planè inter ipsos, an colonus Fisci lucrifaciat mulctam Fisco adiudicatam ex crimine falsæ monetæ, quæsitum est. Fisci propriam decreuit Senatus, in Parlamento Diuæ Magdalenæ. An. 1277. hac clausula, Responsum fuit per arestum Præposito Aurelianensi Firmario, quòd emendas debitas pro facto monetarum prohibitarum habere non debeat. Vt est apud Ioh. Gallum, Parte 7. Arestor. Parlam. Parisien. Quam in sententiam notat Oldradus, (Responso 129.) conductione redituum Archidiaconatus, vel Episcopij, non contineri id quod Archidiacono ipsi, vel Episcopo, ab fœlici eius ingressu erogatur Xeniorum nomine. Argum. l. 1. §. penult. D. Si quid in fraud. patr. Et l. debitor. In fi. D. Ad. S. C. Trebell. Bald. Castrens. & Imol. ad l. diuortio §. quod in anno. Et §. ob donationes. D. Solut. matrim. Sicuti enim honoris ergô præstari solitum à subclientibus nouo clienti equum, scyphúmvè aureum, illicitè deposcat superior patronus, qui feudale beneficium occupet Iure caduci.) Ex Molineo ad §. 37. priscæ Consuet. Parisior.) Ita ius illud honorarium prosperi in vrbem introitus, merè est Pontificale: vti & Regalis quædam Principum præcellentia, suas Ciuitates primò ingrediuntium, quò sontes vinculis eximant, aliáque singularia iura exequantur. De quibus Nos suprà, lib. 2. Tit. 7. Quin & Agesilaum Oppiani patrem Seuerus Imp. Miletum relegauit, quòd in eius occursum per Ciliciam iter facientis, obuiam non prodiisset. Quemadmodùm Athenæus, Eusebius, & Suidas literis mandarunt. Peculiaria autem Gallis Regibus adscribuntur Munera illa Ecclesiastica, quæ in Regni auspicatu aduentúque noui Regis in Ciuitatem, singuli Pontifices conferre tenentur in Regios ministros, ac familiares Aulæ sacrificulos, vel etiam in Aulicos Senatores, & Prætorianos Consiliarios. Nempè vt Ecclesiastici Præfecti talibus sui iuris Beneficiis Regiam gratiam demereantur. Id quod à prisco Galliæ vsu desumptum refricat Boërius, in Burdigalen. Senatu Præses, Decis. 32. Et Chasseneus in Catalogo glor. mun. Iuxta ea, quæ de Episcoporum donis nouo Regi vel Cæsari debitis tradit Albericus Rosates ad l. Benè à Zenone. Cod. De quadrien. præscript. Ex Glossemate. Can. Agatho. 63. Distinct. Huc alludit Francicum Errici 3. Diploma, pridie Nonas Martias, anno 1577. quo Diœceseos Ciuitatisque eius sacerdotia, in quam nouus Rex primùm intrarit, eo ipso adsignantur sacris Aulæ cantoribus & sacricolis: vt statim ac possessore vacarint, his ab Episcopo solis attribuantur. Vnde Prætoriani Consilij decreto obtinuit Renat. Vallinus, aulici Sacelli Administer sacerdos, Pridie Idus Sextiles, an. 1604. Quòd ei à Principe nominato, velut Isagogicum, præbere Nannetensis Antistes sacerdotium teneretur. Andræa Bouuiero, competitore posthabito. De aliis verò in nouum Imperatorem Xeniis, Prouincialiumque Honorariis, Nos suprà lib. 1. Qualia itidem Proconsuli Xeniola offerebantur, Prouinciæ metropolim ingredienti. Teste M. Tullio in Pisonem, & Vlpiano in l. Solent. ff. De offic. Proconf. & Legat. Ne quid isthîc dicam de Strenarum vsu Romæ, à Tatio Rege introducto, qui verbenas fœlicis arboris ex luco Streniæ noui anni auspices primus accepit. Vt est apud Symmachum, Epist. 6. & 14. Eas necnon Caligula edixit, ineunte

Inter Aresta expedita in festo B. Magdalenæ, an. 1277.

Tamen inter fructus Domanij regij pigneratitio iure distracti veniũt emendæ Regi debitæ, *à cause de son droict de Gruerie sur les Boys des Nobles & Ecclesiastiques subiects audit droict de Gruerie.* Aresto Paris. die 4. Dec. 1584. *en plaidat du Roolle de Vermandois, Langlois pour le Cõte de Channy sieur par engagement du Domaine du Roy.*

In iocundo aduentu erogata Episcopo vel Archidiacono, ad conductorem redituum Episcopæ non pertinere.

§. 37. Tit. De feudis Gloss. 4. In verb. *& chacun d'eux.*

Boërius in Decis. 12. ait multos ex dominis Curiæ Burdegalen. obtinuisse beneficia ab Episcopis, ad primarias preces Regis ob nouum eius aduentum.

Literæ patentes, die 6. Mart. an. 1577.

Arestũ Magni Consilij, die 12. August. 1604 de Canonicatu Ecclesiæ S. Petri Nãnetum, Regi debito ob iocundum eius aduentum *à la Couronne.*

Tit. 9 art. penult.

Strenæ.

anno se recepturum, stetitque in vestibulo ædium Calend. Ianuariis ad captandas stipes, quas plenis ante eum manibus ac sinu omnis generis turba deferebat, Auctore Tranquillo in Caligula, Cap. 42. Postea autem ab Impp. ipsis Strenæ, strenuis virtute viris erogari cœpêre Calendis anni auspicibus. Ex Symmacho, vbi suprà.

Edictum Molinense, de Domanio.

12 QVEMADMODVM Regij Patrimonij locatio publica esse debet ac iudiciaria, vt qui licitatione vicerit, ei addicatur: Sic in fraudem licitantis non potest à Rege fieri annuorum Vectigalium remissio, nec iuribus Fisci debitores exuni, quæ à re locata propendeant. §. 4. Legis Regiæ latæ an. 1566. Huiusmodi tamen conductores Regalium, non vti priuilegio Fisci in cautionibus debitorum exequendis, opinatur Vido Papa, nisi in lege conductionis nominatim iis irrogatum sit Fiscale exigendi debiti priuilegium: in Singulari 287. Iuxta adnotata à Bartolo in l. Paulus respondit per procuratorem. ϖ. De acquir. hæred. Decis. Burdigalensi. 180. Illis verò competit insigne hoc priuilegium, ne conductores vectigalium Fisci, Municipalibus muneribus adstringantur. Vt Diui Fratres rescripserunt. Coloni quoque Cæsaris ab huiusmodi liberantur functionibus, vt magis idonei prædiis Fiscalibus habeantur l. Semper §. Conductores. ϖ. De iur. immunit.

Quinque annorum mulctas à censûs debitore exoluendas, Quot annis in solutione arreragiorum census cessarit, tametsi primo aut altero anno fundus saisitus nô fuerit à domino directo, Senatus iudicauit.

Les amendes Coustumieres, pour le cens nô payé, ou autre cause, sont patrimoniales au Seigneur censier, ou feodal.

Moræ purgationem Dies & pœna Obligationi apposita impediunt.

13 NON malè tractabitur, si pendente Fiscali locatione, publica manus inuecta sit in vectigale prædium, ob quinquennes census reliquias, an colonus Fisci rectè petat mulctatitium æs tot præteritorum annorum, Lege indictum Prouinciali: quot videlicet annis possessor soluere desierit. Vnicam se mulctam debere possessor defendit, postremi anni, quo primùm regia auctoritate prehensus sit fundus. Cùm enim vnica sit eius sequestratio, pœnam Moribus præstitutam non geminari. Item nec deberi pœnam, nisi confestim petatur, aut singulis annis solarij dominus eo nomine manum prædio inijciendam curasset. DD. ad l. 2. Cod. De Iur. Emphyt. Ediuersò, Colonus Fisci, Municipum More patrio speciatum infligi mulctam debitori solarij vectigalis, tardiùs exoluenti. Ergo ius hoc esse dominicum, patrimoniale, Regi quotannis acquisitum, quo censualis debitoris contumacia legibus mulctatur. Censualis enim mulcta numeratur in fructibus Prædij superioris, atque adeò ipso iure committitur, ex peruicaci debitoris cunctatione. Bartol. ad l. vlt. D. Sol. matrim. Bal. ad l. 1. Cod. De fructib. & lit. expens. Sicuti igitur annua est pensitatio Agraria, sic mulcta quoque, annua aduersus non soluentem. Geminata enim contumacia auget pœnam. Vt vult Martianus l. Relegati. ϖ. De pœn. Pœnarum autem cumulatio, Cæsareis Legibus minimè improbatur, l. vlt. Cod. De modo mulctarum. Quoties deinde pœna cum die adijcitur Pacto, locum moræ emendationi non superesse, respondit Paulus l. Ad diem. ϖ. De verb. obligat. & Africanus in l. Traiectitiæ. §. De illo. ϖ. De Obligat. & action. Potissimùm si dies adiectus sit causa multiplicandæ obligationis. l. 1. ϖ. De Penu. legat. Ex vno certè delicto, vna tantùm pœna commissa verè dici potest: Opinione Pauli I. C. lib. 22. ad Edictum. l. 1. D. Vi bonor. raptor. At plurium singulæ pœnæ meritò exiguntur: Vt eleganter constitutum est in §. post natale. Tit. De Pace tenen. Alia vtique ratio est vulgarium pœnarum ac mulctarum, quæ Iudiciis solùm irrogantur. Hæ enim ante pronuntiationem Iudicis, plerunque emendata mora, vitantur. l. Hoc edicto §. vlt. ϖ. De Publican. & vectigal. Bartol. ad l. Si insulam. ϖ. De verb. obligat. Mos autem Prouincialis, quo pœnæ illæ, mulctæve Dominicæ introducuntur, est Canon latæ sententiæ, non ferendæ: quia mulctatitium æs istud Domini patrimonio accensetur. Ideoque in postremam hanc sententiam CVRIA ORNATISS. secundum Fiscum iudicauit. Aresto in forensi patronorum disceptatione lata, 14. Calend. Februar. an. 1568. (In Volumine Causarum Syluanectensium.) Cui decreto non malè cohæret Blesorum Mos scriptus, §. 112. quæque multiplici de iis Municipiorum Constitutione, dictata congessimus, Volum. 2. LEGVM ANDEGAVEN.

Decretum Curiæ, die 19. Ianu. an. 1568. *Au Roolle du Bailliage de Senlis.*
Tit. De Mulctis Art. 2.

TIT. XIV.

Tit. XIV.

DE FIDEIVSSORIBVS CONDVCTORVM FISCALIVM.

1 *Regios* Officiarios *res Fisci locantes, periculo suo in exigendis fideiussoribus negligentes esse.*

2 *Fideiussores colonorum, ad pensiones duntaxat, non ad mulctam colonis deinceps irrogatam teneri.*

Fideiussorem rei criminosi, de accessionibus maleficij non teneri.

3 *Fideiussorem primæ conductionis, ad eiusdem prorogatæ pensiones non obligari.*

4 *Conductores rerum Fiscaliū, bonis cedentes, nihilo magis aduersus fideiussores, quàm ipsos fideiussores aduersus Fiscum, audiri.*

Debitorem priuatum, vrgenti fideiussori bonis cedentem, carcere liberari.

In delictis, & causis famosis, cessioni bonorum non esse locum.

Lex Iulia de cessione bonorum, Ne condemnati in carcerem truderentur.

5 *Fideiussorem debitoris, eiusdem hæredem, quàmuis cum Inuentario, factum, nihilominùs in solidum teneri.*

Fideiussor, qui ei pro quo intercesserat, hæres extitit, ita demùm ex causa accessionis liberatur, si principalis actio sit creditori satis.

1 SEDVLÒ OBSERVANDVM est iis, quibus id muneris delegatur, vt conductores Fisci, & Fiscalium nummorum Coactores DOMINICI caueant idoneè, prædesque ab iis locupletes dentur, ac quùm vsus tulerit, renouentur. Alioquin illorum desidia, quorum est officij, conductionis pensionibus mulctaretur, & reliquis Quæstorum illorum. Quandoquidem DOMINICÆ REI locatio, administratioque non committitur sine vinculo cautionis §. 20. Edicti Molinis sanciti, de conseruando Reipubl. Patrimonio, menſ. Febr. an. 1566. Et Art. 19. Constitut. Henrici 2. Regis, menſ. Decemb. an. 1557. quam Principalium rationum Magistri promulgarunt, XI. Calend. Ianuar. eod. anno.

* Nonnulla de hoc, Nos infra Tit. de Regiis Quæstoribus, seu Domanij Receptoribus Regiis.

Edictum an. 1557. *sur le faict & reiglement des finances du Roy, & de ses Officiers Comptables*, quod publicatum est in Camera Computorum, die 22. Decem. Eod. an.

2 FIDEIVSSORES verò publicæ illius conductionis non tenentur, extraordinarij nomine æris alieni, quod conductor Fisci conflauerit. Fingamus ita. Pro Aurelio Romulo vectigalium redemptore Petronius fideiussit. Quadrupli pœna damnatur Romulus, ob minùs ex fide redditas rationes: in quas nempè, nummaria ipsius conductio priùs translata fuerat à Iudice, intuitu bellicæ calamitatis. Hæsitatur, an Petronius ex sponsione conductionis, in quadrupli mulctam debeat conueniri. Dubio procul fideiussor eam in causam non obligatur, sed ad pensiones duntaxat, quarum nomine est interposita satisdatio l. 1. Cod. De peric. nominat. Lib. x. Nec enim debitoris contumacia ac delicto plectendus est adpromissor. Pauli l. C. l. fideiussores magistratuum. ϖ. De fideiuss. l. Mora. ϖ. De verb. obligat. l. libertus §. vlt. D. Ad Municip. Bartolus nuncupatim in l. 1. ϖ. De in lit. iurand. DD. cumulatè ad l. Centum Capuæ. ϖ. De eo quod certo loc. Ac ne criminosi quidem rei fideiussor tenetur de accessionibus maleficij, nisi ita expressum sit, in omnem causam, quæ ex iudicio Quæstionis nasci posset. Baldi Responso. 285. Nam qui pro aliis obligantur, leuiorem in causam accipi possunt, in duriorem non possunt. Vlpiani leg. Græcè §. illud commune. ϖ. De fideiuss. Quinimò patriis Galliæ Edictis vetita est regiarum Indictionum Exactori persecutio in res sponsoris pro Mancipe publicorum, donec huius bona, Mouentia saltem, excusserit. Quibus tamen Fiscali nomini fortè minùs idoneis, liberum fiet regio Quæstori, in expromissorem lege agere, nec seruato discussionis ordine Immobilium rei principalis. Constitutione

Fideiussor etiā simpliciter datus super delicto, non tenetur ad ea quæ veniunt extrinsecus ad pœnā extraordinariam. Si autem generaliter fideiusserit, & in omnem causam vel casum, tunc tenetur de omnibus l. quæro D. Locati, & ibi Doctor.

Francisci I. Regis lata Iunio mens. an. 1517. artic. 23.

Prorogata locatio, cōpromissum, precarium, idem est cū primo l. legem. Cod. De locat. l. Labeo D. De recept. arbit. l. Sed si manente. π. De precar.

3 Ad hæc, controuersia orta est inter Procuratorem Fisci, & Fiscalium conductorum seu Quæstorum fideiussorem, de reliquis colonorum, aut residuis Quæstoris ærarij, quæ ex prorogata conductione vel Quæstura deberentur. Ait Procurator, repetitam locationem vel Quæstorij muneris administrationem, in eadem causa esse, qua primam locationem seu Quæsturam. Reuerà quidem Edicto abrogata esse omnia regiorum Quæstorum officia, sed eidem Quæstori postea, Rescripto Principali, Quæsturæ functionem commissam: Hinc assiduum Quæstorij muneris fideiussorem rectè conuentum ad Quæsturæ residua, à Principe demandatæ. A Fideiussore, contrà, adferebatur, inter paciscentes æquum esse, fidem prorogati contractus impleri: at respectu fideiussoris, semel finitum prioris obligationis tempus, cui ipse accesserat constitutor locuples, proferri suo incommodo non potuisse, vt denuò alieni periculi succedaneus teneretur. Vlpian. l. 13. §. qui impleto. D. Locati l. 3. §. cùm quinquennium. π. De iur. Fisc. l. Si cùm Hermes. Cod. De Locat. l. vlt. π. De Pact. Quare in expromissorem non erat transferendum huius nominis ac debiti periculum, quod ex nouo Quæsturæ exercitio reliquatus sit Fisci debitor, nec in illum renouata à debitore obligatio repeti debebat. Quam sententiam amplexa est Vectigalium suprema Curia, pro fideiussore Quæstoris Rothomagensis, Mangotio eius causam orante. Decreto 4. Idus Februar. an. 1570. Sed an compromisso à debitore facto, liberetur is qui fideiussoria ex causa obligatus sit, consule Baldum, Responso. 386. lib. 3. Consil.

Cū quinquennium, quo quis pro publico conductore se obligauit, excessit, sequentis temporis nomine nō tenetur.

Arestum Curiæ Iuuaminum, die 10. Februar. an. 1570.

4 Non est audiendus colonus Fisci, si agente cum eo fideiussore, vt à satisdatione liberetur, ille cedat bonis, & quasi tabulam naufragij, hanc bonorum cessionem adprehendat. Cùm enim sponsor alienæ obligationis cogi possit vinculis à Fisco, in quem cessio non admittitur, iniquum foret, eludi fideiussorium in debitorem beneficium fallaci quodam cessionis bonorum perfugio: atque id tùm maximè, cùm Fiscus actiones suas fideiussori transcripsisset. Consequenter quæritur, nûm idem iuris sit, in priuati colonum, aut debitorem. Re ad Senatum ex prouocatione adducta, sic egit fideiussor, in delictis & causis famosis explodi bonorum cessionem. Vt Venuleius Saturninus respondit l. vlt. §. vlt. D. Quæ in fraud. creditor. l. penult. π. De iur. dot. Atqui verbis Edicti Prætorij notatur, non solùm qui mandatum suscepit, sed & is qui fidem, quam aduersarius secutus est, non præstat. Putà, intercessi pro te & solui, mandati si te condemnauero, famosum facio. Vlpian. leg. Furti. §. verbis. π. De his qui notant. infam. Igitur lusorio cessionis præsidio summouendum debitorem, qui specie futuræ indemnitatis expromissorem induxerit, & cùm sciret se soluendo non esse, id reutarit vt eidem insidiaretur. Hanc obærati captionem non modò Legum auxilio non adiuuandam, sed etiam Senatus animaduersione dignam videri. Quatuor enim priuata iudicia existimationis sunt, Mandati, fiduciæ, tutelæ, societatis. Vt Cicero adnotauit in Orat. pro Roscio Comœdo. Ast Ego, contrà, debitoris patronus, cessioni bonorum nullo casu locum superfore, si in fideiussorem ea non vteremur. Quippè cessionem bonorum à reo debendi creditori factam non prodesse ipsi fideiussori. Huic ergo regressum semper aduersus debitorem competiturum, quantùmuis debitor bonis in creditorem Foroque cessisset. §. vlt. Institut. Ciuil. De Replication. Africanus in l. Hæres à debitore. §. quòd si idem. π. De fideiuss. Excipienti de bona fide, respondebam, nihilo ampliùs eam fideiussori, quàm aliis vtique contrahentibus, esse seruandam. l. Bonam fidem in omnibus contractibus considerari æquum est. Cod. De obligat. & action. Cæterùm humanissima lege Octauij Cæsaris succursum miseris debitoribus, vt si qui attritis facultatibus, æri alieno satisfacere non possent, bonis cedendo liberarentur: ne fœneratoribus perpetuo ius esset in libera capita, néve obnoxij misere in neruum ducerentur. Proinde labefactatam omninò debitorum fidem non videri. l. 4. Cod. Iustinianeo. Qui bon. ced. poss. Et in Cod. Theodos. Lib. 4. Tit. Qui bon. ex Lege Iul. ced. poss. De ea re ita censuit Senatus placere, cessionem bonorum admitti, 3. Idus Quintiles, an. 1571.

Cessionis bonorum subsidiario remedio colonos fisci non iuuari aduersus suos fideiussores, nedum contra Fiscum.

Hæc locum habent in directa actione, non autem in contraria, quæ minimè notat. l. Furti §. contrario iudicio damnatus non erit infamis. π. Qui notāt. infam.

Arestum Curiæ, die 13. Iul. an. 1571.

Vlpianus de adpromissore, l. In omnibus. π. De solutionibus.

5 Epilogvs

5 Epilogvs fideiussoriæ tractationis erit, in adpromissore, debitoris postea hærede facto ex Inuentario. Creditores ab eo suum reposcunt solido iure. Fideiussor, contrà, extinctam esse fideiussoriam obligationem, & cum principali confusam aditione hæreditatis. Se tantùm igitur principaliter teneri, nempè debitoris hæredem, sed cum bonorum Repertorio, & pro modo assis hæreditarij Rerum debitoris, quas in testatum redigi, & more solenni inscribi curauerit. Paratum se, creditoribus fundos hæreditarios in assem vendere. Replicant illi, tùm demùm confusione sublatam obligationem, quæ alteri accesserit, per principalem, hoc est, aditione hæreditatis debitoris, si soluendo sit hæreditas, & quæ remansit principalis actio, efficax sit exactione: Sin minùs, beneficio separationis bonorum à Principe exorato, lædi iura creditorum minimè oportere. Bartol. ad l. Et generaliter. ff. De fideiussor. Quod ego simul arbitror sequendum.

Duæ obligationes paris potentiæ inuicem non tollunt se, sed magis potens alteram tollit l. Si reus ff. De duob. reis.

Hæres ex inuentario, à simplici excluditur, nisi diuersa sit hæredum qualitas. Nam mater, hæres cum inuentario in mouentibus, non postponitur fratri hæredi simplici rerum soli: Arestis Septembr. an. 1569.

Tit. XV.

DE NOVA REDHIBITI DOMANII IN FEVDVM DATIONE.

1 *An prædia* Domanialia *ad Principem reuersa, iterum dari in feudum possint.*
Ecclesiastica prædia, quæ in emphyteusin vel feudum quondam data fuerint, iterum dari posse triplici casu.
2 *Feudum regium, eadem qua priùs, beneficij formula, priuatis olim attributum.*
3 *Feuda, militiæ causa inuenta.*
Vasalli, pro commilitonibus, Comites dicti.
Sacramentum fidelitatis.
Ducatu vno Comitatus duodecim olim contineri.
Armis renuntiando, feudum amitti.
Iniuriam ab inferioribus subditis clienti illatam propulsare, Regium esse.
4 Domanij *nouam in feudum dationem, Lege Regia vetari.*
5 *Veteres in feudum dationes, nouis Edictis non rescindi ipso iure.*
Aduersus veterem in feudum dationem, superesse auxilium restitutionis in integrum.
Aliquid per se, vel per aliam personam emere, Iure Romano non licere ex Officio, quod quis gerit.
6 *Errici 2. Edicta, & Francisci 1. de nominibus clientum regiorum fundorúmque, in codice Quæstorum* Domanialium, *edendis.*

1 Vlgaris est quæstio, num *Reünionis* lege semel redhibitos fundos Principales liceat rursus in feudum temporarium dare priuato. Valere *Infeudationem*, sentiunt plurimi. Nam simili modo, prædia diuini iuris, quæ Emphyteutica vel Feudi temporarij lege quondam alienata sint, iustè denuò ceduntur pari Beneficiaria formula: quasi iam ab initio ei vsui destinentur. Nec nouum quicquam moliri videtur Præfectus Ecclesiæ voluisse, qui ad eam reuersos fundos, iterum beneficij nomine profanis manciparit. Cap. Vt super. Et ibi Innoc. De reb. Eccl. non alien. Adeò, vt Fridericus Iuris Resp. 174. existimarit, superioris Antistitis consensum, huic secundæ concessioni minimè necessariò adhibendum. Sanè inter alienationũ genera, censetur in feudum datio: sed quam triplici casu Pontifex Summus cõprobauit. Consulenti enim Mediolani Archiepiscopo rescripsit Innoc. 3. P.P. feudũ antiquum, quod ad Ecclesiam deuolutum sit, nouo clienti concedere licere. Tum perperàm venditum à cliente, rursus præbere venditoris filio vel agnato. Tertiò feudum

Rei in pristinũ vsum restitutio non censetur noui iuris attributio, seu noua alienatio l. 1. §. si quis ædificium. ff. De noui oper. nunciat. l. 1. §. restituas, D. Ne quid in loc. publ. Cap. Consuluit. De Iudæis.

Ecclesiæ commissum, eodem Beneficij nomine alteri transcribere, qui illud faciliùs possit è prioris vasalli manibus potentioris extorquere. Cap. 2. De Feudis. In Antiq. Et cit. Cap. Vt super.

HAVD leuis igitur ratio suadet prima specie, feudum regium eadem, quà priùs, beneficij formula, priuatis attribui. Verbi causa, Philippus 2. Rex in Albertum Angestum prædia contulit, clientelæ legibus ita dictatis: PHILIPPVS, &c. NOS AMICO ET FIDELI NOSTRO ALBERTO DE ANGESTO, ET HÆREDI SVO MASCVLO DE VXORE SVA DESPONSATA DAMVS ET CONCEDIMVS IN PERPETVVM, VILLAM QVÆ DICITVR PONS S. PETRI, CVM PERTINENTIIS SVIS, AD VSVS ET CONSVETVDINES NORMANIÆ: SICVT FR. QVONDAM COMES LECESTRIÆ ILLAM TENEBAT EO TERMINO, QVO EADEM VILLA IN MANVM NOSTRAM DEVENIT, ITA QVÒD IDEM ALBERTVS TALE SERVITIVM EXINDE NOBIS REDDAT, QVALE FEODVM APPORTET, an. 1204. Ad hunc modum, nouam in clientelam receptus fuit à Dano Rege Adolphus Dux Sceluicensis, & Holsatiæ Comes, renouata Ducalis eius feudi cautione: hoc pacto, vt Regij Diadematis beneficiarium ipsum profiteretur, eique militare præstaret obsequium. Sicuti Albertus Crantzius retulit, Danicæ Histor. lib. 7. cap. 41. Quinetiam Iure communi, Res Principis in feudum dari solitas, quæ postea eius Fisco commissæ sint, idem tenetur priuatis iterum concedere *Feudaria* lege. Plateanus ad l. Murileguli Cod. De Murilegul. Lib. XI. Speculat. in Tit. De Feudis, quæst. 40. ac Vidi Papij Decis. Delphinali. 341. Regium autem Galliæ patrimonium *infeudari* consuêsse identidem, arguit Philippina Pulchri Constitutio DE FEVDII ALIENATIS, ET AD NOVVM CENSVM REDVCTIS, dummodò ea ipsa regij clientes minutim in personas inhabiles non transferrent sub vectigali, aut clientelarum lege. Quo casu, Rex Pulcher sanxit, alienata in pristinum statum reuocari. Vt habetur in Senatorij Styli Parte 3. Tit. 34. De Feudis. Quænam verò clientelæ obsequia & officia patrono Regi debeantur à suis purè beneficiariis, præscribitur Edicto Francico, 14. Calend. April. an. 1540. quod Senatus palàm recitari iussit, postridie Calend. Maias, an. 1541.

> Ex harum Tabularum verbis deprehenditur vetustas Genliacæ familiæ apud Veromāduos, *des Sieurs de Genly, portans le surnōm de Hangest.*
>
> *Dannemarc.*
>
> Stylus Parlam. Regia Ordinatio die 19. Mart. anno 1540. publicata in Curia, die 2. Maij, an. 1541. *des deuoirs & seruices que sont tenuz faire ceux qui ont fiefs du Roy.*

VETERES necnon Impp. feuda vocabant στρατείας, militiarum iura: quæ bellicæ virtutis ergò tùm militibus darentur, quùm in eos Cæsareæ liberalitatis fontes thesaurique effunderentur. Hinc Tacitus, dum Germanis Principibus adesse solitos Comites significat, vasallos nominat, quos Glossematarij συστρατιώτας interpretantur. His nempè præcipuum (inquit) Iusiurandum erat defendere, tueri, sua quoque fortia facta gloriæ Principis sui adsignare: Quod vulgus nostratium, sacramentum fidelitatis appellat. Principes enim pro victoria pugnabant, Comites pro Principe. Magna & Comitum æmulatio, queis primus apud Principem suum locus, & Principis, cui plurimi & acerrimi Comites. Hæc Tacitus de Moribus Germanorum. Quo nomine etiam Pipinus Rex Tassilonem, Boiorum Ducatu Germanico vestiuit, beneficiario iure. Gryphoni quoque in Austriacis finibus duodecim Comitatus erogauit. Adonis relatu in Chronic., & Aimoyni, Histor. lib. 4. Cap. 61. Priscis enim illis seculis, duodecim ferè Comitatus vno Ducatu continebantur: Quantùm Aimoyni scriptis assequimur, lib. 4. Cap. 116. de Baldrico, Duce Foroiuliensi, cuius MARCHA, quam tenebat, in duodecim Comitatus diuisa est. Planè in Gallia, Theodulphum Andegauis Comitem decreuit Guntchramnus Rex, quùm nepotis sui Clotharij Regnum administrare vellet. Auctore Gregor. Turonensi, Hist. lib. 8. artic. 18. Ac ne quis talium Institutorum causam requirat, interest Principis salutisque publicæ, multorum valida manu armatorum, Præfectorumque Regni fines conseruari. Argum. Leg. Nam Reipub. ff. De noui oper. nunciat. Vnde & beneficium amittit lege Longobarda, qui armis renunciarit. In Tit. De vasallo milite qui arma deposuit. Propensior ergo in hanc partem esse debet Princeps, vt militaria prædia generosis hominibus adsignet, quos luce fidelitatis illustratos experietur, ad bellica munia, militiæque onus subeundum paratissimos, obsequentissimos cap. 1. (in fi.) Per quos fiat inuestit. Feudo nimirùm imaginariam referente clientum erga patronos obseruantiam, quam Romæ Quirinus, primariàm clientelæ legem constituit. Halycarnassei lib. 2. Eademq; in contrarium

> Origo Feudorum, & vnde Comites dicti.
>
> Bauariæ Ducatus, in Germania.
>
> Hic Theodulphus sub Clotario Chilperici filio Rege Comitatum Andegauæ vrbis rexit. Qui Comitatus in Iuridica etiam Præfectura, & iudiciis exercendis versabatur. Vt Turonensis ibidem notat, & Nos scripsimus suprà lib. 1. tit. 5.

trarium ratione, Vasconum Domini superbia, libertatis exciuit desiderium, eiusque asserendæ occasionem præbuit Aquitanis proceribus. Quùm enim Britanni Vualliæ Reguli tyrannide premerentur Vasconiæ optimates, Armeniacus, Alebretus, alijque Francicum in Senatum prouocarunt: vt appellationis præsidio (quasi malæ tractationis actione) eximerentur sæui patroni imperio, iurisque iurandi clientelaris religione exoluerentur. An. 1369. Vt à Frossarte prohibetur, Histor. Volum. 1. Capit. 246. & 247. Similiter Regium est, suo purè clienti illatam ab inferioribus subditis iniuriam propulsare. Quemadmodùm Galliæ Regem admonuit Biturigum Dux, vt Regiæ Francicæ beneficiario Comiti Flandro suppetias ferret in rebelles Flandriæ populares: an. 1382. Id quod Frossartes sic enarrat. *Le Duc de Berry dist au Roy. Monseigneur, on tient la Comté de Flandres du Dommaine de France, & vous auez iuré, & nous pour vous, à tenir en droict vos hommes & vos liges. Car les villains de Flandres ont bouté hors de son heritage le Comte leur Seigneur, & tous les Gentils-hommes, &c.* Histor. volum. 2. cap. 104. Apud eundem Auctorem reperio, Ecclesiasticos etiam Proceres exteros, qui semel patrono Regi obsequium, fidemque suam obligarant, nunquam coniuratis eius hostibus fauere voluisse, an. 1336. tali sententia. *Les Seigneurs d'Angleterre demeurerent encor deuers le Comte de Haynaut, & enuoyerent encor certains messagers pardeuers l'Euesque du Liege, Monseigneur Raoul, & l'eussent moult volontiers attrait à leur parti. Mais l'Euesque n'y voulut oncques entendre, ne rien faire contre le Roy de France, à qui il estoit deuenu homme, & entré en sa feauté.* Lib. 1. cap. 29.

> De exemptionibus clientum à Patronali imperio dominorum, dictum est suprà lib. 2. tit. 8.
>
> Die 21. Maij, & die 4. Mart. an. 1369. interiectæ appellationes ab Aquitanis Magnatibus ad Curiam Franciæ, *contre le Prince de Galles, Anglois, Duc d'Acquitaine.*

4 Enimverò, ne diutiùs in nostra Thesi incerti vagemur, Vetita est Regij Patrimonij noua in feudum datio, vel temporaria quidem, nedùm perpetua, aut quauis alia conditione celebrata §. 17. Legis Regiæ Molinensis. Quo pariter cauetur, Dominicos huiusmodi fundos locari publicè in rem Fisci. Eodem loco habentur publica Coronæ latifundia, quæ ad eam ipsam reuersioni subijciantur cit. §. Ac ne quis demiretur isthic, temporarium feudum perinde interdictum, ac perpetuum, temporaria Emphyteusis peræquè inhibita censetur, rerum alienatione prohibita, licet alienationis verbo regulariter non comprehendatur l. 1. Cod. De iur. emphyteut. §. Alienationis. Nouella Iustiniani, De alien. & emphyt. Quibus vt iudicatorum auctoritas accedat, placuit Senatui, perpetua etiã redimendi lege cõtractam Domanii alienationem fauore nuptiarum priuati alicuius, infirmari. Decreto 4. Nonas Iunias, an. 1534. Petro Tardeto, & Procuratore fisci inuicem contendentibus de agro Sanlaurentiano Pontis Delphinatium. Ne autem scrupuli quicquam de eo consultoribus resideat, amplectenda est Iuris professorum distinctio. Prima causa Beneficiariæ concessionis manente, locum fore feudi ἀνανεώσει seu renouationi. Putà, si Emphyteuta Ecclesiæ Canonem non soluerit continua trieteride, siue cliens abnuerit patroni beneficium, solus Ecclesiæ Antistes eis licitè remittit spem commissi nondùm eidem adiudicati. Immol. ad cap. potuit. de locat. Aut etiam, si malit Antistes, eam ob rem alteri transcribet feudum, vel Emphyteusin. Quoniam alioqui, pensionem repræsentante Emphyteuta, aut vasallo officiosè Patronum agnoscente, prima in iis durabat concessionis causa. Deficiente autem concessionis causa primaria, (vtpote si Panagium semel finitum sit, eiusque prædia in Fisci rationes illata,) nihil ipsorum ampliùs dari potest beneficiario iure. Abb. in cap. Vt super. De reb. Eccles. non alienand.

> Sic locatio facta ad decem annos, Alienatio dicitur, & Alienationis solennia exigit, quoad res Ecclesiasticas. Alexan. Consil. 17. Volum 4.
>
> Arestum Curiæ, die 2. Iun. an. 1534.
>
> Regij Domanij Appennagium.

5 Insuper prohibitorium illud Regis Edictum non procedit in anteriori *Infeudatione*, ad quam minimè producitur Constitutio hæc Molinis posteriùs sancita, an. 1566. Etsi enim forsan dici queat, nouam Legem antiquo Patrum instituto & dogmati de Sacro dominio conuenire: ea tamen idcircò non præbet ius præteritis negotiis, ne ignorantiæ cuiusdam obtentu, priuati aduersus legem haud antea scriptam suas tueantur Pactiones. Vnum contra eas Regio Actori superest auxilium restitutionis in integrum ex iis causis, de quibus separatim & Prætor edixit, & Ius Ciuile constituit. Hoc enim contractus rescindendi ius Princeps sibi lege reseruauit. In cit. art. 17. Molinensis Sanctionis. Exempli gratia, Antonius Pratianus Galliæ Iuris-Præfectus, qui perduellionis iudicio præfuit

Baronia *de Thiert*, in Aruernia, Cancellario Franciæ Antonio *du Prat* donata.

l. Non licet. ff. de contrah. empt.

Caroli Borbonij, malo more petiit, impetrauitque à Rege Thiertium, Aruerni agri, Baronatum, qui Borbonio competierat, antequam ipse, cum reliquis bonis, Fisco addiceretur, capitali Sententia, an. 1527. Nec enim licet, ex Officio, quod administrat quis, emere aliquid per se vel aliam personam, Lege Romana. Alioquin non modò rem amittit, sed & in quadruplum conuenitur, secundùm Constitutionem Seueri & Antonini Impp. Id quod similiter antea taxauit Cicero, Actione 6. in Verrem. Quantò improbabiliùs Iudex de bonis à se damnatorum quicquam possit corrogare? Nam vt Græciæ Lex fuit, ne Elei, qui præsidebant ludis Olympicis, in iis certarent, aut currerent. Ita Iudex reorum non debet ex ipsorum rebus rem suam litemque priuatim facere. Propterea Rex donationis prædictæ rescissorium ius transcripsit Monpenserio Duci. Hic subinde eo iure subnixus vocauit in iudicium donatarij hæredem, ab eoque Baronatum euicit. Senatorio decreto 12. Calend. Iunias, anno sesquimillesimo vndeseptuagesimo. Cui aptè congruit Hermogeniani lex, Aufertur §. quod à Præside. ff. De iur. Fisc. In vers. infirmato contractu, vindicetur. Sic Palatini qui res Principis administrant sub Comite rerum priuatarum, eas coemere vetantur. leg. vlt. Cod. De rescind. vendit. Præterquàm si auctione væneant, hastaque publica. Leg. vlt. De fid. instrum. & iur. hastæ Fiscal. Lib. 10. Cod. Domesticis quoque Francorum Annalibus inseritur pergraue hoc accusationis caput in Engerranum Marignium (qui diro supplicio affectus est an. 1315.) quòd Fiscales fundos sibi à Rege dari procurasset, quùm tamen officij nomine Gallico Ærario præficeretur. Vt Nicol. Gillius in Hutino Rege percensuit. Nam ab huius patre Philippo 4. collata in Marignium, præter alias, reperitur largitio maximæ, mediæ, ac infimæ Iurisdictionis, *feudalisque* Dominij, quo donator Neustriæ Dux Gisortijque Comes præditus erat in latifundia *de Fleury, Liry, & Morigny:* Vt donata hæc, in posterum Ditioni *d'Escoüys* Marignio propriæ adplicarentur. Tabulis obsignatis Mart. mens. an. 1308.

Arestum Die 21. Maij, an. 1569.

Enguerrant de Marigny intendant des Finances de Frãce, qu'il s'estoit faict donner & demẽbrer du Domaine du Roy.

Altæ Iustitiæ Donum regium *à la Seigneurie d'Escouys.*

Quæ sint Receptoris Domanij Regij partes, in recognoscendis Regis immediatè subditis ex feudo, vel censu.

Edictum *sur le fait des Finances du Roy, & de ses Officiers cõptables:* quod verificatum est in Camera Computorũ, die 22. Decemb. an. 1557.

6 RVRSVS, ne prisca regiæ clientelæ feuda subdolè interuertantur, sancitum fuit ab Errico 2. vt Quæstores Regij, qui DOMINICOS prouentus annuos colligunt, in codice rationum suarum, quas apud Rationales edant, nomina inscribant clientum omnium regiorum feudorumque eorumdem, quæ intra fines Quæsturæ suæ ac prouinciæ constituta sint, tum quo iure ac titulo ea ipsa à priuatis possideantur. Nempè vt dominica feudi commoda, & fructuariæ obuentiones, quæ patrono Regi debentur, faciliùs innotescant, & à possessoribus dependantur, art. 49. Principalis Edicti, mens. Decembr. an. 1557. quod in publicorum Ratiociniorum Acta regestum est, xi. Calend. Ianuar. eodem anno. Imò & Franciscus 1. districtè vrsit DOMINICORVM fructuum, præstationumque Exactores suos ad Formam censualem conscribendam, quæ certo capitum ordine Regia feuda recenseret: Vtpotè Baronatus, Iurisdictiones beneficiarias, nobilia prædia, census & vectigalia, quæ DOMINICO & Patrimoniali iure pendunda sint Fisco Principali. Idemque obseruari præcepit Rex in fundis DOMINICIS, quibus pro tempore alij * Ἀντιχρήσεως nomine fruerentur. Regia Constitutione an. 1540. quam Terrienus recitat Lib. 4. Cap. 1. Commentar. in leges Normanicas. Ab eo pariter relatum inuenimus, Senatum Rothomagensem decreuisse an. 1519. ne qua Rerum clientelarium dinumeratio regij vasalli admitteretur, nisi Regio priùs Cognitori exhibita, & ab isto cum vetustis huiusmodi Beneficiariis Tabulis comparata: vt si quid dissimile deprehensum sit, animaduertatur: Præterea de fide veritateque omnium, quæ illa dinumeratione continentur, audiendos testes sigillatim, diligenterque excutiendos, priusquàm is rerum clientelarium Catalogus adprobetur. Terrieni Lib. 4. Cap. 6. Tota itidem Gallia, ordinarium hoc solenneque est, catalogum eiusmodi, quem regius cliens Magistratui obtulerit, annali longiorive silentio non confirmari, nisi & idem ex recepto more fidem eorum fecerit omnium, quæ oblato rerum clientelarium codici inseruntur. Isthæc quidem, de rebus soli: Mouentium quoque regia dispositio adstrictis quibusdam regulis tenetur. Nummaria enim Regum in quenquam dona ac munera improbantur, nisi & cum iis anteriorum in eundem munerum commemoratio fiat. Philippina Valesij Constitutione lata, postridie

* Ἀντίχρησις, hypothecæ iure apprehensa fundi possessio.

Touchant les verificatiõs des Adueuz des fiefs nuëment tenuz du Roy.

Regia Ordinatio Phil. Valesij Regis,

ſtridie Kal. Maias, an. 1333. quæ apud Præfecturam rationum Principalium extat, Lutetiæ Pariſiorum. Ea tamen non porrigitur ad regias ſacrorum Beneficiorum donationes conceptas iure Regaliorum, in quibus neceſſaria non eſt ſacerdotiorum expreſſio, quæ priùs impetrata ſint etiam iure Regali. Vt Senatus iudicio decidit poſtridie Martinalium, an. 1491. Eius Philippini Edicti meminit Ruzæus, Regaliorum Priuilegio. 29.

die 1. Maij. 1333. Regiſtrata in Camera Computorum.

Areſtum Sabbati in Craſtino S. Martini, an. 1491.

Tit. XVI.

DE RERVM PERMVTATIONE REGIA.

1 *Vtrum Rei* Domanialis *permutatio conceſſa ſit.*
2 *Variarum permutationum à variis Regibus initarum exempla.*
3 *Agrorum quorumdam compenſatio, à Regibus, proprietariis aliorum fundorum facta.*
4 *Rei* Domanialis *permutationem, nihilo magis quàm cæteras alienationes, permitti, niſi maxima cum cauſæ cognitione.*
Permutationum reuocatarum exempla.
5 *Permutationes, in quibus euidens Principis vtilitas appareat, firmas manere.*
Narbonenſis Vicecomitatus permutatio.
De Ruſcinonis & Perpeniani Comitatu, Ferdinando Aragonum regi per Karolum 8. reſtituto.
In priuato Regis patrimonio, ſtrictas permutationis Domanij *regulas non procedere.*
Areſta Curiæ, in cauſa Marchiæ de Chauſſins, & la Perriere.

1 PORRÒ in commutatione fundorum ceſſare videtur ratio Edicti illius Molinenſis, quo nouæ DOMANII *infeudationes* prohibentur. Vtputà, inſigne prædium prædio commutatur à Rege, quænam ex eo deterior fit Regis conditio? Cùm enim res permutata in alterius à nobis decedentis locum accedat, Placuit, etiam in ſacris, dotalibúſvè agris ratam eſſe permutationem. Authen. Sed & permutare. Cod. De ſacroſanct. Eccleſ. Modeſtinus l. Ita conſtante ꝑ. De iur. dot. Nam & Curialibus olim latifundia ſua vendere non licuit, permutare licuit, l. vlt. Cod. De præd. Decurion. lib. 10.

2 EDATVR facti exemplum. Subcomitatus Eburouicum venit in Regiam Philippi 2. ditionem commutatione Guitebonij, Cronuillei, & Foucherolij Neuſtriæ feudorum, cum Robetto Meulantio pacta, Meduntæ, an. 1204. Antea enim Symonem Ebroicarum Comitem priuatum floruiſſe, affirmat Sigebertus; & munitiſſimas quaſdam Arces Errico Angliæ regi tradidiſſe. In Chronico an. 1160. Itē Philippus 4. Creciacum recepit à Valtero Creciaco, Caſtilionis ad Matronā fluuium permutatione, an. 1289. Haud abſimili fermè, cum Bermondo, Vticēſi Procomite, Contractu, Quartus ille Philippus dominium nactus eſt Salinarij territorij *de Peſcais, de la Selue, & la Tigne*, ad Foſſam Marianam, Galliæ Narbonenſis. Quæ is mutuo iure penſauit Reditu an. 350. libellarum Francic. permutationis Chartula de fundis aſſignato ſpeciatim, 7. Kal. Mart. an. 1290. Secundùm hæc, Rex ipſe Pulcher Sceptris comparauit ab Anicienſi Vellauniorum Pontifice Dynaſtiam Aniciēſis vrbis ex parte dimidia, ſubrogatam Anduzio, ex ſemiſſe, Baronatui, an. 1303. Huius verò Baroniæ dimidiam alteram Philippus 6. rex Humberto mancipauit Allobrogum Delphino: vt in partem ſibi viciſſim tranſcripti Delphinatium Principatus ſufficeretur, an. 1343. Pulcher necnon ab Anicienſi Epiſcopo Iohanne cōparauit ſuperius rectúmq; in Bigerrones dominium. Vice autem huius permutati dominij, ceſſit Anicienſi Eccleſiæ reditus annuus 300. libellarum, percipiendus ex Vectigali ordinario, quod vocant *Le Peage du Brueil ſoubs la Nonnette*, in ſacra diœceſi Aruerniæ Claromontana. Tabulis de eo exaratis Octob. Menſe an. 1307. quæ in regiis Lutetiæ Scriniis lectitantur. Ad eundem Regem peruenēre Chaillius & Loniumelius vici, in Pariſiorum finibus, permutatione inita cum Hugone Brunnō, Marchiæ & Angoliſmorum Comite, an. 1301. Ianus itidem Rex, Allobrogum Comiti Amedeo tribuit Foucygnium Baronatum, ditiones *de Gez*, Miribelli, Montis-lupelli, feuda Dn. Villarij, ſuperiorem Gebennenſis Comitatus

Tranſport de la Viſcomté d'Eureux fait à Mante par Robert de Meulanc, pro villa *de Guitebēnne*, feodo de Cronuilla, & de Foucherolis.

Hic Symo tradidit Anglo regi Rupemfortem, Montemfortem, & Eſparnonem, Ex Sigeberto.

Crecy.

Chaſtillon ſur Marne.

Die 23. Febr. an. 1290. *Bermond Viſcomte d'Vzes cedde au Roy le Terroir de Peſcais, où ſe faict le ſel en Languedoc, de la Selue, & la Tigne lez Aigueſ-mortes, &c. Et le Roy auſſi luy tranſporte 350. liures de rente ſur les Villages de Remolins, de Pozillac, &c.*

Regia permutatio *de la moictié de la Baronie d'Anduze eſtāt du Domaine du Roy, auec la moictié de la Ville du Puy, en Auuergne.*

L'Egliſe du Puy en Velay tranſporte par eſchange les fiefs, hōmages, & droicts ſur le Comté de Bigorre.

Chailly & Loniumel.

Foucigny.

Souueraineté ſur le Comté de Geneuois.

dominatum, aliáque pactitio Instrumento designata, cum onere clientelaris fidei à Comite Regi præstandæ. Quorum vice ac commutatione bonorum, Rex à Comite sumpsit Arcem Turonis, Voyronis pagos, cum mero mixtóque imperio, Castrum Auteneriarum, pauculáque alia. Literis consignatis an. 1354. quarum executioni, positionique limitum intra confines fundos Principis vtriusque, delecti sunt Arbitri honorarij. Pacto conuento Nonis Martiis, an. 1376. Sicuti à Francisc. Marco refertur, Gratianopolit. senatore, in Delphinali Decision. 333. Tomo 2. Ille necnon Iohannes rex Alenconiæ Comiti fœminæ tradidit Sagiensem, & Bernayam, Neustriæ ditiones, quæ Ioh. Malleti Equitis, perduellione ad CORONAM legibus redierant. Quarum loco, Rex à Comite suscepit Parisienses ædes Diui Audoëni. Nonis Iunijs, an. 1356. Ad hæc, Karolus 5. Rex, Castro-Renardo mutatum, sibi Dunum Regium quæsiuit, Biturici agri oppidum: in quo mox regiæ Iurisdictionis sedem defixit. Posthæc Ludouicus XI. commutatione Montis-Morillonis Pictonici, pensauit Montem-acutum, in quo idem regium instituit Forum iuridiciale. Is pariter Vilhelmo Haricuriæ, Tancaruillano Comiti, & N. Ambosiæ coniugi transcripsit Normanicos fundos *de Gournay, & la Ferté sur Bray*, Monte-ricardo Turonum compensatos, Nouemb. Mens. an. 1461. Castellariam enim Montis-ricardi dynastiam Haricuria, & Ambosia vxor proprietatis iure obtinuerant à Ludouico Ambosio fratre, & Maria *de Rieux*, Ambosij coniuge: an. 1448. Nec dispari modo, Ludouicus XI. concessit nobilia prædia *de Marans*, & Insulæ Reorum, in Santonibus, Margaretæ Ambosiæ Ludouici Tremolij vxori: vt Vierzonum, & Xanconium oppida territoriúmque ab ea consequeretur. Id quod Regestis Curiæ proditum est, fol. 233. Volum. 1. Actorum Senatus in Regno Ludouici XI. Secundùm hæc, Ludouicus 12. in Vastonem Fuxatem contulit Bellofortensem Comitatum, Fanum Florentij, Larzicurtum, Eruium Castrum, Colummerias, & alia Campaniæ Briæque latifundia, accepto vicissim à Principe, Narbonensi Subcomitatu. Cuius permutationis chartulas nulla mora promulgauit Senatus. 19. Kal. Febr. an. 1507. Antea quidem regij isti Briæ Campaniæque agri, Nemorensis Ducatus partem constituêre, seu supplementum, in gratiam Karoli Ebutouicis 2. Nauarræ regis. Francico Diplomate Karoli 6. an. 1404. Sed noua Ducatus huiusce in Fuxatem donatione Regia, Princeps illos excepit nominatim, priusquàm talis inter eos permutatio contraheretur. Fuxatis autem soror, hæresque Germana Fuxas diuendit prædia isthæc Chieureo Magnati cognomine Croyo, an. 1519. In quem Lescunus Toparcha, gente Fuxensis, subinde expertus est agnatitia fundorum conditione, & patronali Regia sibi transcripta. Actotis hæres ex asse fuit Maria Alebreta, paterna auia Niuernensium Heroïdum. Rursus harum vni Katharinæ Cliuensi Antonius Croyus emptoris hæres cessit omni iure quod in fundis habebat: Nuptialibus pactis inter eos celebratis. At præmortui Croyj Dux Arscotius hæres postulauit cessionem hanc retractari, factam à minore 25. annis. Qua de re, in Senatu forensibus patronorum Actionibus dissertatum est, pleniúsque deliberandum PATRES decreuêre. Mart. Mens. an. 1572. Quùm Marius, Ducis Arscotij: Versorius, Katharinæ Cliuensis. & Guisiani Ducis secundi mariti causam perorassent.

De hac permutatióne Nos obiter sup. lib. 2. Tit 1. art. 3.
Die 7. Mart. 1376.
Pactum Karoli 5. Reg. cum Comite Sabaudiæ.
Fundorum Commutatio die 5. Iun. 1356.
Sees, & Bernay en Normandie.
La maison de saint Ouen, à Paris.
Chasteau-Renard.
Dun le Roy, en Berry.
Montmorillon, en Poictou.
Montagu.
Mont-richart, en Touraine.
Marans & l'Isle de Ré.
Vierzon, & Xãcoings.
Gaston de Foix, contractant auec Loys 12.
Comté de Beaufort, en Champagne, S. Florẽtin, Larzicourt, Eruy le Chastel, Colommiers.
Viscomté de Narbonne.
Die 14. Ianuar. an. 1507.
De Croy, Sieur de Chieures.
Le Sieur de Lescun, demãdeur en retraict lignager, & feodal à luy cedé par le Roy.
Antoine de Croy, Prince de Portian, Comte de Senigan.
Duc d'Arscot, en Brabant.

5 NEC longè ab his distat, quod Franciscus 1. egit cum Gallicis proceribus, Belgicorum quorumdam agrorum proprietariis. Cameracensi enim Fœdere prædia hæc omnia Rex dereliquit Karolo 5. Imp. an. 1529. Inde Rex Monpenserio Duci in vicem Belgicarum possessionum rependit Moritonium, Neustriæ, Comitatum, & Augi Procomitatum, mutua veluti fundorum permutatione contracta. Idem quoque Princeps Caluimontem Velocassinum, ac Sezaniam transcripsit Tuteuillano Duci, recepto vicissim à Duce, Fani Pauli Comitatu 4. Idus Nouembr. an. 1546. Propter eandem rationem, Rex, Belgicorum prædiorum iacturam sarsit Vindocinensi fœminæ Duci, Roberto *de la Marck* Sedani Regulo, & Toparchæ *d'Aussy*, collatis in eos Reipub. latifundiis. Insuper Franciscus 1. subrogauit regiam Castellaniam Yeurei Castelli in locum ditionis *du Monceau*, feudi *d'Auons*, & partis Fontis-Bellandi, quæ omnia sibi tradi à Francisco *du Monceau* Equite popofcerat. Literis Præfecturæ Ratiociniorum regiorum, 12. Kal. Quintiles, an. 1537. quas Princeps ratas habuit, Mense Iulio proximè consecuto. Nec

Comté de Mortaing, & Viscomté d'Auge, en Normandie.
Hic Comitatus *de Mortaing* olim datus fuit à Karolo 7. rege, Carolo Cenomaniæ Comiti, cuius extincta stirpe, ad Coronam rediit.
Chaumont le Veuxin, & Sezanne, auec le Comte de S. Paul.
Die 10. Nouemb. an. 1546.
Yeure le Chastel, au Bailliage d'Orleans.
Fontaine-Bleau.

Nec ita pridem Erricus 2. dedit Niuernensi Regulo *Briotzos & Ressons*, Aruerniæ, Baronatus, Drocensis agri compensationem 6. Idus Apriles, an. 1556. Anteriore enim Senatus decreto, Druydes adiudicantur Regi, sed cum onere fundi Regulo adsignandi pro annua pensitatione nummaria, cuius ergò Druydes primùm ad Alebretos deuenerant, Niuernensium abauos. De quo Nos diffusè, lib. 1. Tit. 3. Ne his intermisceam priscas Ducum priuatorum cum aliis permutationes, quibus Ducibus nostri sensim Reges in Ducatum successerint. Cuiusmodi illa Regis Angli, Normaniæ Ducis, cum Rothomagensi Antistite commutatio Dieppæ, & Louuieri, Neustriæ oppidorum. Nam vetustæ huius permutationis iure, Archiepiscopi hactenus oppidis dominati sunt ea conditione ac prærogatiua, qua priùs in iis Duces vti consueuerant. Id quod Terrienus memorat in Commentar. ad Leges Norman.

Literæ Cameræ Computorum, die 10. Iun. an. 1557. *Dreux recompensé de deux Baronnies*, die April. an. 1556.

Dieppe, & Louuiers, en Normandie.

4 Vt autem de regia permutatione dicam quod sentiò, æquè vetanda isthæc est, ac reliqua alienationum genera fundi Fiscalis. Illud enim anteriùs in causæ cognitione versatur, nûm Principi, seu Reipub. aliquid ea permutatio detrimenti sit allatura. Ideóque Syluanectensi Concilio, Pragmatica Sanctio exigitur in permutatione, ab Ecclesia etiam, cum Principe ineunda: Nempè vt ea ipsa decernatur tantùm & contrahatur de communi regiorum Optimatum sententia, cap. 1. De rerum permut. Pari modo de sacris facultatibus, ex facto tractatum est in Senatu Neapolitano, nunquid hæ licitè permutarentur profanorum hominum prædiis. Diligenter excussa causa, permutationem placuit non valere, quasi Diomedeam, nec planè æquam: nisi iusta solennium obseruatio priùs adhibita ostenderetur: Matthæi Decisione Neapolit. 17. & 336. Quin & necessariam rerum commutationem Gallica Curia rescidit, instante Regio Actore, prætextu ciuilium Formularum inibi deficientium. Putà, Ludouicus XI. Rex, quò Gisortiam Normanici oppidi Arcem strueret magnificentiùs, eidem adplicauit perpetuò vrbanas priuati hominis ædes Arci contiguas. Earum verò compensatione, proprietarium, creauit Libripendem ponderúmque mensorem Gisortio in oppido clientelarem ac hæreditarium. Septemb. Mense, an. 1477. Quoniam tamen mutuæ huic rerum commutationi nulla intercesserat causæ cognitio, publicivè decreti auctoritas, Patres Parisien. munus illud *feudarium* Regi adiudicarunt, tanquam Dominicum, & Regiis ponderibus mensurísque Dominicis annexum Patrimonium. Aresto Kalend. April. an. 1555. secundùm procuratorem Fisci lato, in Carolum *Tertreum*, prouocantem à Consiliariis Præfecturæ *Thesauri*. Verùm appellanti ipsi reseruatum est à Senatu, vt adito Principi supplicem libellum porrigeret, quò regiam ædium suarum occupationem æqua pretij sorte, aut aliàs remuneraretur.

Diomedis & Glauci permutatio vetus æris cum auro.

Chasteau de Gisors. Estat de Iaugeur & visiteur hereditał & patrimonial des poix, aulnes, & mesures du Bailliage de Gisors. Decretum Curiæ, die 1. April. an 1555. *touchant l'office Domanial du Roy, de Iaugeur & visiteur de vins infeodé, à Gisors, en Normandie.*

5 Ac propterea regius Actor Parisiensis lege egit reuocatoria cùm Petro Rohano, Galliæ Tribuno militari, de Fontenaya Pictonum vrbe, clarorum ingeniorum feracissima. Eam quippè Rohanus nactus erat Fronciacæ Arcis cum Ludouico XI. permutatione, quam Rohanus vxoria hæreditate sibi asserebat. Quisnam igitur permutationis effectus? Haud multò pòst Fontenayum lege euincitur Domanii redhibitoria, & Rohano adimitur. Nihilo plus virium habuit sequens inter eosdem permutatio inita, Quintili Mense. an. 1480. Baugæum enim, Andegauiæ oppidulum, Rohano datur à Principe, substitutum in vicem Virei Baronatus, Normanici. Inutilem verò ac inefficacem fuisse permutationem hanc, coarguit nummaria posterior in eundem alienatio regia *du Chastel & Chastellenie de Baugé, Moulitherne, des bois & forests de Monnais, Chandelais, la Haye le Roy, & bois Segreaux*, cum perpetua redimendi potestate, restituta pretij sorte vicenûm millium aureorum. Diplomate 7. Kal. Iunias 1513. quod Senatus probandum censuit 5. Idus Iulias, eod. anno. Ac biennio pòst, Carolus Alenconij Dux redhibitorium illud fundorum ius comparauit à Rege, simul & Castellariam ditionem *du Cloux*, pacta pecuniæ summa, & commutatione amplissimi prædij *de Semblançay*, feudi Pontium Turonensium, ac decimæ *de Neufuy*, (quæ Alenconio competebant) aliísque nuncupatis conditionibus. Quùm igitur Alenconius de Rohano illo Fiscales fundos redemisset, Aprilis Luce 30. an. 1516. Regius Actor perperàm mouit Domanii controuersiam Franciscæ & Annæ Alenconiis sororibus hæredibúsque

Mess. Pierre de Rohan Sieur de Gyé, Mareschal de France. Fontenay le Comte en Poictou, Tiraquelli patria, Brissonis, Ymberti, &c. *Fronssac.*

Baugé. Vire, en Normandie, au Bailliage de Caen, cuius Permutatio modificata est à Parlam. Parisien. die penul. Decemb. an. 1480. Pro gaudendo per impetrantem terra de Baugé commutata, & ab eo descendentes legitimos, sine præiudicio iurium & oppositionum opponentium. Literæ patentes, die 26. Maii, verificatæ in Parlamento die 11. Iul. an. 1513.

Karoli, vt Baugæum cæteráque Andium prædia antedicta purè reuocarentur in corpus publici Patrimonij. Nam etsi is venditionem Rohano factam oppugnaret, quasi minimè necessariam Regnovè vtilem, Alenconiis libera decreta est fundorum possessio ac retentio, ea lege ac cautione, qua Rohanus illos obtinuerat à Principe, an. 1513. Saluis tantùm Procuratori Fisci actionibus, quæ ex Baugæi nemorum cæsura, quam ille obiter reis obiectabat, ipsi suppetebant. S. Consulto percelebri 4. Idus Apriles, an. 1548. In eadem Alenconia gente, notus est permutationis tractatus inter Petrum Alenconij Comitem, & Karolum 5. Regem. Hic enim illi transcripsit Yesmeam dynastiam, in finibus Alenconiensium, permutatam cum Iosselina arce, Britonici agri, an. 1370. Extincta tamen Alenconiæ domus virili prosapia, Yesmeam Princeps vindicauit, vtpotè Regum Patrimonialem, nulla sororum vltimi Ducis ratione habita: Quantùmuis fœminæ alioquin priuatum in feudum Iosselini Castri fuissent successuræ. Quo de negotio voluenda forensis disceptatio Causæ Alenconiæ, quæ in Senatu propalàm multis diebus est actitata 10. Cal. Decembr. Mense Decembr. Ianuar. & Februar. an. 1526. Iosselina deinde Arx fuit Oliuerij Clissonis MAGIST. EQVIT. Galliæ, nunc Rohanorum procerum, abs Clissonij filia Rohano nupta.

Iudicatum Curiæ, die 10. April. an. 1548.

Seigneur d'Hyesmes en Normandie. Chasteau Iosselin, en Bretagne.

Plaidoyé de la cause d'Alençon, die 22. Nouemb. & seqq. dieb an. 1526. *Clisson, Connestable de France.*

6 NIL verò ad rem pertinent superiora illa Regiarum permutationum exempla (quæ primùm citauimus) quibus euidens Principi vtilitas adferebatur. Nam Martius Narbo (de quo superiùs) Romana olim colonia, limitaneus est Galliæ ager, vetus Tholosanorum Comitum patrimonium, quod affinitatibus ad Fuxēsem familiam deuenerat. Vnde Ausonius, de Narbona limitanea, lusit hoc Poëmate:

Narbonæ Vicecomitatus.

Nec tu, Mártie Narbo, silebere, nomine cuius
Fusa per immensum quondam Prouincia Regnum,
Obtinuit multos dominandi iure colonos:
Insinuant qua sese canis Allobroges oris,
Excludúntque Italos Alpina cacumina fines,
Qua Pyrenæis niuibus dirimuntur Iberi,
Interiúsque premunt Aquitanica rura Gebennæ.

Narbonam quoque celebrans M. Tullius pro Fonteio, in Prouincia (ait) Gallia est Narbo Martius, specula Pop. Romani, ac propugnaculum istis ipsis nationibus oppositum & obiectum. Permagni igitur referebat, Francum Regem Narbonenses hos Galliæ fines permutatione fundorum suos facere, & in posterum tuendos curare per temporarios limitum Custodes. Quales, primi Reges pro tempore præficere, postea mutare consueuerant. Vt Aimoynus sparsim in Francor. Reb. Gestis commemorat. Nam & vniuersam Narbonensis Prouinciæ oram Gallis Regibus initio vectigalem extitisse, Francicique Sceptri beneficiariam, edocuit domestico testimonio Amatus Prouinciæ Patritius, qui Guntrani quondam Regis, Gallicæque adeò Maiestatis obseruantissimus fuit. Aimoyni lib. 3. cap. 17. Ne posterioribus Cæsarum cum Gallo Pactis immoret, quibus illi Franciæ Regiæ feruntur cessisse Imperatorio iure suo in Prouinciam Regnúmque Arelatense. Siue is Albertus Austriacus fuerit, Germanorum Augustus, an. 1299. Siue Ludou. Bauarus, an. 1333. Seu denique Carolus 4. Imper. an. 1358. Pari necnon ratione, qua, de Narbonensi Galliarum limite statuimus, quùm Ferdinandus Rex Tarraconensis à Carolo 8. reposceret Comitatum Ruscinonis & Perpeniani, quem oppigneratum duntaxat Lodoïco 11. pecunia soluta reddendum occinebat identidem, abhorruêre ab ea petitione Franci magnates, vendita reddi negantes tutum esse, præsertim quæ ad limites Regni spectarent. Venditio pigneratitia eiusce Comitatus 10. Cal. Iunias, an. 1462. Verùm Mauleonis, Franciscani cœnobitæ suasu, qui Annæ regiæ sorori erat à confessionibus sacris, Princeps honesti potiorem esse duxit, quàm vtilitatis rationem. Quin & Tarraconēsi pecunia omnis remissa est, ac Prouincia restituta. Saluo eo, vt ipse, quique ei succederent, comiter Maiestatem Gallicam conseruarent: Ipse in Gallos arma ne ferret, nec alios Gallorum hostes commeatu, aliáue ope iuuaret, nec per fines Regni sui transire pateretur, an. millesf. quadragesf. nonagesf. tertio. Sicuti Ferronus in Gallorum Historia adnotauit.

Comte de Prouence.

De hoc Arelatensi Regno Nos suprà lib. 1. Tit. 1. art. 14. Comitatus Prouinciæ, à prima iam Francorum Regum memoria, iuris fuit ac Imperij Gallici.

Comté de Rossillon, & Parpignan, Gallo regi obligatus à Iano Aragonum rege Literis apud Cæsar-Augustam scriptis die 23. Maij, an. 1462. pro summa 300. millium aureorum in sumptuarias belli rationes quod Aragonius gerebat aduersus Catalanos.

QVÆ

7 QVÆ supradicta sunt de permutatione SACRI DOMINII, cessant in priuato Regis patrimonio, quod eius nutu arbitrióque libero disponi potest, aliisque permutari latifundiis. Vtputà, Franciscus I. Rex dono dedit Francisco *de S. Marsault*, cubiculario suo, & Petrocoriorum Prætori ditiones *de Ville-Brosse*, *Ville-Franche sur Cher*, *Villy*, *& Millançay*, in Præfectura Blesensi: quæ auita peculiari Comitum Angolismensium hæreditate ad Regem pertinebant. Literis 6. Kalend. Mart. an. 1520. Triennio pòst, hi fundi permutantur alia Principis Ditione *de Porcou*, in Santonibus; *de Diudris*, apud Engolismos, & quadringentis libellis annuis in Comitatu Petragorico. Mense Decembr. an. 1523. Cuiusmodi & donationem, & permutationem Senatus maturo exactóque iudicio confirmauit 6. Iduum Martiar. an. 1523. ac pridie Nonas Sextiles, an. 1600. Ex Regiis nouis Henrici 4. Codicillis 9. Kalend. Quintiles anteriores. Imprimis enim Blesensia illa prædia, Francisci I. auo obtigerant, Iano Angolismorum Comiti fraterna diuisione cum Karolo Aureliorum Duce 3. Kal. Quintil. an. 1445. Huic quoque Angolismensi Regulo competebant possessiones aliæ suprarelatæ, cum tertia parte Petragorici Comitatus. Vt suo loco admonuimus. Tit. 12. Libri huius. Itaque Francisco Regi delata propriis Engolismensium parentum successionibus liberum fuit abalienare, donare, permutare, antequàm cum annuis Regij Fisci rationibus stato legibus tempore permiscerentur. At verò pendet in Senatu Fiscalis controuersia Marchiæ *de Chaussins*, & Dynastiæ *De la Perriere*; apud Carolates, superiori hypothesi non planè dispar. Iana *Hochberg* Philippi filia Marchionis Rothelini domina fuit illustrium prædiorum, in Transiurano Burgundiæ Comitatu. Quùm autem ea vi occupata essent à Karolo Austriaco Sequanorum Comite, cōuentum est à Francisco I. Rege cum Carolo Austriaco, inter cætera, vt Ianæ *Hochberg* Longeuillæ Duci ac suis, perpetuo dominij iure cederent latifundia Chaussini, Perrieræ, & Castrichinonis, suffecta in vicem Burgundium agrorum *de Versel*, *Vennes*, *Mortault*, *Chastillon sous Meische*, *Vuinffgant le neuf*, *Ounax*; *Monbart*, *&c.* Bino fœdere percusso, Lutetiæ Parisiorum 4. Nonas Martias, an. 1514. & Nouioduni, in Belgica, Idibus Sextilib. an. 1516. Quæ Senatus Parisiensis fœdera palàm recitari præcepit. Decursu temporum, regius Actor manum fundis iniici procurauit, quasi publicis ac DOMINICIS: an. 1532. Sed fide facta priuatæ conditionis ipsorum, qui ad Regiam Francicam proprietate nunquam spectarint, Longeuillani Duces euicerunt à Fiscali Cognitore vindiciariam fundorum possessionem. Gemino P. C. Decreto 3. Idus Decembr. an. 1533. & 4. Iduum Februar. an. 1560. Inter moras, Karola Aureliana Longeuillani Ducis soror despondetur Philippo Sabaudo Nemorensium Duci, cui parentum hæreditate prædia illa nuncupatim obuenerunt. Horum filia Iana Sabauda dominatus eosdem intulit ad Valdimontanum Comitem virum, iámque eorum minor natu filius, rerum potitur. Planum est enim, fundos huiusmodi Burgundis Regulis priuatim competiisse: tum Margaretam Karoli Burgundionum Ducis vltimi viduam mulierem, dehinc Margaretam Austriacam Ducis neptem, pleno iure ipsos, cum Castrochinonio, tenuisse, magno consensu Aulicorum Galliæ Optimatum. Pace Francica cum Austriacis Regulis Burgundæ gentis hæredibus, scripta Mense Ianuar. an. 1482. Quinetiam Erricus 3. Rex Dynastiam *de Chaussins*, Marchiæ honore decorauit, in gratiam priuati illius possessoris: circa annum 1576. De Permutatione satis, Lacedæmoniorum contractu vetere, ab instituto Lycurgi.

Literæ patentes die 24 Febr. an. 1520.

Iudicatum Curiæ, die 10. Mart. an. 1523.

Patentes Literæ die 23. Iun. 1600. Verificatæ in Curia Parif. die 4. August. Et in Camera Computorum 9. Aug. eod. an.

Diuisio hæreditatis inter fratres Ducem Aureliæ, & Comitem Angolismæ, die 29. Iun. an. 1445.

Marquisat de Chaussins, & la Perriere, en Charrolois.

Philippe de Hochberg, Marquis de Rothelin, Mareschal de Bourgongne, pere de Iane de Hochberg.

Chasteauchinon en Bourgongne.

Traictez de Paix, l'vn à Paris, die 4. Mart. an. 1514. *l'autre à Noyon*, die 13. Aug. an. 1516. cum Austriaco, Burgundiæ Comite.

Duo Aresta Curiæ prouisionalia *de mainleuee*, die 11. Decembr. an. 1533 & die 10. Febr. an. 1560.

Iana *de Sauoye* vxor Comitis *de Vaudemont*. Quorum filius Philip Lotharing. fuit Mercurij Dux, *Sieur de Chaussins, & la Perriere, Comte de Chaligny en Lorraine, Marquis de Nomeny, au Pays Messin.* Apud Iustinum Historicum.

Tit. XVII.

DE FISCALI SYLVA NON CÆDVA.

1 *Grandes arbores fundi Fiscalis, nihilo magis, quàm fundum ipsum, alienari posse, excindi, nec donari.*

Grandes arbores, in fructu ordinario non computari.

Edicta duo regia, de grandibus arboribus non vendendis.

Francisci 1. Regis lata Iunio mens. an. 1517. artic. 23.

Prorogata locatio, cõpromissum, precarium, idem est cũ primo l. legem. Cod. De locat. l. Labeo D. De recept. arbit. l. Sed si manente. ℸ. De precar.

Ad hæc, controuersia orta est inter Procuratorem Fisci, & Fiscalium conductorum seu Quæstorum fideiussorem, de reliquis colonorum, aut residuis Quæstoris ærarij, quæ ex prorogata conductione vel Quæstura deberentur. Ait Procurator, repetitam locationem vel Quæstorij muneris administrationem, in eadem causa esse, qua primam locationem seu Quæsturam. Reuerà quidem Edicto abrogata esse omnia regiorum Quæstorum officia, sed eidem Quæstori postea, Rescripto Principali, Quæsturæ functionem commissam: Hinc assiduum Quæstorij muneris fideiussorem rectè conuentum ad Quæsturæ residua, à Principe demandatæ. A Fideiussore, contrà, adferebatur, inter paciscentes æquum esse, fidem prorogati contractus impleri: at respectu fideiussoris, semel finitum prioris obligationis tempus, cui ipse accesserat constitutor locuples, proferri suo incommodo non potuisse, vt denuò alieni periculi succedaneus teneretur. Vlpian. l. 13. §. qui impleto. D. Locati l. 3. §. cùm quinquennium. ℸ. De iur. Fisc. l. Si cùm Hermes. Cod. De Locat. l. vlt. ℸ. De Pact. Quare in expromissorem non erat transferendum huius nominis ac debiti periculum, quod ex nouo Quæsturæ exercitio reliquatus sit Fisci debitor, nec in illum renouata à debitore obligatio repeti debebat. Quam sententiam amplexa est Vectigalium suprema Curia, pro fideiussore Quæstoris Rothomagensis, Mangotio eius causam orante. Decreto 4. Idus Februar. an. 1570. Sed an compromisso à debitore facto, liberetur is qui fideiussoria ex causa obligatus sit, consule Baldum, Responso. 386. lib. 3. Consil. 3

Cũ quinquennium, quo quis pro publico conductore se obligauit, excessit, sequentis temporis nomine nõ tenetur.

Arestum Curiæ Iuuaminum, die 10. Februar. an. 1570.

Cessionis bonorum subsidiario remedio colonos fisci non iuuari aduersus suos fideiussores, nedum contra Fiscum.

Non est audiendus colonus Fisci, si agente cum eo fideiussore, vt à satisdatione liberetur, ille cedat bonis, & quasi tabulam naufragij, hanc bonorum cessionem adprehendat. Cùm enim sponsor alienæ obligationis cogi possit vinculis à Fisco, in quem cessio non admittitur, iniquum foret, eludi fideiussorium in debitorem beneficium fallaci quodam cessionis bonorum perfugio: atque id tùm maximè, cùm Fiscus actiones suas fideiussori transcripsisset. Consequenter quæritur, nùm idem iuris sit, in priuati colonum, aut debitorem. Re ad Senatum ex prouocatione adducta, sic egit fideiussor, in delictis & causis famosis explodi bonorum cessionem. Vt Venuleius Saturninus respondit l. vlt. §. vlt. D. Quæ in fraud. creditor. l. penult. ℸ. De iur. dot. Atqui verbis Edicti Prætorij notatur, non solùm qui mandatum suscepit, sed & is qui fidem, quam aduersarius secutus est, non præstat. Putà, intercessi pro te & solui, mandati si te condemnauero, famosum facio. Vlpian. leg. Furti. §. verbis. ℸ. De his qui notant. infam. Igitur lusorio cessionis præsidio summouendum debitorem, qui specie futuræ indemnitatis expromissorem induxerit, & cùm sciret se soluendo non esse, id tentarit vt eidem insidiaretur. Hanc obærati captionem non modò Legum auxilio non adiuuandam, sed etiam Senatus animaduersione dignam videri. Quatuor enim priuata iudicia existimationis sunt, Mandati, fiduciæ, tutelæ, societatis. Vt Cicero adnotauit in Orat. pro Roscio Comœdo. Ast Ego, contrà, debitoris patronus, cessioni bonorum nullo casu locum superfore, si in fideiussorem ea non vteremur. Quippè cessionem bonorum à reo debendi creditori factam non prodesse ipsi fideiussori. Huic ergo regressum semper aduersus debitorem competiturum, quantùmuis debitor bonis in creditorem Foroque cessisset. §. vlt. Institut. Ciuil. De Replication. Africanus in l. Hæres à debitore. §. quòd si idem. ℸ. De fideiuss. Excipienti de bona fide, respondebam, nihilo ampliùs eam fideiussori, quàm aliis vtique contrahentibus, esse seruandam. l. Bonam fidem in omnibus contractibus considerari æquum est. Cod. De obligat. & action. Cæterùm humanissima lege Octauij Cæsaris succursum miseris debitoribus, vt si qui attritis facultatibus, æri alieno satisfacere non possent, bonis cedendo liberarentur: ne fœneratoribus perpetuo ius esset in libera capita, néve obnoxij misere in neruum ducerentur. Proinde labefactatam omninò debitorum fidem non videri. l. 4. Cod. Iustinianeo. Qui bon. ced. poss. Et in Cod. Theodos. Lib. 4. Tit. Qui bon. ex Lege Iul. ced. poss. De ea re ita censuit Senatus placere, cessionem bonorum admitti, 3. Idus Quintiles, an. 1571. 4

Hæc locum habent in directa actione, non autem in contraria, quæ minimè notat. l. Furti §. contrario iudicio damnatus non erit infamis. ℸ. Qui notãt. infam.

Arestum Curiæ, die 13. Iul. an. 1571.

Vlpianus de adpromissore, l. In omnibus. ℸ. De solutionibus.

5 Epilogvs.

5 EPILOGVS fideiussoriæ tractationis erit, in adpromissore, debitoris postea hærede facto ex Inuentario. Creditores ab eo suum reposcunt solido iure. Fideiussor, contrà, extinctam esse fideiussoriam obligationem, & cum principali confusam aditione hæreditatis. Se tantùm igitur principaliter teneri, nempè debitoris hæredem, sed cum bonorum Repertorio, & pro modo assis hæreditarij Rerum debitoris, quas in restatum redigi, & more solenni inscribi curauerit. Paratum se, creditoribus fundos hæreditarios in assem vendere. Replicant illi, tùm demùm confusione sublatam obligationem, quæ alteri accesserit, per principalem, hoc est, aditione hæreditatis debitoris, si soluendo sit hæreditas, & quæ remansit principalis actio, efficax sit exactione: Sin minùs, beneficio separationis bonorum à Principe exorato, lædi iura creditorum minimè oportere. Bartol. ad l. Et generaliter. ff. De fideiussor. Quod ego simul arbitror sequendum.

Duæ obligationes paris potentiæ inuicem non tollunt se, sed magis potens alteram tolli l. Si reus ff. De duob. reis.

Hæres ex inuentario, à simplici excluditur, nisi diuersa sit hæredum qualitas. Nam mater, hæres cum inuentario in monentibus, non postponitur fratri hæredi simplici rerum soli: Arestis Septembr. an. 1569.

Tit. XV.

DE NOVA REDHIBITI DOMANII IN FEVDVM DATIONE.

1 *An prædia* Domanialia *ad Principem reuersa, iterum dari in feudum possint.*
Ecclesiastica prædia, quæ in emphyteusin vel feudum quondam data fuerint, iterum dari posse triplici casu.
2 *Feudum regium, eadem qua priùs, beneficij formula, priuatis olim attributum.*
3 *Feuda, militiæ causa inuenta.*
Vasalli, pro commilitonibus, Comites dicti.
Sacramentum fidelitatis.
Ducatu vno Comitatus duodecim olim contineri.
Armis renuntiando, feudum amitti.
Iniuriam ab inferioribus subditis clienti illatam propulsare, Regium esse.
4 Domanij *nouam in feudum dationem, Lege Regia vetari.*
5 *Veteres in feudum dationes, nouis Edictis non rescindi ipso iure.*
Aduersus veterem in feudum dationem, superesse auxilium restitutionis in integrum.
Aliquid per se, vel per aliam personam emere, Iure Romano non licere ex Officio, quod quis gerit.
6 *Errici 2. Edicta, & Francisci 1. de nominibus clientum regiorum fundorúmque, in codice Quæstorum* Domanialium, *edendis.*

1 VVLGARIS EST quæstio, núm *Reünionis* lege semel redhibitos fundos Principales liceat rursus in feudum temporarium dare priuato. Valere *Infeudationem*, sentiunt plurimi. Nam simili modo, prædia diuini iuris, quæ Emphyteutica vel Feudi temporarij lege quondam alienata sint, iustè denuò ceduntur pari Beneficiaria formula: quasi iam ab initio ei vsui destinentur. Nec nouum quicquam moliri videtur Præfectus Ecclesiæ voluisse, qui ad eam reuersos fundos, iterum beneficij nomine profanis manciparit. Cap. Vt super. Et ibi Innoc. De reb. Eccl. non alien. Adeò, vt Fridericus Iuris Resp. 174. existimarit, superioris Antistitis consensum, huic secundæ concessioni minimè necessariò adhibendum. Sanè inter alienationū genera, censetur in feudum datio: sed quam triplici casu Pontifex Summus cōprobauit. Consulenti enim Mediolani Archiepiscopo rescripsit Innoc. 3. P.P. feudū antiquum, quod ad Ecclesiam deuolutum sit, nouo clienti concedere licere. Tum perperàm venditum à cliente, rursus præbere venditoris filio vel agnato. Tertiò feudum

Rei in pristinū vsum restitutio non censetur noui iuris attributio, seu noua alienatio l. 1. §. si quis ædificium. ff. De noui oper. nunciat. l. 3. §. restituas. D. Ne quid in loc. publ. Cap. Consuluit. De Iudæis.

Ecclesiæ commissum, eodem Beneficij nomine alteri transcribere, qui illud faciliùs possit è prioris vasalli manibus potentioris extorquere. Cap. 2. De Feudis. In Antiq. Et cit. Cap. Vt super.

Ex harum Tabularum verbis deprehenditur vetustas Genliacæ familiæ apud Veromãduos, *des Sieurs de Genly, portans le surnõm de Hangest.*

Dannemare.

2 HAVD leuis igitur ratio suadet prima specie, feudum regium eadem, qua priùs, beneficij formula, priuatis attribui. Verbi causa, Philippus 2. Rex in Albertum Angestum prædia contulit, clientelæ legibus ita dictatis: PHILIPPVS, &c. NOS AMICO ET FIDELI NOSTRO ALBERTO DE ANGESTO, ET HÆREDI SVO MASCVLO DE VXORE SVA DESPONSATA DAMVS ET CONCEDIMVS IN PERPETVVM, VILLAM QVÆ DICITVR PONS S. PETRI, CVM PERTINENTIIS SVIS, AD VSVS ET CONSVETVDINES NORMANIÆ: SICVT FR. QVONDAM COMES LECESTRIÆ ILLAM TENEBAT EO TERMINO, QVO EADEM VILLA IN MANVM NOSTRAM DEVENIT, ITA QVÒD IDEM ALBERTVS TALE SERVITIVM EXINDE NOBIS REDDAT, QVALE FEODVM APPORTET, an. 1204. Ad hunc modum, nouam in clientelam receptus fuit à Dano Rege Adolphus Dux Sceluicensis, & Holsatiæ Comes, renouata Ducalis eius feudi cautione: hoc pacto, vt Regij Diadematis beneficiarium ipsum profiteretur, eique militare præstaret obsequium. Sicuti Albertus Crantzius retulit, Danicæ Histor. lib. 7. cap. 41. Quinetiam Iure communi, Res Principis in feudum dari solitas, quæ postea eius Fisco commissæ sint, idem tenetur priuatis iterum concedere *Feudaria* lege. Plateanus ad l. Murileguli Cod. De Murilegul. Lib. xi. Speculat. in Tit. De Feudis, quæst. 40. ac Vidi Papij Decis. Delphinali. 341. Regium autem Galliæ patrimonium *infeudari* consuêsse identidem, arguit Philippina Pulchri Constitutio DE FEVDII ALIENATIS, ET AD NOVVM CENSVM REDVCTIS, dummodò ea ipsa regij clientes minutim in personas inhabiles non transferrent sub vectigali, aut clientelarum lege. Quo casu, Rex Pulcher sanxit, alienata in pristinum statum reuocari. Vt habetur in Senatorij Styli Parte 3. Tit. 34. De Feudis. Quænam verò clientelæ obsequia & officia patrono Regi debeantur à suis purè beneficiariis, præscribitur Edicto Francico, 14. Calend. April. an. 1540. quod Senatus palàm recitari iussit, postridie Calend. Maias, an. 1541.

Stylus Parlam.

Regia Ordinatio die 19. Mart. anno 1540. publicata in Curia, die 2. Maij, an. 1541. *des deuoirs & seruices que sont tenuz faire ceux qui ont fiefs du Roy.*

Origo Feudorum, & vnde Comites dicti.

3 VETERES necnon Impp. feuda vocabant στρατείας, militiarum iura: quæ bellicæ virtutis ergô tùm militibus darentur, quùm in eos Cæsareæ liberalitatis fontes thesaurique effunderentur. Hinc Tacitus, dum Germanis Principibus adesse solitos Comites significat, vasallos nominat, quos Glossematarij συστρατιώτας interpretantur. His nempè præcipuum (inquit) Iusiurandum erat defendere, tueri, sua quoque fortia facta gloriæ Principis sui adsignare: Quod vulgus nostratium, sacramentum fidelitatis appellat. Principes enim pro victoria pugnabant, Comites pro Principe. Magna & Comitum æmulatio, queîs primus apud Principem suum locus, & Principis, cui plurimi & acerrimi Comites. Hæc Tacitus de Moribus Germanorum. Quo nomine etiam Pipinus Rex Tassilonem, Boiorum Ducatu Germanico vestiuit, beneficiario iure. Gryphoni quoque in Austriacis finibus duodecim Comitatus erogauit. Adonis relatu in Chronic., & Aimoyni, Histor. lib. 4. Cap. 61. Priscis enim illis seculis, duodecim ferè Comitatus vno Ducatu continebantur: Quantùm Aimoyni scriptis assequimur, lib. 4. Cap. 116. de Baldrico, Duce Foroiuliensi, cuius MARCHA, quam tenebat, in duodecim Comitatus diuisa est. Planè in Gallia, Theodulphum Andegauis Comitem decreuit Guntchramnus Rex, quùm nepotis sui Clotharij Regnum administrare vellet. Auctore Gregor. Turonensi, Hist. lib. 8. artic. 18. Ac ne quis talium Institutorum causam requirat, interest Principis salutisque publicæ, multorum valida manu armatorum, Præfectorumque Regni fines conseruari. Argum. Leg. Nam Reipub. ff. De noui oper. nunciat. Vnde & beneficium amittit lege Longobarda, qui armis renunciarit. In Tit. De vasallo milite qui arma deposuit. Propensior ergo in hanc partem esse debet Princeps, vt militaria prædia generosis hominibus adsignet, quos luce fidelitatis illustratos experietur, ad bellica munia, militiæque onus subeundum paratissimos, obsequentissimos cap. 1. (in fi.) Per quos fiat inuestit. Feudo nimirùm imaginariam referente clientum erga patronos obseruantiam, quam Romæ Quirinus, primariam clientelæ legem constituit. Halycarnassei lib. 2. Eademq; in contrarium

Bauariæ Ducatus, in Germania.

Hic Theodulphus sub Clotario Chilperici filio Rege Comitatum Andegauæ vrbis rexit. Qui Comitatus in Iuridica etiam Præfectura, & iudiciis exercendis versabatur. Vt Turonensis ibidem notat, & Nos scripsimus suprà lib. 1. tit. 5.

trarium ratione, Vasconum Domini superbia, libertatis exciuit desiderium, eiusque asserendæ occasionem præbuit Aquitanis proceribus. Quùm enim Britanni Vvalliæ Reguli tyrannide premerentur Vasconiæ optimates, Armeniacus, Alebretus, aliique Francicum in Senatum prouocarunt: vt appellationis præsidio (quasi malæ tractationis actione) eximerentur sæui patroni imperio, iurisque iurandi clientelaris religione exoluerentur. An. 1369. Vt à Frossarte prohibetur, Histor. Volum. 1. Capit. 246. & 247. Similiter Regium est, suo purè clienti illatam ab inferioribus subditis iniuriam propulsare. Quemadmodùm Galliæ Regem admonuit Biturigum Dux, vt Regiæ Franciæ beneficiario Comiti Flandro suppetias ferret in rebelles Flandriæ populares: an. 1382. Id quod Frossartes sic enarrat. *Le Duc de Berry dist au Roy. Monseigneur, on tient la Comté de Flandres du Dommaine de France, & vous auez iuré, & nous pour vous, à tenir en droict vos hommes & vos liges. Car les villains de Flandres ont bouté hors de son heritage le Comte leur Seigneur, & tous les Gentils-hommes, &c.* Histor. volum. 2. cap. 104. Apud eundem Auctorem reperio, Ecclesiasticos etiam Proceres exteros, qui semel patrono Regi obsequium, fidemque suam obligarant, nunquam coniuratis eius hostibus fauere voluisse, an. 1336. tali sententia. *Les Seigneurs d'Angleterre demeurerent encor deuers le Comte de Haynaut, & enuoyerent encor certains messagers pardeuers l'Euesque du Liege, Monseigneur Raoul, & l'eussent moult volontiers attrait à leur parti. Mais l'Euesque n'y voulut oncques entendre, ne rien faire contre le Roy de France, à qui il estoit deuenu homme, & entré en sa feauté.* Lib. 1. cap. 29.

De exemptionibus clientum à Patronali imperio dominorum, dictum est suprà lib. 2. tit 8.

Die 21. Marij, & die 4. Mart. an. 1369. interiectæ appellationes ab Aquitanis Magnatibus ad Curiam Franciæ, *contre le Prince de Galles, Anglois, Duc d'Acquitaine.*

4 Enimverò, ne diutiùs in nostra Thesi incerti vagemur, Vetita est Regij Patrimonij noua in feudum datio, vel temporaria quidem, nedùm perpetua, aut quauis alia conditione celebrata §. 17. Legis Regiæ Molinensis. Quo pariter cauetur, Dominicos huiusmodi fundos locari publicè in rem Fisci. Eodem loco habentur publica Coronæ latifundia, quæ ad eam ipsam reuersioni subijciantur cit. §. Ac ne quis demiretur isthîc, temporarium feudum perinde interdictum, ac perpetuum, temporaria Emphyteusis peræquè inhibita censetur, rerum alienatione prohibita, licet alienationis verbo regulariter non comprehendatur l. 1. Cod. De iur. emphyteut. §. Alienationis. Nouella Iustiniani, De alien. & emphyt. Quibus vt iudicatorum auctoritas accedat, placuit Senatui, perpetua etiã redimendi lege cõtractam Domanii alienationem fauore nuptiarum priuati alicuius, infirmari. Decreto 4. Nonas Iunias, an. 1534. Petro Tardeto, & Procuratore fisci inuicem contendentibus de agro Sanlaurentiano Pontis Delphinatium. Ne autem scrupuli quicquam de eo consultoribus resideat, amplectenda est Iuris professorum distinctio. Prima causa Beneficiariæ concessionis manente, locum fore feudi ἀνανεώσει seu renouationi. Putà, si Emphyteuta Ecclesiæ Canonem non soluerit continua trieteride, siue cliens abnuerit patroni beneficium, solus Ecclesiæ Antistes eis licitè remittit spem commissi nondùm eidem adiudicati. Immol. ad cap. potuit. de locat. Aut etiam, si malit Antistes, eam ob rem alteri transcribet feudum, vel Emphyteusin. Quoniam alioqui, pensionem repræsentante Emphyteuta, aut vasallo officiosè Patronum agnoscente, prima in iis durabat concessionis causa. Deficiente autem concessionis causa primaria, (vtpote si Panagium semel finitum sit, eiusque prædia in Fisci rationes illata,) nihil ipsorum ampliùs dari potest beneficiario iure. Abb. in cap. Vt super. De reb. Eccles. non alienand.

Sic locatio facta ad decem annos, Alienatio dicitur, & Alienationis solennia exigit, quoad res Ecclesiasticas. Alexan. Consil. 17. Volum 4.

Arestum Curiæ, die 2. Iun. an. 1534.

Regij Domanij Appennagium.

5 Insvper prohibitorium illud Regis Edictum non procedit in anteriori *Infeudatione*, ad quam minimè producitur Constitutio hæc Molinis posteriùs sancita, an. 1566. Etsi enim forsan dici queat, nouam Legem antiquo Patrum instituto & dogmati de Sacro dominio conuenire: ea tamen idcircò non præbet ius præteritis negotiis, ne ignorantiæ cuiusdam obtentu, priuati aduersus legem haud antea scriptam suas tueantur Pactiones. Vnum contra eas Regio Actori superest auxilium restitutionis in integrum ex iis causis, de quibus separatim & Prætor edixit, & Ius Ciuile constituit. Hoc enim contractus rescindendi ius Princeps sibi lege reseruauit. In cit. art. 17. Molinensis Sanctionis. Exempli gratia, Antonius Pratianus Galliæ Iuris-Præfectus, qui perduellionis iudicio præfuit

Baronia *de Thiert*, in Aruernia, Cancellario Franciæ Antonio *du Prat* donata.

l. Non licet. ff. de contrah. empt.

Caroli Borbonij, malo more petiit, impetrauitque à Rege Thiertium, Aruerni agri, Baronatum, qui Borbonio competierat, antequam ipse, cum reliquis bonis, Fisco addiceretur, capitali Sententia, an. 1527. Nec enim licet, ex Officio, quod administrat quis, emere aliquid per se vel aliam personam, Lege Romana. Alioquin non modò rem amittit, sed & in quadruplum conuenitur, secundùm Constitutionem Seueri & Antonini Impp. Id quod similiter antea taxauit Cicero, Actione 6. in Verrem. Quantò improbabiliùs Iudex de bonis à se damnatorum quicquam possit corrogare? Nam vt Græciæ Lex fuit, ne Elei, qui præsidebant ludis Olympicis, in iis certarent, aut currerent. Ita Iudex reorum non debet ex ipsorum rebus rem suam litemque priuatim facere. Propterea Rex donationis prædictæ rescissorium ius transcripsit Monpensserio Duci. Hic subinde eo iure subnixus vocauit in iudicium donatarij hæredem, ab eoque Baronatum euicit. Senatorio decreto 12. Calend. Iunias, anno sesquimillesimo vndeseptuagesimo. Cui aptè congruit Hermogeniani lex, Aufertur §. quod à Præside. ff. De iur. Fisc. In vers. infirmato contractu, vindicetur. Sic Palatini qui res Principis administrant sub Comite rerum priuatarum, eas coemere vetantur. leg. vlt. Cod. De rescind. vendit. Præterquàm si auctione væneant, hastaque publica. Leg. vlt. De fid. instrum. & iur. hastæ Fiscal. Lib. 10. Cod. Domesticis quoque Francorum Annalibus inseritur pergraue hoc accusationis caput in Engerranum Marignium (qui diro supplicio affectus est an. 1315.) quòd Fiscales fundos sibi à Rege dari procurasset, quùm tamen officij nomine Gallico Ærario præficeretur. Vt Nicol. Gillius in Hutino Rege percensuit. Nam ab huius patre Philippo 4. collata in Marignium, præter alias, reperitur largitio maximæ, mediæ, ac infimæ Iurisdictionis, *feudalisque* Dominij, quo donator Neustriæ Dux Gisortijque Comes præditus erat in latifundia *de Fleury, Liry, & Morigny*: Vt donata hæc, in posterum Ditioni *d'Escoüys* Marignio propriæ adplicarentur. Tabulis obsignatis Mart. mens. an. 1308.

Arestum Die 21. Maij, an. 1569.

Enguerrant de Marigny intendant des Finances de Frãce, qu'il s'estoit faict donner & demẽbrer du Domaine du Roy.

Altæ Iustitiæ Donum regium *à la Seigneurie d'Escoüys.*

RVRSVS, ne prisca regiæ clientelæ feuda subdolè interuertantur, sancitum fuit ab Errico 2. vt Quæstores Regij, qui DOMINICOS prouentus annuos colligunt, in codice rationum suarum, quas apud Rationales edant, nomina inscribant clientum omnium regiorum feudorumque eorumdem, quæ intra fines Quæsturæ suæ ac prouinciæ constituta sint, tum quo iure ac titulo ea ipsa à priuatis possideantur. Nempè vt dominica feudi commoda, & fructuariæ obuentiones, quæ patrono Regi debentur, faciliùs innotescant, & à possessoribus dependantur, art. 49. Principalis Edicti, mens. Decembr. an. 1557. quod in publicorum Ratiociniorum Acta regestum est, xi. Calend. Ianuar. eodem anno. Imò & Franciscus 1. districtè vrsit DOMINICORVM fructuum, præstationumque Exactores suos ad Formam censualem conscribendam, quæ certo capitum ordine Regia feuda recenseret: Vtpotè Baronatus, Iurisdictiones beneficiarias, nobilia prædia, census & vectigalia, quæ DOMINICO & Patrimoniali iure pendunda sint Fisco Principali. Idemque obseruari præcepit Rex in fundis DOMINICIS, quibus pro tempore alij * Ἀντιχρήσεως nomine fruerentur. Regia Constitutione an. 1540. quam Terrienus recitat Lib. 4. Cap. 1. Commentar. in leges Normanicas. Ab eo pariter relatum inuenimus, Senatum Rothomagensem decreuisse an. 1519. ne qua Rerum clientelarium dinumeratio regij vasalli admitteretur, nisi Regio priùs Cognitori exhibita, & ab isto cum vetustis huiusmodi Beneficiariis Tabulis comparata: vt si quid dissimile deprehensum sit, animaduertatur: Præterea de fide veritateque omnium, quæ illa dinumeratione continentur, audiendos testes sigillatim, diligenterque excutiendos, priusquàm is rerum clientelarium Catalogus adprobetur. Terrieni Lib. 4. Cap. 6. Tota itidem Gallia, ordinarium hoc solenneque est, catalogum eiusmodi, quem regius cliens Magistratui obtulerit, annali longiorive silentio non confirmari, nisi & idem ex recepto more fidem eorum fecerit omnium, quæ oblato rerum clientelarium codici inseruntur. Isthæc quidem, de rebus soli: Mouentium quoque regia dispositio adstrictis quibusdam regulis tenetur. Nummaria enim Regum in quenquam dona ac munera improbantur, nisi & cum iis anteriorum in eundem munerum commemoratio fiat. Philippina Valesij Constitutione lata, postridie

6

Quæ sint Receptoris Domanij Regij partes, in recognoscendis Regis immediatè subditis ex feudo, vel censu.

Edictum *sur le faict des Finances du Roy, & de ses Officiers cõptables*: quod verificatum est in Camera Computorũ, die 22. Decemb. an. 1557.

* Ἀντιχρήσις, hypothecæ iure apprehensa fundi possessio.

Touchant les verificatiõs des Adueux des fiefs nuëment tenuz du Roy.

Regia Ordinatio Phil. Valesij Regis,

ſtridie Kal. Maias, an. 1333. quæ apud Præfecturam rationum Principalium extat, Lutetiæ Pariſiorum. Ea tamen non porrigitur ad regias ſacrorum Beneficiorum donationes conceptas iure Regaliorum, in quibus neceſſaria non eſt ſacerdotiorum expreſſio, quæ priùs impetrata ſint etiam iure Regali. Vt Senatus iudicio decidit poſtridie Martinalium, an. 1491. Eius Philippini Edicti meminit Ruzæus, Regaliorum Priuilegio. 29.

die 1. Maij. 1333. Regiſtrata in Camera Computorum.

Areſtum Sabbati in Craſtino S. Martini, an. 1491.

Tit. XVI.

DE RERVM PERMVTATIONE REGIA.

1 *Vtrum Rei* Domanialis *permutatio conceſſa ſit.*
2 *Variarum permutationum à varijs Regibus initarum exempla.*
3 *Agrorum quorumdam compenſatio, à Regibus, proprietariis aliorum fundorum facta.*
4 *Rei* Domanialis *permutationem, nihilo magis quàm cæteras alienationes, permitti; niſi maxima cum cauſæ cognitione.*
Permutationum reuocatarum exempla.
5 *Permutationes, in quibus euidens Principis vtilitas appareat, firmas manere.*
Narbonenſis Vicecomitatus permutatio.
De Ruſcinonis & Perpeniani Comitatu, Ferdinando Aragonum regi per Karolum 8. (reſtituto.
In priuato Regis patrimonio, ſtrictas permutationis Domanij *regulas non procedere.*
Areſta Curiæ, in cauſa Marchiæ de Chauſſins, & la Perriere.

1 PORRÒ in commutatione fundorum ceſſare videtur ratio Edicti illius Molinenſis, quo nouæ DOMANII *infeudationes* prohibentur. Vtputà, inſigne prædium prædio commutatur à Rege, quænam ex eo deterior ſit Regis conditio? Cùm enim res permutata in alterius à nobis decedentis locum accedat, Placuit, etiam in ſacris, dotalibúſvè agris ratam eſſe permutationem. Authen. Sed & permutare. Cod. De ſacroſanct. Eccleſ. Modeſtinus l. Ita conſtante π. De iur. dot. Nam & Curialibus olim latifundia ſua vendere non licuit, permutare licuit, l. vlt. Cod. De præd. Decurion. lib. 10.

Tranſport de la Viſcomté d'Eureux faict à Mante par Robert de Meulanc, pro villa de *Guitebenne,* feodo de Cronuilla, & de Foucherolis.

2 EDATVR facti exemplum. Subcomitatus Eburouicum venit in Regiam Philippi 2. ditionem commutatione Guitebonij, Cronuillei, & Foucherolij Neuſtriæ feudorum, cum Roberto Meulantio pacta, Meduntæ, an. 1204. Antea enim Symonem Ebroicarum Comitem priuatum floruiſſe, affirmat Sigebertus, & munitiſſimas quaſdam Arces Errico Angliæ regi tradidiſſe. In Chronico an. 1160. Itē Philippus 4. Creciacum recepit à Valtero Creciaco, Caſtilionis ad Matronā fluuium permutatione, an. 1289. Haud abſimili fermè, cum Bermondo, Vticeſi Procomite, Contractu, Quartus ille Philippus dominium nactus eſt Salinarij territorij *de Peſcais, de la Selue, & la Tigne*, ad Foſſam Marianam, Galliæ Narbonenſis. Quæ is mutuo iure penſauit Reditu an. 350. libellarum Francic. permutationis Chartula de fundis aſſignato ſpeciatim, 7. Kal. Mart. an. 1290. Secundùm hæc, Rex ipſe Pulcher Sceptris comparauit ab Anicienſi Vellauniorum Pontifice Dynaſtiam Aniciēſis vrbis ex parte dimidia, ſubrogatam Anduzio, ex ſemiſſe, Baronatui, an. 1303. Huius verò Baroniæ dimidiam alteram Philippus 6. rex Humberto mancipauit Allobrogum Delphino: vt in partem ſibi viciſſim tranſcripti Delphinatium Principatus ſufficeretur, an. 1343. Pulcher necnon ab Anicienſi Epiſcopo Iohanne cōparauit ſuperius rectúmq; in Bigerrones dominium. Vice autem huius permutati dominij, ceſſit Anicienſi Eccleſiæ reditus annuus 300. libellarum, percipiendus ex Vectigali ordinario, quod vocant *Le Peage du Brueil ſoubs la Nonnette*, in ſacra diœceſi Aruerniæ Claromontana. Tabulis de eo exaratis Octob. Menſe an. 1307. quæ in regiis Lutetiæ Scriniis lectitantur. Ad eundem Regem peruenēre Chaillius & Loniumelius vici, in Pariſiorum finibus, permutatione inita cum Hugone Brunno, Marchiæ & Angoliſmorum Comite, an. 1301. Ianus itidem Rex, Allobrogum Comiti Amedeo tribuit Foucygnium Baronatum, ditiones *de Gez*, Miribelli, Montis-lupelli, feuda Dn. Villarij, ſuperiorem Gebennenſis Comitatus

Hic Symo tradidit Anglo regi Rupemfortem, Montemfortem, & Eſparnonem, Ex Sigeberto.

Crecy.

Chaſtillon ſur Marne.

Die 23. Febr. an. 1290. *Bermond Viſcomte d'Vzes cedde au Roy le Terroir de Peſcais, où ſe faict le ſel en Languedoc, de la Selue, & la Tigne lez Aigueſ-mortes, &c. Et le Roy auſſi luy tranſporte* 350. *liures de rente ſur les Villages de Remolins, de Pozillac, &c.*

Regia permutatio *de la moictié de la Baronie d'Anduze eſtât du Domaine du Roy, auec la moictié de la Ville du Puy, en Auuergne.*

L'Egliſe du Puy en Velay tranſporte par eſchange les fiefs, hōmages, & droicts ſur le Comté de Bigorre.

Chailly & Loniumel.

Foucigny.

Souueraineté ſur le Comté de Geneuois.

De hac permutatiõne Nos obiter sup. lib. 2. Tit. 1. art. 3.

Die 7. Mart. 1376. Pactum Karoli 5. Reg. cum Comite Sabaudiæ.

Fundorum Commutatio die 5. Iun. 1356.

Sees, & Bernay en Normandie.

La maison de saint Ouen, à Paris.

Chasteau-Renard.

Dun le Roy, en Berry.

Montmorillon, en Poictou.

Montagu.

Mont-richart, en Touraine.

Marans, & l'Isle de Ré.

Vierzon, & Xãcoings.

Gaston de Foix, contractant auec Loys 12.

Comté de Beaufort, en Champagne, S. Florẽtin, Larzicourt, Eruy le Chastel, Colommiers.

Viscomté de Narbonne.

Die 14. Ianuar. an. 1507.

De Croy, Sieur de Chieures.

Le Sieur de Lescun, demãdeur en retraict lignager, & feodal à luy cedé par le Roy.

Antoine de Croy, Prince de Portian, Comte de Senigan.

Duc d'Arscot, en Brabant.

Comté de Mortaing, & Viscomté d'Auge, en Normandie.

Hic Comitatus de *Mortaing* olim datus fuit à Karolo 7. rege, Carolo Cenomaniæ Comiti, cuius extincta stirpe, ad Coronam rediit.

Chaumont le Veuxin, & Sezanne, auec le Comte de S. Paul.

Die 10. Nouemb. an. 1546.

Yeure le Chastel, au Bailliage d'Orleans. Fontaine-Bleau.

dominatum, aliáque pactitio Instrumento designata, cum onere clientelaris fidei à Comite Regi præstandæ. Quorum vice ac commutatione bonorum, Rex à Comite sumpsit Arcem Turonis, Voyronis pagos, cum mero mixtóque imperio, Castrum Auteneriarum, pauculáque alia. Literis consignatis an. 1354. quarum executioni, positionique limitum intra confines fundos Principis vtriusque, delecti sunt Arbitri honorarij. Pacto conuento Nonis Martiis, an. 1376. Sicuti à Francis. Marco refertur, Gratianopolit. senatore, in Delphinali Decision. 333. Tomo 2. Ille necnon Iohannes rex Alenconiæ Comiti fœminæ tradidit Sagiensem, & Bernayam, Neustriæ ditiones, quæ Ioh. Malleti Equitis, perduellione ad CORONAM legibus redierant. Quarum loco, Rex à Comite suscepit Parisienses ædes Diui Audoëni. Nonis Iunijs, an. 1356. Ad hæc, Karolus 5. Rex, Castro-Renardo mutatum, sibi Dunum Regium quæsiuit, Biturici agri oppidum: in quo mox regiæ Iurisdictionis sedem defixit. Posthæc Ludouicus XI. commutatione Montis-Morillonis Pictonici, pensauit Montem-acutum, in quo idem regium instituit Forum iuridiciale. Is pariter Vilhelmo Haricuriæ, Tancaruillano Comiti, & N. Ambœsiæ coniugi transcripsit Normanicos fundos *de Gournay, & la Ferté sur Bray*, Monte-ricardo Turonum compensatos; Nouemb. Mens. an. 1461. Castellariam enim Montis-ricardi dynastiam Haricuria, & Ambosia vxor proprietatis iure obtinuerant à Ludouico Ambosio fratre, & Maria *de Rieux*, Ambosij coniuge: an. 1448. Nec dispari modo, Ludouicus XI. concessit nobilia prædia *de Marans*, & Insulæ Reorum, in Santonibus, Margaretæ Ambosiæ Ludouici Tremolij vxori: vt Vierzonum, & Xanconium oppida territoriúmque ab ea consequeretur: Id quod Regestis Curiæ proditum est, fol. 233. Volum. 1. Actorum Senatus in Regno Ludouici XI. Secundùm hæc, Ludouicus 12. in Vastonem Fuxatem contulit Bellofortensem Comitatum, Fanum Florentij, Larzicurtum, Eruium Castrum, Colummerias, & alia Campaniæ Briæque latifundia, accepto vicissim à Principe, Narbonensi Subcomitatu. Cuius permutationis chartulas nulla mora promulgauit Senatus. 19. Kal. Febr. an. 1507. Antea quidem regij isti Briæ Campaniæque agri, Nemorensis Ducatus partem constituêre, seu supplementum, in gratiam Karoli Ebutouicis 2. Nauarræ regis. Francico Diplomate Karoli 6. an. 1404. Sed noua Ducatus huiusce in Fuxatem donatione Regia, Princeps illos excepit nominatim, priusquàm talis inter eos permutatio contraheretur. Fuxatis autem soror, hærésque Germana Fuxas diuendit prædia isthæc Chieureo Magnati cognomine Croyo, an. 1519. In quem Lescunus Toparcha, gente Fuxensis, subinde expertus est agnatitia fundorum condictione, & patronali Regia sibi transcripta. Actoris hæres ex asse fuit Maria Alebreta, paterna auia Niuernensium Heroïdum. Rursus harum vni Katharinæ Cliuensi Antonius Croyus emptoris hæres cessit omni iure quod in fundis habebat: Nuptialibus pactis inter eos celebratis. At præmortui Croyj Dux Arscotius hæres postulauit cessionem hanc retractari, factam à minore 25. annis. Qua de re, in Senatu forensibus patronorum Actionibus dissertatum est, pleniúsque deliberandum PATRES decreuêre. Mart. Mens. an. 1572. Quùm Marius, Ducis Arscotij: Versorius, Katharinæ Cliuensis. & Guisiani Ducis secundi mariti causam perorassent.

5 NEC longè ab his distat, quod Franciscus 1. egit cum Gallicis proceribus, Belgicorum quorumdam agrorum proprietariis. Cameracensi enim Fœdere prædia hæc omnia Rex dereliquit Karolo 5. Imp. an. 1529. Inde Rex Monpenserio Duci in vicem Belgicarum possessionum rependit Moritonium, Neustriæ, Comitatum, & Augi Procomitatum, mutua veluti fundorum permutatione contracta. Idem quoque Princeps Caluimontem Velocassinum, ac Sezaniam transcripsit Tureuillano Duci, recepto vicissim à Duce, Fani Pauli Comitatu 4. Idus Nouembr. an. 1546. Propter eandem rationem, Rex, Belgicorum prædiorum iacturam sarsit Vindocinensi fœminæ Duci, Roberto *de la Marck* Sedani Regulo, & Toparchæ *d'Aussy*, collatis in eos Reipub. latifundiis. Insuper Franciscus 1. subrogauit regiam Castellaniam Yeurei Castelli in locum ditionis *du Monceau*, feudi *d'Auons*, & partis Fontis-Bellandi, quæ omnia sibi tradi à Francisco *du Monceau* Equite poposcerat. Literis Præfecturæ Ratiociniorum regiorum, 12. Kal. Quintiles, an. 1537. quas Princeps ratas habuit, Mense Iulio proximè consecuto. Nec

Nec ita pridem Erricus 2. dedit Niuernensi Regulo *Briotzos & Ressons*, Aruerniæ, Baronatus, Drocensis agri compensationem 6. Idus Apriles, an. 1556. Anteriore enim Senatus decreto, Druydes adiudicantur Regi; sed cum onere fundi Regulo adsignandi pro annua pensitatione nummaria, cuius ergô Druydes primùm ad Alebretos deuenerant, Niuernensium abauos. De quo Nos diffusè, lib. 1. Tit. 3. Ne his intermisceam priscas Ducum priuatorum cum aliis permutationes, quibus Ducibus nostri sensim Reges in Ducatum successerint. Cuiusmodi illa Regis Angli, Normaniæ Ducis, cum Rothomagensi Antistite commutatio Dieppæ, & Louuieri, Neustriæ oppidorum. Nam vetustæ huius permutationis iure, Archiepiscopi hactenus oppidis dominati sunt ea conditione ac prærogatiua, qua priùs in iis Duces vti consueuerant. Id quod Terrienus memorat in Commentar. ad Leges Norman.

Literæ Cameræ Computorum, die 20. Iun. an. 1537.
Dreux recompensé de deux Baronnies, die Apr il. an. 1556.
Dieppe, & Louuiers, en Normandie.

4 VT autem de regia permutatione dicam quod sentio, æquè vetanda isthæc est, ac reliqua alienationum genera fundi Fiscalis. Illud enim anteriùs in causæ cognitione versatur, nùm Principi, seu Reipub. aliquid ea permutatio detrimenti sit allatura. Ideóque Syluanectensi Concilio, Pragmatica Sanctio exigitur in permutatione, ab Ecclesia etiam, cum Principe ineunda: Nempè vt ea ipsa decernatur tantùm & contrahatur de communi regiorum Optimatum sententia, cap. 1. De rerum permut. Pari modo de sacris facultatibus, ex facto tractatum est in Senatu Neapolitano, nunquid hæ licitè permutarentur profanorum hominum prædiis. Diligenter excussa causa, permutationem placuit non valere, quasi Diomedeam, nec planè æquam: nisi iusta solennium obseruatio priùs adhibita ostenderetur: Matthæi Decisione Neapolit. 17. & 336. Quin & necessariam rerum commutationem Gallica Curia rescidit, instante Regio Actore, prætextu ciuilium Formularum inibi deficientium. Putà, Ludouicus XI. Rex; quò Gisortiam Normanici oppidi Arcem strueret magnificentiùs, eidem adplicauit perpetuò vrbanas priuati hominis ædes Arci contiguas. Earum verò compensatione, proprietarium, creauit Libripendem ponderúmque mensorem Gisortio in oppido clientelarem ac hæreditarium. Septemb. Mense, an. 1477. Quoniam tamen mutuæ huic rerum commutationi nulla intercesserat causæ cognitio, publicivè decreti auctoritas, PATRES PARISIEN. munus illud *feudarium* Regi adiudicarunt, tanquam DOMINICVM, & Regiis ponderibus mensurisque DOMINICIS annexum Patrimonium. Aresto Kalend. April. an. 1555. secundùm procuratorem Fisci lato, in Carolum *Tertreum*, prouocantem à Consiliariis Præfecturæ *Thesauri*. Verùm appellanti ipsi reseruatum est à Senatu, vt adito Principi supplicem libellum porrigeret, quò regiam ædium suarum occupationem æqua pretij sorte, aut aliàs remuneraretur.

Diomedis & Glauci permutatio vetus æris cum auro.
Chasteau de Gisors.
Estat de Iaugeur & visiteur heredital & patrimonial des poix, aulnes, & mesures du Bailliage de Gisors.
Decretum Curiæ, die 1. April. an 1555. *touchant l'office Dômanial du Roy, de Iaugeur & visiteur de vins infeodé, à Gisors, en Normandie.*

5 AC propterea regius Actor Parisiensis lege egit reuocatoria cùm Petro Rohano, Galliæ Tribuno militari, de Fontenaya Pictonum vrbe, clarorum ingeniorum feracissima. Eam quippè Rohanus nactus erat Fronciacæ Arcis cum Ludouico XI. permutatione, quam Rohanus vxoria hæreditate sibi asserebat. Quisnam igitur permutationis effectus? Haud multò pòst Fontenayum lege euincitur DOMANII redhibitoria, & Rohano adimitur. Nihilo plus virium habuit sequens inter eosdem permutatio inita, Quintili Mense. an. 1480. Baugæum enim, Andegauiæ oppidulum, Rohano datur à Principe, substitutum in vicem Virei Baronatus, Normanici. Inutilem verò ac inefficacem fuisse permutationem hanc, coarguit nummaria posterior in eundem alienatio regia *du Chastel & Chastellenie de Baugé, Mouliherne, des bois & forests de Monnais, Chandelais, la Haye le Roy, & bois Segreaux*, cum perpetua redimendi potestate, restituta pretij sorte vicenûm millium aureorum. Diplomate 7. Kal. Iunias 1513. quod Senatus probandum censuit 5. Idus Iulias, eod. anno. Ac biennio pòst, Carolus Alenconij Dux redhibitorium illud fundorum ius comparauit à Rege, simul & Castellariam ditionem *du Cloux*, pacta pecuniæ summa, & commutatione amplissimi prædij *de Semblançay*, feudi Pontium Turonensium, ac decimæ *de Neufuy*, (quæ Alenconio competebant) aliísque nuncupatis conditionibus. Qùm igitur Alenconius de Rohano illo Fiscales fundos redemisset, Aprilis Luce 30. an. 1516. Regius Actor perperàm mouit DOMANII controuersiam Franciscæ & Annæ Alenconiis sororibus hæredibúsque

Mess. Pierre de Rohan Sieur de Gyé, Mareschal de France.
Fontenay le Comte en Poictou, Tiraquelli patria, Brissonis, Ymberti, &c.
Fronssac.
Baugé.
Vire, en Normandie, au Bailliage de Caen, cuius Permutatio modificata est à Parlam. Parisien. die penul. Decemb. an. 1480. Pro gaudendo per impetrantem terra *de Baugé* compermutata, & ab eo descendentes legitimos, sine præiudicio iurium & oppositionum opponentium.
Literæ patentes, die 26. Maii, verificatæ in Parlamento die 11. Iul. an. 1513.

Karoli, vt Baugæum cæteráque Andium prædia antedicta purè reuocarentur in corpus publici Patrimonij. Nam etsi is venditionem Rohano factam oppugnaret, quasi minimè necessariam Regnovè vtilem, Alenconiis libera decreta est fundorum possessio ac retentio, ea lege ac cautione, qua Rohanus illos obtinuerat à Principe, an. 1513. Saluis tantùm Procuratori Fisci actionibus, quæ ex Baugæi nemorum cæsura, quam ille obiter reis obiectabat, ipsi suppetebant. S. Consulto percelebri 4. Idus Apriles, an. 1548. In eadem Alenconia gente, notus est permutationis tractatus inter Petrum Alenconij Comitem, & Karolum 5. Regem. Hic enim illi transcripsit Yesmeam dynastiam, in finibus Alenconiensium, permutatam cum Iosselina arce, Britonici agri, an. 1370. Extincta tamen Alenconiæ domus virili prosapia, Yesmeam Princeps vindicauit, vtpotè Regum Patrimonialem, nulla sororum vltimi Ducis ratione habita: Quantùmuis fœminæ alioquin priuatum in feudum Iosselini Castri fuissent successuræ. Quo de negotio voluenda forensis disceptatio Causæ Alenconiæ, quæ in Senatu propalàm multis diebus est actitata 10. Cal. Decembr. Mense Decembr. Ianuar. & Februar. an. 1526. Iosselina deinde Arx fuit Oliuerij Clissonis MAGIST. EQVIT. Galliæ, nunc Rohanorum procerum, abs Clissonij filia Rohano nupta.

Iudicatum Curiæ, die 10. April. an. 1548.

Seigneur d'Hyesmes en Normandie.

Chasteau Iosselin, en Bretagne.

Plaidoyé de la cause d'Alençon, die 22. Nouemb. & seqq. dieb an. 1526.

Clisson, Connestable de France.

6 NIL verò ad rem pertinent superiora illa Regiarum permutationum exempla (quæ primùm citauimus) quibus euidens Principi vtilitas adferebatur. Nam Martius Narbo (de quo superiùs) Romana olim colonia, limitaneus est Galliæ ager, vetus Tholosanorum Comitum patrimonium, quod affinitatibus ad Fuxēsem familiam deuenerat. Vnde Ausonius, de Narbona limitanea, lusit hoc Poëmate:

Narbonæ Vicecomitatus.

Nec tu, Màrtie Narbo, silebere, nomine cuius
Fusa per immensum quondam Prouincia Regnum,
Obtinuit multos dominandi iure colonos:
Insinuant qua sese canis Allobroges oris,
Excludúntque Italos Alpina cacumina fines,
Qua Pyrenæis niuibus dirimuntur Iberi,
Interiùsque premunt Aquitanica rura Gebennæ.

Narbonam quoque celebrans M. Tullius pro Fonteio, in Prouincia (ait) Gallia est Narbo Martius, specula Pop. Romani, ac propugnaculum istis ipsis nationibus oppositum & obiectum. Permagni igitur referebat, Francum Regem Narbonenses hos Galliæ fines permutatione fundorum suos facere, & in posterum tuendos curare per temporarios limitum Custodes. Quales, primi Reges pro tempore præficere, postea mutare consueuerant. Vt Aimoynus sparsim in Francor. Reb. Gestis commemorat. Nam & vniuersam Narbonensis Prouinciæ oram Gallis Regibus initio vectigalem extitisse, Francicique Sceptri beneficiariam, edocuit domestico testimonio Amatus Prouinciæ Patritius, qui Guntrani quondam Regis, Gallicæque adeò Maiestatis obseruantissimus fuit. Aimoyni lib. 3. cap. 17. Ne posterioribus Cæsarum cum Gallo Pactis immorer, quibus illi Francicæ Regiæ feruntur cessisse Imperatorio iure suo in Prouinciam Regnúmque Arelatense. Siue is Albertus Austriacus fuerit, Germanorum Augustus, an. 1299. Siue Ludou. Bauarus, an. 1333. Seu denique Carolus 4. Imper. an. 1358. Pari necnon ratione, qua, de Narbonensi Galliarum limite statuimus, quùm Ferdinandus Rex Tarraconensis à Carolo 8. reposceret Comitatum Ruscinonis & Perpeniani, quem oppigneratum duntaxat Lodoïco 11. pecunia soluta reddendum occinebat identidem, abhorruêre ab ea petitione Franci magnates, vendita reddi negantes tutum esse, præsertim quæ ad limites Regni spectarent. Venditio pigneratitia eiusce Comitatus 10. Cal. Iunias, an. 1462. Verùm Mauleonis, Franciscani cœnobitæ suasu, qui Annæ regiæ sorori erat à confessionibus sacris, Princeps honesti potiorem esse duxit, quàm vtilitatis rationem. Quin & Tarraconēsi pecunia omnis remissa est, ac Prouincia restituta. Saluo eo, vt ipse, quique ei succederent, comiter Maiestatem Gallicam conseruarent: Ipse in Gallos arma ne ferret, nec alios Gallorum hostes commeatu, aliàue ope iuuaret, nec per fines Regni sui transire pateretur, an. millesf. quadragesf. nonagesf. tertio. Sicuti Ferronus in Gallorum Historia adnotauit.

Comte de Prouence.

De hoc Arelatensi Regno Nos suprà lib. 1. Tit. 1. art. 14. Comitatus Prouinciæ, à prima iam Francorum Regum memoria, iuris fuit ac Imperij Gallici.

Comté de Rosillon, & Perpignan, Gallo regi obligatus à Iano Aragonum rege Literis apud Cæsar-Augustam scriptis die 23. Maij, an. 1462. pro summa 300. millium aureorum in sumptuarias belli rationes quod Aragonius gerebat aduersus Catalanos.

QVÆ

7 QVÆ supradicta sunt de permutatione SACRI DOMINII, cessant in priuato Regis patrimonio, quod eius nutu arbitrióque libero disponi potest, aliisque permutari latifundiis. Vt putà, Franciscus I. Rex dono dedit Francisco *de S. Marsault*, cubiculario suo, & Petrocoriorum Prætori ditiones *de Ville-Brosse*, *Ville-Franche sur Cher, Villy, & Millançay*, in Præfectura Blesensi: quæ auita peculiari Comitum Angolismensium hæreditate ad Regem pertinebant. Literis 6. Kalend. Mart. an. 1520. Triennio pòst, hi fundi permutantur alia Principis Ditione *de Porcou*, in Santonibus; *de Diudris*, apud Engolismos, & quadringentis libellis annuis in Comitatu Petragorico. Mense Decembr. an. 1523. Cuiusmodi & donationem, & permutationem Senatus maturo exactóque iudicio confirmauit 6. Iduum Martiar. an. 1523. ac pridie Nonas Sextiles, an. 1600. Ex Regiis nouis Henrici 4. Codicillis 9. Kalend. Quintiles anteriores. Imprimis enim Blesensia illa prædia, Francisci I. auo obtigerant, Iano Angolismorum Comiti fraterna diuisione cum Karolo Aureliorum Duce 3. Kal. Quintil. an. 1445. Huic quoque Angolismensi Regulo competebant possessiones aliæ suprà relatæ, cum tertia parte Petragorici Comitatus. Vt suo loco admonuimus. Tit. 12. Libri huius. Itaque Francisco Regi delata propriis Engolismensium parentum successionibus liberum fuit abalienare, donare, permutare, antequàm cum annuis Regij Fisci rationibus stato legibus tempore permiscerentur. At verò pendet in Senatu Fiscalis controuersia Marchiæ *de Chaussins*, & Dynastiæ *De la Perriere*; apud Carolates, superiori hypothesi non planè dispar. Iana *Hochberg* Philippi filia Marchionis Rothelini domina fuit illustrium prædiorum, in Transiurano Burgundiæ Comitatu. Quùm autem ea vi occupata essent à Karolo Austriaco Sequanorum Comite, cōuentum est à Francisco I. Rege cum Carolo Austriaco, inter cætera, vt Ianæ *Hochberg* Longeuillæ Duci ac suis, perpetuo dominij iure cederent latifundia Chaussini, Perrieræ, & Castrichinonis, suffecta in vicem Burgundium agrorum *de Versel*, *Vennes*, *Mortault, Chastillon sous Meische, Vvinffgant le neuf, Ounax; Monbart, &c.* Bino fœdere percusso, Lutetiæ Parisiorum 4. Nonas Martias, an. 1514. & Nouioduni, in Belgica, Idibus Sextilib. an. 1516. Quæ Senatus Parisiensis fœdera palàm recitari præcepit. Decursu temporum, regius Actor manum fundis inijci procurauit, quasi publicis ac DOMINICIS: an. 1532. Sed fide facta priuatæ conditionis ipsorum, qui ad Regiam Francicam proprietate nunquam spectarint, Longeuillani Duces euicerunt à Fiscali Cognitore vindiciariam fundorum possessionem. Gemino P. C. Decreto 3. Idus Decembr. an. 1533. & 4. Iduum Februar. an. 1560. Inter moras, Karola Aureliana Longeuillani Ducis soror despondetur Philippo Sabaudo Nemorensium Duci, cui parentum hæreditate prædia illa nuncupatim obuenerunt. Horum filia Iana Sabauda dominatus eosdem intulit ad Valdimontanum Comitem virum, iámque eorum minor natu filius, rerum potitur. Planum est enim, fundos huiusmodi Burgundis Regulis priuatim competiisse: tum Margaretam Karoli Burgundionum Ducis vltimi viduam mulierem, dehinc Margaretam Austriacam Ducis neptem, pleno iure ipsos, cum Castrochinonio, tenuisse, magno consensu Aulicorum Galliæ Optimatum. Pace Francica cum Austriacis Regulis Burgundæ gentis hæredibus, scripta Mense Ianuar. an. 1482. Quinetiam Erricus 3. Rex Dynastiam *de Chaussins*, Marchiæ honore decorauit, in gratiam priuati illius possessoris: circa annum 1576. De Permutatione satis, Lacedæmoniorum contractu vetere, ab instituto Lycurgi.

Literæ patentes die 24 Febr. an. 1520.

Indicatum Curiæ, die 10. Mart. an. 1523.

Patentes Literæ die 23. Iun. 1600. Verificatæ in Curia Parisf. die 4. August. Et in Camera Computorum 9. Aug. eod. an.

Diuisio hæreditatis inter fratres Ducem Aureliæ, & Comitem Angolismæ, die 29. Iun. an. 1445.

Marquisat de Chaussins, & la Perriere, en Charrolois.
Philippe de Hochberg, Marquis de Rothelin, Mareschal de Bourgongne, pere de Iane de Hochberg.
Chasteauchinon en Bourgongne.
Traittez de Paix, l'vn à Paris, die 4. Mart. an. 1514. *l'autre à Noyon*, die 13. Aug. an. 1516. cum Austriaco, Burgundiæ Comite.

Duo Aresta Curiæ prouisionalia *de mainleuee*, die 11. Decembr. an. 1533 & die 10. Febr. an. 1560.
Iana *de Sauoye* vxor Comitis *de Vaudemont*. Quorum filius Philip Lotharing. fuit Mercurij Dux, *Sieur de Chaussins, & la Perriere, Comte de Chaligny en Lorraine, Marquis de Nomeny, au Pays Messin.* Apud Iustinum Historicum.

Tit. XVII.

DE FISCALI SYLVA NON CÆDVA.

1 *Grandes arbores fundi Fiscalis, nihilo magis, quàm fundum ipsum, alienari posse, excindi, nec donari.*
Grandes arbores, in fructu ordinario non computari.
Edicta duo regia, de grandibus arboribus non vendendis.

2 *Syluarum cura, Magistratibus certis apud varios Populos mandata.*
Consulibus, syluarum & collium prouincia demandata.
Syluarum curam, Præfectis quibusdam apud Venetos decerni.
Ludouici Pij Imp. de Syluis, cura.
Grandes arbores, è Principis fundo exscindere, priuato nefas.
3 *Non modò lignorum & arborum donationem, sed pretij etiam ex ipsarum venditione redacti, prohibitam esse.*
4 *Arboribus euulsis, aut vi ventorum deiectis, fructuarium aliquatenùs vti posse.*
5 *De arborum cædendarum forma.*
Vsuarium, quamuis pro suo fundo syluæ vsum à Principe acceperit, non posse tamen sine Magistratus venia arborem cædere.
6 *Ius pecoris pascendi in pascuis publicis, olim facilè concedi & retineri solitum: hodie Lege Regia cedi vetitum.*
7 *Syluam cæduam, decimo quoque anno, Principalibus Edictis, cædi.*
Syluam cæduam, pro portione temporis, in fructu censeri.

Bois de haute fustaye domaniaux de la Couronne.

GRANDES ARBORES fundi Fiscalis, nihilo iustiùs, quàm fundus ipse, abalienantur, donantur, excinduntur. Vetante Molinensi Lege Regia (§.8.9. & 11.) lata an.1566. & Blesensi, edita an.1579.§.336.337.& 338. Nam huiusmodi arbores, antequàm cæsæ sint, Immobili cuidam accensentur. Vt notat Caius I. C. in l. Quintus, ππ. De Action. emp. Et Pomponius in l. Qui pendentem vindemiam Eod. Tit. Ob id quoque Ferronus in Burdigal. Consuet. existimauit, gentilitio Retractui in sylua non cædua locum esse, tanquam in re soli, nec se mouente: Commentar. ad §.15. De Retractu. Versic. Finge venditum esse ius syluæ cædendæ, aut arborum multarum excindendarum in aliquod tempus. Cui sententiæ non refragatur Tiraquellus in §.1. De Retractu. In verb. *ou autres choses*, Glo. 7. Num. 54. Ex hoc etiam proditum videri potest Iuris axioma, in fructibus Emphyteutici arui, vel fructuarij, glandiferas arbores nullo pacto computari: Sed eas cædentis vsusfructuarij pœna est, vsusfructus priuatio, vel ἐμφυτεύσεως, l. Proculus, l. Arbores, l. Arboribus, ππ. De vsufr. l. Diuortio, §. Si fundum. D. Solut. matrim. Bald. in authent. Qui rem. Cod. De sacrosanct. Eccles. Bartol. ad l. In fraudem, §. conductor, ππ. De iur. Fisci. His adstipulatur quod lege interdictum est, ne sacerdos grandes arbores sacrorum fundorum abscindat: Edicto Regio in Actis Curiæ perscripto, 18. Kal. Quintil. an.1537. Cui hac in parte consentanea est Aurelianensis Constitutio, in maximis Galliæ Comitiis sancita, Ianuar. Mense, an.1560. artic.29. Idque longiùs producitur, etiamsi aliàs sylua non cædua possessori foret inutilis: Vtpotè, si alicui duntaxat syluæ non cæduæ vsus concedatur, vel vsusfructus, l. Diuus, & ibi Alberic. ππ. De vsu & habitat. Regia autem Nemora eo modulo vænire quotannis cædique oportet, vt centeno solùm temporis spatio cæsæ Arbores iustam in magnitudinem resiliant. Constitutione perlata Sextili Mens. an. 1573. Aquarum insuper ac syluarum Magistris præcipitur Edicto, catalogum solennem venditarum grandium arborum quotannis mittere ad Gallicum Iuris Præfectum, simul ad Palatinos nemorum & aquarum Magistratus Parisienses. Illis, si secùs fecerint, stipendio mulctatis: art. 339. Blesensis Franciæ Sanctionis. De fundis pariter Regiæ proli concessis Fiduciæ nomine, est quidem in fructu, cæduæ syluæ cæsura, modò eam fiduciarius Regulus exequatur stato condictóque publicis Legibus tempore: Ast sylua non cædua vti prohibetur idem, nisi diligens veluti gnauúsque paterfamil. Ac iubetur idcircò, annuorum fundi prouentuum Ratiocinia, quæ patrij Magistratus excusserint, biennio quolibet referenda curare in tabulas Rationalium regiorum: Vtì sarta tectáque seruentur Principis iura, nève aliquatenùs interuertantur. Epistola aperta 8. Kalend. Sextiles, an. 1528. de luculentis Carnutum, Montis-Argi, & Gisortij Ditionibus, quas Renatæ Franciæ dotales Franciscus 1. Rex erogauit. Cæteroquin Nemorum Præfectis vetita est rei lignariæ in priuatos assignatio seu dispensatio qualiscunque, ex Rescripto, nisi priùs Senatui, & Rationalibus

Alius tamen quàm dominus soli, cuius superficies in sylua consistens vænit, ad venditæ syluæ retractum non admittitur, communi opinione. Iuxta §. pen. & vlt. De retrac. Legis Senonum Municipalis.

Ordinatio regia, verificata in Parlamento, die 14. Iunii an. 1537.

Iudices Aquarum & Syluarum, ad Mensam Marmoream sedentes forensis Basilicæ Lutetianæ.

Patentes Literæ die 25. Iulii, 1528. *du transport des terres Domaniales du Roy, sçauoir du Duché de Chartres, de Montargis vny à iceluy, & du Comté de Gisors à Dame Renee de Frãce, au mariage d'elle auec le Duc de Ferrare.*

& Rationalibus maturè probato art. 78. Edicti mens. Maio, an. 1515. Quo itidem, syluaticum Principis munus, Annarium purè definitur, Annique lapsu, donatario interdicitur syluæ cæsura, art. 69.

2 EQVIDEM in omni politiæ genere benè constituto, semper habita est ingens cura syluarum. Aristoteles enim digestis ordine Magistratibus, quos Reipub. necessarios ducit, adnumerat Præfectos peregrinos, eosdémque à præcipua nemorum cura, nunc Nemorum Præfectos appellat, nunc Syluarum custodes, & definitores agrorum. lib. 6. Politicωn cap. 8. & lib. 7. cap. 12. Romæ verò Ancus Martius, Numæ ex filia nepos, primus applicauit syluas DOMINIO Reipub. & ad vsum nauium publicauit. Inde futuris Consulibus nonnunquam, haud alia prouincia, quàm syluæ collésque demandabantur. Vt est apud Tranquillum, in Consulatu Iul. Cæsaris cum Bibulo. Quò alludit Virgilianum istud,

Si canimus syluas, syluæ sint Consule dignæ.

Id pariter in Veneta Repub. seruari narrat Crinitus, vt cura syluarum Præfectis quibusdam decernatur, qui grandes arbores publica tantùm auctoritate amputent: ne illis materies desit, qua naues construi possint, & nauigia publica à Præfectis Fabrûm confici: lib. 4. De honesta disciplina, cap. 5. Eadem ratione M. Decius Trib. pleb. Plebiscitum tulit, vt Duumuiros nauales, classis ordinandæ reficiendæque causa, Populus iuberet. Quid ergo in nostra Gallia? Ludouicum Pium summo conseruandorum nemorum studio accensum fuisse, indicat cap. 19. Legis Franciæ DE FORESTIBVS NOVITER INSTITVTIS. Sanxit enim, vt illas quicunque haberet, nisi manifestis probaret rebus, easdem Caroli Magni permissu à se institutas fuisse: iis exceptis, quæ ad Principis opus pertinerent. Multò magis igitur, priuato cuique vetanda est grandium arborum è sylua regia vel euulsio, vel in priuatos alienatio. Etsi enim Fiscale Patrimonium à Titio, iure possideatur, grandes certè arbores, quæ Principali fundo insitæ sunt, ab eo impunè non cæduntur. Quandoquidem REI DOMINICÆ emptor, creditorum albo tantùm adscribitur, ilicò possessione eiiciendus, quàm primùm emptionis pretium ei restitutum sit. Imò & à Regibus sigillatim prouisum est, nummos redactos è nemorum cæsura ac venditione, recipiendos ab ordinariis Fiscalium præstationum Exactoribus regiis, & in Fiscalis DOMINII redemptionem insumendos. Regia Constitutione, Sextili mense, an. 1561. quam PATRES PARISIENSES in Acta sua regesserunt postridie Idus Sextiles, Eod. anno.

Auctore T. Liuio.

Lex Francica Ludouici Pij Imp. De Syluis recèns institutis.

Sic Fráciscus 1. Rex an. 1527. vendidit sub perpetua redimēdi facultate pro 25. libellarum millibus Annæ Vicecomiti Rohanę cognatæ suæ Vicecomitatum *de Carentan, au Constantin, en Normandie*, cum S. Laudi oppido, & circumuicinis pagis.

3 ITAQVE totum hoc negotium dirimitur bimembri distinctione. Aut Fiscale prædium, cuius appendix sylua est, à Rege ipso tenetur. Quo casu, prohibita est non modò lignorum & arborum syluæ donatio, sed pretij etiam, quod ex ipsarum venditione redigatur. Peræque retractantur anteriora cuncta Regum dona ac munera ligni comburendi, quod è Regiis nemoribus percipitur: licet talium munerum Diplomata Conscripti Curiæ, & Rationales probarint art. 336. & 337. Edicti Blesensis. Aut verò DOMINICA Ditio, cui nemus accedit, à priuatis possidetur fructuario, aliòve pigneratitio iure, tunc vetita est pariter cæsura, venditióque grandium arborum eo in solo Fisci pendentium: Nisi Rex nominatim de eo mandatum emiserit ab syluarum præfectos, in Suprema Curia promulgatum, & apud Magistros Ratiociniorum art. 338. Blesensis, & art. 8. 11. Molinensis Edicti. Secundùm veterem Galliæ vsum, & Principale Rescriptum, in Lutetiano Senatu publicatum, 3. Kal. Sextiles, an. 1528.

Ordinatio Regis, verificata in Parlamento, die 14. Augusti, an. 1561.

Literæ patentes die 25. Iul. verificatæ in Parlamento die 30. Iul. an. 1528.

4 ID tamen velim intelligas, nisi arbores suapte sponte auulsæ fuerint, aut vi ventorum deiectæ: Qua in specie, fructuarius earum retinet vsumfructum l. Agri l. Arbores ꝟ. De vsufr. Et art. 29. Edicti Aurelianen. Atque ita animaduerti, à primi nominis Causidicis responsum, patronum, manu in clientelare prædium inuecta, liberè in fructibus grandes arbores percepturum, vi tempestatis euersas: Cum hoc temperamento, vt nudus earum vsus fundique commoditas patrono, fructuarij instar, permittatur. Definit rursus Legis prohibitio, in vetustis grandibus arboribus fructiferis. Tunc enim vtilitatis causa receptum est, vt amputentur illæ, & in locum demortuarum aliæ substituantur. Paul. Castrensis ad §. si fundum l. Diuortio D. Solut. matrim. Vlpian. in l. 45. §. conductor ꝟ. De iur.

Quatenùs aperto feudo, patronus sylua eius feudi vtatur. Sic cōductor ex fendo fiscali nil transferre potest, nec cupressi materiam vēdere, vel oliuæ, non

Fisc. l. Agri ꝟ. De vsufr. Sicuti & feræ viuario inclusæ, pisces stagno, colliguntur ab vsufructuario, vice fructuum: salua aliorum corporum subrogatione l. Vsufructuarium §. si viuariis ꝟ. De vsufr. l. Si grege ꝟ. De legat. 1. ac Vidi Papæ, Decis. Delphinali 91. Illuc pariter refertur iste casus, si ingruat necessitas refectionis ædificiorum Ecclesiæ: quia vrgente, Legis interdictum non procedit Bald. ad l. Diuortio §. si fundum D. Solut. matrim. l. Sylua cædua ꝟ. De verb. signific. Sed vsquequaque postulandi sunt Regij Codicilli, priusquàm grandium arborum valeat excisio, nedùm alienatio. Illi deinceps referendi in Senatum, ac Præfecturam rationum regiarum, vbi ante omnia excutiantur, promulgentur §. 11. Legis Regiæ Molinensis, & Blesensis §. 338.

substitutis aliis, cæterasque arbores pomiferas cædere, & facta eius rei æstimatione in quadruplum conuenitur. l. in fraudē. § penult. D. De Iur. Fisc.

Has Aquarū & Syluarum Constitutiones perstrinximus paucis suprà lib. 1. tit. penult.

Prohibentur etiam vsuarij, aliò loco lignis vti, aut pastione, quàm in eo loco, cuius causa vsus impositus est, artic. 47. Regiar. Ordination. an. 1516. De Aquis & Syluis: contra Vlpiani legem Plenum. ꝟ. De Vsu & habitat.

5 IMÒ quisquis syluæ regiæ vsu concesso, cædendas arbores susceperit, id auctore nemorum Præfecto exequi debet: vt tradita ab eo publica testatione, & arbor notetur, & regium ei signum malleis signatoris imprimatur. Sicuti priscis aquarum & syluarum Edictis comprehensum est. Quorum ratio ex Pomponij responso depromitur lib. 5. ad Sabinum, dominum proprietatis, etiam inuito fructuario, vel vsuario, fundum ædésve, per saltuarium, aut insularium posse custodire. Interest enim, fines prædij tueri. Eáque omnia dicenda sunt, quolibet modo vsufructus fuerit, vsúsve constitutus. Quòd si vsu legato, plus sit vsus legatarius, quàm oporteat, officio iudicis, cuius ea de re notio est, quemadmodùm vtatur, continetur, ne aliter, quàm debet, vtatur l. Si ita legatus §. dominus Et l. Diuus §. vlt. ꝟ. De vsu & habitat. At quid iuris in proprietario, cui Princeps, fundis ab eo permutatione receptis, vicissim dederit perpetuum in nemore vsum? Nunquid arboris cædendæ veniam petet à syluarum Magistratu? Petendam non esse dixerint multi, quùm priuatus iste, domini loco potiùs habeatur ab mutua illa permutatione, quàm vsuarij. Verùm pari ex controuersia, Senatus secundùm Procuratorem Fisci pronuntiauit. Extemporali Decreto Kal. Mart. 1568. aduersus Morletum, Senatorem Lutetianum, pro quo publicè tum agebam, adducebámque in medium permutationem à Philip. Augusto contractam cum dominis *d'Ascheres*, Vici syluæ Layæ contigui, quibus feriarum Morletus successerat. Eius permutationis clausulæ præcipuæ à Nobis subiiciuntur isthìc, quò res velut ob oculos posita clariùs patefiat. DILECTVS ET FIDELIS NOSTER SYMO DE PISSIACO MILES NOBIS ET HÆREDIBVS NOSTRIS IN PERPETVVM QVITTAVIT OMNE IVS, ET QVICQVID HABEBAT IN VENDITIONE FORESTÆ LAYÆ: ITA QVÒD IPSE NEC HÆRES EIVS ALIQVID IVRIS DE CÆTERO POTERVNT RECLAMARE IN DICTÆ FORESTÆ VENDITIONE. PRÆTEREA QVITTAVIT NOBIS ET HÆREDIBVS IN PERPETVVM OMNEM CHACIAM ET BESTIAM MORTVAM EIVSDEM FORESTÆ. NOS VERÒ IN HVIVS REI EXCAMBIVM ET RECOMPENSATIONEM FEODI, QVOD DE NOBIS TENET, EIDEM SYMONI ET HÆREDIBVS EIVS DAMVS ET CONCEDIMVS IN PERPETVVM, &c. PRÆDICTVS AVTEM SYMO RETINET IN IAMDICTA FORESTA MORTVVM NEMVS, AD ARDENDVM AD OPVS SVVM ET HOMINVM SVORVM DE ACHERIIS, SICVT ILLVD A. 20. ANNIS VSQVE NVNC HABVERVNT. RETINET ETIAM SIBI ET HÆREDIBVS SVIS IN EADEM FORESTA QVERCVM MORTVAM, AD ARDENDVM, &c. an. 1212.

Arestum Curiæ, die. 1. Mart. an. 1568. *donné sur le champ, en plaidant pour les vsages du Sieur d'Acheres, en la Forest de S. Germain en Laye.*

6 INSVPER ius pecoris pascendi in publicis pascuis, quæ sunt Fisci vel Principis, facilè conceditur, antiquitúsve constitutum retinetur in saltu communi, & agro compascuo. Iure Ciuili in l. 1. Cod. De pasc. public. & priuatis. Scæuolæ responso in l. Testatrix §. plures D. Si seruit. vindic. Si enim compascuus ager est, ius est compascere. Vt ait M. Tullius in Topic. Sed quia locupletes, innumeros animalium greges in Regia nemora saltúsque immittunt, Princeps noster sanxit, ius pascendi pecoris, vsum materiæ, vsum lignorum, & similia iura non licere cuiquam aut vendere, aut locare, aut gratis concedere §. 88. Legis Francicæ de Aquis & Syluis editæ, an. 1516. Cui congruit Gaij I.C. responsum l. In eoque, Et Vlpiani l. Si habitatio ꝟ. De vsu & habitat. Neque his inconcinnè aptatur vetus Arestum *Parlamentare* an. 1261. hac prisca verborum dialecto. *Maria dicta Albeda, & eius maritus habebant ex dono regis Angliæ costumam in foresta domini Regis, quæ dicitur Viotona, & quittanciam pedagij per totum Ducatum Normaniæ.* Quod

Lib. 11. Cod.

Pascuæ syluæ Principis.

Ex Barmæ Præsidis Miscellaneis manuscriptis.

Quod donum fuit factum hæreditariè prædecessoribus d. Mariæ. Ipsa verò Maria & eius maritus vendiderant huiusmodi coustumam, & quittanciam cuidam Burgensi, qui dicitur Radulphus medicus. Gentes domini Regis dicebant, quòd ipsi non poterant hoc vendere, nisi de consensu domini Regis, à quo tenebant. Demùm lecta & diligenter inspecta Charta super ipso dono confecta, quia præmissa, sunt quædam libertas concessa personæ. Determinatum fuit, quòd ipsi non poterant huiusmodi coustumam & quittantiam vendere, nec in aliam transferre personam. Deinde tantum iuris in pascendo pecore, materia cædenda, lignísque auferendis est Vsuario impertiendum, quantum inspecto concessionis tempore, prioribus dominis sufficere manifestum est l. Non modus, Cod. De seruitut. & aqua. Cepola in Tract. De seruitutibus tit. De Furno.

Vsus in Nemore regio, alicui & hæredibus concessus, incessibilis extraneo.

7 INGENS medio foro certamen fuit de sylua cædua, quatenùs computetur in fructu, & quanto annorum interuallo sit incidenda. Constitutione Francica, syluæ huiusmodi naturæ dicuntur, veréque cæduæ quolibet decennio: Octob. mense, an. 1561. Tanto enim tempore sunt in fructu pro natura arborum & conditione l. Sylua ff. De verb. signific. Alexander, Responso 118. lib. 5. Consil. Si autem scripto Regionum More breuius tempus condictum sit cæduæ syluæ amputandæ, ei Regia Lege non obrogari censuit Senatus 9. Kal. Quintiles an. 1573. Inde & pro rata temporis solùm, quo quis incipit vel desinit fundum possidere, sylua cædua numeratur in fructu. Decreto 7. Idus Septembr. an. 1569. & Nono Kal. Iulias, an. 1573. Villartio, Méque causam orantibus. Quo posteriore decreto obtinuit Philip. Gourellus, Andium Episcopi beneficiarius cliens, vt in annuo feudi vacantis reditu æstimando, quem pro illius redemptione patrono debebat, hic carperet duntaxat syluæ cæduæ tunc maturæ prouentum pro modulo vnius quinque annorum, quibus talis sylua Patrio Ritu maturuisse dicitur, & cæsuram ferre posse: §. 113. Andegauæ Leg. Municip. Atque id omninò scitu dignum est, ad ineundam fructuum computationem in pactitia vel agnatitia fundorum redhibitione, seu in taxanda recto Domino, anni caducarij obuentione fructuaria. Ex argumentis Alexandri Imolens. & Iason. ad l. Diuortio §. ob donationes vers. quod in anno DD. Solut. matrim. & l. Qui Romæ ff. De verb. obligat. Decision. Gratianopol. 271. & 516. Tùm apud Ruzæus Priuilegio 30. & 56. Regaliorum. Eódem pertinet Senatus Romani iudicium de salario eius scribæ, qui à Marcellino Quæstore in prouincia sumptus, ante legitimum salarij tempus exierat è viuis. Cælio enim Straboni visum est, illius hæredibus nihil præstandum, nisi pro iusto temporis, vt ministerij modo: residuum Quæstori prærogatum, vt scribæ daret, Ærario inferendum. Quam opinionem amplexum Senatum refert Plinius lib. 3. Epist. At Longobardo Iure feudorum, aliud sancitum fuit in patroni gratiam, vt solidum adaperti feudi prouentum annalem lucrifaceret, mortuo cliente post Sextilem mensem, ante Kalend. Martias cap. 1. §. his consequenter. tit. Hic finitur lex Conradi. Postremò quæcunque de sylua cædua proposuimus, ad grandes eas arbores trahi possunt, quæ destinatione patrisfamiliâs in fructum annuum redigantur. Argum. l. Diuortio §. si vir in fundo D. Solut. matrim.

Bois taillis.

Die 13. Iunij 1573. Placita Curiæ, die 7. Septemb. an. 1596. & die 23. Iunij, an. 1573. in quæstione fructuum *d'vn bois taillis, ou d'vn estāg.* De qua etiam quæstione egimus lib. 1. De Legib. Andium cap. 36. art. 2. Boërius putat, fructus *des taillis & estangs* diuidi pro rata temporis. In §. 5. tit. De Consuet. Feud. In Consuet. Bituricē. Molineus item in §. 1. tit. 1. Consuet. Parisien. num. 28. & 30. At Tiraquellus censuit in tit. De Retractu conuentionali Glo. 4. vers. pro rata temporis num. penul. & vlt. *que toute la couppe des taillis meurs en 10. ans, n'est reputée que le fruict d'vne annee.* Iuxta Baldum in l. Æde Cod. De locat. & Alexand. in l. Diuortio ff. Solut. matrim.

Tit. XVIII.

DE TERRIS VACANTIBVS.

1 *Terras incultas ac desertas, priuatis à Rege cedi posse.*

2 *Sextiles pupillorum agros, nihilo faciliùs, quàm fertiles, alienari.*

Ecclesiastica prædia sterilia faciliùs, quàm fertilia, in censum vel emphyteusin dari.

3 *Terrarum vacantium proprietatem, Principis videri: Dominis tamen Iuridicis multum iuris in illis esse.*

Priuatum, in terra vacante ius proprietatis sibi vindicantem audiri.

Terres vaines & vagues.

RERVM FISCI, ne alienentur, prohibitoriæ Legi derogatur in vacantibus terris. Has enim priuatis dare licet vectigales contractu perpetuario, libellario, censuali, emphyteutico: quùm eiusmodi res inculti soli nullum antea fructum annuum retulerint. Eoque iure vtimur, dummodò Princeps Diplomate auctor sit Senatui comprobandi futuram desertorum agrorum alienationem §. 11. & 12. Constitutionis Regiæ Molinensis: Quæ districtè etiam exigit, sacrum Rescriptum offerri & recitari apud Præfecturam rationum Principalium. Ita solennibus PATRVM decretis, æqua visa est alienatio Parisiensium Ædium regiarum, quæ à veteribus Galliæ tum Regibus, tum Regulis structæ, habitatoribus dehinc vacuæ, ruinam indies minabantur. Domus scilicet Flandrica, domus Atrebatica, Burgunda, SanctoPauliana, Curia Reginæ, Ædes Stampenses, & aliæ pleræque. Iuxta Principales Codicillos 12. Kal. Octobr. an. 1543. De vetustis hisce Regum Procerúmque ædificiis apud Lutetiam, iniecta est passim mentio à Frossarte Historico, volum. 4. cap. 46. & cap. 81. Tum à Monstreleto, lib. 1. cap. 25. Alia autem Regum Palatia, nec ruinosæ Ædes DOMINICÆ, eximuntur omni priuatorum vsu & habitatione l. vnic. De Palatiis & domibus dominicis lib. 11. Cod. Quales Regias ædes, vocat Herodianus βασίλειον οἶκον, βασίλικον αὐλὴν lib. 1. & 3. De præcelsa tamen Lutetiæ domo Neslea, quæ mœnibus portisque Vrbis adhæret, disceptatum est pridem in Consistorio Principis, huicnè competeret illa, an vrbano Ædilium Collegio. Pronuntiatum denique, vt mœnia ac portas Ciuitatis, ita nobilis Ædificij turres, parietes, aliaque Muris adiacentia portisque Vrbis, ad Regem pertinere: salua portæ ipsius ac superstructarum ædium custodia penes Æediles, donec Princeps Nesleam domum publicè vænalem proscripserit, è re necessariaque Regni tutela. Aulico decreto 7. Iduum Sextilium an. 1572. Rectissimè equidem, quùm ante institutum hunc Vrbis Decurionum Ordinem, Philippus 2. Rex Lutetiam mœnibus cinxerit iam inde ab Neslea ipsa regione ad portam vsque D. Iacobi nomine dictam an. 1190. Carolus item Franciæ Rector, Delphinus Allobrogum, vrbanis Decurionibus pisces omnes dedit, mœnium fossis innatos ac innutritos, recepto Principi dominatu supremo. Chartula insigni, Februar. mens. an. 1358. Præterea Sextus Carolus Rex pro suo iure largitus est Parisiensi cœnobio D. Catharinæ Turrim quandam murorum Vrbis, monasticæ Domui contiguam.

L'Hostel de Flandre, d'Artois, de S. Pol, de Bourgongne. &c. Patentes Regiæ die 20. Septemb. an. 1543.

Idem Frossartes, de Domo Ducis Britanniæ sita in vico Citharæ, an. 1388. lib. 3. cap. 115.

L'Hostel de Neesle. Iudicatũ in intimo arcanoque Regis Consilio die 7. August. an. 1572. super oppositione Præpositi mercatorum, & Scabinorũ Parisien. *aux Patentes du 2. Decemb. 1570. pour faire par les Cõmissaires à ce deputez la vẽte & adiudication des places & maisons du grand & petit Nesle &c.*

Carolus 5. postea Rex.

Religiosi S. Catharinæ, Ordinis Vallis scholarium.

tiguam. Postridie Iduum Iuniar. an. 1404. Iuxta hæc, Princeps idem, vt Carolo Culdeo Turres, fossas, ac propugnacula Ciuitatis custodienda tradidit, ita in eum liberaliter contulit aduentitia quæque earum rerum commoda, & obuentiones fructuarias. Codicillis 13. Kal. Februar. an. 1405. Quod postmodùm etiam in restituenda vrbanorum Ædilium Præfectura repetitum fuit à Principe, 13. Kalend. Februar. an. 1411.

Die 14. Iun. 1404.

Die 20. Ianu. 1405.

Restablissement de la Preuosté des Marchans & Escheuins de Paris die 20. Ianuar. 1411.

2 REGVLÆ autem supradictæ alienationum DOMINICI infœcundi soli nonnihil aduersatur, quod de pupillorum sterilibus terris statutum est, ne leuiùs faciliùsve, quàm fertiles alienentur. Vt Iulius Paulus tradit lib. singulari, ad orationem Diui Seueri in Senatu recitatam, Tertillio & Clemente COSS. l. si fundus sit sterilis vel saxosus ff. De reb. eorum. Demus enim, agros impensam adferre, nec vllam vtilitatem: haud ideò rectè eos distrahi placuit, nisi auctore Prætore, & causa legibus cognita, etiamsi fundos vænire adolescenti expediat. Nec enim licita est penitus alienatio, nisi æs alienum impellat ad prædium distrahendum, ex præscripto antiquæ Legis Lætoriæ (de qua Cic. lib. 3. Offic.) & responso Vlpiani in l. Magis puto §. si æs alienum ff. De reb. eorum l. Cùm hi §. in causa ff. De transact. Quam opinionem in Iudiciis secuta est Neapolitana Curia. Afflicti Decis. Neapolit. 87. Diuersum obtinet in prædiis Ecclesiasticis, quæ, si de eo inita deliberatione, sterilia esse constiterit, legitimè dantur in censum vel emphyteusin, citra maioris auctoritatis interuentum, nec aliis solennibus formulis ad amussim seruatis. Can. Terrulas 12. Quæst. 2. cap. Ad aures. De reb. Eccles. non alienan. Ast longè adhuc potior ratio suadet, terras vacantes in censum profitentibus viritim distribui. Publicè enim interest, ne incerta vagentur rerum dominia, desertique vt agri, diligentium colonorum cultu fructum referant cum Hesiodia mensura. Sicuti à Principe sancitum fuit, peculiari Lege Agraria terrarum vacantium, perlata mens. Februar. & Actis Curiæ inserta 6. Kalend. Iunias, ac 4. Idus Quintiles, an. 1566. A qua non longè recedit Cæsarea sanctio Theodos. & Valent. Impp. VT SI QVIS (aiunt) EX AVCTORITATE NOSTRI NVMINIS, VEL PRÆCEPTIS AMPLISSIMÆ PRÆFECTVRÆ, DE FVNDIS PATRIMONIALIBVS STERILES SVB CERTI CANONIS POLLICITATIONE SVSCEPERIT, FIRMITER EVM VELIMVS POSSIDERE: SVB EIVSDEM TAMEN CANONIS SOLVTIONE, QVEM NOSTRÆ MAIESTATIS AVCTORITAS, AVT PRÆCEPTVM MAGNIFICÆ TVÆ SEDIS PER ANNOS SINGVLOS SOLVENDVM ESSE PRÆSCRIPSIT, NVLLAMQVE EOS DESCRIPTIONEM, AVT ADIECTIONEM, AVT INNOVATIONEM IN POSTERVM SVSTINERE. Nouella Constitut. De releuatis, adæratis, vel donatis possessionibus. Sic Neapolitanis Edictis sancitur perpetua DOMINICI fundi sterilis locatio, nemorum putà, vel paludum, vt ad culturam annuam priuati coloni industria redigantur. Constitution. Rubric. De locatione DOMANII, Ac Rubr. Qualiter locandæ sint res Fiscales. Quinimò Ysernias censuit ibidem, inculta Reipubl. prædia solo Principis mandato priuatis licitè distrahi, seruatis modò præconiorum & hastarum solennibus. Ex leg. Apud Iulianum §. vlt. ff. De legat. 1. Neque hoc in rusticis tantùm, sed in vrbanis quoque prædiis obtinet: Maximè si in publica Ciuitatis commoda Reges prisci vrbanas Areas seu plateas annua pensione locarint Artificum Collegio seu Mercatorum. Exempli causa, Aurelianenses Ianij à Phil. Augusto rege sumpserunt libellario nomine, an. 1220. quoddam Vrbis solum, in quo, superpositis Sellis, lanienam vsquequaque exercerent. Id quod D. Ludouico Augusti nepoti ratum acceptumque fuit an. 1260. Nouissimis verò annis in eas laniorum Sellas, quasi patrimoniales Fisci, immissa est Regia manus: vt ita publicè possessæ plurimo licenti addicerentur. His tandem intercedenti laniorum Corpori restituta est libera rerum possessio. Celebri S. Consulto Prætorij sanctioris, Idib. Quintilib. an. 1603. Sententiam confirmante selectorum Fiscalis Cameræ Iudicum, latam Quinto Idus Iulias An. 1601. Nec aliter Parisiorum Senatus pronuntiarat: 5. Nonas Quintiles an. 1564. secundùm Aurelianenses minutarum Mercium negotiatores, qui annua quondam mercede perpetua solum, cui superpositæ sunt Artificij sui Sellæ, accepissent à Philippo 3. rege, Ludouici 9. filio, Nouemb. mens. an. 1271.

De eadem lege Lætoria, Cic. in lib. De nat. Deorum.

Edictum *des terres vaines & vagues:* verificatum in Parlamen. die 27. Maij, & 12. Iulij, an 1566. *sur nouuelle declaration du Roy.*

Neapolitani Regni Domanium, quando alienabile.

Le fons des Estaux à boucher, prins du Roy à rente.

Decretũ intimi arcaniq; Consilij Regis die 15. Iul. an. 1603. Confirmans Sententiam Delegatorum seu cõmissariorum in Camera Thesauri Paris. die 11. Iul. 1601.

Arestum Curiæ die 3. Iulij 1564. *pour les Merciers d'Orleans.*

Alodialia tamen liberaque præsumũtur earum Regionũ prædia, quæ vel Iuris Italici sunt, vt Lugdunum, & Narbonensis Gallia, vel Moribus scriptis admittunt francum Alodium l. vlt. §. 1. ff. De Censib. Quo de Alodio loquitur cap. Defuncto Si de feud. fuer. controuers. In feud.

3 INCVRRIT hæsitatio, nûm ius terrarum vacantium, vnius sit Principis, legum coniectura & opinione: an inferiorum quoque territorij Dominorum. Intendunt hi Nobilium Primores, se quodammodò communi Iure fundatos in prædiis sitis intra metas suæ ipsorum Iurisdictionis: quoad obsequia nempè, censuales professiones, iurisque dicundi potestatem eo in territorio, Non autem quoad fundorum proprietatem. Faber. ad l. Cunctos populos Cod. de summ. Trinit. & in §. adeò. Instit. De locat. Abbas & Hostiens. ad cap. Si diligenti. De Præscript. Imò nec Princeps idcirco sibi fundorum proprietatem licitè adscribit, quia sint intra Regiæ Iurisdictionis septa constituti. Benedictus, secundùm alios, in cap. Raynutius. Ad ver. Et vxorem num. 310. De Testam. Hoc tamen axioma non procedit in terris possessore vacuis. Earum namque proprietas aut sit Regis ipsius, aut ex certis Galliæ moribus, inferiorum Dynastarum, fasces meri imperij in illis finibus habentium, quos nostrates ALTOS IVSTITIARIOS appellant. Bartol. Alexand. & Ias. in l. Rem quæ nobis ff. De acquir. possess. Castrens. Aretin. & Socynus in l. 1. ff. Eod. tit. Atqui præsumptum est, in ambiguo iure Domini inferioris, terras vacantes Principi competere Lege Regni, & sacrosanctæ Coronæ complexu l. Qui agros. De omni agro desert. lib. 11. Cod. Vnus hinc demitur casus, terrarum vacantium Edicto singulari, vt priuatus scilicet quisque audiatur, diuidundis viritim agris huiusmodi, suam ipsorum proprietatem opponens. De illa quæstione Molineus ad §. 46. vetustæ Consuet. Parisiorum.

Thresorier de France. Cens & Rente, dont sera faict recepte pour le Roy, comme de chose domaniale de la Couronne.

Arestum Curiæ Parlamenti Normanici die 5. Maij, an. 1541. *sur le Rachapt des rentes des maisons des villes.*

Baulx des terres vaines & vagues, landes, maraiz, pastis, & cõmunes, confirmante Rege literis, die 6. Maii, an. 1562.

Regiæ patentes die 22. Septemb. an. 1556. *de bailler à cens & rente les terres tenues du Roy à domaine congeable, en Bretagne.*

4 VTVT sit, Præfecto Fisci permissa est alienatio infrugiferi & inculti soli Regiæ Gallicæ, solario indicto, perpetuóque Vectigali, nullatenùs redimendo: Cuius annuæ Vectigalis rationes ineantur, tanquam CORONÆ sacri ac DOMINICI. Ita namque legislator Princeps Edicto cauit peculiari de terris vacantibus. Pari modo, vectigalia annua quæ in priuatas sparsim Vrbium ædes Regi competunt, lege soluuntur redemptionis luitionisque liberæ annuorum redituum, Vrbanis quondam ædificiis impositorum. Sententia Curiæ summæ Rothomagensis 3. Nonas Maias, an. 1541. interprete Regij Edicti an. 1539. Quod de redhibitorio Redituum omnium facultate latum erat, qui Vrbanis quibusque domibus olim indicti fuissent. Vt Terrienus asserit lib. 4. cap. 29. Commentar. in Norman. Iura. Desertorum verò agrorum locationem perpetuam sanxerunt Ericus 2. & Carolus 9. Reges in Cadurcensi, Agennensi, Ruthenensi, Petrocoriorum, & Lemouicensi prouinciis. Diplomate an. 1557. ac pridie Nonas Maias, an. 1562. Idem Henricus 2. præcepit, DOMINICA Armoricæ Britanniæ prædiola, quæ plebeij antea precariò detinebãt, purè mancipari lege agrariæ pensitationis. Rescripto pridie Idus Septemb. an. 1556. Quod literis mãdauit Natalis *Du Failh*, Rhedonensis Britonum Curiæ Senator, in Collectaneis suis Rer. Iudicat. Celticæ Britanniæ. De regiis vtique terrarum vacantium concessionibus, scriptum est à Nobis lib. 1. DE LEGIBVS ANDEGAVORVM Cap. 42. artic. 16. & 17. Quòd si in delegatos à Rege, vt perpetuò fruendos priuatis fundos locarent, expostulandi causa sit nonnullis, proditum est his ab illorum Sententia ordinariæ prouocationis auxilium, salua modò exclusoria præscriptione, seu Pragmaticῶn vocabulo, *sauf les fins de receuoir*: artic. 340. Blesens. Edicti. At vice versa, quiritante Procuratore Fisci aduersus locutionem perpetuam sterilis Vici *de Mortaux* in Bassigneo Belgicæ Campagniæ limite, contractam an. 1489. Placuit Senatui, iniectam fundo manum tolli, nec tot annorum possessiones commoueri: Dempta, residuaque manente publico Actori restitutione in integrum contra eam locationem, quæ nuda Rationalium Parisien. auctoritate celebrata videbatur. Senatorio iudicio postridie Idus Iunias, an. 1586. secundum Ludouicum Palefredum, eiusque consortes, qui à præcipiti fundorum prehensione decreta à Fornerio Syluarum Magistro, Senatum appellarant.

Decretũ Curiæ Parisien. die 14. Iunii, an. 1586. *pour Loys Palefroy, & consors: touchant la Seigneurie du Village de Mortaux, vers le Baßigny, en Champagne.*

* fertilia, ad aliquod tempus, sterilia autem in perpetuum.

5 CÆTERVM vetustatis monumenta voluenti obuersatur memoria varij ac multiplicis priscorum vsus in colendo, & agro priùs inculto exercendo. Nam si Byzantiorum mores spectaueris, intelliges eos prædia publica sub pensione quibusdam addixisse, * τὰ μὲν κάρπιμα, χρόνον τινά, τὰ δὲ ἄκαρπα, ἀενάως. Teste Aristotele, lib. 2. Oeconomicῶn. Romanorum publici agri à decumanis inarabantur,

tur, ex eo dictis, quia frumenti decumas soluebant. Sic antiqua Hieronis & Romanorum lege, Siculi agri decumani erant: hoc est, decimam pensitabant: cui colligendæ qui præerat, Decumanus vocabatur. Inde Siciliam, M. Cato Cellam penuariam Reipub. Romanæ appellabat, nutricem plebis, fructuosámque Prouinciam. In Hispania necnon, Vicesimæ frumenti exigebantur. De qua Vicesima, legere est apud Liuium, P. Licinio & C. Cassio COSS. an. Vrbis 582. Pars autem agrorum Reipub. pascuis publicis seruata est. Scriptura, vectigal erat, quod pendebatur ab iis, qui syluis & pascuis publicis fruebantur. Vt in Italia, Sylua Scantia, & Salyctis ad Minturnas. Cuius rei Appianum ciemus auctorem, lib. 1. bell. Ciuil. Idem scribit, decimam fructuum partem Reipub. exolui solitam, pro vectigali eorum agrorum, qui deserti ad culturam redigerentur. Cæsarum verò temporibus, aliæ vsitatæ sunt Contractuum formulæ in prædio nouali, vt ritè excoleretur, concedendo. Quibusdam erant Palæstini coloni; Thracenses, Illyriciani, qui statu & conditione personæ liberi erant, reditus autem & pensiones certas terræ domino appendebant. Tit. De colonis Thracens. & De colonis Illyricianis: Alij glebæ adscriptitij, censiti, serui glebæ, quorum plenissima lectio, tribus lib. Codicis.

Huiusmodi coloni, quia liberi erant, tributum soli, non capitis præstabant, sed terram dimittere nō poterant l. 2. Cod. De Agric. & censit. lib. 11.

6 Nec prætermittendum interim, Gallos ea tempestate haud leuius seruitutis iugum imponere colonis agrorum consueuisse: seruos fuisse diceres potiùs quàm agricolas. Sidonius Aruernorum Episcopus, eos vocat ORIGINALES INQVILINOS, PERSONAS COLONARIAS, 5. Epistol. ad Pudentem. Saluianus item Massiliensis, colonos diuitum vulgò fieri, qui iugo se inquilinæ abiectionis subiicerent, lib. 5. De prouidentia Dei. Priscus iste colonorum vsus protulit in medium iura *Manus-mortuæ*, quæ nostra adhuc ætate in compluscuIis Galliæ Municipiis vsurpantur. Tali adscriptitiæ conditioni Carolus 7. exemit plebeculam Magduni Biturigum Rescripto, mense Maio, an. 1430. quod Senatus apud Pictonas comprobauit postridie Nonas Mart. eod. anno. Atque ita paulatim hæc seruitutum iura tenebris vetustatis oppressa sunt, & luce libertatis nostrorum temporum.

Iure Rom. Adscriptitiūs domino, colonus fundo redditur: Nec tam dominus terræ, quā terra coloni domina est. l. 1. De colon. Thracensib. lib. 11. Cod.

Literæ manumissionis, *& d'Affranchissement des habitans de Meun sur Eure*, verificatæ in Parlamento Pictauis sedente, die 8. Mart. an. 1430.

7 Idipsum ius obiter dicam mihi repetitū videri è vetusta multorum populorum in agris colendis consuetudine, qui obæratorum suorum operis vtebantur: hique vindemias, ac fœnisecia illis administrabant. Quales fuisse in Asia, Ægypto, & Illyrico permultos enarrat Varro lib. 1. De re Rustica. Ex eo quoque trahi manifestè visa est seruilis Agricolarum conditio: quòd primis seculis, cùm plerique aut ære alieno, aut magnitudine tributorum premerentur, aut potentiorum iniuria, plebs sese ipsa in Nobilium seruitutem addixerit. Vt C. Cæsar adnotauit lib. 6. de bell. Gall. Cui planè conuenit Saluiani de iisdem colonis locus,
„ qui, vt vim (ait) exactionis euadant, tradunt se ad tuendum protegendúmque
„ maioribus, dedititios se diuitum faciunt, & quasi in ius eorum ditionémque
„ transcendunt. Omnes hi, qui defendi videntur, defensoribus suis omnem ferè substantiam suam addicunt. Hoc etiam modo Suscepti olim erant clientes, qui se suáque bona tuenda dicabant potentioribus, ad publica tributa fraudanda. Quo nomine bona Vicanorum & Rusticorum à Ditioribus vindicata, vel sub annua patrocinij mercede Susceptis relicta. Deinde Cæsares sanxerunt, vt nemo ad suum patrocinium suscipiat vicos, vel rusticanos. Ne isthuc proferam Græcanica seruitia, Laconum Ilotas, agreste genus, Thessalorum πενέστας, vel Cretensium περιοίκους, quibus agros colebant. Nimiùm enim contumeliosè isti à dominis tractabantur. Vt Aristoteles commemorat lib. 2. Politic. cap. 7. & 8. Post Platonem, suæ Nomothesiæ lib. 6. In Gallia certè, à seruili hominum conditione deductum est ius rusticarum operarum, quas villici, quasi liberti, patronis annuas gratuitas præstare debent in fundis dominicis. Eas Galli *Coruatas* nuncupant, in quibus consuetudo Regionis, & vetus lex agri dispicieda l. Domini prædiorum, in fin. Cod. De Agricol. & censit. lib. 11. Bartolus eruditè ad l. Si non sortem §. Libertus ff. De condict. indeb. Ac Decisiones Delphinal. 217. & 472. Hinc quoque nemo olim apud Gallos in Clerum assumebatur ex seruili genere, nisi Dominica cum venia. Vt alibi edocuimus, & à Lugdunensi Præsule Agobardo scriptum est, (temporibus Ludouici Pij Cæs.) In cap. De priuil. & iure Sacerdotij.

Bians, coruees, charrois.

De variis Græciæ seruorū generibus, à Nobis scriptū est, lib. 1. Legum Andegauensium cap. 30. Ex Dionysij lib. 2. Originum Romanar.

In Præfat. Operis Sacræ Politiæ Forensis, art. 8.

Consilium Parisien. pro seruis, factis Clericis.

Versic. *Habeo vnum Clericionem quem mihi nutriui de seruis meis propriis, aut beneficialibus, siue Pagensibus: Volo, vt ordines eum mihi Presbyterum, &c.* Atque ita seruus, factus presbyter, seruitute liberatur, Francico Parisien. Concilio, iuxta d. Ludouici Imp. Sanctionem, Canon. Secundùm canonicam Cauf. 23. quæst. 8.

Guet & garde au Chasteau du Seigneur.

8 Ex eodem fonte diffluxêre imposita à dominis excubiarum onera, quorum meminit Gratianopolitana Vidi Papæ Decisio 631. & Boërij Decisio Burdigalensis 212. An dominus subditos licitè cogat ad nocturnam Arcis custodiam. Argumento sumpto ex Decretali Pontificum Epistola, Peruenit. De immunit. Eccles. Tametsi enim Romanæ leges de excubiis loquantur l. 1. & vlt. ff. De muner. & honor. l. Qui excubias ff. De re milit. l. 1. ff. De offic. Præfecti vigil. Nihil tamen ad nostras vulgares excubias. Quales priuatas plebeiásque vigiliarum militarium operas probauit Senatus Parisiensis. Vindiciario decreto 3. Kal. Septemb. an. 1427. in hæc verba. *Per Arestum præfatæ Curiæ dictum fuit, quòd per modum prouisionis, & quousque per dictam Curiam aliud fuerit ordinatum, & absque præiudicio processus, habitantes in villa* de Lunes *sub Alta Iustitia dicti actoris Gulielmi* le Bouteillier, *domini* de la Rocheguyon *commorantes, facient de præsenti guetum & gardiam in dicto castro de Rupeguidonis, ac etiam quando fiet guetum & gardia in fortalitiis vicinis ad suum turnum in numero competenti tali, qualem necessitas exegerit: prout consueuerunt facere alij, qui ibidem faciunt guetum & gardiam. Nec poterit dictus actor aut Capitaneus dicti castri pro quolibet defectu super illo, qui fuerit deficiens, impeditus facere dictum guetum, exigere nisi 16. denarios in hyeme, & 12. in æstate, conuertendos in salarium alterius qui fecerit, aut facturus fuerit dictum guetum pro deficiente. Et adhuc admittetur famulus pro suo magistro, & generaliter vnus homo pro altero, prouiso quòd sit notus, & sufficiens pro faciendo guetum.* Quòd si non beneficiario quidem fundorum iure petantur à Dominis excubiæ, sed à Rege subditis imperentur, eo casu Francicis Constitutionibus vetitum est, ne vltra quinum assem integro anno dependatur hoc statiui præsidij nomine: liberáque datur optio agendarum excubiarum, aut eis non factis, soluendorum quinque assium, in limitaneis agris. Sed & locum excubantibus coopertum tradi, neque in locis dirutis excubiarum ius exigi statuit Ludouicus 11. Rex eod. Edicto an. 1479. duodecimo Kalend. Maias. Quod à Ludouico 12. renouatum fuit pridie Kalend. Ianuar. an. 1504. Aurelianensi demùm Sanctione abrogatum est tale excubiarum ius (art. 103.) præterquàm in Arcibus fundisque hostico limiti oppositis, aut alibi Gallia bellis diuexata. Sunt autem excubiæ clientelarum, in Gallia continuæ ac perpetuæ, vti Iure Longobardo Custodiæ, seu Castaldiæ: Quæ vix tamen feuda propriè appellabantur, cùm Castaldus seu custos, gubernator, Vicedominus constitueretur tantùm in præsens, nec perpetuo munere fungeretur. Exin Paulus Diacon. quùm scribit, iussu Grimoaldi Longobardorum Regis certas possessiones in Italia datas Alzeconi Bulgarorum Duci, vt Castaldus quidem, non Dux vocaretur, hoc significat, iure Castaldiæ concessas, non perpetuo propriòque Feudi titulo ac nomine. In Gallia verò, custodiæ clientelares feudum sequuntur indiscriminatim, Moribus nostris hæreditarium, ac communi patrimoniorum lege constans. Ast quibus temporarij Officij titulo mandatur Arcis Custodia seu Præfectura, eam abrogare licet Magnati rerum Domino, in aliosque pro arbitrio transferre. Ex argumento Pomponianæ leg. 16. §. 1. ff. De vsu & habit. Ibique Baldus & Albericus nominatim. Quod bino pariter Aquitanicæ Curiæ decreto stabilitum est, Sexto Kal. Februar. an. 1522. & 10. Kal. Nouemb. an. 1536. Sicuti Boërius ait, Burdigalen. Decis. 149. Hinc nummario pretio quæri vetatur militaris isthæc custodiendi Castri prærogatiua art. 276. Blesensis Edicti. Quippe quæ functio, Bellica præsertim tempestate ac in necessarium inuecta sit temporariæ Militiæ vsum. Sicuti patet politica Quinti Caroli Sanctione, Proregis Galliarum, an. 1356. Rebus tùm isthic mirè turbatis, & captiuo Rege Iohanne ex prælio Pictauensi. Minùs quoque ad rem pertinet nocturnarum in vrbibus excubiarum genus, qui Romæ primùm Triumuiri nocturni præfuêre (apud Fenestellam) tum Diuus Augustus Præfectum Vigilum præposuit. Vt apud Dionem relatum est lib. 55. Nec absimili more, Athenis creati fuêre τοξόται, publici ministri, custodes vrbis mille numero, apud Suidam.

Prouisionale Arestũ Curiæ die 30. Augusti, an. 1427. *du Droict de Guet feodal & seigneurial.*

Ius excubiarum seu Guyeti, non potest cedi vel alienari sine Castro, cui debetur. Corneus in Consil. 157. Volum. 4. dicens iura Castellaniæ alienari non posse sine castro.

Ordinatio regia Ludouici 11. die 20. April. 1479. Et Ludouici. 12. die vlt. Decemb. 1504. verificata in Senatu die 2. Ianuar. seq. *Edict d'Orleans.*

Subditi, ad excubias obligati Domino, eas alibi quàm in Castro solito, nõ tenentur præstare vel exoluere. Albert. Brun. in Consil. 87. & Boërius in Decis. 212.

Feuda, initio precaria, deinde perpetua facta.

Capitaneus, & custos Castri facilè remouetur à Domino, aliusque loco eius ponitur.

Burdigalensia Aresta die 27. Ianuar. 1522. & 23. Octob. 1536.

Ordinatio Caroli 5. *Regent le Royaume,* art. 10. *Que les Capitaines des lieux pourvoyent, à ce que les Gardes des Forteresses champestres pour le faict de la guerre ne soyent empeschez.*

Hi olim

Hi olim medio in foro tabernacula habebant, pòst in Areopagum sunt translati. Scythæ etiam & Speusini nominabantur, à Speusino quodam antiquo Magistratu, qui eas excubias instituerat. His diutius non inhærebo, quùm *Feudaria* præcipuè & dominica excubiarum iura discusserim lib. 1. De LEGIBVS ANDIVM cap. 43. art. 2. 3. 4.

9 ITAQVE, ne longiùs à proposito themate aberremus, lege Principis Agraria dantur in annuum reditum fundi colendi, non eadem planè contractus Emphyteutici specie, quam Zenonia lex introduxit, ἀπὸ τῦ ἐμφυτεύειν, verùm in conceptam formulam libellarij contractus, aut censualis perpetui, qui ab emphyteusi temporaria secernitur. Fabri opinione in l. 1. Cod. De iur. emphyt. Nam & singulare præterea ius est manus publicæ in vectigalem agrum immittendæ ob solarium, vel prædiarium Reditum non solutum. Edicto mens. Nouemb. 1563. in Senatu recitato 10. Kal. Ianuar. eod. anno. Quod ad fundum Emphyteuticum produci non arbitror, nisi vel perpetua sit emphyteusis, vel auctor Emphyteuseos penes se efficaciter rectum superiúsque retinuerit dominium. Illud item operæpretium est obseruare, nummos qui in introitu erogantur à censuali cultore terrarum vacantium, destinatos esse in venditæ Rei Fiscalis redemptionem, nec alium in vsum conuerti oportere §. 12. Legis Regiæ Molinensis, & Decreto Curiæ in promulganda speciali Constitutione terrarum vacantium 4. Idus Quintiles, an. 1566. Quo itidem decreto prouisum est, cautúmque, ne in censualis contractus limine nummi offerantur, æstimati fundi trientem excedentes. Sicuti igitur Reipub. Trebianorum legatam in opus noui theatri pecuniam Tiberius Imp. pronuntiauit non esse alios in vsus consumendam: Ita aliò transferri non debet collatitia ista ex vacantium licitatione pecunia, quæ redimendo Fisci patrimonio dicata est. Vt ait Suetonius in Tyberio l. Legatum ϖ. De vsufr. leg. l. Legatam municipio pecuniam ϖ. De administrat. rerum ad ciuit. pertinent.

* à seminando.

De contractu censuali, vide notata in cap. Cōstitutus. De religiosi. domibus.

Edictum *des censiues & rentes foncieres*, verificatum in Parlamento die 23. Decembr. an. 1563.

Edictum *des terres vaines & vagues*, publicatum in Parlamento, die 12. Iulij, an. 1566.

10 PROSPECTVM est & eodem Principis Edicto, ne priuatorum appellationibus retardentur alienationes terrarum vacantium in iure propalàm celebrandæ. Sciscitemur hîc, an publicæ huiusmodi alienationis perpetua sit auctoritas aduersus fundorum proprietarios. Ponamus enim, hos matura peruigiliq; intercessione ac exceptione proprietatis, auctionē publicā (vti debuerant) non præuenisse. Censeo quidē, silentij huius obtentu, non depellendū proprietatis dominum. Res est cum Principe, qui velut * νόμος ἔμψυχος, voluit priuatorum iuri consultum sacra Constitutione, priuatorúmque dominium, si quod legitimis probationibus ostenderetur, intactum & inconcussum seruari. Alia ratio contrarium dictat in Hastarum solennibus, & decreta ob æs alienum iudiciaria bonorum addictione, post promulgatas in quaternum nundinum auctiones. Hæc enim ideò futuris intercessoribus os occludit Lege Auctionum publicarum, quòd de seipso queri debeat is, suæque ignauiæ acceptum ferre, qui post tot fundi proscriptiones, edicta, programmata, inclamationes, defuerit iuri suo persequendo l. Si eo tempore, & ibi Fab. Cod. De remiss. pignor. l. Si tempora, Cod. De fid. instrum. & iur. hastæ fiscal. lib. 10.

Magnum discrimen est inter adiudicationem ex decreto fundorum priuatorum, & alienationem iudicialē fundorum regiorum.

*lex animata.

Edictum *sur le faict des Criees des choses saisies*, an. 1551.

11 RVRSVS ager fiscalis cùm alienatus fuerit, Regiis mandatis, PATRVM auspicio, publica auctione: Quæro, nûm Princeps vilitate pretij circumscriptum se causari possit, vt fundum repetat cum fructibus & omni causa. Ratio dubitandi ex eo emergit, quòd Princeps necessitate obstrictus agrum publicum distraxerit: singularia item sint iura prædij DOMINICI, cuius alienatio, magis pigneratitius quidam est, quàm proprietatis translatitius contractus. Sed hæc argumenta refellit vis forensium edictorum, publicæque fidei, quam semel est secutus emptor, proposita palàm tabula, & magistro auctionis, principe. Atqui venditio publica non rescinditur condictione ex lege Diocletiani & Maximiani Impp. Rem maioris pretij, Cod. De rescind. vendit. Bartol. ad l. 1. Cod. De præd. Decurion. lib. 10. Ad hæc, pretij partem fecit tacita pactio Sacri DOMINII perpetuò redimendi, qua fundi iustum pretium valde imminutum sit. Quin etiam legitimum illud vulgò habetur rerum pretium, quod auctore Magistratu constituitur: Vlpiani l. 1. §. Cura carnis ϖ. De offic. Præfect. Vbi, Alberic. in 1. Parte Statut. Quare non est decipiendus emptor auctoritate Principis,

Domanij alienatio per regias Literas in Senatu publicatas, & adprobatas.

legis, Senatus,& pragmaticæ huiusmodi alienationum formæ l. 1. Cod. De his qui ven. ætat. impetr. l. Ratas. Cod. De rescind. vendit. Imò verò sacrilegij instar foret, de sanctionum & contractuum Principalium firmitate dubitare l. 1. Cod. De crim. sacrileg. Itaque pro tali emptione publica censeo iudicandum. Vt arguté de eo scriptum est à Molineo, Quæst. 58. Tractatus Commerciorum. Secus in priuata alienationis pactione, ex qua, circumuentum re ipsa Principem in integrum restituit Delphinatium Curia, Carolum 7. Franciæ Regem. Conuentione rescissa, qua idem Viennensium Delphinus cesserat Comitatu Valentinensi & Diensi, in gratiam Ludouici Pictauensis. Vidi Papæ Decisione 302. apud Gratianopolim Allobrogum.

An Rex Franciæ minor restituatur in integrum ætatis auxilio, Vide à Nobis suprà relata hoc Lib. 3. Tit. 6. in fine.

Comté de Valentinois & Diois.

His omnibus, auctarij vice, subiungendum, distracto Principis fundo Patrimoniali, multa iura eximia non transferri in emptorem, quæque Regia Constitutione excepta, sequentibus Titulis aptiùs tractabuntur. 12

Tit. XIX.

VASALLI RECIPIENDI IVS, IN SVCCESSOREM FISCI NON TRANSIRE.

1 *An fundi Fiscalis emptori liceat, vasallos in fidem assumere.*

2 *Ius vasalli in fidem recipiendi, non esse de Regalibus, sed communiter fundo dominanti cohærere.*

Gallorum feuda, rebus: Longobardorum, personis potiùs adhærere.

3 Domanij *emptoribus non esse in vasallos imperium.*

Domanij *non tam emptores, quàm creditores esse.*

Regiis liberis Panagio donatis licitum est, fidelitatis iusiurandum à vasallis exigere.

4 *Num Ius sacerdotis nominandi,* Domaniali *prædio cohærens, ad emptorem transeat.*

5 *Iuris vniuersitatem, cum Dominio quidem traduci, cum hypotheca fundi non traduci in nouum possessorem.*

Regij patrimonij emptorem nec sacra, nec ciuilia Munera conferre posse.

Vtrum Sequestro ius sit, præsentandi ad sacerdotia.

6 Præbendario *Ludimagistro non esse ius, suo ordine & hebdomade, sacerdotij conferendi.*

Lateranensis, ac Viennensis Conciliorum decreta, de Præbenda *Ludimagistrorum.*

7 Panagiarijs, *ius nominandi sacerdotis, ex pacto in Panagij traditione conuento, competere.*

Ius patronatus Principi, vt Normaniæ Duci, competens, nec ex pacto quidem transferri in priuatum.

8 *Fundis pupillaribus cohærentes præsentationes, ad Principem Normanico iure pertinere.*

Præsentationem *à pupillo factam, factæ à tutore præponi.*

Vetus Gallorum Mos, pupillorum à Dominis Iuridicis curandorum.

In Normania prædiorum pupillarium fructus, ad Principem pertinere.

Nobilis Custodiæ ius, à priscis Gallis in Syriam translatum.

Regem, lite pendente de templi patronatu, sacerdotio interea vacanti successorem nominare, Normanica prærogatiua Regia.

10 *In Armoricis,* Baillij *ius,* Rachatu *commutatum.*

11 *Angli Reges pupillorum tutores, & pupillarium Magistratuum creatores.*

12 *Venia ætatis impetrata, fructuariam tutelam finiri.*

Veniam ætatis impetrantibus, restitutionis auxilium læsis non negari, tanquam minoribus 25. annis.

13 *Ius præsentandi, Regi semel per pupillum in Normania quæsitum, sequenti hæreditatis diuisione auferri non posse.*

14 *Priuatum*

14 *Priuatum, cui alternatim cum Principe conferendi sacerdotij ius est*, graduatorum *nominationi obnoxium esse.*

15 *De sessionis ordine, Templorum patronos Interdicto experiri posse.*

16 *Arestum Curiæ Rhedonensis, de præiudiciali statu patroni, conditorísque Templi. Fiduciario emptori Iurisdictionis Regiæ, Insignia sua gentilitia, Basilicæ sacra imprimere non licere.*

17 *Sedes, scamnaué singulis* parœcianis *distinctè concessa in Capellis Ecclesiæ* parochialis *à Matriculariis eiusdem, non sunt leuiter auferenda ijs, & ad alios transferenda.*

1 IMPRIMIS emptori Fiscalis prædij ius non est, clientes ei prædio obnoxios in fidem clientelámque cooptare. Id quod specialiter à Principe contra receptas communes Regulas videtur statutum §. 15. & 16. Legis Regiæ Molinens. Aliâs enim generali concessione Arcis Territoriiique, veniunt omnia fundorum iura & accessiones: demptis solùm Fluminibus publicis, cæterisque Regalibus l. 1. §. cùm vrbem, & ibi Bald. ff. De offic. Præfect. Vrbi, Lucas Pennatus ad l. 1. Cod. de priuil. Scholar. & l. 1. De veteranis lib. 12. Cod. Siquidem maius Principis imperium ac iura Regaliorum, generali alienatione nunquam continentur, nec expresso quidem illius consensu à Sceptris abdicanda. Lucas in l. Quicunque 2. Cod. De omni agro deser. lib. 11. Benedict. ad cap. Raynutius. In verb. Et vxorem. num. 319. Quò vergit etiam Alberici Rosatis concinna hæc distinctio, vt ius, quod habet Rex in Castro tanquam Dominus peculiaris, ab eo transferri in priuatum possit: quod autem habet recti Dominij ius tanquam Rex, non transferatur sub clausula vniuersitatis. Alberic. ad l. 1. D. de offic. eius cui mand. est iurisdict. Et in l. vlt. Cod. De iurisdict. omn. iudic.

Alienato Castro, censetur alienatum omne ius imperij, & Iurisdictionis. Bartol. post Dynum in l. Inter eos ff. De acquir. rer. domin & in l. 5. ff. De acquir. poss. Anton. Corser. in Tract. de Potest. Reg. quæst. 5. Boërius in Burdigalens. Decis. 50.

2 ATQVI inferiorum clientum in fidem receptio, inest prædio dominanti ipso iure ordinario, eiúsque cessio in priuatum emptorem, de regiæ Maiestatis Insignibus nil decerpit: quùm eiusmodi superius patroni ius tacitè fundum subsequatur, cui annexum est. Instar patronatus Templorum, qui regulariter transit cum vniuersitate fundi superioris cap. Ex literis. De iur. patr. Vlpianus l. In modicis ff. De contrah. empt. l. Quædam ff. De acquir. rer. domin. Quandoquidem feuda Gallorum, rei veriùs prædiorúmque iura sunt, quàm personarum. Non idem seruatur Longobardis, feuda merè personalia lege statuentibus. Quoniam igitur feuda Gallico vsu, iura sunt prædiis dicta, vendito fundo, seruitutes sequuntur feudo debitæ. Respõso Pauli I.C. l. Cùm fundus D. Commun. præd. Quinimò pleriq; in ea fuerunt hæresi, vt fundo seruiente palàm auctionibus addicto, putarint, alterius dominantis possessori necessariam non fuisse intercessionem iudiciariam pro iure seruitutis. Ex Pauli lege. Via constitui §. si fundus seruiens, vel is cui seruitus debetur, publicetur, vtroque casu durant seruitutes: quia cum sua quisque conditione fundus publicatur ff. de seruitut. rustic. prædiorum. Cautior tamen est intercessio in auctionem fundi proscriptam, vt seruitutis creditor, diligenter suo de iure contestetur. Faber ad l. Si eo tẽpore. Cod. De remiss. pign. Est enim differentia notissima inter fundi publicationem, de qua locutus est Paulus, & Iudiciariam ipsius addictionem, de qua Nos hoc loco. Aliter in solario, Agrarióque vectigali, *feudarióve* prædij dominio, cuius nomine patrono non est necesse, auctionis præconio intercedere: quùm sine censu ac reliquis fundus comparari nequeat. Iure Ciuili, & Frãcica Lege auctionaria an. 1551.

Secus in locatione vniuersitatis bonorum facta ad modicum tempus, nec vtilis dominij translatitia in conductoré. Curtius in Tract. Iuris Patronat. Castréf. Consil. 57. Doctor. in cap. Ex literis. De iur. patron.

Opposition aux criees pour droict de seruitude.

Pro censu, vel feudo non est necesse opponere se auctioni fundorum publicè venalium. Edictũ des criees des biens saisiz, actum anno 1551.

3 ENIMVERÒ contrariæ subscribo sententiæ aduersus Regij Patrimonij emptores, qui patronale in clientes imperium sibi arrogẽt: Non eo solùm adductus, Molinensis Edicti auctoritate (de quo suprà) sed ratione hac optima, quòd impropriè alienatus dicitur in illos Regius CANON, qui verè creditorum loco sunt, quibúsq; solummodò pro tempore facta est Rei DOMINICÆ * ἀντιχρήσις, quoad debiti sorte soluta, Fiscus liberetur. Atquin pignoris causa dominium non mutat. Ac veluti nudus creditor habilis non est ad caducaria feudi commoda patrono

** mutuus pignoris vsus pro credito.*

offerenda, exhibendúmque ipsi clientelaris sacramenti officium, quò hypotecæ ius saluum & incolume retineat: Ita econuersò, non licet creditori (quo nomine momentaneum seu temporarium DOMANII emptorem interpretor) exigere à clientibus fidelitatis iusiurandum, quod vni recto Domino est peculiare. In hoc genus refero vsufructuarios, colonos, & alios huiusmodi, qui à superiore fundorum domino minimè vasalli agnoscuntur. Excepto, si per Iudicem, & adito Prætore, curator bonis datus, capax fiat clientelaris obsequij præstandi, iustorúmque patrono soluendorum: vt dominica huius manu è prædio sublata, creditores, aliive, quorum interfit, suum ex eodem prædio ius consequantur. Sicuti persæpè à Curia iudicatum est, traductúmq; pridem in Mores Parisiorum scriptos, an. 1580. artic. 34. Speciatim autem Edicto regiis liberis indulgetur, fiduciæ lege Rem Fisci tenentibus, vt vasallos in sua verba iurare compellant. Irrogatum tamen ea conditione priuilegium, vt acta clientelaris auctoramenti quotannis in Cameram Ratiociniorum ab illis perferantur §. 16. Constitutionis DE DOMANIO latæ Molinis Boiorum, Februar. an. 1566. Item etsi honoraria clientum in fidem assumptio negetur extraneis aliis Regiarum Ditionum possessoribus, fructuaria certè commoda ipsis relinquuntur, vtilesque omnes feudalis Beneficij obuentiones artic. 15. eiusdem Constitut. Sed prædiaria vicissim onera hæc annua incumbunt REI DOMINICÆ possessori, piarum largitatum pensitatio ordinaria, æris stipendiarij in iuridicos Officiales loci præstatio, Forensiúmque sumptuum necessariorum, panis reorum captiuorum, vectigalia fundi cuiusque, & alia rei sequacia onera, queîs veteres possessores defungi consueuerunt. Quemadmodum priscis Regum Edictis de eo statutum fuit, ac noua Henrici 4. Sanctione repetitum Quarto Idus Octobres an. 1601. Quæ publicas in tabulas Curiæ, Sanctio regesta est 4. Kalend. Apriles posteri Anni. Iuxta Lutetianum anterius in hanc partem S. Consultum, Regij Actoris postulatu factum postridie Calend. Decemb. an. 1597. ac consentaneum ipsi, Rationalium Decuriæ Iudicatum 16. Kal. Maias subseq.

> Creditor non est capax offerẽdi homagij, & rachatus domino feudi: Nisi id à Iudice permittatur.
>
> Isthæc contra creditores Molineus cõfirmat in tit. 1. Consuet. Parisien. §. 6. Glo. 3. in Ver. *saisir* num. 5. 6.
>
> Parisiensis Consuetudo hoc addit fauore creditorum, *que le curateur ou cõmissaire estably à la requeste des creanciers à vng fief saisy, peut faire la foy & hommage au Seigneur feodal au refus du vasal proprietaire dud. fief, pour obtenir mainleuee de la saisie feodale.*
>
> Domanialis fundi onera realia, *les fiefs & aumosnes, gages des Officiers, frayz de Iustice, pain des prisonniers, rentes, &c.*
>
> Edictum die 12. Octob. 1601. Registratum in Curia die 29. Mart. 1602. Et in Camera computorum die 16. April. seq.
>
> Arestum generale die 2. Decemb. 1597.

4 A Patronatu clientum deriuetur sermo ad Templorum patronatum. Ius nominandi sacerdotis Principali fundo cohæret; transitne ad emptorem? Hunc adiuuant vulgaria illa, patronatum, ius sepulchrorum, ac reliqua prædiaria, vniuersim transmissoria esse cum fundo. Nec profanum quidem ius patronatus, auctore Pontif. summo, transferri sine fundo posse; decreuit Senatus. Aresto, die profesto D. Ioh. Baptistæ, an. 1529. ex lite forensi, quam Massurius, Conscriptus Curiæ suis collegis enarrabat. Econtrariò allegabitur in emptorem, generali rerum administratione cõcessa, ius conferendi sacerdotij cessum aut transcriptum non videri. Vt sanxit Bonifacius 8. P.P. cap. Cùm in generali. De offic. vicar. In 6. Quod certissimum esse, patet argumento communiter recepto à iure patronatus libertorum ad sacræ Ecclesiæ patronatum. Vt inquit Bartol. in l. Quia perinde, & Alex. in l. Si patroni D. Ad S.C. Trebellian. Atqui ius patronatus libertorum non transit cum vniuersorum bonorum fideicommisso. De hoc igitur idem, Pauli I.C. l. Quia perinde §. restituta hæreditate iura sepulchrorum apud hæredem remanent D. Ad Trebellian.

> At si nominatim Fũdus & ius patronatus vendantur, hac pactione Symoniaca Patronatus nõ transit. Quòd si fundus cum iure patronatus, &c. legitimè trãsit, quia accessoriè, non principaliter. Abb in cap. Querelam. de Symon Ioh. And. in cap 1. De iur. patron in 6. Rochus in Tract. De iure patron.

5 CENSEMVS vtique, iurium vniuersitatem cum fundo transmitti, contractu nempè dominij translatitio, non nuda pignorum cõstitutione: qua sola propriè, Regij CANONIS alienatio significatur. Cap. Cùm Bertoldus. De re iudic. Nec mutat, quòd hic Fisci creditor faciat fructus suos. Nam & fructuario ipsi negatur ius designandi, offerendique Episcopo sacerdotis. Opinione Imolens. ad cap. vlt. De concess. præbend. Quæcunque enim non renascuntur singulis annis, minimè habentur in fructu, nec quasi fructus fundum augent. Vlpiani l. 7. §. penul. In ver. renascatur. Solut. matrim. Roch. Curtius appositè in Tractat. Iuris patronat. In verb. ipse, vel is à quo causam habet. Quæst. 9. Ac ne ampliùs de eo ambigeretur, effecit Blesensis Constitutio, Molinensis Edicti succedanea, qua districtè cauetur, Regij Patrimonij emptorem nulla nec sacra, nec profana Munera publica cuiquam posse largiri artic. 333. Edicti Blesensis, Maio mense, an. 1579. Ecquid si Rex nominatim id iuris transcribat fiduciario successori Fisci? Eadem Lege prouisum est, extraordinaria Officia, muniáque publica, cessione transferri

> Sic fructuarius nomine suo proprio non potest feudum seruiens fundo fructuario prehendere, nec fidelitatis iuramentum exigere. Sed Procuratorio nomine Domini potest Molineus In 1. Parte Consuet. Parisien. Glo. 1. In ver. *le Seigneur feodal.* Num 18. Item noua Consuet. Paris. art. 2.

transferri à Principe non debere. artic. 331. quo idem pariter statuitur de aliis iuribus Regiis, quæ DIADEMATI sancta, Legislator edixit, ab eo diuelli non posse. In priuato autem Dominatu aliquo, liberior est emptori vsus sacerdotij erogandi, vel mandandi magistratus. Vsqueadeò, vt controuersæ Ditionis sequestrum eo iure licitè vti, nonnullis persuasum sit. Voluntarius enim sequester possidere dicitur, necessarius non ita l. Interesse puto. & ibi Bart. ꝟ. De acquir. possess. Eius sententiæ princeps fuit Innocentius Pontificij Iuris interpres, sequestro competere ius offeredi ordinario collatori sacerdotis. Ad cap. Examinata. De Iudic. Cui succinit Decretum Senatus pro fiduciario curatore Stampensis Comitatus litigiosi. Vt à Guimerio perhibetur, Inquisitionũ Præside in Lutetiano Senatu, Pragmat. Sanctionis scholiaste, Tit. De Collation. §. idem voluit. In verb. Vicario. Refellitur tamen Innocentij opinio communibus suffragiis Hostiens. & Abbat. in cit. ca. Examinata, & in cit. cap. Cùm Bertoldus. Hinc Gallici Fori disciplina pronuntiatum fuit, Richero supremæ Curiæ apparitori, sequestro non licuisse, publicorum munerum collatione, saltem reuocatione defungi. Senatorio iudicio 4. Iduum Decembr. an. 1534.

Arestum Curiæ, die 10. Decemb. an. 1534 inter Iacobum *Destrechy, preuost de Chastres soubz Mõtlehery appellant de la reuocatiõ de luy faicte par l'Ordonnance de Pierre Richer Huissier de la Court, & comis par icelle au regime de la Chast.lenie de Chastres. Et Guillaume d'Arras nouuellement institué preuost intimé.* Grangerio, appellantis, Thuano, intimati, & Mõtelone, fisci causam agentibus.

6 APTATVR quoque suprascripta Regula literarum professoribus Ecclesiasticum Præbendum habentibus. Putà, Edicto Aurelianensi, primum quodque præbendum Sodalitij Canonicorum in Templo, destinatur studiosæ pubis præceptori. artic. 9. Fuit quæstionis in Abbæuilleo Collegio Ædis Vulfrannij, an is *præbendarius* Ludimagister ius habeat conferendi sacerdotij suo ordine & hebdomade; qua alij seriatim Ecclesiastici Sodales ac Canonici Templi, ex formula cap. vlt. De Præbend. Apud Bonifacium 8. Pontif. lib. 6. Decretal. Epistol. Deuoluta ad Senatum cognitione, Villerius fori patronus multis tuetur causam literarij Præceptoris, ius sacri Muneris erogandi, in fructibus esse Præbendi numerandum. cap. 14. De maior. & obed. Ideóque circularem collationem sacrorum beneficiorum, ei non denegandam, cui Mineruæ suffragium emerito omnes debeantur Præbendi Ecclesiastici fructus. Adiuuandum esse benigna interpretatione Præbendum hoc, quasi* Διδασκαλία, eximiique laboris mercedem in erudiẽda liberalibus disciplinis iuuentute. Quod adeò primum ac summum Laconicæ Reipub. studium fuit, in optimam adolescentum educationem. Vt refert Aristoteles lib. 8. Politic. cap. 1. Mesnilius, contrà, pro Societate Canonicorum, ius ordinandi sacerdotis honorarium veriùs esse, quàm fructuosum. *Præbendam* verò, merè temporale stipendium esse ac profanum, sacerdotio vel Canonicatui nil habens affine. Ex quo profani etiam ordinis viri, Præbendorum sunt capaces, cap. Cùm Martinus Ferrariẽsis. De Constitut. Quippè Lateranensi, ac Viennensi Conciliis, Præbendæ sportulæ addicuntur humaniorum Artium doctori, non quasi perpetuum sacerdotium, sed vt tandiu stipendia illa percipiat, quandiu

Is cultor iuuenum purgatas inserat aures
Fruge Cleanthea,

& instituendæ pubis munere professionéque literaria perfungatur. Cap. Quia nonnulli. De Magistr. Clement. 1. eod. Tit. Secus in Præbendo, cœlestis Sophiæ Lectori debito, quod à Canonicatus titulo non separatur. Decreto Basiliensi, Tit. De Collat., & Aurelianen. Edicti artic. 8. Causa plenissimè cognita, succubuit Ludimagister. 16. Kal. Ianuar. an. 1566. In Volumine causarum Ambianar.

Prebende preceptoriale en l'Eglise Collegiale de Sainct Vulfran d'Abbeuille.

Memorabile Senatus iudicium, vicissitudinem conferendorum sacerdotiorum Canonicis cõpetentem, ad præbendarium Scholarum rectorem non pertinere.

* Minerualia.

Præbenda Theologalis, seu Theologiæ doctori legenti debita habet canonicatum annexum. Die 17. Decemb. an. 1566. *Au Roolle d'Amiens.*

7 ILLVD autem scitum est obseruare, fiduciariis Regiæ stirpis Regulis competere ius nominandi, designandíque sacerdotis. Pacto conuento in Regia Ditionum fiducia: vt à Nobis lib. 2. vberiùs est explanatum, Tit. 5. Quod quidem sic interpretatum velim, ne communiter porrigatur ad ius Patronatus Regi attributum, tanquam Normaniæ Duci. Nam eo casu, quantùmcunque generalis sit Fiduciæ lex, cum ea ius patronatus mixtim ac confusim translatum non videtur, nisi de eo cautum esset expressim. Hanc quippè Ducalis patronatus præcellentiam coarguit Sententia Francicæ Curiæ vetus secundùm Principem, aduersus Eburouicum Comitem, postea Nauarræ Regem 8. Kal. Iunias, an. 1317. Altera, in Alenconiam Ducem heroïnam. Sunt enim singularia quædam, in Neustria, Principis iura, quæ vix ab eius persona abduci & abstrahi possunt, nisi vnà cum Normannico Ducatu. Horum iurium seriem ac catalogum publicè agnouerunt

Regii, vel filii vel fratres Pānagiarii possunt præsentare ad beneficia dependentia ex terris sui Appennagii.

Arestũ die 25. Maii, an. 1317. pro Regio procuratore, contra Comitem d'Eureux, in Normania, qui deinde ex causa vxoris factus est Nauarræ Rex.

Normanicæ Nobilitatis primates, in patriis solennibus Comitiis Rothomagi, Mense Nouemb. an.1205. Cuiusmodi peracta fuerant antea in Lisbonensi Neustriæ oppido, an.1180. quibus constituti sunt fines ac iura vtriusque tum Ducalis, tum Pontificiæ iurisdictionis Normanorum.

Carnia minorum in Normania, Domanialis Regũ. Dominorum fœdi immediatorum: Idque ex omnibus bonis ad pupillos pertinentibus §. 215. Legis Normanicæ.

Sic præsẽtatio facta ab vxore præfertur præsentationi factæ à marito, quæ ex re dotali pendebat. Curt. in Tract. Iuris Patronatus.

Appennagium Ducatus Normaniæ in Carolum fratrem Ludouici XI. Regis.

8 INTER hæc, supradictus refertur patronatus Templorum, Normanicis feudis annexus, quæ Regiæ prorsus clientelæ sint, & ad minores annis hæreditate deuenerint. Tùm enim Rex, pater Patriæ ac Populi, catholicus est tutor clientum suorum Neustriæ impuberum, donec sui iuris facti sint Diplomate. Ad eum idcircò velut tutorem fructuarium, pertinet sacerdotum præsentatio, quæ beneficiariis pupillorum fundis adhæret. Vsqueadcò, vt licet præsentatio facta à pupillo, alteri à tutore factæ anteponatur (Gloz. in Cap. Ex eo. De elect. in 6. Rotæ Romanæ Decis. 321. in Antiq.) tamen Rex prærogatiuam exerceat sacerdotis nominationem, non quasi vulgaris quidam tutor, sed iure nobilis impuberum Custodiæ faciens fructus suos. Eadem verò Ducis iura, cum Normanici Ducatus cessione, tanquam patrimonialia, transferuntur. Nam Ludouicus XI. Normanæ Fiduciæ Codicillis in Karolum fratrem, ita cauit: FRATRI NOSTRO ET HÆREDIBVS MASCVLIS DESCENDENTIBVS EX SVO CORPORE, ET MASCVLIS MASCVLORVM, QVANDIV EXTABVNT EX LEGITIMO MATRIMONIO, CONCEDIMVS PRO OMNI IVRE APPENNAGII NOSTRVM DVCATVM NORMANIÆ CVM OMNIBVS PERTINENTIIS, VRBIBVS, CASTRIS, FLVVIIS, PORTVBVS, NAVFRAGIIS, ET ALIIS IVRIBVS MARITIMIS, HOMAGIIS, FEODIS, ET RETROFEODIS, VASALLIS ET SVBDITIS, ALBANORVM BONIS ET BASTARDORVM, COLLATIONIBVS, PRÆSENTATIONIBVS, ET PATRONATIBVS BENEFICIORVM, GARDIA MINORVM, FOCAGIIS, SCACARIO, ET ALIIS IVRIBVS ET DOMANIIS DICTI DVCATVS, &c. Mense Octobri, an. 1465. Ast obiter sciendum, fiduciariam hanc Normaniæ mancipationem ideò effectu caruisse, quia coniuratorum Galliæ Procerum armis extorta esset, Paceque Confluentina. Alioqui enim Neustriam Reges prisci cum DOMINICO Patrimonio colligarant, nullo inde alienationum genere diuellendam: Ianus Rex Mense Nouemb. an. 1361. & Karolus Septimus 6. Idus Ianuar. an. 1455.

Traicté de Consians, lez Paris.

Die 8. Ianuar. an. 1455.

* rationibus reddendis solutus.

Articuli huius Consuetudinarij Normaniæ verba sunt hæc, *La garde royale est, quand elle eschoit pour raison de fief noble, tenu nuëment & immediatemet de luy. Et ha le Roy par Priuilege special, que non seulement il fait les fruicts siens des fiefs immediatement tenus de luy, & pour raison desquels on tombe en sa garde: Mais aussi il ha la garde & fait les fruicts siens de tous les autres fiefs nobles, rotures, rentes, & reuenuz tenuz d'autres Seigneurs que luy mediatement, ou immediatement.*

In Antiochia, *droict de Garde noble, faisant les fruicts siens.*

Arestum Parlamẽti Rothomagensis, die 4. Augusti, an. 1580. in verificando Edicto Blesensi.

Le Sieur de Morainuille, cuius, in intimo & arcano Regis Cõsilio, Pasquerius causidicus fuit, & Marius, Ducis Ferrariẽsis. Mens. Iunio, an. 1587.

9 VERVM est igitur, Normanicis, imò totius Galliæ moribus fuisse constitutum, vt Territorij domini curam impuberum assumerent, donec pubertate res suas administrare possent. Id quod recenset Faber in l. 1. Cod. De Nupt. ex eiusdem Legis argumento. In Neustria autem, longè potior est huius tutelaris iuris ratio (quod Feudo veriùs quàm Iurisdictioni defertur) cuius nomine patronus Rex clientum suorum bonis omnibus fruitur * ἀνεχλόγιτος, tẽplorúmque patronatu adiuncto tutelæ huiusmodi fructuariæ. Vt Charta Normanica planum fit, & Codice Legum Municipalium Normaniæ, artic. 215. cuius recèns descripti ac repositi nota est sententia. Videntur quoque Normani in Apuliam olim, cum Populi colonia, eandem legem deduxisse (quæ repetita est à Friderico Cæs. & Karolo 2. Siculis Regibus) vt Rex solus pupillis *Baillium* concederet. Neapolit. Constitut. De Iure Balij, & ibi Afflictus. Quod Itali simul MVNDVALDVM, & Galli veteres MANIBVRGVM appellarunt. Cuius rei auctores Frossartis Annales habuimus. Ne obiter citem quæstuosum tutelæ commentum Dionysij Siciliæ Regis, qui tanquam tutor pupillarium bonorum fructus lucrifaciebat. Vt est apud Aristot. in Oeconomic. In Syriam quoque ipsam Franci transtulisse putantur quondam Ius Custodiæ nobilis impuberum, cum militaribus Latinorum Equitum signis. Testatur enim Ioh. Ioynuilla in Ludouico 9. (Cap. 65.) res Antiocheni Principis, qui ex Gallis Syriæ domitoribus ortum ducebat, tandiu administratas fuisse fructuarij tutoris arbitrio, & custodiæ nobilis iure, quoad is vicesimum ætatis annum expleuisset. Planè Normanicum illud ius Regium, Diademati nuncupatum est eo modo, vt inde nequeat particulari regia fundorum cessione reuelli, nisi & Princeps cesserit Neustriæ Ducatu vniuerso. Quemadmodum Normanicus Senatus decreuit in comprobando articulo 331. Edicti Blesensis, Aresto pridie Nonas Sextiles, an. 1580. Cui non absimile tentatum est in Auditorio Principis Mense Iunio, an. 1587. aduersus Ferrariæ Ducem, qui regia quædam Normaniæ prædia possidens,

possidens, intercesserat, quo minùs dynasta Morainuilleus regia vice ac munere ius custodiæ nobilis in iisdem prædiis exerceret. Quasi verò ipsorum concessione Principali, Rex ibidem tutelare hoc ius abdicasset à seipso, Ducíq; solidum transcripsisset. Ac negotium totum Aulici Consiliarij reiecerunt ad Senatum Lutetianum. Equidem Normanici Proceres illustriores precariam à Rege sumunt impuberum filiorum suorum Custodiam: alioquin Neustriæ Ducis illius propriam. Sic Karolus 8. & Ludouicus 12. seriatim Reges supplici concesśere Margaridi Lotharingæ, Alenconij Ducis viduæ Heroïdi tutelam fructuariam liberorum suorum. Dempto inde patronatu sacrarum Ædium, ac militari Præpositorum Arcibus sacramento, quod Principes sibi vicissim reseruarunt. Diplomate Nonis Nouemb. an. 1492. quod Senatoriis Lutetiæ Actis insertum fuit pridie Kal. Maias an. 1496. Tum Rescripto 7. Iduum Maiar. an. 1498. in monumenta regesto publicarum Rationum 12. Kal. Sextiles eod. an. Regiam verò hanc, nobilis pupillorum Custodiæ, sequitur prærogatiua alia Normanica, vt inter priuatos lite pendente de Templi patronatu, Rex vacanti interea sacerdotio nominet successorem. Vti Phil. Probus disertè animaduertit Quæst. 30. & Terrienus lib. 8. cap. 17. Commentar. in Leges Normanic. Ex celebri Normanicæ Curiæ Iudicato 4. Kal. Iunias, an. 1506. Id quod denique relatum fuit in patrios Neustriæ Mores, emendatos ac scriptos an. 1583. artic. 73. Haud ideo tamen patronalis sacerdotiorum lis mota creditur, vt Regio huic iuri aditum patefaciat, quòd priuati illorum competitores inuicem experiantur Interdicto Vtì possidetis: siue etiam in possessorium hoc iudicium patroni certatim inciderint, descenderint. Ciuico enim Neustriæ More dictata est controuersi patronatus sacri Formula petitoria, *de Bref de patronage.* Ante quam, ceu condictionem ex Lege, à patronis agitandam, litigiosus non censetur patronatus: ex quo ius nominandi sacerdotis ad Principem deuoluatur, cōstante litigio. Vt Rothomagensi Aresto bino decisum fuit 14. Kal. Iunias an. 1530. Et 16. Kalend. Iunias an. 1532. Enimuerò Pannoniæ Rex neutiquam fruitur controuerso inter minores Dynastas, Ecclesiæ patronatu: sed horum tabulis penes se prolatis, litem vsquequaque definit. Ex vetusto Hunnorum Ritu, literis ita consignato. IVS PATRONATVS IN BENEFICIO ECCLESIASTICO, SE HABERE PRÆTENDENS, ILLVD PRODVCET CORAM REGE.

Patentes regiæ, die 5 Nouemb. 1492. Registratæ in Curia, die vlt. April. 1496.

Literæ regiæ die 9. Maij, 1498. lectæ in Camera computorum, regestæque, sine præiudicio iuriū Regiorum, die 21. Iul. 1498. Ex Inuentario Alēconiæ Domus.

Die 29. Maii, an. 1506.

Normanicum Arestum, die 19. Maii 1506. *Entre Guillaume de Clinchamp à cause de sa femme, Et N. de Caumont, sur l'appel du Bailly de Caen.*

Alterum Arestum, *du Parlement de Rouen*, die 17. Maij 1532. *entre Nicol. Ferrand, & Ieh. Flabart, sur l'appel du Bailly d'Eureux, touchant la Cure de Perroy, diocese d'Eureux.*

Ius consuetudinarium Hungariæ.

10 IN Armoricis vtique, Petro Mauclero *Bailly* ius asperè exequente, progressa est ad arma Nobilitas, an. 1222. duce partium Guyno Mario Leonio: donec Ioannes Ruffus Petri Ducis filius, *Baillium* precibus Optimatum antiquauit, *Rachatu* contentus. Quod idem vt agerent Proceres, auctor multis quoque extitit. Sed cùm omnes eò adduci non possent, manet ex eo tempore *Bailly* ius Nannetensi Pontifici, & Filiceriorum Regulo: quousque pubes factus vasallus in fidem ac clientelam cooptetur. Vt authentico liquet Instrumento, an. 1429. Deinceps persæpè est actum, vt veteri exemplo *Baillium* vbique abrogaretur. Verùm ea de re crebrò apud Annam Ducem agitata, cui summa Ducatus procuratio decreta erat à maritis Regibus, tum apud Henricum 2. Regem Annæ nepotem, rescriptum est, volentibus liberum fore, repræsentata aliqua pecuniarum summa, conuertere *Baillium* in ius * τῆς ἀναχώμψεως, seu feudi redemptionem. Ast tota demùm actione, paucis intempestiuè dissentientibus, interpellata, Filicerij ad hanc vsque ætatem *Baillio* restant obnoxij. Mauclerus autem ille, quùm filij materna hæreditate Ducis tutelam gereret fructuariam, ea mulctatus fuit, Regio perduellionis Iudicio ita concepto. *Galterus Dei gratia Senonensis Archiepiscopus, Galterus eadem gratia Carnotensis, & Guillelmus Parisiensis Episcopi, Comes Flandriæ, Th. Comes Campaniæ, Comes Niuernensis, Comes Blesensis, Comes Carnotensis, Comes Montisfortis, Comes Vindocinensis, Comes Rociacæ, Matthæus de Montmorencio, Franciæ constabularius, Iohannes Suessionensis, Stephanus de Sacrocæsare, Vicecomes Bellimontis, &c. Notum facimus, quòd nos coram charissimo Domino nostro Ludouico Rege Franciæ iudicauimus vnanimiter, quòd Petrus quondam Comes Britanniæ, propter ea quæ eidem Domino Regi forisfecerat, Baillium Britanniæ per iustitiam amisit, & quòd Barones Britanniæ, & alij, qui ei fecerunt fidelitatem vel homagium ratione Bailly, sunt penitus absoluti & quicti ab illa fidelitate & homagio,* &c. Mense Iunio, an. 1230.

Droict de Bail, conuerty en rachapt, en Bretagne.

Nantes.

Fougeres.

Radulphus de Fulgeriis dominus vixit an. 1174. Auctore Sigeberto.

* Releuij & Rachatus feudalis, seu reditus vnius anni à Domino percipiendi.

Arestum regis Ludouici 9. & Optimatum Franciæ Regni, in Mauclerum Britanniæ Ducem.

De Britonico Iure Baillii, vide Commentaria Argentræi in Consuetud. Britanniæ.

11 SIC Angli pupilli, Regiæ tutelæ committi cœpêre, an. 1220. Indéque à Britan-

ris Regibus creati Magistratus tutelares: quales Antoninus Imper. Prætores tutelares primus instituit, aut potius eis dandi tutoris potestatem restituit, quam Claudius ademerat, vt in Coss. transferret. De officio huius Prætoris tutelaris librum contexuit Iulius Paulus. Anglici verò illius Regij iuris scripta extat Constitutio, in lib. De regiis Angliæ Prærogatiuis, patria hac Epigraphe, KINGES PRÆROGATIVE COLLECTED OVT OF THE GREAT ABRIDGEMENT OF IVSTICE, &c. Cap. 1. Cui quidem tutelari præeminētiæ consequēs est Regia auctoritas fructuaria in contrahendo VARDARVM matrimonio, i. minorum annis, qui sub Regis tutela educantur. Vt cautum est eiusdem libri cap. 2. dudum ita Latinè verso. ITEM REX HABEBIT MARITAGIVM HÆREDIS, INFRA ÆTATEM ET IN CVSTODIA SVA EXISTENTIS, SIVE TERRÆ ET DOMINIA HÆREDVM EORVMDEM, SINT AB ANTIQVO DE CORONA, SIVE DE ESCHAETIS, QVÆ SVNT IN MANV DOMINI REGIS, SIVE HABVERIT MARITAGIVM RATIONE CVSTODIÆ TERRARVM ET DOMINIORVM EORVMDEM HÆREDVM, NVLLO HABITO RESPECTV AD PRIORA FEOFFAMENTA, LICET DE ALIIS TENVERVNT. Prisco itidem Galliæ vsu, haud temerè nuptias inibant adolescentuli clientes, patrono insalutato: sed auctore eo dotalia pacta dictare consueuerant. Sicuti Karolus 6. nouum Lancastriæ Ducem admonuit Galliarum hospitem, qui nuptias ambiebat filiæ Biturigum Ducis. *C'est* (infit) *l'vsage de France, & de plusieurs Païs de deça la Mer, quand vn Seigneur se marie, que par le gré de son Seigneur (s'il a Souuerain) il douë sa femme. Ainsi pourra-on bien parler de vostre mariage auec belle cousine Marie de Berri: Mais auant il conuient, que vous ayez releué l'heritage de Lanclastre.* Hæc Froissartes Historicus, lib. 4. cap. 102. Hoc ampliùs, eodem scriptore, patrium solum vertere coactus est Valeranus Lucemburgius Fani Paulini Comes, quòd inconsulto Principe suo Karolo 5. vxorem duxisset, Mathildem sororem Richardi Angliæ Regis, an. 1379. Hist. lib. 2. cap. 32. Id quod mente voluenti occurrit Philistus ille, in exilium pulsus, cùm Leptinis filiam, inscio Siciliæ Dionysio tyranno, coniugem accepisset. Vt est apud Plutarchum in Dione. Clandestini etiam cum Syllæo Arabe connubij rea postulata est Salome Hebræa apud Herodem Iudææ Principem, Phærora accusante. Vti Iosephus tradit, Antiquit. Iudaic. lib. 16. Cap. 11. Seueriùs autem in Armeniacum Comitem egit Karolus 7. Galliæ rex, ausum Britanno regi filiam suam absque Caroli assensu spōdere. Non modò enim Gallicis copiis direptæ sunt Armeniaci ditiones Regio iussu, sed viuus quoque ipse, cum familia captus à Delphino Allobrogum, Caroli primogenito, an. 1443. Ex Francicis Ægidij Annalib. In hunc quoque sensum alia protulimus exempla vindicati contemptus Principum supremorum. Volum. 2. LEGVM ANDEGAVEN. Denique, ne longiùs ab instituto deerrem, moris fuit veteribus Gallis, Regiam nobilem custodiam pupillæ coniugio minimè solui, nisi Principis consensione celebrato, cum maiore annis. Prisco S. Consulto, ad Diuæ Magdalenes, an. 1277. Quod regestum est in Curiæ Librum OLIM, fol. 26. vers. Et apud Ioh. Gallum, Parte 7. Arestor. Parlam. Parisien.

Anglica libri inscriptio.

Roy auera le gard de touts lour terres que tient de luy en chief.

Le Roy auera le mariage de chatū qu'eux terres il auoit en gard.

Pro Consuetudine Iustitiariorum (inquit Faber) qui posuit pupillas ad manum suam, & faciūt inhibitiones, ne copulentur in matrimoniū. In l. 1. Cod. De nupt.

Mahaudt de Hollande, fille de la Princesse de Galles, mere du Roy Richart d'Angleterre, nupta Comiti S. Pauli, in Anglia captiuo.

Arabū Regis Obodæ negotia administrabat Syllæus, qui ad Herodem cùm venisset ob publica quædam negotia, contemplatus vnà cœnantem Salomen viduam, tractauit cum ea secretas nuptias. De quo plura apud Iosephum.

Tit. De Iure depotus artic. 9.

D'amende licite pour auoir fiancé vne fille damoiselle de la garde du Roy. Au Parlemēt de la Magdeleine. an. 1277.

12 AFFINIS est iis eximia Regum omnium auctoritas in venia ætatis concedenda: quæ à Romano quondam Principe impetrabatur. Constitutione Aurelij, Constant. & Iustin. Impp. l. 1. 2. 3. De his qui ven. ætat. impetr. Bald. ad l. Imperium, ff. De iurisd. omn. iudic. Sed hoc quidem ætatis beneficio licet finiatur regia tutela fructuaria, non ideò liberum ius est minori 25. annis, prædia sua abalienandi. Imò etsi complurium Municipiorum Moribus præfinita sit maior ætas infra 25. annos, adiecta rerum soli distrahendarum potestate: nihilo seciùs alienanti datur restitutio in integrum, tanquam minori 25. annis, si grauiter læsum se Iudicanti adprobarit. Alexand. Castrens. & Iason ad l. Postquam liti. Cod. De Pact. Ias. in l. 1. ff. De Iurisdict. omn. Iudic. Bald. in Authent. Si captiui. Cod. De Episc. & Cleric. Castrensis ad l. vlt. Cod. De his qui ven. ætat. impetr. Quam in partem Senatus plerunque, nec tamen citra ancipitem priùs opinionum conflictum, pronuntiauit. Et verò in maiori ætate, patriis Andium Legibus dicta, (§. 444.) interlocuti sunt PATRES, de vsu Consuetudinis turmatim, confusisque Pragmaticōn testimoniis inquirendum. Aresto 8. Cal. Maias, an. 1573. Petro Chabotio hinc, & Iacobo

Interlocutio Curiæ, *d'informer par turbes de l'vsance de la Coustume d'Anjou*, die 14. April. an. 1573.

& Iacobo *l'Amy*, cum Mathurina Guria coniuge, ex aduersa litigatoribus. Sed indubiè tandem definitum est, prædij alienationem viliori admodùm pretio contractam à maiore 20. an is, Diplomate rescindi ex infirmo fragilique ætatis consilio. Ita decernente L iano Senatu, in agendis Pictonum causis, 4. Kalend. Quintiles an. 1604. secu. m prouocantem ab Andegauo propretore, cuius partes Bossantius forensi patrocinio tuebatur: Contra aduersarium, cui orator Doleus accesserat. Quòd si Andegauum maiorem 20. annis constet, fundi venditione impensiùs circumuentum in pretio non fuisse, tunc eundem suprema Curia summouet integri restitutione postulata. Vt iudicatum est in 3. Classe Curiæ Inquisitoria 6. Kal. Mart. an. 1576. Courtino, Consiliario litem collegis suis exponente. Ac tanto quidem improbabiliùs paretur maiori 20. annis rescissorium nouennis locationis fundi auxilium ab lubrico ætatis, ac cuiusdam obtentu læsionis, cum absentia curatoris sui. Hac quippè locationis rescissione petita depulsus est locator, tametsi minor 25. annis. Senatorio decreto 4. Calend. Decemb. an. 1596. ad prouocationem ex Andegauia: quùm Ysaac Arnaldus appellantis: Et Michaël, aduersæ partis causam perorassent. In hanc quæstionem scripsit etiam Baldus ad l. Exigendi. Cod. De Procurat. & in l. vlt. Cod. Qui legitim. person. Nec indiscussam eam reliquimus in nostro Opere De Moribus Andium, lib. 1. cap. 40. Art. 6. Quibus aptè subiungas, nuptam, minorem 25. annis, quàmlibet auctore marito, agere iudicio non posse fundorum petitorio absque curatore. Vt Nobis dicentibus, Conscripti Curiæ, Aresto deciderunt 7. Kal. Mart. an. 1587. In quinta Senatus Decuria Inquisitoria, secundùm Carolum, & Vilhelmum Montmorencios, quorum causam oraui: aduersus Ianam Rouuillæam, & eius virum, queîs Choartus aduocationem præbuit. Ex sententia Gordiani Imp. l. Non eo minùs, Cod. De procurat. Vers. *quod aduersaria tua minor 25. annis constituta, causam suam marito sine curatore agendam mandauit.* Cedò, quid de vxore ad legitimam prouecta ætatem, bonísque à marito separata? Nùm vt in iure experiundi, sic alienandi res suas ipsa liberum habeat arbitrium? Irritam planè fundorum alienationem censuit Senatus. Decreto Parisien. 8. Cal. Maias, an. 1586. secundùm Claud. Bidaltum, pro quo dixi publicè & obtinui, aduersus Gulielmum Bouchautum, qui prædiola, de Bidalti coniuge priuatim mercatus erat. Iuxta Cæsaream Iustiniani legem Vbi adhuc Cod. De Iur. dot. In Vers. Ita tamen, vt eadem mulier nullam habeat licentiam eas res alienandi viuente marito, & matrimonio inter eos constituto, sed fructibus earum ad sustentationem tam sui, quàm mariti filiorum, si quos habet, vtatur &c. Eòdem referri videtur Iulij Pauli lex Mutus §. manente ff. De iur. dot. l. vir mulieri ff. De donat. int. vir. l. quamuis D. solut. matrim. Vtcunque enim opum separatio coniugi dicta à Iudice, liberam tribuat ipsi rerum suarum administrationem, haud ideo sequitur, administranti easdem profundere ac dilapidare licere. Bald. ad leg. 2. §. quod obseruari Cod. de iuram. calumn. l. in quæstione Cod. De senten. pass. l. Imperator D. Ad S.C. Trebell. Imo nec bonorum Administratori ius est, ea pignori obstringere, nisi pecunia in rem vtilitatémque vertatur obligati, l. curator Cod. si res alien. pign. Quoad fœminas autem spectat nominatim, Vlpianus narrat, lege Attilia sanctum, vt mulieribus & pupillis tutores non habentibus, à Prætore & maiori parte Tribunorum darentur. Quoniam (M. Catonis verbis) Maiores nostri nullam ne priuatam quidem rem agere fœminas sine auctore voluerunt. Apud Liuium lib. 34. Ideóque perpetua tutela contineri solitas mulieres, affirmat Cic. in Orat. pro Murena. Id quod in Hispala libertina vsu probatum, refert Liuius, eique post patroni mortem, quia in nullius manu erat, tutores à Prætore & Tribunis petitos: Sed eidem pro Bacchanalium indicatorum præmio fuisse S.C. concessum, vt tutoris optionem ita haberet, quasi ei vir testamento dedisset. Philippo, & Albino COSS. Anno post R.C. 567. Enimuerò mulieri censu disparatæ à viro, interdictum non est vsquequaque prædij sui alienatione in necessariam captiui mariti ex crimine redemptionem, vel in eius liberorúmque alimenta communium, parentum vè coniugis ipsius: Modò propinquorum, hac de re, interposito priùs consilio, Prætorem exorarit, talis venditionis auspicem & comprobatorem. Normanico S. Consulto, rogatis sententiam Classibus Curiæ, facto, ac promulgato, instantia Procuratoris Fisci, duodecimo Calend. Februarias an. 1600.

Iudicatum Curiæ, die 28 Iun. 1604. *au Roolle de Poictou, sur l'appel du Seneschal d'Anjou.*

Decretum Curiæ in tertia Camera Inquestarum, die 24. Febr. an. 1576.

Placitum Curiæ, *en plaidant*, die 28. Nouemb. 1596. *sur l'appel du Seneschal d'Anjou à Angiers, touchãt la rescision d'un Bail à 9. ans.*

An minor Statuto habilitatus ad contrahendum, possit petere restitutionẽ in integrum.

Arestum Curiæ, die 23. Febr. an 1587. post forensem Auctoris actionem, die 14. præcedenti.

Arestum Senatus in publica fori disceptatione die 24. April. an. 1586. Ex appellatione à Præfecto Aurelianen.

Mulieres propter infirmitatem consilij Maiores in tutorum potestate esse voluerunt.

Rothomagen. Curiæ Arestum generale, die 21. Ianuar. 1600.

De lite pendente in magno Regis Consilio super iure præsentationis ad beneficia, feudis annexo.

Cæterum de tutorio illo patronatus Normanici iure (de quo mox actum) 13 pertexui forenses quasdam scriptiones in Prætoriano Regis Consilio, vbi hæc mouebatur ambiguitas. Delata pluribus hæreditate laterali, vacat subinde sacerdotium possessore, cuius sacerdotij patronatus pendebat ab hæreditario feudo. Exin Princeps vtitur suo iure nominandi Episcopo sacerdotis, vtporè fructuarius impuberis tutor, qui paternæ ætatis repræsentatione solus in feudum illud lege succedebat. Progressu temporis, sumitur arbiter diuidundæ familiæ. Sorte obueniunt plebeij & vectigales fundi pupillo, cohæredibus prædium illud beneficiarium. Ab his designatur alter sacerdos, Regij illius competitor. Hæsitatum est, an diuisio hæreditatis posterior, ad eius delatæ diem retrò ducatur: quasi is tantùm feudalis beneficij proprietarius fingatur initio extitisse, cui ipsum placito diuisionis obtigerit. Nos pro Regio illo, multas in iudicium protulimus defensiones: Normanicis Moribus clientelares agros à plebeiis ipso iure esse diuisos, stirpis maximum, in cernenda hæreditate, feuda habere præcipua. Ergo fundorum diuisione illa priuatáque commutatione auferri non potuisse ius patronatus Regi antea quæsitum, tanquam primigenij illius tutori fructuario. Aliâs, si Prouinciali Lege nihil de feudis cauente, necessaria fuisset inter eos feudorum partitio, æquum fore, vt priùs à patronis omnibus conuocatis imploraretur munificum Beneficiariæ præsentationis suffragium, cap. 1. cap. Quod autem. De iur. patron. Clement. Plures, eod. Tit. Sed cùm patria Constitutio, feudorum saltem possessionem tribuat maiori natu, rescindenda non est præsentatio ab eo facta: etiamsi postea contradicto iudicio res clientelaris euinceretur, nec vltronea familiæ diuisione, cap. Cõsultationibus. De iur. patron. cap. Cùm olim De caus. possess. & propr. cap. querelam De elect. Abbas in cap. Cumana. eod. Tit. Iason more suo copiosè, ad l. Si vrbana. ff. De condict. indeb. Causa demùm omnibus numeris absoluta, vindiciæ secundùm ius Regium dictæ. Iudicio Prætoriani Senatus, Nonis Septemb. an. 1572. Cui persimile decretum fuit nuper à Senatoribus iisdem de Canonicatu Ædis Mauri Fossatensis Quinto Idus Septembr. an. 1604. Francis. Boarto actore, qui obtinuit: & Vilhelmo *Dompoint*, reo litigantibus.

Nec Iudex quidem in diuisione hæreditatis posset vni ex hæredibus adiudicare ius patronatus illis commune, ne quidem in compensationem bonorum communium, nempè profanorum: Ergo nec econuersò ius illud vni quandóque peculiare ad alios transferre. Doct. in cap. Querimooiam. De iur. patronat.

Arestum prouisionale Magni Consilij Regij, die 5. Sept. an. 1572.

Magni Consilij Arestum die 9. Sept. 1604. *pour le presenté à la Chanoinie de l'Eglise Collegialle de S. Maur des fossez prés Paris, par la Princesse de Condé, estant en possession d'y presenter, comme Dame de S. Maur, ores que depuis elle aye esté euincée dud. droict de patronage par Arrest de Rouen au profit de l'Euesque de Paris.*

Exinde quæritur de patronatu, seu iure sacerdotij plenè conferendi, alternatim competente Principi, ac priuato: Nunquid priuatus, suo ordine conferens, 14 *Graduatorum* nominatione teneatur, ex Basiliensi Decreto. Hic nominationi eximendum se differit, quasi Principis consors in iure sacri beneficij erogandi. Quippè Regij iuris sacerdotia minimè obnoxia sunt Scholasticis literario Academiæ gradu insignitis, neque aliis oneribus vllo modo subiiciuntur. Inutile autem hoc vel Regi ipsi priuilegium fore, nisi ad priuatum quoque, eius socium porrigeretur. Cùm enim coacta sacerdotij collatio non faceret *turnum* (vt aiunt) nec vicissitudinis ius inter collatores induceret, sequeretur, priuatum, suo iterum iure ordinéque dandi Ecclesiastici muneris vsurum, in Regis detrimentum: nisi & ille Regia se tueretur Academicæ nominationis immunitate. Ediuersò, Regius Actor, nullam intercedere priuato, cum Principe communionem iuris conferendi, sed ipsum alternis vicibus, sigillatim seriatímque exerceri. Onus igitur lege, priuato impositum, non debere in Principis incommodum detorqueri, nec priuilegium personæ dignitatisvè Augustalis, cum priuato communicari. Senatus Tholosanus decreuit, Regium, priuilegium priuato sacrarum collationum socio nõ prodesse. Arestis Septemb. an. 1559. quæ Daphis Curiæ Præses solenni ritu pro Tribunali recitabat. Quinimò nec priuatos inter ipsos mercimoniorum consortes, immunitas vectigalium alteri competens trahitur ad alterum non priuilegiarium: sed hic pro vectura mercium vectigalibus manet obligatus. Bald. ad l. 3. Cod. De naut. fœn. Atque ita Burdigalenses Patres iudicasse 7. Kal. Iunias, an. 1531. testatur Boërius, qui huic iudicio non solùm interfuit, sed etiam præfuit, eodem in Senatu Aquitanico Præses. Decis. Burdigal. 300. Parte 2.

Regiæ collationis beneficia, Graduatis non sunt affecta §. Item quòd dicta De annat. Et §. Itẽ quòd ad dictas De collat. Ibique Glo in ver. Ecclesiastico In Pragm. sanct.

In re communi indiuisibili priuilegiũ alicui competens prodest eius consorti non priuilegiario, l. Si communem. D. Quemadm. seruit. amittan. Secus in re diuisibili.

Tholosanum Arestum.

Decretum Curiæ Burdigalensis, die 26. Maij an. 1531.

Ad alia transitum faciam, postquàm istud obiter adiecero, patronis Templorum specialiter tributum, vt de gradu & honore sessionis in Æde sacra experian- 15 tur Interdicto, Vti possideris. Nam alioqui de loco sacro, cuius possessio non admittitur, nec Prætor quoque interdixit in gratiam priuati occupantis, nec ex iure manu consertum vocari quenquam permisit, aut iusto sacramento contendere.

Pro iure honorifico competit possesso-

Atilli

At illi ſuccurritur honorario Iudicis officio arbitrio. Vt ſcitè, concinnèque Baldus rem dirimit in Cap. Licet cauſam. De Probat. Faber & Angel. in §. aliam verò. Inſtitut. De bonor. poſſeſſ. Iaſon in l. Si non ſortem §. Libertus. ff. De condict. indeb. Chaſſeneus in Conſuet. Burgundiæ. Tit. De Feudis §. 4. Deinde in profanis Theatris, quàmlibet publicis, fateor lege Othonia ſancitum, ne quis cum ordine Equeſtri ſederet, niſi ſeſtertiûm quadraginta millia poſſideret. Nec inficior, P. Africanum Conſulem in Orcheſtra, ludorumque ſpectaculis, Senatorum ſubſellia à populari conſeſſu ſeparari iuſſiſſe.

rium remedium (ait Baldus) ſi illud ius habeat in ſe vtilitatem, vel ſapiat obedientiam: In alijs autē honoribus, qui procedunt à bonis moribus tantùm, datur dūtaxat officium iudicis Iacob. de Sācto Gregorio, in Tract. Feudor.

At non iſta ſibi Templum ſpectacula poſcit,

In quo nempe, ſupremi Numinis, non hominum theatralis, celſitudo ſpectatur, Maieſtas colitur, & æqua conditione mortales opificem ſuum, protoplaſten DEVM ſummiſsè venerantur, abiecto ſeſſionis ac exhedræ cuiuſdam honorariæ faſtu. Nullæ enim diſcretæ ſunt inuicem Chriſtianorum ſedes in Fanis & Aris DEO dicatis, niſi quas Clemens I. P. P. inter Clerum pſallentem, & Plebem orantem poſuiſſet. Verumtamen in ſimili cauſæ argumento, ſecundùm patronum Ædis paræciacæ Curia pronuntiauit. Decreto in publica forenſi Actione prolato, Nonis Martiis, an. 1570. quùm Nos pro Stephano *Dalence*, & Geleus pro Mathurino *de Broc*, longa oratione dixiſſemus. Cuiuſmodi Decretum hac imprimis ratione defenditur, quia fundus & area Templi, antequàm Diis Superis ſacraretur, nexu & mancipio patroni tenebatur. Credendum eſt ergò (vt patroni ad extruenda delubra incitentur alacriùs) ſedendi eminentiam quandam ab ipſis in fundi traditione receptam fuiſſe. Cap. Nobis. De iur. patron. & ibi Abb. Quò alludunt ſancti Canones, Filiis vel nepotibus, Piæ mentis, Frigentius, alijque conſimiles Cauſa 16. Quæſt. 7. Bartolus expreſſim de hoc Interdicto, pro ſacræ Baſilicæ patronis, in l. 1. §. per hanc. ff. De rei vindic. Ex l. In rem §. loca ſacra. D. eodem. Rochus in Tractat. Iuris patronat. In verb. In Eccleſia. Quæſt. 6. & 7. Panorm. ad Cap. Quanto. De Iudic. Congruit his regium Edictum menſ. Sextili, an. 1539. quod Franciſcus I. in Celticam Britanniam emiſit, ob crebras Armoricæ Nobilitatis controuerſias de honorificis illis in Templo prærogatiuis. Eo igitur Edicto, quod Nannetibus promulgatum eſt in *Parlamento Ducali* (an. quo ſuprà) inter alia ſancitum legimus, hoc modo. *Item & par ce que par cy deuant ſe ſont trouuees innumerables contentions, debats & differents pour raiſon des preeminences & prerogatiues de nos ſubiects dudit Pays, qui ont indifferemment pretendu droict au dedans des Egliſes parochiales & autres Egliſes dudit Pays : dont ſont aduenuës pluſieurs forces & violences, au grand ſcandale deſdites Egliſes, & perturbation du diuin ſeruice. Nous auons declaré, ſtatué, & ordonné, que aucun, de quelque qualité ou condition qu'il ſoit, ne pourra pretendre droict, poſſeſſion, auctorité, prerogatiue, ou preeminence au dedans deſdites Egliſes, ſoit pour auoir bancs, ſieges, oratoires, eſcabeaux, acoudouers, ſepultures, enfeuz, liſtres, armoiries, eſcuſſons, & autres enſeignes de leurs maiſons : Sinon qu'ils ſoient fundateurs ou patrons d'icelles Egliſes, & qu'ils en puiſſent promptement informer par lettres, tiltres de fundations, & ſentences donnees auec cognoiſſance de cauſe & auec partie legitime. Item & outre le cas deſſuſdit ne ſeront receuz nos ſubiects dudit Pays à faire ne intenter aucun procez pour raiſon deſdits pretenduz droicts, & declarons nulles toutes les procedures, qui ſeroient ſur ce faictes, &c.* Nec multò aliter in Ethnicis phanis Plinius cenſuit, antequàm certò conſtitui aliquid poſſet, diſpiciendum, quæ lex dicta Templo eiuſque dedicationi foret. Hanc tamen dedicationem, quæ fieret Iure Rom. Traianus reſcripſit, ad ſolum peregrinæ ciuitatis non pertinere, lib. 10. Epiſt. 58. & 59.

Areſtum Pariſien. die 7. Mart an. 1570. pro patrono Eccleſiæ.

Patronus Eccleſiaſticus poteſt exigere rationem de temporalibus Eccleſiæ, cap. Cùm & plantare §. In Eccleſiis De Priuil. De laico autem patrono, vide Rochum Curt. De Iur. Patron. In ver. Et vtile. Quæſt. 1. In fi.

Edictum factum à Villiers Coſteretz.

Alius etiam, præter Templi patronum & fundatorem, nō habet ſepulturæ præeminētiam nec ſedilium, in Æde ſacra, etiam ipſemet ſepulchrum ædificaſſet, ſedeſvè poſuiſſet. Abbas in Cap. penul. De Sepult. Rochus Curt De Iur patron. In Ver. In Eccleſia Quæſt. 6. & 7.

16 ITAQVE ex pari honoris contentione, interfata eſt Curia Rhedonenſis de præiudiciali ſtatu patroni, conditoriſque ſacræ Ædis, vt litigator vterque veteres Ditionis ſuæ, & patronatus tabulas in ius proferret, ac deinde iuſto patrono fundatorique controuerſa præeminentia addiceretur. Decreto Pridie Calen. Octob. an. 1567. inter Bertrandum *du Rouure*, & Iohannem dominum *de Coueſquen*, de eo honorum iure inuicem altercantes. Quod literis prodidit Natalis *Du Failh*, regius Senator Britonicus, In Gallicis ſuis Rerum Forenſium Miſcellaneis. Britones enim imprimis Delubra fundanti gratificantur, multaque deferunt iuriſdictionis locorum Inſignia, quæ enumerat Armorica lex Municipalis, §. 369.

Areſtum interlocutorium Senatus Britanniæ, die 30. Septembr anno 1567. *ſur le fait des preeminences de l'Egliſe S. Pierre de Pleſguen.*

Les preeminēces d'Egliſe en liſtres, tymbres, armoiries, hon-

neurs, &c. appartiennent aux Seigneurs Chastellains.
Tours.
Lodun.

At deficiente, incognitóve patrono, prædicti honorum tituli adplicantur regulariter dominis Castellariæ, sublimisvè Iurisdictionis. Turonensi Consuet. & Iuliodunensi. Tit. De Iuribus domini Castellani. Verumtamen fiduciario emptori regiæ cuiusdam Iurisdictionis non licet, honorarias Familiæ suæ Notas sacræ loci Basilicæ imprimere, quasi puro perpetuoque domino proprietatis. Rex enim permanet dominus eiusce Territorij Iuridicus, nequicquàm pugnante temporaria illa Rei oppigneratione. His consonant notata à Bartolo in l. 2. ℔. De operib. publ. nominatim loquente de Insignibus & armis domus, quæ Sacello ab aliis condito imponantur. Quocirca Senatui placuit, tolli delerique gentilitias imagines, ac vitam lugubrem Phanum ambientem, quam ipsi appingendam curarat temporarius successor Fisci. Saluo eo, vt iste paulùm erecto posti ligneo gentilitia sua Insignia, Regiis vtique superpositis, insculperet. Iudicato post forensem patronorum actionem. 3. Non. Maias, an. 1554. aduersus Dominam Iuridicam Louresij Parisiorũ agri, ex fiduciaria Principis venditione. Cæteroquin profanis ordinis viris interdictum non est sui impressione Nominis, Armorumque sculptura in Ædibus sacris. Vtì à Panormit. & Hostiensi notatũ est, ad Cap. Abolendæ De sepult. Tùm à Cepola in Tract. De seruitut. Cap. De pictura. Secundùm quæ pariter, Gratianopolitani Patres censuerunt: Scriptore Francisc. Marco, eiusdem Curiæ Consiliario, in Delphin. Decis. 275. Parte 1.

Armoiries, & Listres de funerailles, armoyees à l'entour de l'Eglise.

Decretum Curiæ, die 5. Maij, an. 1554. *contre la Dame de Louuiers en Parisis, par engagement du Roy.*

Curiæ Paris. Arestum *en plaidant*, die 22. Iun. 1582. ex appellatione *des Presidiaux d'Auuergne à Rion.*

17 VRBANÆ autem ciuium inuicem, de Sedibus in Phano quolibet, liticulæ, ita vulgò dirimuntur Senatoria Parisiorum æquitate, vt qui, prærogato in Templum munere aliquo, perdiu sedile & scamnum in eodem retinuerint, à nouis incolis depelli nequeant, alioque migrare cogi obtentu Dignitatis istorum, vel suffragij Æditourum accessione. Sicuti à PATRIBVS CONSCR. pronuntiatum fuit 10. Calend. Quintiles, an. 1582. Orante Me pro regiis Magistratibus Ricomagi Aruernorum: Arnaldo, contrà, pro Anton. Forgeto, & N. Godiuella, matre. Id quod ad secundam quoque antiqui parœci coniugem produxit Senatus. Decreto in causis agendis. 7. Iduum Martiar. an. 1581. post forensem Othomani, pro appellantibus, Orationem: & DuLaci, pro aduersariis. Hoc ampliùs, liberis defuncti parœci seruatum est à Conscriptis Curiæ ius paterni sedilis in Æde sacra, nihilsìm obstante eius scamni, in potentiorem, donatione Æditourum: hoc tantùm subiuncto liberis onere, vt pia quadam æris collatione in Ecclesiam defungerentur. Aresto 7. Idus Apriles, an. 1601. in Tribunalitia Curiæ classe, cui Dn. *des Landes* senator litis seriem totam explanabat. Quinetiam veteri possessori redintegrata est sacræ sedis possessio, qua, ab Æditu is simul, & nouo parœco deiectus fuerat, tametsi in Ecclesiam largitore aureorum numûm 200. Iudicante Lutetiano Senatu, ex publica patronorum dissertatione, Roberti, pro Dn. Picardo Curiæ Consiliario: & Audom. Talæi, pro Æditu is Fani Paulini, apud Lutetiam, Calendis Iuniis, an. 1601. Demus insuper, fœminarum liberos, in familia ipsarum esse non videri, nec ex feminis natos, immunitate frui, generi ac posteris data l. familiæ appellatione. ℔. De verb. signif. l. 1. §. vlt. ℔. De iur. immunit. l. vacatio. ℔. De muner. & honor. Placuit certè Parisien. Senatui, ab fœminis ortos vti iure sepulchri familiaris. Graui S. C. facto 7. Iduum Septemb. an. 1604. ad prouocationem ex Iuridica Forensiorum Præfectura: secundùm Iohan. Alardum, contra Rochum *de la Berardiere*. Iuxta Vlpiani legem, Vel quod paterfamil. §. liberis autem cuiuscumque sexus, vel gradus idem ius concessum est. ℔. De relig. & sumpt. funer. Porro supradicta cessant in singulari successore, qui emptis parœci vrbanis ædibus, eiusdem quoque sedem parœciaco in Templo, præoccupatum velit, ex quo venditor aliam in vrbem domicilium transtulerit. Illum quippè Lutetiana Curia nouo alteri parœco postposuit, qui ab Æditu is vacuum interim sedile comparasset. Iudicato 3. Nonas Decembr. an. 1580. inter Catharinam Filloliam Iani Chandonis vxorem, Magistri libellorum supplicum in Regia: & Gabrielem Mesmium, senatorem, qui Sententiam, à qua prouocatum fuerat, tuebatur.

Placitum Curiæ, *en plaidoirie*, die 9. Mar. 1581. *pour M. Franç. de la Roche, procur. en Parlemẽt, & les Marguliers de S. Barthelemy à Paris, appellans du Preuost de Paris.*

Iudicium Curiæ, die 7. April. 1601. inter Petr. Barbierum, appellantem à Sententia Requestarum Hospitij regij, & Dn. Colinum, Curię Consiliarium, intimatum. *Touchant vn siege en l'Eglise S. Sulpice és fauxbourgs S. Germain des Prez.*

Decretum Curiæ, die 1. Iun. 1601. confirmans Sententiam Præpositi Paris. Senatus Decretum, die 7. Sept. 1604. confirmans Sententiam Bailliui *de Forests* latam, die 7. Ianuar. eod an. *sur vn droict de siege, banc & sepulture en vne chapelle de l'Eglise parochiale de S. Estienne de Furãn en Forest.* Dn Huraldo relatore in 4. Camera Inquæstarum Curiæ.

Iudicium Curiæ *sur procés par escript des Requestes du Palais*, die 3. Decemb. 1580. Quo intimatus obtinuit, *touchant vn bãc en l'Eglise S. André des Arcs, à Paris.*

Tit. XX.

DE ALTA IVRISDICTIONE DOMANIALI.

1 *Generali Fiscalium prædiorum concessione, neque altam Iurisdictionem, nec feuda nobilium, nec patronatus iura comprehendi.*
S.Consultum, Donatione Castri cum territorio, merum Imperium non contineri.
Magistratuum, & apparitorum creationem, inter Regalia numerari.
Palatinorum Officia, vnde originem traxerint, & cur dicti illi.
2 *An Regio Castro alienato, plena iurisdictio translata censeatur.*
3 *Iurisdictioni, cum* Domaniali *fundo, à Principe concessæ, iurisdictionem Decurionum Edicto abrogatam adcrescere.*
4 *Publicum Ciuitatis Consilium, Regibus acceptum ferri oportere.*
5 6 *Varia* Scabinorum, & Maioris *origo, in varijs Franciæ vrbibus.*
7 *Quando, quibus Ciuitatibus, & à quibus Regibus data Iurisdictio.*
8 *De Vrbibus, quæ eodem iure ciuilium Comitiorum, ab inferioribus Rege Proceribus donatæ sunt, deinde à Regibus comprobato.*
9 *In regio Patrimonio iurisdictionem aliquot Vrbium Aedilitiam censeri.*
10 *De vrbibus, quæ Iuridicum munus vel Regi remiserint, vel auferente eo, amiserint.*
11 *Vrbium Decurionibus, Politiæ exercitium, Gladijque potestas, à Principe reseruata.*
Senatus decreta, de ciuili Iurisdictione Scabinis *Vrbium abrogata.*
12 *Externarum Ciuitatum publica Consilia, cum nostris comparata.*
13 *Decuriones, nouo cuique Regi, cum reliquis subditis, erogando muneri obnoxios esse, malè creditum.*
Reges, initio Regni, Prouincias suas lustrantes, hospitio excipi, alimentaque ijs gratuita procurari olim consueuisse.
De Gisto & Procuratione, *iure regio.*
14 *Iurisdictionem, in priuatum venditione fundi translatam, non priuati, sed Regis nomine exerceri.*
Arestum, in causa Castri-renaldi de Principe empti.
Principem, ditione Fiscali redempta, Magistratus ab emptore vacuæ iurisdictioni suffectos, Officio non abdicare.
15 *Iurisdictione Regi & priuato alternis annis competente, casuum regiorum notionem, & mandatorum superioris Iudicis executionem ad solum iudicem Regium pertinere.*

1 NVNC TRACTEMVS, an Fiscali Ditione alienata, nihilo magis emptori transcriptum dicatur ius Gladij, quàm patronatus clientum, & Templorum, de quo proximè à Nobis disceptatum est.

En tibi in procinctu Constitutio elegans Philippi Pulchri, regia fundorum concessione generatim concepta, sublimem Iurisdictionem, feuda nobilium virorum, iuráve patronatus minimè comprehendi: Die profesto B. Magdalenes, an. 1311. Quæ quidem Constitutio in priscis Rationalium Parisiensium Commentariis inuenitur. Ibidem descriptum produnt anterius S. C. factum an. 1262. (fol. 194. Libri Cameræ Ratiociniorum) & legi inter Collectanea Matthæi Quadrigarij, alterius Fori nostri Sceuolæ; his verbis: IN DONO A REGE FACTO CVIVSCVNQVE IVRISDICTIONIS, ALTAM IVSTITIAM NON COMPREHENDI. Quò accedit Baldi sententia, donationem Arcis Regiæ cum Territorio, meri Imperij fasces non complecti. In Cap. Quanto. De Iudic. Nisi forsitan sacræ Ecclesiæ fauore, cui datus sit à Principe fundus, Regula hæc temperetur. Vt Oldrado placuit, Responso 252. Huc perti-

A Iure patronatus, ad merum Imperium transitio.

Indefinita Regij patrimonii alienatione. Merum imperium, seu Altam iurisdictionem non transferri: Nec Regalia etiam iura, vt pro Foroiuliēsi Prouinciæ Ciuitate contra eiusdem Episcopum scripsit Boërius in Burdigal. Decis. 50. Quamuis Steph. Bertrand. pro Foroiul Episcopo tenuerit, In Consil. 276. Volum. 3. De qua Foroiul. lite Aresta citauimus suprà lib. 2. tit penul. art. 17.

Matth. *Chartier*, nuper Curiæ Aduocatus.

net, quod Magistratuum creatio, qui ei iurisdictioni præsint, inter Regalia numeratur. l. 1. De Ad leg. Iul. de annon. Quinimò Arimaniæ officia apparitorum, qui ipsis Magistratibus dicto audientes sunt, singularia olim ferebantur Principis dona ac munera: non minùs quam sacra Palatia in maioribus Oppidis, Καισάρων ἑστίαι, Plutarcho dictæ in Galba, quæ à Monarchis eximio quodam iure occupantur. Cap. 1. Quæ sunt Regalia. In Feud. Vnde etiam traxêre originem Palatina quondam officia, à Iul. Capitolino sic nominata, Officiales Aulici & Imperatorij, putà Silentiarij, Castrenses sacri Palatij, Castrensiani, alijque, ex quorum functione paulatim, Supremæ Iurisdictionis exercitiũ, Officialiúmque ipsius ministeria, fuêre stata temporum vicissitudine constituta. Vt inquit Capitolinus in Galieno, & Procopius, de Silentiariis, lib. 2. belli Persici. De Castrensibus l. 3. De Priuil. cor. qui in sac. palat. Castrensianos vero ministros Palatij profert Rubrica De Castrensian. & minister. Lib. 12. Cod. Ac vniuersim Palatini omnes, qui eunti Romano Cæsari præsto aderant, Comites seu Comitatenses nuncupati. Hinc quoque coniectura ducor, Rheni Comitibus, Sequanorum, Briæ ac Campaniæ, Hannoniæ, additos Palatinorum titulos egregios, quòd in Palatinæ Augustorum aulæ comitatu officiosè versarentur. Inde & Palatij Regalis Comites, in Gallia, vocati Romulfus quidam, & Trudulfus vicissim sub Childeberto Rege: Apud Gregorium Turonensem, qui Florentianum pariter tradit, MAIOREM PALATII seu Regiæ domus extitisse. Lib. 9. Histor. cap. 12. & cap 30.

Palatia Regum, in quibus, vt plurimum à Magistratibus regiis iã olim ius redditur, & iurisdictio exercetur.

Comte Palatin du Rhin, Palatin de Bourgongne, Palatin de Brie & Champagne, Palatin de Haynault.

2 INTERDVM tamen regia Castri alienatione, translata censetur iusta plenaque iurisdictio, quæ Castro adhærebat: siquidem præcipua huius vtilitas & reditus ex iurisdictione constet. Vt Nobis dicentibus, iudicatum à Curia, retulimus cum Die & Consule, Lib. 1. De LEGIBVS ANDIVM, Cap. 42. Artic. 2. vbi Nos hac de re plura. Ponamus enim, Ius CORONÆ adscriptum, in priuatos nunquam tacitè transmitti, quale Rex specialiter non videretur concessurus, l. 1. Cod. Quæ res pign. l. Obligatione. ff. De Pignor. Ruzæus Priuileg. 16. Regaliorum. Prædiaria certè iura, quæ prædio cuidam potiùs, quàm Sceptris purè adiuncta sint, faciliùs transeunt in successorem Fisci. Cuiusmodi est Iurisdictio loci, patrimonialis, & fundo cohærens. Vtì sub hac distinctione fassus est ingenuè Aduocatus Fisci in Senatu Parisien. cùm de regiis ponderibus & mensuris causa ageretur (quæ in concilium missa) inter Procomitem Augi, Normanicæ ditionis, quam à Rege fiduciariam acceperat Dux Monpenserius, & Heroidem Tuteuillanam, xi. Calend. Ianuar. an. 1556. Licet enim feudum nil habeat cum Iurisdictione commune, vt qui *Feudarius*, idem Iuridicus dominus existimetur. (Cap. vn. Qualiter iurar. deb. vasall. domin. fidel. In Feud. Bald. in l. A procuratore. Cod. Mand. Oldrard. Consil. 179.) Si tamen Feudo nexa sit olim Iuridica potestas, receptum est, transcripto huiusmodi prædio dominante, Iurisdictionem quoque transcribi. Vt vult Molineus ad Consuet. Parisien. §. 1. Gloss. 5. col. 48. Planè in controuersa Iurisdictionis proprietate inter Regem & priuatum, ille interim ius dicit solus pro maiore imperio, neque in hunc transfertur possessio, donec summa lis vltimo iudicio definiatur. Quemadmodùm priscis S. Consultis decisum fuit in *Parlamento* Pentecostes, anno 1280. & in *Parlamen.* omn. Sanctorum, an. 1291. quæ Regesto Curiæ, *Olim*, perscripta voluuntur. Regiæ enim cumprimis partes sunt, Iurisdictione fungi: quam & inferiores Reguli omnes Regio beneficio exercent, ceu Regis beneficiariam. Vtì apparet ex Stylo Parlamen. §. 10. Tit. De casu nouitatis. Si tamen spontanea litigiosæ rei decisione, Rex priuato Magnati dimittat fundum, huiusque iurisdictionem Regiam aliò transferat nuncupatim, tunc ex circunstantibus causis rata manet Pactio eiusmodi. De Arminiaco putà Comitatu, quem Fisco quæsitum asserebat publicus Actor, Iani Arminiaci Comitis perduellione, sic egit Franciscus 1. Rex cum sororis suæ viro Carolo Alenconio Duce, Arminiacæ stirpis hærede, vt coniuges ambo eum Comitatum optima maxima conditione tenerent, alioque traducta Regia Sede iuridica, suam ac Dominicam inibi solido iure collocarent. Saluo vtique, ac recepto, Principi suisque Magistratibus ad Ditionem illam regressu, siquidem coniugum vterque, è viuis, nulla relicta prole, decederet.

Haute Iustice.

Viscomte d'Auge, en Normandie.

Die 22. Decembr. an. 1556. *Arrest d'entre la Dame de Touteuille, & le Viscomte d'Auge.*

Francicæ Iurisdictiones, Principis Feudariæ.

Maria Armeniaca, Iani Comitis Arminiaci filia Alenconio Duci Iohanni nupta an. 1451. fuit auia Caroli Ducis vltimi, qui Margaridem Valesiam, Francisci 1. sororẽ in matrimonio habuit.

ret. Transactione inita Decembr. mens. an. 1516. Quæ Prætoriano in Consilio promulgata est, ex Rescripto postridie Calend. Martias eiusd. anni. Vt Tabulario Nauarricæ generis regiæ testatum habemus.

Die 2. Mart. 1516. Inuentarium inuolotum *de la Maison de Nauarre*.

QVOD si nominatim datum sit à Principe ius Gladij vnà cum fundo vel oppido, dubitatur, an eidem accrescat Ædilitia Oppidi iurisdictio, quam, post regium illud Munus, Princeps Decurionibus vrbium abrogarit, artic. 71. Edicti Molinensis, an. 1566. Dixerit enim Procurator Fisci, deficientem tunc popularem Oppidi Iurisdictionem, id est, eius commoda fructusque deuolui ad Fiscum Principis, non ad regij Oppidi donatarium, qui suis finibus circumscripto iure suo ac modulo contentus esse debeat, inspecto tempore Regiæ donationis l. Rutilia Polla. ff. De contrah. empt. l. Vicinis §. vlt. ff. De aqua pluu. arcen. Nimirùm vt mulctæ nummariæ, & aduentitij alij Tribunitiæ illius iurisdictionis reditus percipiantur à Regiis Quæstoribus, non ab illo Principis beneficiario. At mea fert opinio, iurisdictionis incrementum cum sua omni causa, rei purè accedere, non personæ i. regium Tribunal augere, compendio & emolumento cuiuscunque illius possessoris, nec præcipuo quodam iure Principi vindicantur. Vlpiani ratione in l. Si totam & l. Qui ex duabus. ff. De acquir. hæredit. Vbi deficientis portio in hæreditaribus adiicitur portioni, non personæ. Atqui Iuridicum imperium, quo Tribuni plebis antehac prædιti erant, veriùs appendix fuit regiæ Iurisdictionis i. munifico Regis concessu olim Decurionum Ordini attributa, disiunctim excolenda, separatimque à Regio Foro iudiciali. Item iurisdictiones quodammodò seruitutibus exæquantur prædiariis, in quibus est iuri non decrescendi locus l. Proprium. D. Commun. prædior. Bartol. ad l. 1. §. Iulianus. ff. De itin. actuque priu. Quin & Edicto illo Molinensi cauetur speciatim, Ædilitiam hanc iurisdictionem ordinariis Iudicibus aduolui & accrescere. Igitur ordinario & antiquo iure regio. Quod vt perspicuè magis elucescat, Forensis controuersiæ summam accipe. Belgicus Pontiuensium Comitatus, fuit priuata quondam Roberti Comitis ditio: ad quem scripsit Iuo Carnutum Pontifex, Epist. 149. Circa annum 1090. Alios necnon Pontiui Comites memorat Sigebertus in Chronico ad annum 1169. & 1172. At Comitatu deinde in Fiscum redacto, ibidem Princeps abrogauit suam Iuridici minoris Iurisdictionem, vt consimilium aliorum. Sanctione Aureliæ lata annum 1560. Artic. 49. Rursus Molinensi Constitut. aboletur Decurionum Pontiuensium iurisdictio in pecuniariis litibus, & regio Tribunali ordinario adplicatur. Cit. artic. 71. Postero anno, instaurat Princeps, in lucemque reuocat inferioris illius Præfecti iurisdictionem: Edicto mens. Decembr. an. 1567. Pro isto igitur Præfecto, Danesius sic egit apud Conscriptos Patres, ordinariam esse iurisdictionem suam, postliminio restitutam à Principe: Ergo Molinensis Edicti verbis, Iuridicam potestatem quæ Plebeio magistratui adempta sit, Foro suo attributam videri: neque hanc ita verè accessionem dici, quàm Regij iuris antiquissimi repetitionem, renouationem. Brissonius, contrà, pro superiore Præfecto Municipij, Egoque, pro Inquisitore maioris illius Præfecturæ, spectandum tempus Legis Molinensis, qua ius accrescendi ordinariis Iudicibus delatum sit: Eo temporis puncto, nullum fuisse in vrbe minorem Iuridicum: Nouum hoc adesse Ordinariis additamentum, seu acquisitionem factam, Tribunitiæ iurisdictionis abrogatione. Ad eam itaque, posteriorem Iuridici minoris restitutionem trahi retrò non debere. Senatus, popularis Iurisdictionis adiectionem Regio Foro, censuit pro nouo & extrinseco incremento accipiendam non esse, sed in regium ius reuersionem potiùs, ac consolidationem. Decreto 3. Idus Decembr. an. 1570. Abbæuillani vtique illius Decurionum Ordinis auctor cietur Ianus Pontiui Comes, Vrbanæque illorum Iurisdictionis, de re mobili, in personam Actione, de criminibus, ac ciuium Politia. Authenticis tabulis, 5. Iduum Iuniar. an. 1184. quas Philip. Pulcher sanxit, eiusque gener Britannus rex, vxorio nomine Comes Pontiuensis, tum Ianus Galliæ Monarcha an. 1350. Ast Iuridicum hoc imperium, Popularia licet Comitia agnouerint in patriis Moribus emendandis an. 1507. coarctauit Lutetianus Senatus Politico Vrbis suburbanique Agri regimine, ac Ædilibus forensem pecuniæ de re co-

De iure accrescendi in Regia iurisdictione.

Edictũ Molinense *sur le reglement de la Iustice*, quod aliud est ab Edicto Molinensi lato pro conseruatione Domanij Regis: licet vtrumque Molinis eodem mense & anno conditum sit.

Ciuilis iurisdictio ablata est Edicto Scabinis vrbiũ, remanente penes eos Politica, & criminali iurisdictione.

La Preuosté Royale d'Abbeuille, en Ponthieu.

Renouata penè omnia Regiorũ Magistratuum munera, quæ priùs suppressa fuerant. Edicto mens. Decẽbr an. 1567. Sed hoc in Metropoli cuiusque Prouinciolæ: In minori autem regio foro, nec Præsidali, inferiorũ Iudicum potestas non est in vsum reuocata. Edicto mens. Februar. an. 1569.

Les Seneschal & Enquesteur en la Seneschaucée, contre le Preuost Royal.

Preuost Royal.

Arestum Curiæ, die xi. Decẽb. an. 1570.

Abbæuillæ Maior & Scabini, obtinuerunt ciuibus vniuersis omnium immunitatem Tailliarum. Regiis literis mens. Octob. an. 1582.

Die 9. Iun. 1184.

Aux Vsages locaux de la Ville & Banlieuë d'Abbeuille, arrestez l'an 1507. au bout de la Coustume generale de la Seneschaucée de Ponthieu.

Placitum Curiæ, en plaidant, die 7. Mart. 1600.

S. Esprit de Rue.

Iudiciū Curiæ *aux plaidoyries du Roolle d'Amiens*, die 26. Ianuar. 1598. *Touchant les Escheuins de la ville de S. Esprit de Rue.*

gnitionem omnem abrogauit S. C. facto Nonis Martiis, anno 1600. post egregiam Dolei, pro regiis Magistratibus: & Arnaldi, pro Decurionibus Vrbis, dissertationem. Abbæuillæ autem finitimo in Oppido Ruta, Vilhelmus Comes simile instituit Ædilitium Collegium. an. 1210. Sed quùm huius Decuriones Oppidi, viui olim non mouerentur Ordine, decreuit Curia Parisiorum, ciuile istud Munus, annuum fore in posterum, Abbæuillani instar, non perpetuum. Iudicato in Ambianis causis agendis, septimo Kal. Februar. An. 1598. Quùm Richeletus, pro appellante: & Oysellus, pro aduersa parte, dixissent. Vetus certè hoc almi Spiritus Rutæ oppidum, palam indicant Historica Frossartis de eo scripta, in procinctu Creciacæ lugubris Gallorum pugnæ cum Britannis An. 1346. Volum. 1. Cap. 127.

Origo Collegij Decurionum Vrbanorum.

Lege Regia omne imperium Pop. que potestas in Cæsarem translata §. Item & quod Principi Inst. De Iur. natur. gent. & ciu.

Austun.

Maiestas Populi, Auctoritas Senatus.

Lex Horatia Romæ, vt quod Tribuni Plebiscitis iussissent, populus teneret.

Die 9. Augusti, an. 1371.

Die 5. Aug. 1390.

4 ENIMVERÒ (si paulùm digredi liceat in Decurionum iura) innumeris rerum exemplis testatum habemus, publicum Ciuitatum consilium Regibus acceptum ferri oportere, nedum iuris dicundi Potestatem. Demus enim, Primores quondam Vrbium deligi solitos quotannis, qui in singulos iura redderent, florente tum populari Galliarum Politia: Vt auctor est Strabo Cappadox, Geograph. lib. 4. Fateamur itidem, Vergobretum antiquitùs Flauiæ Heduorum præfuisse, plebeium Magistratum: De quo Cæsar, lib. 6. Belli Gallici. At deinceps Populi maiestate translata in Principem Lege Regia, solus hic

Iura Magistratúsque legit, sanctúmque Senatum.

Ab eodem impetrata sensim Decurionum Collegia, ius comitiorum vrbanorum, Ædilitia quædam potestas Iuridica, exercente Tribuno plebis, Ædilium præfecto, quasi ex Horatia Lege. Hos vulgus MAIOREM ET SCABINOS appellat: Maiorem videlicet, vsurpato vetere Germanorum vocabulo: SCABINOS autem, Iudicum nomen, quod retinuimus, ex Hebraïca lingua deflexum.

Die 9. Nouembr. an. 1465.

Die 12. Iun. anno 1512.

Die 15. Nouemb. an. 1547.

Ordonnances de la Ville de Paris.

Cæsaromagus, Ptolomæo, Bellouacorum vrbs.

Mante.

Compiegne, à laquelle ville Loys le Ieune accensa sa Preuosté Royale, pour 144. liu. 9 sols, annuels, & son droict de Minage des bleds de Compiegne, pour 30. muyds, &c.

Die 26. Aug. anno 1449.

S. Iehan d'Angeli, priuilegié, comme Rouen.

Amiens.

Crespy, en Vallois.

Phil. August.

Droict de commune.

Boiscommun, *au Baillage d'Orleans.*

Die 16. Ian. 1580.

Peronne, à Phil. Augusto ornata Collegio Scabinorum Vrbis.

5 PROINDE nunc Ædiles Plebis suas origines priuilegiaque deducunt Lutetiani à Philippo Augusto, qui & ab eius posteris varia donati sunt immunitate. Caroli quinti Rescripto 5. Idus Sextiles an. 1371. Caroli 6. Nonis Sextilibus, anno 1390. Ludouici vndecimi 5. Idus Nouembr. an. 1465. & Septembr. mense, an. 1474. Ludouici XII. Pridie Idus Iunias, an. 1512. Francisci 1. mense Aprili, an. 1515. & Errici secundi, 17. Calend. Decemb. an. 1547. Quæ omnes Priuilegiariæ Regum tabulæ voluuntur in Lib. ciuilium & vrbanarum Lutetiæ Constitutionum. Bellouaci autem, Ludouico septimo & Augusto eius filio debent Ædilitij sui Collegij institutionem. Literis Authenticis, anno 1151. & 1182. quas manibus tenemus. Meduntæ vrbis Decuriones eundem Ludouicum septimum, laudant auctorem. Codicillis an. 1150. & 1163. probatis Augusto filio, an. 1201. 1204. & 1211. tum Ludouico 9. anno 1265. Philippo 3. anno 1274. Carolo Quinto, an. 1376. Sexto, anno 1381. Septimo Calend. Septembr. an. 1449. Compendium ad confluentes Axonæ & Esiæ amnium, sumpsit à Carolo Caluo ciuilia prima & vrbana Priuilegia, quæ Ludouicus 7. adauxit an. 1179. Eam vrbem Caluus à nomine suo Carolopolim voluit nuncupari. Porro apud Fanum Iohannis Angeliaci Santonum, Philippus 2. creauit Decuriones vrbis cum suo ipsorum Præfecto, additis paribus Rothomagensi ciuitati Priuilegiis, an. 1204. Quæ Philippus 6. rata habuit, an. 1331. Ex contextu Angolismens. Chronicorum. Ambianos item Philippus 2. exornauit Tribunitio Plebis collegio, an. 1209. Cui Philippus 4. adiecit egregias Politiæ seu Curationis rerum Ciuilium prærogatiuas, an. 1292. Philippus 6. an. 1339. Ludouicus xi. an. 1476. & Franciscus 1. an. 1545. Cresipiacensi rursus Valesiorum oppido Philippus Theodotus irrogauit ius publici ciuilisq; Consilij, quod IVS COMMVNIÆ vocant. Ab eo pariter Bosci-Communis Aureliorum oppidani repetierunt singularia iura pleraque, scriptis consignata an. 1186. quæ Ludouicus antea Philippi parens illis concesserat. Hæc priuilegia Ianus 2. sanxit & innouauit Aprili mense, an. 1351. ac consequentes Reges, Mart. mense, an. 1559. & mens. Martio, an. 1579. Rationalium Decuria postremum de iis Rescriptum promulgante 17. Calend. Februar. an. 1580. Sic Peronæ Veromanduorum

romanduorum Philippus 2. dedit ius vrbani Comitij, liberumque Plebeij Magistratus designandi suffragium.

6 PRÆTEREA Montisdesiderij Ciues seruant Ædilitiæ suæ iurisdictionis, priuilegiorumque tabulas Philippi 2. an. 1195. Philippo 4. adprobatas. Iunio mens. an. 1297. Qua de Iurisdictione, regij muneris, prolatum Arestum in Parlamen. omnium Sanctor. an. 1278. extat in calce Styli Senatorij, Parte 7. (& 4. Idus Decembr. anno 1585.) Ibidem de Syluanectensis *Scabinatus* Charta regia, proditum est Senatorium vetus Decretum in Parlam. B. Magdalenes, an. 1277. Matisconensi planè vrbi Decurionum ordinem accessisse ex Phil. Valesio, testatur Diploma mens. Februar. an. 1346. quod ad verbum recensuit Petr. SanIulianus in Lib. Matisconensium Antiquitatum. Angolismensi verò ciuitati Carolus v. præbuit consimiles Santangelianæ prærogatiuas, cum Ædilitia potestate, an. 1373. Quibus, haud absque insigni auctario, subscripsêre Carolus 6. Ludouicus 12. & Franciscus 1. Reges. Sicuti Engolismen. Rerum scriptor enarrauit. Monstroliensi oppido maritimo Carolus 7. permisit liberam solutamque optionem annuorum vrbis Decurionum. Sept. mense, an. 1451. Dein loci incolas Ludouicus xi. variis cumulauit Priuilegiis, 6. Iduum Sextilium, an. 1464. & Quintili mense, an. 1480. Quæ & Principes reliqui ciuibus reseruarunt. Codicillis mens. Octobr. 1483. mens. Iulio, an. 1498. Ianuar. mens. an. 1547. ac mense Mart. 1559. Turonibus itidem Ludouicus XI. concessit publicum ciuile Consilium, cui Tribunipleb. præessent. Rescriptis mens. Februar. an. 1461. & 5. Idus Mart. an. 1477. Quibus sanctionem auctoritatemque suam interposuit Carolus octauus, mense Septembr. an. 1483. & Februar. mense, an. 1492. Ludouicus 12. Iulio mense, an. 1498. Franciscus 1. mense Iunio, anno 1515. Decembr. mense, an. 1517. ac Sextili, an. 1545. Henricus 2. Ianuar. mense, anno 1547. Franciscus 2. mens. Aprili, an. 1560. & Carolus 9. mens. Mart. an. 1571. Quæ quidem Senatus Diplomata comprobauit, temperamento quodam adhibito, Idib. Sextilib. an. 1518. & pridie Nonas Apriles, an. 1571. Tum supremi regiarum Indictionum Iudices, 5. Calend. Iun. eodem an. 1571. Similiter Auarici Biturigum ciues Ludouicum xi. nuncupant Tribunitij sui Collegij, Ordinisque conditorem. Literis mens. Iunio, an. 1474. queîs assensi sunt Magistri Rationum publicarum, Lutetiæ 7. Calend. Septembr. an. 1475. Longè tamen antea, Ludouicus 8. paternæ beneficentiæ vestigiis inhærens, Bituriges decorarat peculiaribus quibusdam prærogatiuis. Solenni Instrumento, an. 1224. cui nec pauca alia subiecêre Ludouicus 9. Rex, Mart. mense, an. 1233. Philippus 3. mense Mart. an. 1274. Philippus 4. mense Febru. an. 1293. & Carolus septimus, 3. Nonas Maias, an. 1437. Quibus de omnibus scriptum exemplar habemus. Primitùs vtique, Tarquinio Prisco regnante, Liuius tradit, Celtarum, quæ pars Galliæ tertia est, penes Biturigas summam fuisse Imperij: ipsi Reges Celtico dabant, Ambigatus is fuit. Lib. 5. Decadis 1.

Mondidier, dont il y a appointé au Conseil en la Cour, Die 10. Decemb 1585. Assauoir si vn noble, nommé le Forestil, sera subiect à la iurisdictiō des Eschevins, n'estant que Preuostale du Roy qu'ils ont moyennant 600. liu. de rente.

La Commune de Senlis.

Mascon.

S. Iean d'Angeli.

Angoulesme.

Monstreul sur la mer.

Die 8. Augusti, an. 1464.

Eschevinage de Tours.

Die 11. Mart. anno 1477.

Verificatio Curiæ Parlamenti, die 13. Augusti, an. 1518. ac die 4. April. an. 1571. & Curiæ Iuuaminum die 28 Maij, an 1571.

Bituriges Cubi. *Bourges,*

Die 26. August. an. 1475.

Die 5. Maij, anno 1437.

Aresto Curiæ, die 21. April. an 1584. dictum fuit (Du. *Maulenault* relatore) *que au lieu de 24. Eschevins perpetuels estans à Angers* ad vitam, *il n'y en aura plus que 4. biennaux, & le Maire annal. Le tout apres la reductiō des Eschevins par mort, &c.*

7 SIC Ludouici xi. auspiciis, Andium ciuitas insignita est Decurionum Collegio, mense Februar. an. 1474. Cuius Diploma, mutatis nonnullis, comprobauit Carolus 8. pridie Idus Iunias, & mense Decembr. an. 1484. tum etiam Curia Parisien. atque hinc Franciscus 1. Sextili mense, an. 1534. Codicillis in Prætoriano Senatu lectis publicatisque mense Septembr. eodem anno. Iuxta hæc, Erricus 2. Rescriptum emisit postridie Calend. Quintiles, an. 1553. & Carolus 9. mense Iunio, an. 1569. Insuper Philippus 2. Ædilitij Consilij dignitate honestauit Senonenses, Diplomate an. 1189. cui Reges posteri applausêre, Octauus, & Vndecimus Ludouici an. 1225. & 1474. Hæc Senonum ciuitas imprimis firma, & magnæ inter Gallos auctoritatis fuit, apud Iul. Cæsarem De bell. Gall. Senonum itidem Comites prædicat Aimoynus, Frotmundum, & Ramardum filium. Histor. Francicæ lib. 5. cap. 46. Idem Ludou. 11. Cenomanos pari Collegij dignitate affecit, mense Februar. an. 1481. & 16. Calend. Sextiles, an. 1483. Yssoduno quoque Biturigum, Ludouicus 11. erogauit multarum Indictionum vacationem atque immunitatem. Epistola aperta, an. 1461. quæ renouata est à Carolo octauo postridie Nonas Apriles, an. 1483. à Ludouico 12. mense Iulio, anno 1498. Francisco primo, mense Iunio, an. 1515. Errico 2. mense Mart.

Angiers, die 12. Iunii, 1484.

Die 2. Iul. 1553.

Sens.

Die 17. Iul. anno 1481.

Die 6. April. anno 1483.

Le Mans.

Die 15. Sept. 1551.

Yssoudun.

Die 18. Aug. 1560. & die 23. Oct. 1574. Die 16. Febr. & 4. April. 1576.
Estampes.

an. 1547. Francisco 2. mense Ianuar. an. 1559. & ab Henrico 3. mens. Sextili, an. 1574. Tabulis in summa Vectigalium Curia recitatis. 7. Calend. Octob. an. 1551. 5. Calend. Septembr. 1560. & 10. Calend. Nouembr. an. 1574. tum in Camera Rationum Principalium, 14. Calend. Mart. & pridie Nonas Apriles, an. 1576. Stampas, Belsiæ oppidum, Ludouicus 12. Tribunitij ordinis munere honoréque illustrauit, Maio mense, an. 1514. Nec desunt Calesianis ad Itium portum, Decuriones cum Ordinis primate, ab regia Indulgentia, cuius diploma Senatum promulgasse, docet scriptus Codex Legum Calesiensium, Tit. *Des vsances particulieres de la Ville & Banlieuë de Calais.* Vitræum Armoricæ oppidum ab Errico 2. consequitur ius legendi MAIORIS ET SCABINORVM populari suffragio: Codicillis 5. Calend. Maias, an. 1558. Vti & Nannetenses à Francisco 2. pridie Calend. Maias, an. 1560. Castroheraldi Pictonum oppido Ædiles imposuit Carolus 9. simul & Antissiodoro Præfectum Decurionum Vrbis antiquorum, an. 1561. Pari honoris accessione dignatus est Carolus Montfortianum oppidum Septembr. mens. 1564. Ex Volum. 5. Actorum Curiæ sub Carolo 9. fol. 48. vers. Tum Bartensi ad Albam flumen Vrbi dedit Princeps ipse Maiorem Ædilem, qui cum assessoribus collegisque suis vrbana Politia ius diceret. Rescripto April. mens. an. 1568. quod Senatus propalàm legi recitarique præcepit Calend. Iuniis sequent. Subde his Fanum Petri Monsteriensis, plebeio isto magistratu ornari cœptum, Oppidum Niuernensis Municipij. Regio eiusdem beneficio. 9. Calend. Nouemb. an. 1566. quod in monumenta Curiæ regestum fuit 14. Calend. Octobres, an. 1568. Volum. 4. fol. 324. sub Carolo 9. Cabilonenses ab eodem obtinuerunt principem vrbis suæ Decurionem, vt non minori potestate fascibusque vteretur in obeundo officio, quàm Belnensis, vel Auxoniæ Tribunus plebis: Quemadmodùm Petr. SanIulianus annotauit, in Lib. Cabilonensium vetustatum. Ciues tamen ipsi, Priuilegiorum suorum primordia repetunt, vrbanique Tribunatus, ab Hugone 4. Burgundiæ Duce. Tabulis exaratis Septembr. mens. an. 1256. paulò postquàm Hugo, Cabilonensis Comitatus titulum, paterna cum Iano Cabilonensi permutatione partum, sibi constabilisset. Rursus apud Salmurum Andegauiæ oppidum, Erricus 3. annaria lege sanxit temporarium Præfecti Decurionum munus, quod perpetuum antea gerebat Regius loci proprætor: Literis mens. Octob. an. 1578.

Calais. Hæ consuetudines Calesij, scriptæ sunt Regia auctoritate, mens. Apr. an. 1583.
Vitré, die 27. Apr. 1558.
Nantes, die vlt. April. 1560.
Chastelleraut.
Auxerre.
Montfort l'Amaury.
Bar sur Aube, pourueu d'vn Maire sur les Escheuins. Verificante Curia, quoad Cōsulatum dūtaxat die 1. Iun. 1568.
S. Pierre le Monstier. Rescriptum die 24. Oct. an. 1566. Registratum in Curia, die 18. Sept. 1568.
Chaalō sur la Saone. Beaulne, & Auxōne.
De his vide Petr. *de S. Iulien.* In patriis suis Antiquitat.
Saulmur. Le Maire de la Ville annal.

COLLOCANDÆ eo in albo Ciuitates, quæ inferiorum Rege Procerum auspicio, præditæ sunt iure ciuilium Comitiorum, sed quod ratum esse iusserint Reges ipsi. Vtputà Rothomagenses primaria sua priuilegia referunt ad Erricum Andegauensem, & Ricardum Normaniæ Duces, qui Britanniæ etiam Insulæ Reges dominabantur: Rupellani quoque ad Ricardum hunc & Leonoram Aquitaniæ Ducem, at quorum egregia in Rupellanos beneficia Carolus 5. ampliauit. Diplomate 6. Idus Ianuar. an. 1372. cui pariter calculos adiecère Ludouicus 12. Iunio Mens. an. 1498. & Franciscus 1. mens. Mart. an. 1514. Ac regia quidem isthæc beneficia publicis suis Actis mandarunt Rationales Parisienses, moderatione quadam subiecta 3. Calend. Mart. anno bissextili 1519. Ita Pictauenses Ædiles, Ciuilis Collegij sui libertatúmque patronam cient Leonoram Aquitanam, Pictonum Comitem, ann. 1199. Boucheto teste, Aquitan. Annal. Parte 3. Cap. 5. Ad hæc, Villafranca Ruthenorum, Tribunitiam Plebis potestatem acceptofert Alphonso Pictonum & Tholosatium Comiti, Regio Diui Ludouici fratri. Tabulis solennibus Maio mens. anno 1256. Quas Franci seriatim Reges confirmarunt. Rescriptis 10. Calendas Martias, an. 1323. Mens. Maio 1369. Iunio mens. 1370. Mens. Maio 1434. Februar. mense, 1483. Sextili mense, 1499. mens. Mart. 1517. & 1577. Coignaco insuper Angolismorum oppido facta est copia potestasque cooptandorum singulis annis Ædilium, à Carolo Hispano, Comite Angolismensi, Regiæ militiæ Magistro, anno 1352. Vt Engolismen. Historia perhibetur. Nec malè his Druydas subiunxeris, siue quòd publico vrbis Consilio donati sint à Roberto Drocensi Comite, & successoribus Regulis (anno 1180. Mense Martias, 1269. Sextili mens. Nouembr. & Martias 1274.) siue vt priscæ Druidum auctoritatis reliquiis ac memoriæ nonnihil deferatur: Quorum olim

8

Rouën.
La Rochelle. Die 8. Ianuar. an. 1372. Die 28. Februar. an. 1519.
Poictiers, Ptolomæo. Augustoritum. Renouata Pictauensiū Scabinorum priuilegia Literis regiis verificatis in Curia Iuuaminum die 26. Maij, an. 1584.
Villefranche de Rouergue, & ses Priuileges, confirmés par Patentes, die 10. Febr. an. 1323. &c.
Coignac.
Messire Charles d'Espagne Comestabilis Franciæ.
Dreux.

olim iudiciis decretisque Galli omnes eò conuenientes patuêre. Vt est apud C. Cæsarem Lib. 6. De Bell. Gall. Sandixerium porro, Campaniæ Belgicæ oppidum, patrono se iactitat Tribunitij Collegij sui Iuridici, Vergio Heroe, qui ei Territorio dominabatur, an. 1216. Eòdē quoque varia contulit priuilegia Dampetrus Sandizerij Regulus: Quæ, Principes nostri, ea Ditione parta; sanxêre. Vernoliam, ad hæc, Vnellorum vrbem coniicimus Ædilitio Munere donatam à patriis Comitibus priscis, quòd summa iam vetustate Philippus 3. Rex cum Vernoliis ciuibus de Plebeia ipsorum Iurisdictione transegerit, eamque perpetuò excoli iusserit, Vectigali tantùm indicto vicenarum æris Libellarum annuarum. Codicillis Februar. mens. an. 1283. Per hunc modum, Augusta Veromanduorum (aliâs, Quintini ciuitas) auctorem sui Decurionatus celebrat Hebertum Veromanduorum Comitem, cuius in Comitatum successores Hugo Magnus & Rodulphus filius memorantur. Aimoyni Appendice seu Lib. 5. Histor. Cap. 47. Haud aliter Chauniaci oppidani munificum citant Philippum Flandrorum & Veromanduæ Regulum, an. 1167. cuius populare in eos studium Princeps collaudauit, Mart. mens. an. 1290. & 15. Calend. Maias, an. 1340. Multiplici necnon priuilegio suffulta est Bononia in Morinis, quod antiquitùs erogarunt ipsius Comites, sed longè vberius illustriusque fecerunt Galli Reges. Atque imprimis Erricus 3. vetusta omnia Bononiensium immunitatum iura in vsum reuocauit. Epistola aperta postridie Calend. & 8. Idus Sextiles 1575. promulgata apud Præfecturam regiorum Ratiociniorum. 15. Calend. Septemb. eodem anno, tum apud supremam Vectigalium Curiam, 5. Idus Ianuar. an. 1576. Ciuilem quoque hanc patrimonialium Munerum vacationem priscam refricat Lex propria Bononiæ Belgicæ restituta descriptaque an. 1550. artic. 4. Rubricæ huius vernaculæ, *De la Coustume locale de la Ville, Basseuille, Bourgage, & Banlieuë de Boulongne sur la Mer.*

S. Dizier.
Les preux de Vergy, en Bourgongne.
Sire de Dampierre, yssu des Comtes de Flandres.
Verneuil, au Perche.
S. Quentin.
Comte de Vermandois.
Chauny.
Boulongne sur la mer.
Die 17. April anno 1340.
Literæ, die 2. & 6. Augusti, an. 1575.
Verificatio in Camera Computorum, die 18 Aug. 1575. & in Curia Iuuaminum die 9. Ianu. an. 1576.

9 SED, ne quis obiter longiùs digressos nos è Regalis DOMINII Territorijque finibus putet, sedulò obseruandum, in Regio Patrimonio censeri Ædilitiam aliquot vrbium Iurisdictionem, quam præd. Literis obsignatis, Reges ciuibus attribuerunt. Ij enim, vt plurimum minorem suam iuris dicundi potestatem Tribunis pleb. manciparunt lege vectigalis annui, DOMINICIS Quæstoribus regiis pensitandi. Talem iurisdictionem prisca Vetustas nominauit *Mairiam seu Præposituram Regiam*, quæ perpetua locatione multis Vrbibus data est, certo condicto solario. Exempli vice, vna erit, instar omnium, Charta Meduntensis oppidi, de eo exarata abs Philippo 3. Rege, an. 1274. Cuius tenorum Chartæ percensuimus lib. 1. De LEGIBVS ANDEGAVORVM, Cap. 2. Artic. 4. Vnde apparet, Meduntensi Decurionum Ordini infimam tantùm Iurisdictionem tributam à Principe, cautumque nuncupandis conditionibus, vt H. S. 4. millia pensitationis annuæ, Meduntenses Fisco numerarent. Nonnihil autem immutata est ab Henrico 2. rege Formula cooptandi apud Meduntam Ædilitij plebeijque Magistratus. Præceptum est quippè, quatuor modò Ædiles, & annuos legi: non duodecim, eosque perpetuos, vt antea, quandiu spirarent in viuis. Rescripto Septembr. mens. an. 1550. cui Senatus Parisiorum calculos admouit duodecimo Calend. Apriles, an. 1571. Haud absimilem vtique Peronensium Ædilium iurisdictionem descripsit ad amussim Stylus *Parlamenti*, Parte 1. Cap. 31. Compendienses autem, & Crispeienses regio eidem Fisco dependunt quotannis frumentarium Canonem, sacrisve Basilicis, quibus Reges sensim talia præstationum genera largiti sunt. Vt sigillatim Regiarum de eo tabularum lectione deprehendi, & vniuersim ex Repertorio Chartarum publicarum, quod è Regio Lutetiæ Grammatophylacio desumptum est, confectumque Principali Mandato pridie Idus Septembr. an. 1482. Isthîc enim legitur sequens Caput, hac tituli præscriptione, *Layette 31. Lettre adressant au Roy des Maire, Iurez, & Communité de Crespy en Laonnois, Par laquelle, entre autres choses ils confessent deuoir au Roy 30. muys de bled, & 50. muys d'auoine, du creu du territoire dudit lieu. Partie duquel bled ils payent en acquit du Roy à certaines Eglises, & autres gens. Aussi confessent deuoir aud. Sieur 80. liures chacun an, & autres deuoirs declarez en ladite Lettre Auec certain reuenu, qu'ils dient auoir, & leur appartenir. Datiee l'an 1260. lad. lettre en*

La Mairie ou Preuosté Royale des Villes cessa Oppidanis à Rege sub annuo censu, in Vrbibus quibusdam.
Mante.
Philippe le Hardy.
Bassa Iustitia.
4000. Sestertij, seu trecentæ Libellæ Franciçæ Turon.
Die 21. Mart. 1571.
Lettres des Maire, Iurez & Cōmunauté de Peronne, l'an 1341. de 21. liures de rente perpetuelle qu'ils doiuent au Roy pour le Viuier, la Rosiere, & autres heritages à eux baillez par le Roy Philippe.
Compiegne.
Crespy.
Inuentaire du Thresor des Chartes du Roy en la saincte Chapelle du Palais à Paris, die 12 Sept. an. 1482.

parchemin non seellee ne signee. Item le Compte de ce que deuoit la ville de Compiegne, & de ce qui estoit deu à icelle ville, dattée l'an 1260. &c.

Hoc tamen onere soluuntur Vrbes, quæ Iuridicum illud munus vel penes Regem dimiserint vltrò, vel adimente Rege, amiserint. Putà, Ædiles Corbiensis Ambianorum oppidi, Philippo 4. sponte cesserunt sua ipsorum iurisdictione, Fascibusque Æditilij Magistratus. Ac e uestigiò Rex omnia isthæc in Cœnobitas loci transtulit, qui iam tum profana Ditione Corbienses se Comites asserebant. Celebri instrumento mens. Quintili, an. 1310. Antea enim Corbiensis vrbis Decuriones plebi ius reddebant, ab eorumque sententiis Cœnobiarcha, velut dominus superior, appellabatur. Vt manifestè prodit vetus S. Consultum *in Octaua S. Martini*, an. 1281. Cuius series pertexitur à Ioh. Gallo, Regio Caroli 6. causidico, Parte 7. Arestor. Sic Augusta Suessionum obtinuit sacro Diplomate Caroli 4. vt Decurionum vrbis iurisdictio, quam Ludouicus Crassus instituit, & Philippus 2. auxit an. 1181. ad Regios Iudices traduceretur. Pridie Nonas Nouembr. an. 1325. Confirmante Ludouico xi. mens. Octobr. an. 1461. Priùs enim Suessionenses Ædiles Iuridica coërcitione præditos fuisse, ostendit Arestum Parlamen. omnium Sanct. an. 1296. hac verborum nuncupatione. QVIA MAIOR ET IVRATI SVESSIONENSES NEGLIGENTES FVERVNT IN CAPIENDO MALEFACTOREM, QVI VVLNERAVIT APPARITOREM ARCHIDIACONI SVESSIONEN. NEC CLAMAVERVNT HA HAI, NEC COMMVNIAM, NEC FECERVNT PVLSARI CAMPANAM, CONDEMNATI FVERVNT IN 400. LIBRIS PARIS. PER DOMINVM REGEM LEVANDIS, SED ARCHIDIACONVS PRO SE ET APPARITORE SVO HABEBIT 200. LIBRAS PARISIEN. ET SVPER HOC FACTÆ FVERVNT LITERÆ. In Curiæ Lib. OLIM, fol. 148. Nam & longè antea priuatos Suessionibus Comites præfuisse, indicat Iuonis Carnutensis Epistola 283. Cum Iohan. Ioynuillæ Regia Historia, cap. 29. Andegauis verò Tribunis Plebis transcripserat quidem Ludouicus xi. minorem Vrbis Præfecturam regiam, cum priuilegiaria litium diiudicatione Scholasticorum Andegauæ Academiæ. Sed Carolus 8. hæc illis abstulit, suisque Magistratibus reseruauit. Codicillis, pridie Idus Iunias, an. 1484. Præterea iurisdictione Ædilibus purè simpliciterque concessa, videtur tacitè exceptum, ne quid in Principalia iura, eorumque notionem moliantur. Decreto *Parlamentari* B. Magdalenes, an. 1277. quod refertur in calce Styli Senatorij, Parte 7. Arestor.

Porrò etsi Princeps Molinensi Edicto Tribunis pleb. ademerit ciuilium causarum disceptationem, & in suum Forum transtulerit: illis tamen saluum reliquit exercitium τῆς Ἀγ̓ορανομίας, seu Politiæ, cum Gladij potestate, & rerum capitalium iudicio: Edicti Artic. 71. Id quod peculiari etiam Rescripto indultum fuerat Caletensibus ad Gessoriacum littus, vt eorum Decuriones liberè conferrent munera ac ministeria Vrbanæ Politiæ quam vocant, seu Præfecturæ Annonæ, & aliorum id genus: Ambianorum instar, ac Parisiensium 12. Calend. Mart. an. 1562. De Lutetiana verò Decurionum vrbis Iurisdictione, voluitur Liber formis impressus: Nimirùm in Vrbe Regia, Gallici Imperij arce, principeque Ciuitate. Quam iure dixerimus Ἐπιτομὴν τῆς οἰκουμένης, orbis Celtici compendium, quod Romæ Athenæus affinxerat. Æditilia item aliarum vrbium Collegia, quæ Iurisdictionem habent à Rege, pactionibus causaque onerosa subnixam, non continentur sententia Legis Molinensis, nec vlla pecuniariæ litis cognitione excluduntur. Cùm enim Chauniaci Veromanduorum, hoc nomine intercessissent executioni Molinensis Edicti, vindiciarum damnatus est procurator Fisci, decreto PATRVM PARISIEN. 3. Idus Iunias, an. 1570. In eundem Procuratorem iudicio experti sunt Bononiæ Belgicæ ciues de Iuridico suo imperio, cuius nempè originem iactitant Francica Monarchia antiquiorem. Senatus de eo ampliùs sibi deliberãdum statuit, fiduciaria interim possessione Principi adiudicata, quùm Vilcotius Bononiensium causam perorasset, xi. Calend. Februar. an. 1571. Consimilis propè Angolismorum agitata controuersia est aduersus Regios Magistratus: Durando, Brissone, & Vilcotio dicentibus. Consilio commissa pridie Calend. Februar. an. 1572. Rupellanis vtique Decurionibus sua est plena iurisdictio,

Corbie.

Soissons.

Literæ patẽtes Caroli Pulchri Regis die 4. Nouembr. an. 1325.

In hac Epistola Iuo loquitur de Comite Suessionensi, qui vxorẽ suam adulteri insimulabat. Ioynuilla autem de Iohãne Suessionum Comite consobrino suo, & Asiaticæ militiæ socio.

La Preuosté Royale d'Angiers, & Conseruation des Priuileges Royaux de l'Vniuersité.

Iuliomagus Ptolemæo, Andium Ciuitas, cuius Scabinis Rex Carol. 8. ademit Iurisdictionem Conseruatoriam Priuilegiorum vniuersitatis Andeg. die 12. Iun. an. 1484.

Calais.

Die 18. Februar. an. 1562.

Lutetianæ Ordinationes vrbanæ.

Roma, Orbis terrarum Arx, & compendium.

Chauny.

Arestum prouisionale, die xi. Iun. 1570. pro Oppidanis *de Chauny.*

Bolonia Maritima.

Die 22. Ianuar. an. 1571.

Die vlt. Ianuar. an. 1572.

ctio, primùm tradita ab Eduardo 3. Anglorum Rege, qui id temporis Rupellæ imperabat, an. 1360. Illi à summa iam vetustate patriis reguntur domesticisque Institutis: quorum capita duo improbauit Honorius 3. Pontifex, Decretali Epistola ad *Maiorem & Burgenses* Rupellanos. Cap. Ex parte. De Consuet. Pictauenses necnon Odoardo Anglo, Vvalliæ Regulo adscribunt Iurisdictionis suæ titulum primarium, 16. Calend. Nouemb. an. 1369. Quùm verò Carcassonenses, Narbonensis oræ Gallicæ, rebellassent in Principem, mulctati sunt Plebeio suo Consulatu, frustraque in eo Tribunatu quasi in Sacrario latentes, coacti noxæ veniam à Rege impetrare. Gratioso abolitionis Diplomate, Ianuar. Mens. anno 1306. quod in regiis Lutetiæ Monumentis conditum est. Sic Ioh. Imbertus, Rupellanus scribit, Henricum 2. Rupellanis restituisse suum Decurionum Collegium, quod Franciscus 1. illis abrogarat: In Enchiridio Iuris Galliæ. Ibidem narrat, Fontenaij Pictonum oppidi ciuilia negotia geri ab Ædilibus duodenis. Nec sua quoque Nyortio Pictauorum oppido desunt singularia iura Ædilitij muneris ac dignitatis: quam vt Philip. Augustus instituit an. 1204. ita Ianus Biturigum Dux Pictonumque Comes Vrbi asseruit Ianuar. mens. an. 1376. Quibus, velut cumulo, accessit posterius hæreditariæ Nobilitatis priuilegium. Variis Ludouici XI. Codicillis mens. Nouembr. an. 1461. Nonis Februar. 1462. & pridie Idus Martias, 1466. Quos summa Vectigalium Curia sic moderata est, vt Nobiles quidem fundos sibi liberè compararent vrbis Decuriones ac Consiliarij, eorumque posteri, sed nisi arma gestarent continuò, Plebeiis indictionibus obnoxij manerent. Decreto, 10. Calend. Apriles præd. an. 1466. Vt missa faciam isthic, quæ de Nyortij celebritate oppidi retulit Frossartes, Histor. an. 1372. (lib. 1. cap. 312.) Nonnulla alia Gallicorum Ædilium Collegia iuris dicundi potestate munita sunt, de qua summatim Alexander 4. P.P. in Cap. 1. de immunit. Eccles. In. 6.

Rupellanæ Consuetudines.

Edouard Prince de Galles, Duc d'Aquitaine.

Die 17. Octob. an. 1369.

Carcassone, cui similiter, alias Vrbes ex publico delicto priuatas *de leur Eschevinage*, recensui Lib. 1. Leg. Andeg. Tit. 1. Art. 3.

La Rochelle.

Fontenay le Comte.

Nyortiæ vrbis Maior, Scabini, totidemque Consiliarii.

Perpetuæ Nobilitatis Literæ, die 5. Februar. 1462. & 14. Mart. 1466. Restrictæ à Curia Iuuaminum eas verificante, die 23. Mart 1466.

Ciuilia etiã Gallicarum Vrbium priuilegia, regia excussimus Lib. 1. Legum Andegau Tit. 1. Art. 3. Tum Lib 2. Morũ Paris. Tit. 5. Art. 17. Ac lib. 3. Tit. 2. Art. 14.

12 Nostrvm non est hoc loco, de exterarum Ciuitatum publico Consilio disputare. Ecquid enim nostris habet affine, id quod olim Alexandrinis, Capuanis Decurionibus à S. P. Q. R. permissum est? Nihil ad nostrates præterea, Populi Rom. coloniæ, in quibus, qui eas deducebant Triumuiri, decimum quemque consiliis adhibebant, Decurionem dictum. Ex his magistratus municipales designabantur l. Pupillus §. Decuriones. ff. De verb. signif. l. vlt. ff. De muner. & honor. Illorum varia fuere munera: ac imprimis Ædiles, qui rem frumentariam, vias publicas, ponderaque & mensuras curabant. Ἀγορανόμους plerique vocant: Arcadius I. C. etiam Episcopos, cit. l. vlt. Papinianus ad Edictum Ædilium, in l. Ædiles. De via publ. Longè aptius nostris Moribus, illud Londinensis Vrb. Collegium, Angliæ metropolis: Ricardo 1. auspice & institutore. Londinenses enim, grandi ære in Sacri Belli vsum Regi oblato, honoribus augentur, libera Vrbis administratione, Prætoris Consulumque potestati concredita. Henricus Aluini primus Prætor, Coss. Petrus Ducas & Thomas Neellus creati. Circiter annum 1200. Vt Angliæ libris Annalibus proditum est. Nec à nostris quoque multùm discrepant Belgicarum vrbium Decuriones, de quibus profertur Gregorij 9. P. P. Decretalis Epistola, Ex parte Scabinorum Hypretis, De alienat. iudic. mut. cau. fac. In Antiq. Has quidem inter Vrbes, Tornacensi Neruiorum, Carolus 5. Princeps noster Regium tribunal imposuit, adempta Ædilitia potestate Iurisque dictione, Febr. mens. an. 1366. Vt Senatoriis Lutetiæ Regestis perspicuum fit. Ast ciuilibus Neruiorum Moribus publicè scriptis, (auctore Cæsare an. 1552. postridie Calend. Sextiles,) saluum perstitit incolumeque Vrbi Tribunitium plebis imperium Iuridicum: superiori modò appellatoriæ litis notione Flandrico præsidali Magistratui attributa. Denique Mediomatricum Pontifex Gallo Regi transcripsit ius nominandi designandique Præfecti Ædilium Metensium, an. 1556.

Londinum, Regiæ Anglicæ Sedes.

Londres, vbi *Aldermanni*, nostra lingua *Eschevins.*

Ypre, in Flandria, vbi Burgimagistri.

Ius Cõmuniæ Tornacensibus ablatum, eiusque loco Officiarius, seu Index regius ipsis datus.

Consuetudines *de Tournay & Tournesis*, ab Imperat. Carolo 5. auctoritatæ *à Bruxelles*, die 3. Aegust. 1552.

Mets.

13 Sicvti Decurionum Collegia aliquot pensitant Dominicvm Canonem Principi, datæ Iurisdictionis tesseram ac symbolum: ita nouo cuique Regi eadem pesse, cum reliquis subditis, obnoxia erogando muneri tercentum mille libellarum, tradit Claud. Seyssellius in vita Lud. xii. Huic erogationi causam obtendit, sumptus funerum defuncti, & inaugurationis noui Regis. Sed hoc neque ordina-

Rente payable à la Recepte du Domaine pour le droict de Preuosté & Iustice fonciere du Roy transportée aux Eschevins d'aucunes villes.

rium aut necessarium, nec legitimis exigi nominibus potest: quùm suprà, velut indice digito, ostensum sit, quibus impendiis Rhemensia Regum Sacra celebrarentur. Tit. 8. huius Lib. 3. Verùm antiquissimo iure eo nituntur Reges nostri, vt suas lustrantes Prouincias (quod in auspicatu Regni vulgò factitant) hospitio excipiantur à Prouincialibus, alimentaque illis gratuita procurentur. Inde GISTA REGVM ET PROCVRATIONES à Maioribus dictæ: queîs oppida, vici, plebeij homines defunguntur, Ecclesiastici etiam Ciuitatum Præfecti, diœceseῶnque Antistites. Vt pronuntiatum fuit à Senatu *Parlamentari*, in Festo omn. Sanct. an. 1275. Cuius Decreti fidem facit Ioh. Gallus, Parte 7. Arestor. in calce Styli Senatorij. Nam & quadriennio antea Iudiciis decisum fuerat, hoc pensitationis genus prædiarium esse, ac possessionibus iniunctum, non personis: in *Parlamento* Pentecostes, an. 1271. cuius (in Lib. OLIM) sententia est huiusmodi. *Facta Assisia pro solutione Gisti domini Regis, apud Corbiniacum, homines dicti loci, qui Assisiam huiusmodi fecerunt, partem huius Gisti assederunt super Robertum de Belcia militem, ratione terrarum quas habet idem Robertus in territorio de Corbiniaco, & secundùm quantitatem terrarum, quas ibidem habet: cùm ratione terrarum, & non personarum debeatur Gistum; secundùm quod dicebatur pro hominibus antedictis. Conquerente itaque super hoc dicto Roberto, petenteq́ꝫ super hoc se purè dimitti, cùm de Gisto Regis, licet pluries in dicta Villa leuatum fuerit, nihil vnquam soluerit, cùm etiam ratione personarum, & non terrarum debeatur. Mandatum fuit inquiri, vtrum dictum Gistum debeatur ratione personarum, an terrarum, & vtrum terræ, quas dictus miles tenet in dicto territorio, ad Gistum huiusmodi teneantur. Facta igitur super hoc Inquesta, cùm dictus Robertus habeat terram in dicto Territorio, & Communia, & quòd taillia Gisti ratione terrarum, & non personarum debeatur, Pronuntiatum fuit, quòd dictus miles soluet portionem Gisti eiusdem, ratione terrarum quas habet in Territorio memorato.* Vnde etiam in Episcopos vsurpatum GISTI regij subsidium demonstrat vetus Chartula Gottofredi Turonum Archiepiscopi, an. 1248. DE RECOGNITIONE GISTI DOMINI REGIS: quæ extat in idiographo Exemplari, cui titulus est, TABVLA MAIOR DIVIDENS CAPITVLA MINORIS TABVLÆ INVENTARII DOMANIORVM, DEBITORVM, ET COMPOTORVM ORDINARIORVM ET EXTRAORDINARIORVM CAMERÆ COMPVTORVM, FACTA PER ME ROBERTVM *Mignon*, ET COMPLETI, CIRCA G. S. AN. 1325. Vbi & hoc Caput refertur, QVANTVM REGES CONSVEVERVNT CAPERE PRO SVIS GISTIS A DEBENTIBVS EA, &c. Regiis itidem venerandæ vetustatis Commentariis (quæ in Repertorium, velut epitomen, redacta sunt, an. 1482.) insertas comperio tabulas Petri Turonum Pontificis, & Collegij Canonicorum Metropolitici, (67. *Layette*) quibus agnitum sit candidè GISTI seu PROCVRATIONIS ius Regibus debitæ semel in vita Archiepiscopi, ad summam vsque 100. libellarum Parisiensium. Huiusmodi professionis tabulæ exaratæ sunt Aprili mens. an. 1255. Inibi quoque (6. *Layette*) inuenitur antiqua Pactio Neuelonis Suessionum Episcopi cum Philippo 2. Rege. An. 1185. qua ille se ac posteros Antistites exemit onere procurandorum Regum, tradito iis, vice mutua, feudo Petrifontis. Vt silentio premam, quod Aresto Pentecostes an. 1276. ORDINATVM FVIT, ABBATES REGALES REGNI FRANCIÆ, IN NOVA CREATIONE SVA TENERI SOLVERE 25. LIBRAS PARISIEN. MINISTRANTIBVS DE DOMO ET HOSPITIO DOMINI REGIS. Vti à Ioh. Gallo adnotatur, Parte 7. Arestor. Parlamen. Parisien. At sequenti æuo, Reges multa sensim indixêre vectigalia tum Plebeio, tum Ecclesiastico ordini: quorum intuitu vectigalium, puto superiora illa GISTI ET PROCVRATIONIS iura vel abolita, vel aboleri oportere. Iis etenim abusos interdum Reges priscos, arguit pia querela sacrorum Præsulum in Meldensi Francicæ Ecclesiæ Concilio an 845. quæ eiusdem Capiti 26. assuitur. Postquàm enim Synodici Patres inibi docuerunt, Reges semper solitos in Episcopio hospitium habere, quoties ciuitatem aliquam ingrediantur, dolent fieri in Episcopiis diuersoria fœminarum.

Frais du Sacre & Couronnemēt des Rois à Rheims.

Gista Regum & Procurationes. De quibus pariter Dominicis iuribus Gisti & Procuration. Nos Lib. 2. Leg. Andeg. Tit. De ali. Legib. Agrar. Art. vlt.

Stylus Parlamenti.

An ius Gisti Regij sit reale, an personale. Reale esse, hoc Aresto iudicatum.

Liber manuscriptus & extractus è Registris Cameræ Computorum.

Au Thresor des Chartes du Roy Inuentorié par son Ordonnance, l'an 1482.

Neuelon Euesque de Soissons.

Pierrefons.

Gallicana Synodus *tenue à Meaux.*

14 SATIS de communi Vrbium, Ædilitiáve iurisdictione, à Regibus concessa, vel permissa: quid si iidem, in lege fundi, priuato transcripserint iurisdictionem, eáne exercebitur priuati emptoris nomine? Senatus de eo cognoscens, decreuit Iurisdictionem hanc, Principali nomine & auspiciis, tanquam purè

Regiam,

Regiam, administrandam. Aresto, pridie Kalend. Ianuar. an. 1537. Thuano, & Reburtio, causam orantibus de Castro-renardo ab Heroïde Castillionea empto. Cui non absimile decretum pro Bituricens. Iuridicis, 3. Nonas Febr. an. 1525. refert Ioh. Paponius Arestographus, lib. 4. Tit. De Regiis, aliisque Magistratibus. In promptu causa est, quia fundo Fiscali in priuatum alienato, non Regia modò Sedes iuridicialis, sed regij quoque permanent Magistratus, nec viui potestate summoueri queunt à singulari successore Fisci. Ex Papiniani & Messij sententia aduersus Flauium Stalticium, cui Valerius Patroinus procurator Imperatoris prædia certo pretio addixerat, l. vlt. ff. De iur. Fisc. & l. Cognouimus. Cod. De Mancip. & colonis patrimonialium, saltuens. & emphyteut. fundor. Lib. 11. Iuxta quæ, censuit Senatoria Decuria, aduersus Rei Fiscalis emptorem, regiæ iurisdictionis statum, colonósque ab eo nulla ex parte mouendos, nec immutandos. Decreto in Iuridicis Molinorum Conuentibus prolato 14. Kal. Nouembr. an. 1540. Seguierio & Marliaco causidicis. Sic econtrariò, Princeps, redempta Fiscali ditione, non abdicat eos officio, quos antea emptor vacuæ iudicibus aut officialibus Iurisdictioni præfecerit. Quemadmodùm Lutetiani Patres iudicarunt 9. Kal. Sextiles, an. 1576. secundùm Arnulphum Pelironem, pro quo egi: contra Antonium Fournellum, pro quo Andræas: In Catalogo Lugdunensium causarum. Isthîc tamen aduertendum obiter, Aurelianensi Edicto vetitum esse, ne fiduciarij DOMINICÆ REI possessores nundinentur publica iudicandi Munera, fœdóque commercio venum exponant animosè licenti: sed ex tribus vnum ab ordine Togatorum delectis nominent Principi, eam iuris dicundi prouinciam obiturum. Edicti artic. 39. Blesensi demùm Constitutione adempta est priuatis Regij Patrimonij emptoribus Magistratuum collocatio, interdictúmque, ne Regiam iurisdictionem suo nomine & auctoritate excoli patiantur. Artic. 333.

> Arestum die vlt. Decemb. an. 1537. *touchant Chasteau-regnart, contre la Dame de Chastillon.*
>
> Decretum Curiæ, die 3. Feb. an. 1525. *pour les Officiers Royaux de Bourges.*
>
> Arestum in Magnis diebus Molinéśibus die 19. Octob. an. 1540.
>
> Arestum die 24 Iulii, an. 1576. *en plaidant du Roolle de Lyon, pour Arnault Peliron.*
>
> Ne venales sint Magistratus, iuxta Petiliam, Calpurniam, & Iuliam Romanorum Leges de Ambitu.

15 DISQVIRI etiam solet de ea Iurisdictione, quæ Principi simul & priuato communis sit, à cuiusque Magistratu vicissim administranda. Nunquid mandata superiorum Iudicum generaliter concepta perinde exequi possit iudex priuati Magnatis, vti Regius Magistratus? Occurrente facti specie ex oppido Chablisio, placuit AMPLISS. ORDINI, notionem iurium regiorum, & mandatorum superioris Iuridici executionem solidam ad regium Magistratum pertinere. Aresto pro Tribunali lato, pridie Idus Maias, an. 1565. Focaldo, & Mesnilio, causæ patronis. In vniuersum autem, Ruscinonensi Edicto cautum fuit, vnum eundémque, communi Iurisdictioni priuato cum Rege, designandum Iudicem, qui alternis nominante dominij consorte, ad triennium vsque ius reddat, ac fructuarias interim Iuridici imperij obuentiones & commoda inuicem, pro portionibus dominicis, in commune esse conferenda, artic. 25. Edicti Ruscinonensis, Mens. Ianuar. anno millesimo quingentesimo sexagesimo tertio, quod in auditorio Curiæ propalàm recitatum est, die 19. Decemb. an. 1564. Alioquin Regia Prærogatiua erat, vt communem cum priuato fundum solidum diuendere, sic publicè locare per suos ac proprios Principis Magistratus, l. vn. De vendit. rerum fiscal. cum priu. commun. lib. 10. Cod. Atque ita Senatus iudicio definitum, in publica Fori dissertatione, aduersus Cœnobitas Ædis Monasticæ Barbelli 4. Idus Maias, an. 1562. Quòd si Rex iure priuato, vel priuati succedaneus, vocetur in fundi cum alio consortium, tenetur pactiones cum decessore suo initas sequi. Vt Patrum Parisiensium sententiis decisum monuimus in nostro Opere DE LEGIBVS ANDEGAVENSIVM, lib. 1. (cap. 42. art. 14.) Duorum porrò in concursu Dominorum, alterius Iuridici sublimis, alterius Directi seu *feudarij*, in prædia certæ regiunculæ: Agitatum est, ille nè ab hoc ritè deposcat professionem clientelarum particularium, seu Agrarij cuiusque Vectigalis, & Agrorum pariter vectigalium singulorum, ex quibus solaria eiusmodi quotannis ab isto percipiatur. Prima quidem fronte, non videbatur petitor admittēdus: quem nempè rectus ignobilium Dominus nobiliuvè prædiorum, minimè agnoscat patronum, sed alium omnino Feudi nomine superiorē. Diuersū tamen probabilius visum fuit Lutetianæ Curiæ Max. & Iurisdictionis dominū, pro suo Territorij iure, à quibusuis patronis, cēsuū vè dominis licitè exigere professionem antedictā intra metas limitésq; Iuridici sui imperij. Ex perspicuis Ioh. Fabri argumētis ad l. Cūctos populos Cod. De summa Trin.

> Arestum Curiæ, die 14. Maii, an 1565 *donné en plaidant, touchant les Officiers de Chablis.*
>
> De tali duorum Iurisdictione communi, eiúsque Officiariis, Boerius in Burdigal. Decis. 5.
>
> Edictum *de Roussillon sur le Reglement de la Iustice.*
>
> Ita Suessionum Comitatus Regi communis est cum Borboniæ gentis Regulo.
>
> Decretum Senatus, die 12. Maii, an. 1562. contra religiosos Abbatiæ *de Barbeau prés Melun*, in qua sepultus est Rex Ludouicus Iunior. (ei fundator Abbatiæ, Cisterciensis Ordinis) an 1180.
>
> Habens Iurisdictionem & imperium in certis Villis, potest confinare territoria, inuitis Dominis fūdorum, & ratione Iuris superioris quod habet, exercere d. imperium suū, ac metas ponere intra territorium suū limitatum.

(Num.19.)& ad §.quædam actiones Institut. ciuil. De Action. Secundùm antiquiora Durandi Speculat.dictata pro Domino Territorij,in §. Nunc aliqua, Tit. De locato (Vers. 86.) Cum Textu Legis Longobard. §.vlt. Quib.mod.feudum amittat. Hanc demùm in partem Senatus pronuntiauit ex forensi Parisiensium causarum Actione Idibus Martiis, an. 1605. Pro Dn. *de Roissy*, libellos agente in Prætorio,cui Talæus Orator adfuit : contra Claud.Bragelonium,Senatorem, cui à Palatinis Libellorum supplicum Iudicibus,prouocanti Regius Aduocationem præbuit.

Decretum Curiæ,*en plaidant du Roolle de Paris*, die 15. Mart. an.1605 pro N.*de Mesmes,sieur de Roissy intimé, Cōtre l'appellant d'vne Sentence des Requestes du Palais,d'Aoust*.1604. Cui Aresto consimilia notaui, lib.1. leg. Andeg.cap.39.art. penult. Et sup.lib.1. Tit.13.ar. 16.

Tit. XXI.

DE REGIIS TABELLIONIBVS, NOTARIISQVE REG.

1 *Regia donatione,quùm iurisdictio Alta tacitè excipiatur,Tabellionatum quoque exceptum videri.*

2 Panagiario *Regulo Notarios regios tollere non licere.*

3 *Notariorum,& Tabellionum discrimen.*

Notariorum institutio,Principi per Philippum 4. vindicata,cùm antea illi à Regiis Magistratibus crearentur.

4 *Karoli 7.lex,Notarios abrogantis, Tabelliones instituentis.*

Francisci 1. lex,Notariorum Tabellionibus substituendorum potestatem Regi asserentis : iisque inuicem certæ Regulæ statutæ.

Notarij Castelleti *Parisiensis, Aurelianensis, & Montispessuli, cæteris liberiores. Trini Annuli signatorij prærogatiua.*

Apostolici Notarij, quatenùs admittantur à Rege Franco.

5 *Quibus in locis ius est Baroni Notarios creare,in iisdem* Panagiario,*aut etiam Regi, creare non licere.*

In Sicilia Notarios creare,regium ius.

6 *Francisci 1. Lex,qua Baroni,&* Castellaniæ *domino cuique, intra sua septa, Tabellionatus ius, publicique annuli vsus liberè permittitur.*

A quo Rege fundata sacra Capella *Regia Vadi Maulnei, Cenomanensis.*

7 *Iuridiciale Forum regium,nonnunquam priuatis Magnatum fundis impositum.*

8 *De Regiis Scribis seu Secretariis,qui Regi sunt à libellis & epistolis.*

Horum Francica Priuilegia.

Quo in pretio publici Scribæ habiti apud Romanos, apud Græcos, eorúmque nomina varia.

Vnde Cancellarij *Franciæ nomen tractum.*

Cancellarios *hosce,Notariatus olim munera contulisse : eorúmque auctoritas.*

Ordinatio registrata in Camera Thesauri, Parisiis.

1 A IVRISDICTIONE contentiosa, ad voluntariam progrediamur ordine. Vetus legitur Constitutio in Præfectura Fisci Gallici apud Lutetiam, Regia fundi donatione,Tabellionatum, si illinc excepta sit sublimis Iurisdictio,consequenter receptum videri. Nam ritè ducitur argumentum à contentiosa Iurisdictione ad voluntariam: cùm vtraque iisdem fermè legibus, & auctoritatis pondere libretur. Innocent. & Abb. in cap. Cùm P. Tabellio De fid. instrum. DD. ad cap. Per venerabilem. Qui fil. sint legit. Atqui paulò antè edocuimus, prisci S.C.auctoritate freti, altam Iurisdictionem,iuridicæ cuiusque Potestatis concessione non transferri. Tit. præcedenti. Ac veluti ius non reddit Princeps in territorio Iuridici Domini inferioris, ita contractuum sigillo regio non vtitur ibidem, nisi Iuridici annulo signatorio deficiente. Ex Iudicato Curiæ *Parlamentaris* in Octaua S. Martini,an. 1281. quod describitur à Ioh.Gallo,Parte 7. Arestor.Parlam.Parisien.

Arestum hoc pro Abbate S. Maxentii, in cuius terra & Iustitia temporali Rex de nouo sigillum posuerat pro contractibus sigillandis.

2 VNDE

2 VNDE sequens elicitur quæstio. Fiduciarius Druydum Comes, Regius frater, Tabellionis impulsu summouit officio omnes Druydum Notarios, seu regios Pactorum perscriptores, captato in id regij Diplomatis suffragio. Abrogationem Muneris publici Senatus infirmauit. Decreto pridie Kal. Mart. an. 1572. Thoroudeo, Comitis: & Escorceueo, Notariorum patronis. Iustum Decretum. Nec enim lex iustior vlla est, quàm ne noui possessores formam rerum antiquitùs constitutam immutent. Huc alludit, quod de Emphyteuta, & Fructuario, legibus sancitum est, faciem ac statum fundi inuertere illis non licere. Specul. in §. Nunc aliqua De locat. Ias. ad l. vlt. Cod. De iur. Emphyt. Ac ne perpetuis quidem fas est locorum Dynastis, propriæ priuatæque iurisdictionis antiquam formam innouare: seu voluntaria sit iurisdictio, seu contentiosa. Ias. in l. Nemo potest ff. De legat. 1. Leg. testandi Cod. De testam. Quippè cùm Iurisdictionum regulæ ac limites positi fuerint singulis Municipium Moribus: quorum ad præscriptum, velut ad Lydium lapidem, probandus est vsus & forma cuiusque Iurisdictionis. Quantò minùs ergò ius sit fiduciario ac temporario DOMANII possessori, Tabelliones publico munere abdicare, & Tabellionatum loci euertere? Hic enim Regio in Patrimonio censetur, tum apud Druydas, tum in finitima Druydibus Neustria, solétque DOMINICI fundi instar, publicè locari extremo licitanti. Vt memoriæ prodidit Terrienus lib. 7. Commentar. in Normanic. Leges. Qui idem vsu receptum ait de annuli Regij Custode scriptarum Obligationum. Ob id quoque è medio sublati sunt Neustriæ Notarij vniuersi (Edicto an. 1547.) quos Franciscus 1. instituerat, an. 1542. Terrieno eodem auctore.

> Franciscus Regis frater, panagiatius Comes de Dreux, & d'Alençon.
>
> Placitum Curiæ, die vlt. Febr. an. 1572.
>
> Garde du seel Royal aux Contracts.

3 PORRÒ, ne cui dubium sit, quamobrem Curiæ Parisien. iudicio illo, Notarij à Tabellionibus secernantur, suo vtrisque sigillatim commendato munere ac cõfirmato, explorandum est functionis vtriusque discrimen latissimum. Primitùs quidem, Magistratus Municipales instrumenta scripsêre Pactorum priuatorum. Vt Constantinus Imp. notat. l. Si quis Decurio. Cod. De fals. l. 1. & 2. Cod. De Tabular. lib. 10. Eorum deinde in vicem suffecti Notarij, quibus adduntur Tabelliones, velut * ἀντιγραφεῖς, scilicet officij illorum exactores. Promitur huius rei exemplum ab Nouella Iustiniani lege De Tabellionibus. Philippus Pulcher Notariorum institutionem Regiæ auctoritati reseruauit, (Edicto Mense Mart. an. 1302. artic. 19.) quos longa retrò seculorum serie Regij Magistratus creauerant. Cuiusmodi ille in Orat. Pro Ligario Notarius idcircò constitutus, vt actionem causæ perscriberet. Seu alter apud Plutarchum in Catone Vticensi, ex eo nuncupatus, quia per breues Notas, & signa multis literis æquipollentia, celerrimè conscriberet. Haud secus, atque Notarius ille, cui Lucius Titius miles testamentum exarandum notis dictauit, & antequàm literis perscriberetur, vita defunctus sit. Pauli I.C. responso in l. Lucius, ff. De Testam. milit. Eapropter ad nouissima vsque tempora hic inoleuit mos, vt quilibet in sua Iurisdictione, libera vteretur creandorum Notariorum potestate. Quemadmodùm Oldradus attestatur, Consil. 74.

> * quasi contrà scriptores, seu Scribarum obseruatores publicorum.

4 SED enim Karolus 7. Regiis Notariis munus publicum abrogauit, Tabelliones instituit: ita sanè, vt hi Notarios in Pactorum scriptionem substituerent, ac substituti, singulis trimestribus adferre instrumenta contractuum tenerentur Tabellioni, pro publico auctoramento in tabulas Authenticas redigenda. Edicto Mense Quintili, an. 1433. Franciscus demùm Rex, id substituti officium, sui beneficij fecit, nec à Tabellionibus solis in posterum, sed à Principe in Notarios collatum iri lege sanxit: Ex quo regij Scribæ ipsi, Notariive appellentur. Eodem Francisci 1. Edicto, certæ regulæ Notariis cum Tabellionibus inuicem statuuntur, Mens. Nouemb. an. 1542. & 1543. Hinc varia feruntur Curiæ præscripta, & in vniuersum constituta inter Notarios & Tabelliones: Quibus nunc Meldenses causam præbuêre, tum Ambosiani Notarij, Syluanectenses, Bellouaci, Senonenses. Enimuerò Ioh. *Nauar*, qui Palatini Comitis titulum gerebat, honoraria mulcta castigatus est, quòd Pontificiæ auctoritatis fiducia Notarios creare ausus esset in Gallicis prouinciis. Tholosano decreto 8. Kal. Iunias, an. 1462. Cuius decreti meminit Benedictus, apud Tholosates Senator, in Repetit. cap. Raynutius. De Testam. & Boërius in Burdigalensi Decis. 242. Num. 4. Ac Principis

> Arrests de Reiglement entre les Notaires & Tabellions de Meaux, Amboise, Sêlis, Beauuois, Sens, &c.
>
> Arestum Parlamẽti Tholosani, die 25. Maij, an. 1462. d'Amende honorable cõtra eum qui sub auctoritate Papæ notarios faciebat.

quidem Notarius instrumenta vbique conficiebat efficaciter Iure Romano: creatus autem ab inferiore Principis beneficiario, non poterat extra Territorium instrumenta conscribere, sed in territorio scripta, vbicunque vim habebant. Bartol. ad l. 2. π. De offic. Proconſ. ac Legat. & l. Apud Proconsulem, π. De manumiſſ. vindic. Bald. in l. Non aliter, π. De adoption. Speculat. in §. Restat. Tit. De instrum. edit. Ast Gallica Francisci 1. Lege (de qua suprà) constricti sunt Notariatus cuiusque cancelli oppidatim ac regionatim, ne extra patrios fines suum Notarij obeant ministerium. Quinetiam publicis Delphinatium Scribis huiusmodi vetitum est, *submissiones ad Curias extra Patriam recipere*. Vt cum Fräciſ. Marco loquar, in Delphinal. Decis. 620. Parte 2. Illinc tamen demitur trinæ Notariorum Vrbis Collegium, Lutetiæ Parisiorum, Aureliæ, & Montispessuli: quorum potestas per amplissima totius Galliæ spatia propagatur, §. 368. antiquæ, & §. 463. nouæ Legis Aureliorum Municipalis. Nimirùm vt ab iis exarata vbiuis instrumenta, liceat toto Regno executioni mandare, non vt Aurelienſis Notarij tabulæ secum trahant è longinquis Aurelianum in forum litigaturos. Nam hoc eximiè indultum est trino Regiæ Franciçæ annulo signatorio, Parisiensi, Monpessulano, & Campano in nundinis. Vt indicauimus lib. 2. Tit. 7. artic. 2. Etenim Ianus 2. Rex, peractis Galliæ Comitiis, cauit Edicto an. 1356. vt solus Præfectus vrbi Parisien. cognosceret in omnes publicis monumentis obligatos, quæ annulo Regio signata essent Præfecturæ Parisien. Id quod pariter antea Senatus decreuerat, mulctámque Prætori Castri-Theodorici Campaniæ oppidi hoc nomine irrogarat. Aresto 5. Iduū Martiarum, an. 1331. Monpessulani item sigilli prærogatiuam graphicè exprimit Franciſ. Marcus, Gratianopolit. Curiæ Conscriptus, in cit. Decis. Delphinali 620. Quatenùs verò Pontificij Notarij admittantur à Franco Rege, extat Henrici 2. Constitutio, Septembr. Menſ. an. 1547. vt illorum numerus, & oppida, in quibus stationales sint, præfiniantur à Regio Municipij cuiúsque Magistratu.

Delphinales notarij.

Le petit seel de Montpeslier, & des foires de Champagne.

Contractuū literæ obligatoriæ sub sigillo Castelleti Parisien.

Vetus §. Consuetū, die 11. Mart. an. 1331. contra Bailliuum *de Chasteau Thierry*.

Curia parui Sigilli Montispessulani, executionem paratam habet, & clamorem. Ac interdum concedit ea Curia literas executorias sine vocatione partis, & citra remiſſionem personæ.

Notarij Apostolici.

Appoincté au Conseil en la Cour, die 9. Iun. an. 1545. & die 2. Maij, an. 1567. *Le premier, auec le Sieur de la Trimouille, Baron de Sully. L'autre auec la Dame de Buillon, douairiere de Nogent le Roy.*

5 CÆTERVM, vt vnde dilapsa est, eò reuocetur oratio, Propone, fiduciarium Regij Ducatus possessorem, Diplomate vicéque regia instituisse Notarios in Baronis ditione, rectène Baro Notariis officio suo interdixerit? Senatus vtique de eo identidem censuit deliberandum maturiùs, pro Legum Municipalium varietate. Iudicato 5. Idus Iunias, an. 1545. in causa Fisci, cum Tremolio Sulliaci agri domino contendentis. Deinde 6. Nonas Maias, an. 1567. Builliona Heroide, Nogentoregij fructuaria, in Regium Procuratorem litigante. Sed, vt rem paucis absoluam, in proposito vtimur hac distinctione. Si priuato quidem Dynastæ ius sit creandi Notarij intra suæ Iurisdictionis pomœria, seu Regionis Moribus, seu vetustissima possessione: Tunc non licet Principi, nedum fiduciario REGII CENSVS possessori, Notarios constituere in Magnatis viri territorio: Nisi id iuris speciatim à Principe exceptum sit beneficiaria fundi lege. Hanc enim Cautionis formulam dispicere est in Monpenserij Ducatus Rescripto, quo Princeps Notariorum creandorum potestatem sibi recepit, an. 1538. Eo casu cessante, puto eum, cuius notio est, æstimaturum, inuitis Proceribus nullum in suis prædiis regio Notario tribui locum oportere. Cuius ego sententiæ laudo auctorem & assertorem Senatum. Causa enim palàm disceptata est à Prodomino Carnutensi, Confolantis Angolismorum Barone, aduersus Regium Cognitorem in Senatu Parisien. Baro ita differit, cautum Iure Municipij Angolismen. ne Comes inferiorum Dominorum latifundiis nouos imponeret Notarios. Ideóque Regi, Angolismorum Principi, licitam non esse Notariorum institutionem in Angolismensi minorum Regulorum Ditione. Ad hæc, Philippum 4. Constitutionem sanxisse (prout eadem, in Acta Ratiociniorum ex fide regesta est) qua Princeps à seipso abdicarit creandorum Notariorum potestatem in prædiis Optimatum, libera iam olim Iurisdictione præditorum: Mense Mart. anno millesimo trecentesimo secundo. Nam & Curiæ Regestis adscriptam hanc Philippinæ Constitutionis clausulam, præter vulgò edita illius exemplaria, comperimus: NOLVMVS AVTEM, QVÒD PRÆLATIS, BARONIBVS, ET ALIIS SVBDITIS NOSTRIS, QVI DE ANTIQVA CONSVETVDINE IN TERRIS SVIS POSSVNT NOTARIOS FACERE, PER HOC PRÆIVDICIVM GENERETVR. Quemadmodùm enim Princeps, regulariter sibi non vindicat contentiosam, sic neque voluntariam

Vidame de Chartres, Baron de Confolant, en Angoumois. Cuiusmodi Baronia Confolantis, in Comitatum dehinc erecta est ab Henrico 4. Rege, & erectionis Literæ in Senatu Pariſ. publicatæ die 27. Mart. an. 1604. in gratiam Ioachimi Baronis Castri-Veteris, & Confolantis.

riam iurisdictionem in Procerum dominatu. Econtrà, Regius Actor, Notarij instituendi ius, esse Augusto Diademati insitum, CORONÆQVE patrimoniale §. si verò præter hæc. De Tabellion. In Nouell. Iustiniani; cap. Per venerabilem. Qui fil. sint legit. Specul. in §. restat. vers. Sed quis potest facere Tabelliones. Tit. De instrum. edit. Innocent. ad cap. Cùm P. Tabellio. De fid. instrum. Præterea nunquam Principes largiri solitos vasallis suis Prærogatiuam aliquam, quin suæ Celsitudini ampliorem reseruarint. Vt de Pontifice Max. relatum est à Bonifacio 8. in cap. Dudum. De Præbend. lib. 6. Decretal. Epistol. In Regnis etiam externis, nulli licet Siculo dynastæ, facere Notarios, Rege dempto. Teste Ysernia in Constitut. Neapolit. De Iudicib. & Notar. eor. Senatus, patefacta rerum fide, secundùm Baronem pronuntiauit. Extemporali iudicio, post forensem patronorum actionem. Pridie Kalend. Sextiles, an. 1543.

Placitum Curiæ, die vlt. Iul. an. 1543.

Regia Ordinatio registrata in Parlamento die vlt. Iul. an. 1543.

6 EODEM fermè temporis puncto, Franciscus 1. Sanctionem tulit (Mens. Nouembr. 1542.) lectam in Auditorio Curiæ Parisien. pridie Cal. Augusti 1543. Qua Sanctione exceptum fuit nuncupatim, Baronem quemque, & Dominum Castellariæ Ditionis, liberè vsurum, fruiturúmque suo iure Tabellionatus, ac publici annuli, intra septa Baronatus, & Castellaniæ. Iuxta hæc, à noua Custodum Regij annuli institutione in quolibet Tribunali, dempsit Senatus expressim Magnates viros, qui in suo ipsorum Territorio iure sigilli præditi essent. S. Consulto pridie Idus Sextiles, an. 1568. probatorio Regiæ illius Custodum creationis, Mens. Iun. eod. anno. Inde subobscura enascitur quæstio isthæc. Regius Notarius constituitur in territorio Sternaij Dynastæ, qui rei nouitatem hanc querulo libello non oppugnat: Sed ipsius patrona Errica Cliuensis, Baro Bayana, enixè intercessit regiæ isti Notariorum institutioni. Senatus igitur, quùm Sternaij silentio, tacitóque consensu parum moueretur, audiit querelam superioris dominæ, eámque in consilium misit: Decreto 5. Kalend. Quintiles, an. 1570. Intuitu tamen piæ causæ videtur eximia quædam Principi seruanda creandorum Notariorum auctoritas in Procerum latifundiis. Ex Senatus iudicio dicto secundùm Regij Sacelli Canonicos & sacrificulos vadi Maulnei, Cenomanensis: in Vindocinensem Ducem, Fani Karilephi dominum, an. 1546. Quippè quùm Philippus 6. sacræ huius Ædis fundationi præcipuam dotem addiderit, vicariam Regiorum Notariorum institutionem Cenomania tota 7. Idus Septemb. an. 1329. Qualem certè Notariatus collationem religiosè sanxit Carolus 9. decimo sexto Calend. Decemb. an. 1569. iuxta Aulicum de ea S. Consultum. Nihilo tamen seciùs de Ecclesiastico Munerum huiusmodi conferendorum iure mihi fuit pro sacris hisce Sodalibus ex integro dicendum in Senatu, contra Meduanæ Marchionem. Negotium consilij esse, à Patribus decernitur 4. Calend. Februar. anno millesimo quingentesimo septuagesimo. Supparem quoque huic controuersiam suprema Curia reuocauit ad deliberationem ampliorem Nonis Quintilib. anno millesimo quingentesimo octuagesimo quinto. Poussemotha, pro Vindocinen. Regulo: & Riolano, pro Notariis solis Fani Carilephi oppidi, agentibus. At postea re penitiùs introspecta, nunquam mihi creditur voluisse pius ille Templi conditor, impiè iuri alieno detractum, in concedenda Sacerdotibus Notarij faciundi potestate. Nam & idem Notariatum huiusmodi, Iuridicámq; Sedem locauit non in priuata quidem Magnatum ditione, sed apud Burgumnouum Cenomaniæ vicum Regium, regióque tum Fisco recens addictũ, Capitali damnatione Burginoui Toparchæ. Nimirùm vt tales Notarij regio in Territorio degerent, inibíque solùm, nec alibi, suam gererent prouinciam. Inde vulgò publicis eorum instrumentis præfigitur hic titulus, *En nostre Court Royal du Bourgnouuel, &c.* De toto hoc genere fusiùs Nos lib. 1. de LEGIBVS ANDEGAVENSIVM, cap. 43. art. 12. cum seq. & cap. 76. art. 5. Quo ex nostro Tractatu nihil non decerpsit vsquequaque neotericus scriptor tacito Auctoris nomine, in Gallicis suis Opusculis, ac in eo potissimùm, quod *De Iuribus Iustitiæ Altæ, Mediæ, & Bassæ*, inscripsit an. 1577. Anterius enim illud, de Legibus Andium, Volumen fermè totum versatur in tractatione omnium Galliæ Iurisdictionum, summæ, mediæ, infimæ, Castellariæ, Ducalis, &c. Quarum veterem vsum & è manuscriptis rei Francicæ Codicibus, ceu fontibus hauseram, nec priùs quisquam (ni fallor) iusto Opere concinnarat.

Arestum *des Gardes du Seel Royal*, die 12. Aug. an. 1568.

Arestum Senatus, die 27. Iun. an. 1570. *touchant la creation d'vn Notaire Royal en la terre & Seigneurie d'Esternay, tenuë de la Baronie de Baye, en Champagne.*

Chanoines du Gué de Maulny, en la ville du Mans, contre le Duc de Vendosme, Sieur de S. Kalais.

Literæ regiæ fundationis *de la Chapelle du Gué de Maulny*, die 7. Septem. an. 1329. per Philip. Valesium Regem.

Patentes die 16. Nouemb. 1569. *au Seneschal du Maine, de maintenir les Tresorier, Chappellains & Clercs de la Chapelle du Gué de Mauny en la possession de creation des Notaires, & Garde des seaux aux cõtracts du Maine, &c.*

Appoincté au Conseil en la Cour, die 29. Ianuar. an. 1570. *auec le Marquis de Maienne la Iuhes.*

Die 7. Iul. 1585. *appoincté au Conseil, & ce pendant deffences par prouision aux Notaires Royaux du Gué de Mauny, demeurans à S. Kalez, d'instrumenter aud. lieu estant du Vendosmois.*

An. 1515. Cenomaniæ Suppræfectus Taburellus certam præfixit Taxationẽ iuriũ ac emolumẽtorum Sigilli contractuum pro Thesaurario & Capellanis *du Gué de Maulny*. Quæ taxatio, & Constitutio iudiciaria publicata fuit in Auditorio Cenom. an. 1517. Mens. Dec.

De Legibus Andiũ Volumen typis excusum, an. 1581.

NONNVNQVAM verò priuatis etiam Dynastarum fundis Reges imposuêre suum iuridiciale Forum, publicæ vtilitatis gratia: ne populares, regiorum casuum nomine, vel prouocationum, ius petere cogerentur ab longinquo Magistratuum Tribunali. Sic Suessionum vrbi, quæ Engerrani Couciaci hæredibus competebat, attributa est à Karolo 6. particularis Sedes Veromanduæ Præfecturæ; cum multis regiorum iurium prærogatiuis. Diplomate 4. Kal. Ianuar. an. 1411. Nec mirum, quùm priùs itidem Suessionens. oppido Rex indulsisset, vt ciuium controuersiæ Regio Suessionen. Præposito deferrentur, negata earum Laudunensi Prætori cognitione: Literis Mens. Quintili, an. 1326. Eam Suessionum prouinciolam Rex nuper exemit Præsidiali foro Laudunensi: Codicillis 15. Kal. Ianuar. an. 1552. Nam & Suessionum quondam ditio ab Aurelianis Regulis tenebatur, Patritiatus Francici iure singulari: Quam deinceps Claudia ab Ludouico 12. patre (qui Aureliæ Ducum hæres erat) accepit, Patritiali titulo exornatam, Febr. Mens. an. 1505. & Decembr. an. 1509. Tales vero PARIVM Franciæ Principatus (in causis præsertim appellationum) vnam fermè agnoscunt Senatoriam Curiam superiorem. Rhemis item regium Forum constituit Franciscus 1. Edicto Mens. Iunio 1523. quod non modò promulgarunt Lutetiani Patres 16. Kal. Sextiles, eod. an. Verùm & Prætoriani Consiliarij ratum esse decreuerunt, aduersus Archiepiscopum Ducémque Rhemensem, tum Episcopum ac Ducem Laudunensem: qui Edicti executioni cùm intercessissent, intercessione summoti sunt. Arestis Prætoriani Senatus 7. Kal. Septemb. an. 1525. & 5. Nonas Iulias, an. 1528. Similiter Lingonensi in vrbe, quæ ad Episcopum dominij iure spectat, Princeps instituit Tribunal regium, priuatis quibusque intercessionibus explosis, & reiectis. Diplomate Mens. Nouembr. an. 1561. ita comprobato à Senatu Parisien. 11. Kal. Ianuar. eod. an. LECTA, PVBLICATA, ET REGISTRATA, AVDITO PROCVRATORE GENERALI REGIS ET HOC REQVIRENTE: ET SVPER OPPOSITIONE, AD CONSILIVM. PROVT IN REGISTRO HODIE IVDICIALITER FACTO CONTINETVR. Rursus Bellouacensi Præsulis Comitísque ciuitati imposita est à Principe Regia Præsidialis Sedes iurisdictionis: Rescripto in Curia recitato 10. Kal. Ianuar. an. 1582. Religiosè verò Phil. Pulcher, qui de monastico Præfecto Ædis Petri Monsteriensis priùs emendum, aut compensandum, censuit profanum loci dominatum ac territorium, quod Præfectus habebat, quàm regiam inibi Iurisdictionem collocaret. 7

> Literæ erectionis Sedis regiæ particularis Bailliuiatus Veromandui die 29. Decemb. an. 1411.
> Literæ patentes, die 18. Decemb. an. 1551. Exemptionis Suessionum à Præsidiali Sede *de Laon en Vermandois* De quibus Nos, cap 48. lib. 1. Leg. Andeg. artic. 3.
> *Soissons, erigéen Pairie.*
> Edicti verificatio in Parlamento, die 17. Iul. an. 1523. *touchant l'erection d'vn Siege Royal à Reims.*
> Duo Aresta Magni Consilij Regij, die 26. Aug. 1525. & die 3. Iul. an. 1528.
> Die 22. Decemb. an. 1561.
> Verificatio in Curia Edicti Iudicum Præsidialium *de la ville de Beauuois*, die 23. Decembr. an. 1582.
> *Prieur de S. Pierre le Monstier.*

REDEO ad públicos contractuum Scribas seu Notarios, de quorum numero, ætate, & officio exprompta est Constitutio Aurelianen. §. 81. 82. 83. Eadem Constitutione abrogantur noua Tabellionum munera, quæ Franciscus 1. & posteri Reges inuexerant, §. 84. Vetustos autem, patrimonialésque Regum Tabellionatus, perpetuos sanxit Princeps, nec Aureliensi lege antiquatos. Edicto 5. Kal. Nouemb. 1561. quod Senatoriis Actis consignatum fuit Mense Decembr. proximè consecuto. Porro aliud quoddam existit Notariorum genus insignius, Scribæ seu Amanuenses Regij, qui Principi sunt à libellis & Epistolis. Hos Karolus 5. Rex amplissimis Priuilegiis ornauit, an. 1365. Tum Ludouicus 11. Mens. Nouembr. an. 1482. Cuius de eo Codicillis suum adhibuêre suffragium PATRES Lutetiani, tertio Nonas Quintiles, an. 1483. modulo infrarelato, *Lecta, publicata &c. Ita tamen, quòd sub vmbra vocabulorum in Albo contentorum, videlicet quòd Notarij & Secretarij Dn. nostri Regis in d. Albo nominati sua Officia in Curia Parlamenti exercere possint, iuribus, honoribus, & praeminentiis Graphariorum, & 4. Notariorum d. Curiæ ab antiquo institutorum, neque exercitio suorum Officiorum derogetur, seu nunc, aut in futurum derogari valeat, &c. Intellecto & declarato, quòd nullus erit in d. Curia Grapharius, neque Notarius, nisi notarius, & secretarius ordinarius Regis de collegio d. d. Notariorum & Secretariorum existat. Reiectóque Articulo in d. Albo contento, quo cauetur, d. d. Notarios & Secretarios infractores suorum Priuilegiorum, coram Domino Cancellario, & in magno Consilio Regis conueniri facere posse. Contra quos infractores, secundùm casus particulares, d. d. Notarij & Secretarij per iustitiam sibi prouidere poterunt, &c.* Regiis insuper Scribis eximia adiecit iura, singulariáq; beneficia Erricus 2. Mens. Sept. an. 1549. secundùm patrem Franciscum Regem, Decemb. Mens. an. 1518. Mart. Mens. an. 1519. Tum postridie Idus April. & Quarto Iduum 8

> *Tabelliõnages domaniaux de la Courõne.*
> Edictum die 28. Octob. 1561.
> Secretarii Regii, & Domus Coronæque Franciæ.
> Die 5. Iul. 1483.
> Antiquitùs verò, delegâte solùm Cãcellario Franciæ, habitam ab aliis quæstionem de falsarum fabricatione Literarum regiarum, indicat Arestum Parlam. die 9. Ianuar. an 1342. inter Colartũ *Paiot*, & Scabinos Abbæuillæ, de falsificatione Literarum Regis pendente coram Cancellario, & per eum ob occupationes remissa ad Parlamentum.
> Priuilegiaria Edicta die 14. April. & 12. Maii, 1545.

Iduum Maiarum an. 1545. Quibus accessit Rationalium Lutetiæ comprobatio atque Iudicium, 4. Idus Iunias subseq. Apud Romanos verò, licet Scribæ mercenarij fuerint, auctore Æmylio Probo: Certè Adrianus Imp. Romanos Equites primus habuit à libellis & ab Epistolis. Vt Spartianus tradit. Deinde paulatim hi, qui Cæsarum Rescripta, placita, mandata, pragmaticas sanctiones sacro Encausto describebant, dictatas à Quæstore sacri Palatij, vocabantur honoris ergô Libellenses; Epistolares, Scrinij memoriales, Adiutores, Primicerij, ceu Socratis vocabulo (7.cap.23.) * Πρωτοστάται τῶν βασιλικῶν ὑπογραφέων l. Præcipimus §. in his & §. nostri verò Libellenses, Cod. De appellat. l. vlt. Cod. De diuers. Rescript. l. Hac parte Cod. De prox. sacr. scrinior. l. Eos Cod. De excusat. muner. l. 1. & 2. Cod. De Priuileg. eorum qui in sacro Palatio militant. l. Sacri §. hanc autem Cod. De diuers. rescript. Quæstori item illi dabantur coadiuuæ duodeni, Magistri Officiorum, Magistri Epistolarum seu libellorum, quos nunc pariter, Magistros libellorum supplicum nuncupamus l. Cōperimus Cod. De proxim. sacr. scrinior. l. Si quando Cod. De appellat. Inde & tales Scribas honorifico elogio decorauit Theodoricus Italiæ ac Gotthorum Rex, in hæc Cassiodori verba. NON EST DVBIVM, ORNARE SVBIECTOS PRINCIPIS SECRETVM, DVM NVLLIS ÆSTIMATVR POSSE COMMITTI, NISI QVI FVERINT FIDE MAGNA SOLIDATI. REGIS CONSILIVM SOLOS DECET SCIRE GRAVISSIMOS. IMITARI DEBENT ARMARIA, QVÆ CONTINENT MONVMENTA CHARTARVM, VT QVANDO AB IPSIS ALIQVA INSTRVCTIO QVÆRITVR, TVNC LOQVANTVR. Lib. 6. Variarum, in Formula Notariorum. Missas facio antiquiores Græciæ Respubl. quæ Regios seu publicos Scribas egregiis honorum & dignitatis ornamentis cumularunt: Neque ad id muneris assumebantur, nisi honesto loco, & fide industriáque probati, quòd necesse fuerit omnium consiliorum eos esse participes: huncque locum officij & amicitiæ apud Macedonum Reges Probus tradit extitisse. Cuiusmodi etiam fuit ille Lartis Porsenæ Clusini Regis Scriba, cuius regius propemodùm cultus amictusque Scæuolam fefellit, Regis necem molientem. Eosdem Cancellarij nomine dictos fuisse, vel quidem Arcadio & Honorio Caess. ex ipsorum Legibus apparet, quæ in Codice Iustinianeo leguntur. Hinc Franciæ Cancellarius, quo verbo Flauius Vopiscus, & Ansegisus in Constitutionibus Caroli Mag. publicos Scribas designarunt.

Iuxta anteriora Secretarios eximentia *des Frāc-Fiez & nouueaux Acquets, lods, ventes, quints, requints, reliefs, & autres deuoirs seigneuriaux deuz au Roy, ou aux acheteurs de son Domaine par engagement.* Verificata à Magistris computorum die 10. Iun. 1545. & 20. Iun. an. 1548.

Patētes regiæ mens. Decemb. 1518. Registratæ in Curia Paris. die 11. August. 1519.

* Regiorum scribarum præantistites seu decani.

De publicis Græciæ Scribis.

Regij Scribę ornatu Scæuola in errorem inductus, qui Scribam occiderit, putans Regem esse.

De Cancellario Franciæ.

Hic etenim leges Regni cancellat iniquas,
Et mandata pij Principis æqua facit.

Eum veteribus quoque Gallis Magistratum clarissimum fuisse necesse est, quem Philippo 1. Rege, Gottofredus gerebat, regiæ Parisiorum vrbis Episcopus, & apud Burgundiones Viennensium Antistes an. 1090. Quinetiam in Aula Mag. Caroli Imp. summum Cancellarium fuisse, perhibet Hincmarus Rhemorum Archiepiscopus, qui, huiusce phrasi, A SECRETIS APPELLABATVR, ERANTQVE ILLI SVBIECTI PRVDENTES, ET INTELLIGENTES AC FIDELES VIRI: QVI PRÆCEPTA REGIA ABSQVE IMMODERATA CVPIDITATIS VENALITATE SCRIBERENT, ET SECRETA ILLIS FIDELITER CVSTODIRENT. Hincmari Epistol. cap. 16. Proinde Cancellarij eiusmodi, velut protonotarij Galliæ, Notariatus munera contulêre antiquitùs, & mortuo Notario, notas alteri dedêrunt, qui in publicam formam instrumenta redigeret. Vt innuit Ludouici 12. Constitutio edita an. 1512. art. 42. & Masuer. in Praxi. tit. De Literis, Notis, & notatis. versic. Item Notario mortuo. Iisdē fortè rationibus, Cancellario confiscata Senatus decreuit eius bona omnia, qui Principalem annulum maiorem falsasset, aut tabulas quasdam fictitio signaculo, quasi Regio, obsignasset. Iudicato secundùm Petrum Ordeomontem, Petr. Gyacum, & Arnoldum Corbiam, illustres vicissim Regij Franciæ annuli Magistros. Vt refertur Senatorij Styli Parte 5. cap. *Iura Regia consuetudinaria.* At posteriùs abrogata est Galliæ Iuris-Præfectis, vt Notariorum Officij cuiusque dispensatio, ita in singulos criminum quæstio, indéq; mulctatitij, vel publicatorum bonorum addictio in rem priuatam Nomophylacū ipsorum. Regio Francisci 1. Edicto mens. Sextil. an. 1542. quod Lutetiana Curia promulgari iussit Septimo Iduum Septemb. Eod. an.

Sub hæc tempora fuit etiam Stephanus quidam Regis Cancellarius, ad quem Iuo Carnotensis rescribit, Epist. 162.

Petrus d'Orgemont, & alij Cancellarij Franciæ, temporibus Caroli 5. & 6. Regum.

Stylus Parlam.

Edicti verificatio in Curia, die 7. Septembr. 1542.

Tit. XXII.

De Regio pondere, parte Regij Patrimonij.

DE PONDERIBVS MENSVRISQVE REGIIS, AC DE VENATIONE IN PRINCIPIS LEPORARIO.

1 *Pondera, & mensuræ, sunt mixti imperij.*
Regium Pondus Parisiense.
Libripendes, in optima quaque Republica instituti.
2 *Ponderum ius in Anglia, regium.*
Magnatum Francicorum Insignia, Ponderibus imprimenda.
Mensuræ, Ponderaque in Hungaria, eadem in toto Regno.
Francisci 1. & Henrici 2. cura, de ponder. & mensur. in vnam formam redigendis.
In Normania, ponderum & mensurarum auctoritas Regia.
3 *De Agrimensoribus, & eorum officio.*
4 *In Leporario Regio venari, nemini licere.*
Ius Leporarij habendi, à Rege impetrandum, & apud Præfectos Ratiociniorum quondam perscribendum fuisse.
5 *Columbas, in priuatorum columbariis degentes, eorum esse: & in iis furtum committi.*
6 *Columbarium, Leporarium, & cætera huiusmodi, certis locis non licere priuato sine Domini superioris venia habere.*
Senatusconsulta de Columbariorum extruendorum potestate & modo in iis locis, in quibus nihil Consuetudine de his cautum sit.
7 *Columbarium, & Leporarium, non esse superioris Dominij purè Insignia.*
8 *Columbarum maxima olim caritas, earumdem fœcunditas.*

Droicts de Poids, Mesurage, Aulnage, Iaugeage, Estallonnage, & Arpentage.

Comptes de la recepte du Dommaine Royal de Paris.

SVPERVACVVM non erit, mero Imperio DOMANIALI mixtum subiungere. Quod Regio in Pondere & mensuris potissimùm versatur. Fiscalis quidem Cameræ monumentis accepimus, regium Pondus Lutetianum priuatis donatum à Ludouico 7. an. 1168. At longo pòst tempore, illud Regiis adscriptum est ratiociniis Parisiens. tanquam Sceptri Francici patrimoniale. an. 1269. 1

NEC in Gallia modò, sed in optima quaque Repub. fuerunt Zygostatæ, seu Libripendes instituti maiore imperio, qui ponderum rationem tenerent, curaréntque per singulas Vrbes, vt * μετρονόμοι iusto pondere mercimonia diuenderent. Quales Attici μηχανικοὶ quindecim, quorum deni in Piræo, quini in vrbe elaborabant, vt mensuræ vendentium legitimæ forent: Sicuti ex Aristotelis sententia scribit Arpocratio. Idem penè Romano Iure sancitum obseruatur tit. De Ponderatoribus, lib. 10. Cod. l. Item quæritur §. si quis mensuras. D. Locat. Alioquin Persij verbis,

* Mechanici seu opifices.
Lex attica de Ponderibus & mensuris.
Romana.
Satyra 1.

Frangeret heminas Arreti Ædilis iniquas.

Mosaica Lex.

Hebræis pariter Moses in Leuitico, Iustitiæ regulas præscribens, Non facietis (ait) iniquum aliquid in pondere & mensura: statera iusta, & æqua sint pondera, iustus modius, æquúsque sextarius. Eundem secutus Diuus Thomas censuit, mensuras ac pondera, Reipubl. conseruationi apprimè necessaria esse: quibus nimirùm, fidem in commerciis & pactionibus sartam tectamque tueamur lib. 2. De regimine Principum, cap. 14.

ITAQVE Præfectura Ponderum, non modò publicæ est auctoritatis, sed mixti quoque Imperij fuit Cæsarum Romanorum. Vt sanxerunt Valent. Theodos. & Arcadius Augusti, l. Modios. De susceptoribus, præposit. & arcariis, lib. 10. Cod. & ibi Ioh. Plateanus §. si autem collatores, Nouella Constitut. De Collatoribus. Sic in Anglia, ponderum ius Regium est: vbi tamen Erricus 3. inuidiæ 2

Anglicum Ius ponderum, & mensur.

uidiæ Pop. leuandæ causa, pondera ac mensuras correxit, restituit an. 1226. Vt est apud Polydorum in Angliæ Chronic. Quùm verò Gallica in Monarchia iuridicum imperium à Principe distributum fuerit passim Equestri Ordini, hic de mensuris ius dicit, ponderibúsque auctoritatem interponit: Adeò, vt Magnatis cuiusque Insignia ponderibus sint imprimenda. Decision. Gratianopolit. 490. Bartol. & Iacob. Rebuff. ad l. Diuinas, De frumento Alexandr. Lib. XI. Cod. Quocirca etiam ius vlnis metiendi panni, & pannariæ vlnæ signandæ PATRES adiudicarunt Baroni Castri-Rodulphi, apud Biturigas. Decreto, Calend. April. An. 1544. Sed vtinam Philipp. Longus, & Ludouicus II. prudens animi votum perpetua lege sanxissent, de vniformi pondere tota Gallia constituendo: nunc tam multiformi rerum mensura, Nobilium virorum quies cum Plebeiis inuicem non turbaretur. De quo, Nic. Gillius in Longo, & Comminius in Ludouico II. Priscis autem Hunnorum Moribus sic statutum inuenio: MENSVRA VINI ET TRITICI, ALIARÚMQVE OMNIVM RERVM, ITEM PONDERA EADEM BVDENSIA SIMILITER HABEANTVR IN TOTO REGNO: ET QVI ALIA MENSVRA SEV PONDERE VTITVR, PERDAT REM MENSVRATAM, VEL PONDERATAM. Lib. Iuris Consuetudinarij Hungariæ, pridem typis excuso. Planè Franciscus I. & Henricus 2. Galliæ Reges, obnixè curarunt, pondera omnia & mensuras vnam in formam redigendas: Sed hoc ita, vt gentilitiæ Procerum Notæ suis ponderibus mensurísque imprimerentur, quibus illos Iuridica potestate præesse, Reges simul ingenuè declararunt. Edictis Aprili Mens., an. 1540. Quintili, an. 1543. & 13. Kal. Iunias an. 1557. quorum posterius Conscripti Curiæ recitari iusserunt 3. Kal. April. eod. an. Necdùm tamen Principum Edicta isthæc licuit ad effectum perducere. Vtut sit, Rex in Normanico Ducatu sibi purè vindicat ponderum dimensionúmque auctoritatem. Id quod Terrienus adnotauit ex contextu Normanicæ Consuet. Lib. 4. Cap. 15. Commentar. in eandem. Planè in Iuridica ponderum mensurarúmque cognitione, Rex Normanicos omnes anteuertit dominos sublimis Iurisdictionis. §. 23. Patriæ Legis repositæ An. 1583. Reliqua de ponderibus & mensuris Nos accuratiùs in Tractatu LEGVM ANDEGAVENSIVM (cap. 40. Lib. I.)

3 ALIVD mensuræ genus est, cui agrimensores, Græcè γεωμέτραι, seu γεωδέται adhibentur, modum agris mensurámque imponentes. Olim namque agrimensores, mota de finibus controuersia, sumebantur arbitri, quasi terræ diuisores & finitores. Scilicet Lege Manilia, cùm de quinque pedibus nata erat contentio, ibatur ad arbitrum: qui & agrimensor dictus seu Decempedator illos regeret, artéque sua constitueret. De mensoribus ac mensurarum generibus, scripsêre Agennius Vrbicus, Plinius, & alij. In Gallia autem, sola Principis auctoritate Mensores instituuntur, qui priuatorum agris modum dicant. Ac de Francico Agrimensore habetur Constitutio Regia in Tabulario Præfecturæ Parisien. An. 1240., de qua Petr. Rebuffus, Tomo. 3. Constitution. Principalium.

4 IN Regio insuper Leporario venandi ius hîc interseramus, Principis patrimoniale. Aucupium enim, ac venatio, priuato cuique interdicta est in Regiis nemoribus, subterraneis, & leporariis. Vt Summæ Ruralis auctor literis mandauit. Quinetiam olim Leporarij ius omne in priuatis fundis ipsi vetitum erat proprietario, nisi apud rationum Principalium Magistros perscriptum fuisset. Iudicato Curiæ, postridie Idus Apriles, an. 1339. Posteriori Lege Ianus Rex, & Karolus filius non modò interranea noua prohibuerunt, sed & quæ à 40. annis erecta fuerant, sanxerunt aboleri, quòd ea non parum officerent agriculturæ. Hinc priscis quoque Meldorum Institutis, nemini licet *Garenam* venatoriam habere, quàmlibet meri Imperij fascibus prædito: nisi vel ex Regio permissu, vel titulo peculiari, aut possessione mortalium memoria superiore. Artic. 211. & 217. Meldens. Consuetud. Tit. *De Garenne*. Longissimam enim huiusmodi possessionem in *Garena* spectandam, indicat vetus Decretum Curiæ Franciæ. An. 1256. depromptum è Lib. *Olim*, fol. 3., tali sermone. INQVESTA FACTA SVPER EO, QVÒD PHILIPPVS QVONDAM COMES BOLONIÆ DICITVR FECISSE GARENAM APVD FAY, IN PAROCHIA DE SANCTO FELICIO, DVM VIVEBAT. PROBATVM EST, QVÒD IDEM PHILIPPVS, QVANDO VENIT AD TERRAM

Placitum Curiæ, die 1. April. an. 1544. *pour le Baron de Chasteau-Raoulx.* In singulis tamen Galliæ Municipiis iam olim institutus fuit à Rege *un sergēt general, visiteur des Moulins, poids, balances, aulnes, crochetz &c.* Qui in terris etiam Baronum generalē hanc Politiam exercebat. Ex Regesto Cameræ computorū Andegauen. an. 1297. Ac Parisien. die 29. Decēb. 1509. Et Aresto Curiæ 17. Mart. 1582. Sententiam confirmante Ambosiani Iudicis. At talem visitationē, reclamante Barone, in sua terra cessare, iudicatum: Aresto die 7. August 1604. in Camera Edicti pro Barone *de l'Isle bouchart, en Touraine, contre René Retif, Visiteur general.*

Edicta *de la reductiō des Poids & Mesures à vne forme. Et qu'en France n'y aura qu'vne forme d'Aulne, de longueur de 3. pieds, 7. poulces, & 8. liures, à toise Qui sera nommee l'aulne du Roy, &c.*

Literæ patentes Errici 2. Regis, die 20. Maij, verificatæ in Parlamento die 30. Mart. ante Pascha, an. 1557. Queis similem Constitutionem tulit Carolus 9. mens. Febr. an. 1565.

De Termino posito litem vt discerneret agri, déque festis Terminalib. Ouid. Fastorum 2. & Gell. lib. 2. cap. 6.

Grand Arpenteur, Mais les Iaulgeurs & Mesureurs nouuellemēt erigez par le Roy, n'exercent aux villes ou villages des Seigneurs. Par Arrest en plaidant pour le sieur de la Trimoille, contre René Potier, en la Chambre de l'Edict, le 19. Auril 1602.

De Venatione in Regiis nemoribus. Arestum Curiæ, die 14. April. an. 1339. *Coust. de Meaux.*

Philippus Boloniæ Comes patruus D. Ludouici, apud Ioynuillā In Chron. D. Ludouici cap 4.

Differentia inter *Garenam* clanculùm de nouo factam, & ius venandi in suo simpliciter, publicè ac sine fraude, cum canibus & venabulo.

VILLENOVÆ, FECIT DE NOVO GARENAM DE FAY IN FEODO ETIAM ALIENO, ET QVÒD COMMVNITATES ANTE HOC SOLEBANT IBI VENARI IN EA GARENA DE FAY. Antiquo autem Iure Quiritum, priuato cuilibet licita est in suis agris venatio, palam, apertè, ac bona fide exercenda:

Hinc laqueis captare feras, & fallere visco,
Inuentum, & magnos canibus circundare saltus.

Maronis Lib. I. Georgic. Proin ex controuersa in Foro venandi licentia inter dominum fundi clientelaris, & Iuridicum dominum superiorem, Senatus decreuit, *Feudatario* illi, venationis ius in suo liberum fore: tanquam clientelis feudóque adscriptum, non iurisdictioni. Arestis Paschalibus, seu 16. Kal. April. An. 1573. quùm Marcus Lourdinus *de Saligny* Baro egisset interdicto Vtì possidetis, in Claudium *de Buffumant*, nobilem virum, Bellimontis feudi proprietarium. Eodémque iudicio decisum, venatori, persequendæ feræ occasione, quam in suo deprehenderit, vicini fundum ingredi fas esse, in quem fera illa diffugisset. Iuxta. §. feræ. Institut. De rerum diuis. Cæteroquin alienis in aruis, & septis, Romano etiam Iure inhibetur venatio: quùm Diuus Pius Aucupibus ita rescripserit: * οὐκ ἐστιν εὔλογον, ἀκόντων τῶν δεσποτῶν, ὑμᾶς ἐν τοῖς ἀλλοτρίοις χωρίοις ἰξεύειν. Etsi autem Iulianus Lib. 6. Digest. venationem in fructu prædij negarit esse, hoc tamen sit interpretandum, nisi fructus prædij ex venatione constaret.

Arestum Curiæ, in toga purpurea solenniter recitatum, die 17. Mart. an. 1573. inter possessorem feudi, & altum iustitiarium loci.

L. 16. ff. De seruitut. rustic. prædior. * non est consentaneum rationi, vt per aliena prædia inuitis dominis aucupium faciatis.

5 QVOD reuerà quidem pertinet ad eos, qui alieno in viuario, seu cunicularìo venantur: sed pari ratione in alios, qui columbas nostras occidunt, est detorquendum. Sunt enim in dominio nostro columbæ, quas in columbariis habemus: velut & apes in alueo inclusæ, quamuis euolare ac reuolare soleant. Intantùm, vt eas apprehendens, furti nobis obstringatur l. Pomponius §. 1. De Famil. hercis. §. apum. Institut. De rer. diuis. Idque in Gallia diligenter custodiri, tradit Faber Iuris Francici peritissimus §. in his. De rer. diuis. Apud Iustinianum. Et Vidus Papa, Decis. Delphinali 218. Iac. Rebuff. ad l. vn. Cod. De venat. ferar. lib. 11. Sunt pariter villaticæ pastionis Ornithones, Leporaria, cunicularia, piscinæ seu * ἰχθυοτροφεῖα, viuaria syluestrium, vt aprorum, quæ primus Romanorum Fuluius Hirpinus instituit: sicuti Murenaria C. Hirius, Ostrearia Sergius Aurata excogitauit. Plinio teste, & Gellio lib. 2. cap. 20. Lucullus necnon primus turdos in auiariis alere ac saginare edocuit: Vt est apud Plutarchum in Lucullo. Luculli etiam Cato tutor, pupilli sui piscinas grandi ære venditauit sestertiûm milium quadringentorum. Auctore Columella.

Ornithones, loca omnium alitũ, quæ intra parietes villæ solent pasci. Ex Gellij lib. 2. cap. 20. * locus, in quo pisces nutriuntur.

6 EQVIDEM fateor, nonnullis Municipiorum Moribus receptum, ne alius quàm sublimis locorũ Iuridicus colũbarium à solo extruat, vel leporaria habeat, nisi forsitan impetrata ab illo venia. Consuetudine Burgundi Ducatus, art. 1. art. vlt. Nouiodunensi ad Ligerim, c. 19. Blesensi, art. 239. Barroducana, art. 47. Simili exemplo, Municipum quorumdam Ritu patrio constituuntur proscripta (vulgò *Bannalia*) molendina, clibani, Torcularia, quæ Iuridicis tantùm dominis suo in territorio struere liceat. Quale Dominicum ius ciuica Regionis cuiusque consuetudine metiuntur Legum enarratores. Bald. ad l. Ex hoc iure. ff. De iustit. & iur. Faber. ad §. æquè Institut. De Action. Ias. in l. Quo minùs. ff. De flumin. Cum Vidi Papij Decisione Gratianopol. 298. Vsqueadeò, vt exemptus *bannaria* Molæ frumentariæ seruitute, valeat in suum duntaxat, piæve in egenos largitatis vsum, frumenta molere, non alias etiam in domos immittere. Ex Curiæ Regesto *Olim*, fol. 27. Qua autem in Prouincia nihil de columbariis illis cautum sit nominatim, rem ita Senatus temperauit, vt quisque beneficiario in fundo liberè sinatur * περιστερεῶνα ædificare à solo ipso, tot columbarum capacem, quot in confinio agros possideat, vt eis cibaria suppeditet. Decreto Curiæ. 15. Kal. Iunias, An. 1549., Vvilhelmo Meldensi, & vidua Draconis Budæi, litigatoribus. Cui consequens est celebris altera PATRVM C. Sententia pro libertate Columbarij sursùm erigendi, non à clientibus solùm beneficiariis, sed ab ignobilium quoque aruorum possessore: dummodò ab isto * περιστεροτροφεῖον non fuerit à solo constructum, nec in eo plures fiant cellulæ columbarum cauatæ, quàm pro earum numero, quas ex contiguis prædiis alere possit. Iudicato. 6. Idus Decembr. An. 1565., Francisco Soueuillæo, & Ludouica Bremontia, altercantibus. In Neustria certè,

Dominus altæ Iustitiæ.

Neuers; Blois, Bar le Duc.
Bannalité de Moulins, fours, pressoirs.

* columbarium.

Arestum die 18. Maij an. 1549.

* columbier à pied. *Voliere à pigeons.*

Placitum Curiæ, die 8. Decemb an. 1565.

certè, columbarium, prænobilis feudi omninò symbolum esse, docet Scacarij Normanici Constitutio vetus, ad solennem Dominicæ Resurrectionis diem, an. 1276. quæ mediis Rationalium Parisien. Actis intexitur, hac verborum dialecto. DE COLVMBARIIS FACTIS EXTRA FEVDVM AVT MEMBRVM FEVDI DE LORICA, CONCORDATVM EST AD CONQVESTIONEM COMMVNIS PATRIÆ, QVÒD OMNIA COLVMBARIA FACTA ET CONSTRVCTA EXTRA LOCA PRÆDICTA A 20. ANNIS ET CITRA DIRVANTVR, ET IN TALIBVS LOCIS AMODÒ NON ÆDIFICENTVR. Eòdem vergit artic. 160. Normanicæ Consuetud. nuper restitutæ, cum Terrieni Annotat. in Leges Norman. lib. 5. tit. 8.

Ordonnance de l'Eschiquier de Normandie.
Fief de Haubert.

7 ALIAS Columbaria, aut Leporaria, verè non sunt superioris Indicia dominij, eáque superioribus tantùm dominis fundorum competere, prorsus nugatorium: nisi contrarium suggereret vetusta loci Consuetudo, aut lex prædio clientelari, emphyteutico dicta. Nec multùm quidem interest domini superioris, aut vicinorum, columbaria à vicinis extrui: quùm victus columbarum à B. Augustino innocens existimetur, nec rerum possessoribus officiat. Homil. 7. Can. Non omnis 2. quæst. 7. Quicquid enim detrimenti agris vicinorum à columbis infertur, id cum vtilitate compensari debet, ab iisdem animalibus adferri solita. Nam stercus columbarum est agris commodissimum: Vt Plinius inquit lib. 17. cap. 8. post Catonem cap. 96. Calidissimum quippè stercus hoc, & modicè sparsum, terram fermentat: atque ideò præstantissimum omnium habetur. Si Columellæ credimus lib. 2. cap. 15. & Varroni lib. 1. cap. 38. Ea est rursus columbarum natura, vt infestos probis seminibus vermes, & noxiorum fruticum baccas auidissimè comedant: veluti eruum, milium, lolium, quibus agri infestantur. Id quod publicæ memoriæ mandauit Columella, loco suprà dicto. Sed & turribus in altum erectis columbarum sedem crebrò adesse ferunt poëtæ, Martialis in 3. *Sonántque turres plausibus columbarum*: & Ouidius.

Aspicis, vt veniant ad candida tecta Columbæ,
Accipiat nullas sordida turris aues.

Vnde & Columbas à culminibus dictas existimat Varro, quia propter timiditatem summa loca & turres petant.

Sturni autē & Graculi magnum damnum inferunt iactis in terrā seminibus, vel spicis maturescentibus l. ex conducto § si vis tempestatis ff. locati.
Antonij à Casta Tractatus extat De columbariis.
Lex. quæ noxiam vel pauperiem nostrorum animalium vindicat, intelligitur de cicuribus & mansuetis, quæ custodia nostra possūt cōtineri. Exodi 22. cap. l. Hæc autem actio D. Si quadrupes pauper. At columbarum fera est natura, nec māsuefactæ creduntur, quamuis auolare & reuolare consueuerint: Ideoq; si agro damnum inferant, earū dominus non tenetur l. Naturalem §. pauonum ff. De acquir. rer. domin.

8 QVINIMÒ chariùs tanto habendæ sunt in pretio columbæ, quòd ætate Varronis paria singula columbarum ducenis nummis, & cùm eximia erant, singulis millibus sestertiûm venirent. Sunt etiam inuenti tempore Columellæ, qui quaternis millibus nummûm binas columbas mercarentur. Vt ab eòdem Auctore traditum est lib. 8. cap. 8. Lucius verò Axius Eques Romanus ante bellum ciuile Pompeianum singula columbarum paria denariis vendidit quadringentis. Vti ex Varronis scriptis perspicitur. Ad rem quoque pertinet magna columbarum fœcunditas, quæ vberem dominis quæstum præbent. Nam octies anno pariunt, Columellæ iudicio: decies aut vndecies, Pliniana sententia, lib. 10. cap. 53. Varronis calculo, totum ferè annum, lib. 7. cap. 7. His accedit Columbarum ipsarum humanitas quædam ac voluptas, quùm Palumbes campos, Vpupæ montes, cum hominibus columbi habitent, per quos Domestici seu Cellares intelliguntur. Si Aristoteli fidem habemus, in primo Historiæ Animalium, Columbas necnon fuisse magnis in rebus internuntias, narrat Plinius, Epistolis earum pedibus annexis in obsidione Mutinensi, quas in castra Consulum Dec. Brutus emittebat. Idémque, Frontinus de Hirtio, literis prodidit. Quibus de causis, vt semel finiam, domina Luzarcha ius columbarij in Lodoicum Gallum feudi possessorem oppugnante, Curia secundùm libertatem pronuntiauit. Falcone, Consiliario, litis expositore 11. Kal. Maias, an. 1571. Id quod postea in Leges Parisiorum Municipales traductum fuit, art. 69. & 70. Cætera de columbariis, leporariis, totáque adeò venatione, executi sumus lib. 1. LEGVM ANDEGAVENSIVM.

Placitum Curiæ de libertate Colūbarij extruendi, die 21. April. an. 1571. *au rapport de M. Faucon Conseiller.*
Cap. 32. & 4. seqq.

Tit. XXIII.

DE RETRACTV LINEARI IN REGEM EMPTOREM.

1 *Num fundus à Principe emptus, iure cognationis retrahi possit.*
Ius cognationis, iure dominij directi, in retrahendo potius esse.
2 *Retentionis gentilitiæ ius in venditis Regi cessare, si res sit Principis* immediatè *beneficiaria, & publicæ vtilitatis gratia emptio à Principe celebretur.*
3 *Prædia posse, ante venditorum cognatos, à Ciuitatibus retrahi in vsum publicum.*
4 *An prædij à Ciuitate empti Laudimia debeantur.*
Dominum fundi bono publico Ciuitatis vendere cogi.
5 *An Princeps retentione* Feudali *prædia aliis vendita retrahat.*
Feudaria *redemptione fundorum Ecclesiam vti.*
Regiæ priuatorum fundorum redhibitioni modus præscriptus, quis.
Feudalis *retractus cessionem valere.*
6 *In prædia inferioris Reguli* feudaria *vel* censualia, *Regi nullum tale ius retrahendi esse.*
7 *Prædium confiscatum ex crimine, & pluris licitanti addictum, non posse à criminosi agnatis retrahi.*
8 *Decimas* infeudatas, *Ecclesiæ venditas, non posse à venditorum agnatis retrahi.*
Decimæ nummariæ à sacerdotibus exigendæ initium & occasio.
9 *Res* doario *subiectas, à liberis proprietariis venditas, retrahi à paternis eorum propinquis, non maternis.*
10 *An pupilli, creditores, legitimum vsurarum modum seruare cogantur.*
Quinquennis vsurarum præscriptio Statutaria, *aduersus pupillos etiam procedit.*
11 *Num* feudalis *dominus, cuius* Receptori *vel* Firmario *soluta sint ab emptore laudimia, prædium emptum retrahere iure feudi possit.*

Retraict lignager.

1 CONTEMNENDA non est in parte REI DOMINICÆ prærogatiua Fiscalis, à Rege emptum prædium lege solui redemptionis agnatitiæ: dummodò idipsum purè propendeat à CORONA Gallica, nec ab alio Dynasta inferiori. Atque ita Regium Patrimonium adaugetur quodammodò efficacia & securitate emptionis. Nec enim principi duntaxat in eo consultum est, vt redhibitoriam DOMANII legem in singulos priuatos exerceat, verùm etiam ne in eum emptorem, gentilitia à priuatis redhibitio fundi exerceatur.

Stylus Parlamenti.
Comté de Guines.

* prælationis, seu Retractus, à προτιμάω, præfero, cùm agnatus extraneo emptori præferatur.
De hoc vide Baldũ in Consil. 174. lib. 5.

DEPROMPTA hæc sententia ex Franciæ Curiæ Iudicato solenni, in Festo Omn. Sanctorum, an. 1283. quod Libro Senatorij Styli insertum reperitur, Parte 7. Facti species erat huiusmodi. Balduinus Guynensis egit gentilitia lege venditorum reuocatoria, in Procuratorem Fisci, de Comitatu Guynarum, quem Princeps à patre coëmerat. Legem hanc seu consuetudinem * Προτιμήσεως in prædiis antiquis, fuisse cum Francis & Burgundionibus natam, deinde Caroli Magn. constitutione prorogatam ad Saxones. E diuersò Procurator Fisci, Regem in extraneis emptoribus non habendum, imò gradu & ordine propinquitatis anteire venditoris agnatos iure Regio, ac Reipubl. Franciæ. Petitorem ipsum, si id negaret insolenter, ad agnatos & gentiles deducendum. Nam inter gradus necessitudinum & officiorum, chari parentes, chari amici, sed omnes omnium necessitudines vna Respub. superat. Quâtùm ex Gellianis Noctibus assequimur, lib. 5. & M. Tullij lib. 1. Offic. Adfertur rursus ab Actore fiscali, spectâdum Comitatus situm, Imperij Gallici limitaneum: Publicè interesse, ne ab inferiori Magnate

gnate teneretur. Placuit Balduinum petitione summoueri, Decreto suprà relato. Longa pòst temporis intercapedine, Guinensem Comitatũ possedit Rodulphus Nelleus, Duensis Comes, Gallicæ Equestri militiæ Præfectus: De cuius filio, Guynarum Comite, Frossartes historicus ann. 1340. volum. 1. cap. 54. & 328.

Arestum Parlamenti in Festo Omn. Sanct.

Mess. Raoul Comte d'Eu, Connestable de France.

2 PROINDE in venditis Regi cessat ius retentionis gentilitiæ, præsertim si duo isthæc vnà concurrant. Primum, vt res sit Principis * ἀμέσως beneficiaria, non alterius: quo vrgente, Rex compelleretur fundum priuatis aliis emancipare, qui iusta in eum clientelæ munia obirent. Vt à Nobis suprà demonstratum est lib. 1. tit. 7. & à Molineo in Consuet. Parisien. (§. 13. Glos. 4. num. 3.) Alterum, vt publicæ vtilitatis gratia contrahatur emptio à Principe, fortium putà castrorum, quæ extremam Galliæ oram attingant. Nam ad ea etiam Regi cedenda cogere liceret possessores, l. Quicunque castellorum. (Vbi Plateanus, Pennatus, & Iac. Rebuffus) Cod. De fund. limitroph. lib. 11. l. In nomine Cod. De offic. Præfectorum Prætorio Africæ. Sic Neapolit. Constitutione Protimiseos, seu Retractus, quam Fridericus Rex induxit, nuncupatim excipitur Curia, quam Interpretes eiusdem Constitut. intelligunt pro Fisco & Republica. Sed aliud esse dicunt in Imperatore, vel Rege: vt ibidem Matth. Afflictus. Vnde publici commodi fauore deficiente, probabilius est, à Rege priuatim empta nõ eximi Iure proximitatis & gentilitatis prædiorũ. Vt notat Ferronus in Consuetud. Burdigalen. tit. De Retract. §. 18. ac tit. De Feudis §. 7. & 10. Tiraquellus in lib. De Retractu lineari §. 1. Glos. 13. num. 38. & 39. Princeps etenim sibi quærens priuatim, lege Retractuum municipali tenetur, quæ cum naturali ratione coniuncta sit. Argum. Baldi in l. 2. Cod. De seruit. & aq. Faber ad l. digna vox Cod. De Legib. Et Tiraquellus in cit. Glos. 13. Sigillatim vtique Normanis hoc familiare ius redimendi prædij reseruatum est à Ludouico Hutino Rege, CHARTA NORMANICA, (an. 1314.) in hanc periodum. *Quand l'heritage d'aucun sera venu à nous, ou à nos successeurs pour la defaute du payement de nos dettes, dedans l'an, auquel l'heritage nous sera ainsi venu, les lignagers, ou le Seigneur de fief du vendeur sera receu à retraire led. heritage.* Atque adeò vetustissimus linearium Retractuum Gallis vsus refertur à Petro Fontano, libellos agente in Prætorio D. Ludouici Gallico lib. *Regni & Iuris-scientiæ*, manu descripto.

* purè & immediatè.

De talibus locis limitrophis, Coronæ dominio aptissimis, diximus suprà lib. 1. tit. 3. art. 4. lib. 2. tit. penul & hoc lib. 3. tit. 16. art. 6.

Charte Normande.

Petr Fontaine, in lib. Gallico qui inscribitur, *li liures la Regne, & enseigne droit, à faire & tenir iustice tresespeciaument.*

3 SCISCITEMVR iam de Ciuitatibus, eodémne Reipub. iure vtantur, vt ab iis empta minimè retrahant propinqui venditorum. Putà, Carnutibus magnificæ ædes coemuntur à Valeriano. Publius Mæuius eas ab emptore condicit lege Retractuum Prouinciali, vt in familiam reuocentur. Intercedunt his petitores noui, Vrbis Decuriones, allegant necessarias esse Ciuitati ædes publicas, in quibus popularia comitia habeantur, arma, & ænea tormenta, in eo quasi Vrbis armamentario, sicuti Athenis in Piræeo, custodiantur. Ciuitatem deinde in proximorum parentum album referendam esse, atque adeo priuatæ gentilitati prædiorum anteponendam. Etenim Aristotelis testimonio, quilibet ciuis non suum se, sed ciuitatis esse debet existimare: quũm omnes in ciuitatis parte numerentur, lib. 8. Politic. cap. 1. Ciuitates necnon, Reipub. iure ac priuilegiis frui censuit Faber. in §. Rursus. Institut. De Action Ædilitium collegium agnatis omnibus præferri, decretum. Aresto 16. Kal. Sextil. an. 1571. Ameloto, & Brissone causam orantibus.

Armamentũ insigne, Athenis Philon fabricauit, mille, teste Plinio, capax nauiũ. Meminit & Cicero armamentorum publicorum, & armamentarij Telluris.

Iudicium Curiæ die 17. Iulij, an. 1571. *pour les Escheuins.*

4 CŨM lex familiaris * Προτιμήσεως cesset fauore Principis, Reipub. Ciuitatis, quid de iure laudimiorum? Nam vtrobique par ratio idem ius dictare videtur: Fabri sententia, ad l. 2. Cod. Quando liceat ab empt. disced. Ponamus igitur, Lutetianos Ædiles pretio comparasse aliquot cespites terræ contiguos Macello Castelli Parisiorum, quibus tantò largiùs Macellum vrbis amplificaretur. Ex ea venditione patronus deposcit laudimia: Negant emptores deberi, ex publica scilicet emptione necessariò contracta, Principalis Edicti auspiciis. Emptionem hanc publica commoda respicere, quam in causam priuatus Reipub. vendere compellatur. Vlpiani iudicio, in l. Venditor. §. si constat. D. Commun. præd. l. Si quis sepulchrum. §. vlt. ϖ. De religios. & sumpt. fun. Item ex necessaria venditione, iusta Dominica non præstari. Bartol. ad l. Et ideò ϖ. De condict. furt. Ias. in l. vlt. Cod. De iur. Emphyt. Senatui res præsentis disceptationis esse non visa est, at consilio permissa 3. Kal. Iunias, an. 1572. in pomeridiana PATRVM

* prælationis, seu retractũs linearis.

Si necessaria foret alienatio ex causa priuata, vt in iudiciaria fũdi addictione, Laudimia deberentur: Sin autem ex causa publica, vt in textu (*Pour les Boucheries du Chastelet de Paris*) videtur non deberi.

Appointé au Conseil, aux plaidoiries des apres-dinees, die 30. Maij, an. 1572. inter Scabinos Vrbis Parisien. emptores. *Et le sieur censier, Chevalier & Commandeur de l'Ordre de S. Iehan de Hierusalem.*

C. sessione: Hamelio, pro Fr. Michaële *de Seure*, domino recto: & Brissone, pro Ædilitio Lutetiæ Collegio dicentibus.

Nova Thesis, An Rex vtatur retentione feudali rerum à Corona immediatè mouentium venditarum.

Ambarrorum vetusta Consuetud. scriptis probata mens. Octobr. an. 1506. (art 4.) Vasallus Ducis feudum suũ vendere nõ poterat, nisi ipso requisito & cõsentiente Duce. Cui etiam licebat, restituto emptori pretio feudum illud suo reunire, nisi mallet emptionem confirmare.

Limitanea Regni latifundia.

Matth. Chartier.

Retractus feudalis.

QVEMADMODÙM autem scripsimus, Fiscum Principis empto fundo non facilè euinci conditione ex lege Retractuum linearium, ita memoria tenendum est, eidem non licere, patronali Retractu vsquequaque priuatis vendita redimere, quæ Regij purè sint beneficij: nisi vt cedat gratioso clienti, non vt penes se retineat, præterquàm illustriora feuda, Reivè Publ. vsibus imprimis accommodata. Vt sensit expressim Masuer. in sua Praxi. tit. De Locat. §. item & prædicta cessio. Benedictus in Repetit. cap. Raynutius Ad ver. Et vxorem nomine Adelasiam. Num. 857. post Speculat. in tit. De Feudis. Quæst. 40. Per hunc modum, sacra Ecclesia vtitur iure *feudariæ* redemptionis prædiorum, non quidem vt detineat, sed vt cedat, instante patrono superiori. Id quod præclarè statutum fuit Burdigalensi Consuetudine, non modò de Ecclesia, sed de Rege etiam fundorum Patrono, distractos ipsos redimente, art. 90. & ibi Ferronus in Commentar. Quo loci disertè adiectum est, vno casu redhibita prædia licitè retineri à Principe, vel Sacerdotio, si publicè expediat ea seruari, vtporè Regni finibus, Ecclesiævè agris contermina, iuxta l. Si ita quis ꝟ. De legat. 2. Atque eo sensu explicandum puto vetus Arestum Curiæ, latum in *Parlamento* B. Magdalenes, an. 1277. quod voluitur in lib. 3. OLIM, fol. 38. & in Matthæi Quadrigarij Collectaneis, nuper Aduocatorum Parisiensium Coryphæi, quique Gallico in foro suis coætaneis præluxit, vt ille Flacci,

Iure madens, longóque Togæ limatus in Vsu.

Verba igitur prisci illius Curiæ decreti hæc sunt, CÙM COMES FVXI EMISSET CASTRVM DE ROCHA-FRIXADE, MOVENS DE FEODO DOMINI REGIS, DICTVM FVIT, QVÒD DOMINVS REX DICTVM CASTRVM RETINERE POTERAT PRO PRETIO, ET RETINVIT. Sic à Tribunis plebis Quintiniani Veromanduorum oppidi Carolus 6. condixit iure patrocinij feudum ea in vrbe situm, quod Dynasta *de Chin* Tribunis ære manciparat. Vti patet ex Regestis publicorum Ratiociniorum Parisien. In Scrinio hac litera signato O. & in lib. Decisionum Ægidij Magistri, Protopræsidis in Lutetiano Senatu. (cap. 5. Tractat. Feudor.) Iis ritè subtexitur regium Caroli 7. mandatum ad Præfectos Fisci, Pridie Idus Sextiles, ann. 1445. artic. 35. Quo enixè istis præceptum sit, Regiæ clientelæ fundos, quicunque pretio alienati essent, iure feudi redimere, & cum Augusto Patrimonio copulare. At posterioris æui Disciplina forensis modum præscripsit regiæ huiusmodi fundorum redhibitioni: Nempè vt Rex prærogatæ solum dignitatis latifundia sibi seruet, aut maximè necessaria Reipub. Cætera autem repetat, vt cedat omnino, & gratiorem sibi clientem deligat, quàm emptorem ipsum. Quo nomine Principis interest, reuocatoria venditæ rei actione experiri. Alioquin, spreta, nec consecuta eius rei cessione, Rex paulatim clientibus suis nobilibus, Monarchiæ neruis, destitueretur, quùm militaria illorum beneficia feudáque ad se reuocaret. Vt Parisien. Senatus iudicio decisum fuit 16. Kalend. Iunias, an. 1533. inter viduam quandam mulierem, & Bonfontium, vtrinque altercantes, An verò Dominici Retractus cessio valeat, copiosè tractatum est à Tiraquello §. 26. Num. 43. & seq. In lib. Retract. linear. Et à Molineo §. 13. Glos. 1. in ver. *Le Seigneur Feodal.* Num. 21. Consuetud. Parisien. Innumeris sanè PATRVM PARISIEN. decretis constat cessionem valere. Tametsi aliter in Delphinatibus pronuntiatum referat Vido Papius, Decisione Gratianopol. 411. ex argumento Cæsareæ Leg. vlt. §. sed nec hac occasione Cod. De iur. emphyt. Et §. de cætero In Authent. Vt de cætero non fiant commutation. Diuersum enim Gallica Iudiciorum praxi vulgò obtinere, diximus lib. 1. & 2. LEGVM ANDEGAVEN.

S. Quentin en Vermandois.

Literæ patentes Caroli 7. die 12. Augusti, an. 1445. ad Thesaurarios generales Franciæ.

Decretum Senatus, die 17. Maij, an. 1533. Retractus feudalis, etsi videatur esse reunio cum feudo Principali, tamen censetur esse quidam feudi fructus, vel noua acquisitio, separabilis à feudo principali. Vnde vxor capit partem in tali retractu facta à marito domino feudi. Faber in §. si cui Instit. De Legat. Cap. 4. art. 12. Libri 1. Ettit. De Iure deportus art. 7. lib. 2.

CÆTERÙM quæ à SACRO DOMINIO non proximè pendent, sed inferioris Reguli beneficiaria sunt aut vectigalia prædia, Regi in ea nullum est ius retentionis, siue ex pactitia ipsorum venditione, seu iudiciaria confiscatione bonorum, tit. De Feudis §. 3. In Stylo Parlamenti, vbi Philippina Constitutio memoratur huic Regulæ consentanea. Speculat. in tit. & quæst. sup. citat. Molineus ad d. §. 13. Glos. 4. col. 3. Nã & Princeps hæc possessionũ genera tenetur aliis emãcipare, clientelarem

clientelarem nexum in patronos subituris. Nec enim Augusta Franciæ Regiæ Celsitudo fasces submittit Gallicis vllis Proceribus clientelarium fundorum patronis, nec cuiquam hominij fideique honorem exhibere consueuit. Exempli gratia, Comitatus Ambianorum, est Episcopi beneficiarius. Eum Philippus 2. quùm recepisset à Philippo Flandrorum Comite, Ambianensis Ecclesia ingenuè prædicauit, Regem sibi fidelitatis sacramento obstringi nec posse, nec debere. Sed pius Rex vicissim professus est, Comitatum ipsum perpetuò in clientela ac fide pontificalis Sacerdotij mansurum, statim ac è Regia Gallica in priuatorum manus deferretur. Rescripto luculento, ann. 1185. quod ad verbum exscripsimus lib. 1. SACRÆ POLITIÆ FORENSIS, tit. 6. art. 7. Idem Princeps, recepto Veromāduorum Comitatu de Flandro Comite, decidit cum Stephano Nouioduni in Belgica Antistite, Veromandui Comitatus patrono vetustissimo. Scilicet hic Pontifex cessit omni iure fidelitatis & hominij in Veromanduum Comitatum. Vice versa, Rex benignè transcripsit Præsuli territorium *Saceniaci cum suis pertinentiis, & apud Villam de Cuy.* Pacto conuento, mens. Octobr. an. 1213. quod in Regio Lutetiæ Chartophylacio conditum est. Simili modo, Ludouicus 9. illius Philippi nepos piè sanctéque obtestatus est apud Bellouacensem Episcopum, Claromontem Bellouacorum, quem haud ita diu ipse obtinuerat Princeps, non eo minùs fore, quàm priùs, Episcopi feudo adstrictum, si quando à Regibus manu emitteretur, & cuicunque, vel Regis filio, erogaretur. Authenticis tabulis, Mart. mens. an. 1269. quas, titulo. 3. lib. huius, Lectorum oculis subiecimus. Ita Philippus 6. Rex, cùm emisset Montempessulum à Tarraconensi Rege, Oppidi eius nomine, clienti Magalonensis Antistitis, haud ideò in huius verba iurauit, quasi patroni. Siquidem Episcopus ipse, ex prædictis Franco Regi deuinctus erat clientelari sacramento, pro maiore scilicet Galli Regis Imperio, summóque dominatu. Vt ait Speculat. in §. Quoniam tit. De feud. ea de causa Rex emptor Mortaniæ Neruiorum oppidi, fidem suam & obsequium minimè obligauit Tornacensi Præsuli, domino superiori: verùm ab eo ius feudi dominantis comparauit aliarum rerum compensatione, an. 1279. Vt alibi indicauimus. Quin & Neruiorum regionem totam antiquissimis Franciæ Monarchis subiectam fuisse, prodit Gregor. Turonensis, Tornacenses Francos appellans. Histor. lib. 10. art. 27. Denique Ludouicus 11. quæsito permutatione Comitatu Bononiensi, haud propterea eius patronos salutatum iit Atrebatum Comites, quibus olim putabatur obnoxia Bononia Morinorum: sed clientem se professus est Deiparæ Virginis Bononiensis, eique genibus aduolutus, clientum more, COR AVREVM, quasi clientelare munus, officiosè porrexit: Aprili mens. an. 1478. Quippè quùm Ludouicus Atrebaticam simul ditionem sibi ipse tunc assereret. Vt Gallicis Annalib. fertur. Eódem alludit Senatus decretum aduersus Tremoliium Magnatem 5. Kalend. Mart. an. 1558. Regem, ex feudis in suum Fiscum redactis, vel aliàs reuersis, nullius se in fidem & clientelam conferre teneri. Id quod libro Gallico Decisionum Magistri recensetur tit. *De Feudis, Homagiis, & Vasallis.*

Comté d'Amiens.

Comté de Vermandois.

Noyon.

Au Thresor des Chartes, layette cottee 63.

Clermont, en Beauuoisis.

Hic Aragonum Rex erat pariter Maioricarum Rex, seu Balearicarum: vt ostédimus sup. lib. 2. tit. 2. sub finem.

Euesque de Maguelonne.

Mortagne en Tournesis.

Euesque de Tournay.

Bolonia maritima, de cuius feudo superiore, Nos sup. tit. 6. art. 3.

Artois.

Iudicatum Curiæ, pro Regio Procuratore, & Domina *de la Flosseliere*, contra Dominum *de la Tremouille*, die 25. Febr. an. 1558.

7 IAM dubitari poterit de eo, cuius fundus commissus sit domino Territorij, capitali Sententiâ, in eundémque Principis Fisco mulctatitium æs adiudicatum. Mulctæ enim nomine fundus hastæ subiicitur, palamque addicitur vltimo licenti: Sed intra annum publicæ addictionis, propinquus condemnati fundum condicit, vtpotè gentilitium. Licitator defendere, capitali damnatione, qua publicatus est fundus, cum iam inde alienum esse factum, & condemnato ademptum, in superioris Iuridici mancipium concessisse. Ab ipso igitur Iuridico, tanquam prædij domino & possessore, magis propalàm distractum videri, quàm à petitoris consanguineo. Rerum absolui placuit: Decretis Curiæ Natalitiis, an. 1563. quæ Thuanus Præses Max. pro tribunali recitabat. Imò & multiplici Municipiorum Consuetudine, cessat prorsus agnatitia fundorum redhibitio, in iudiciaria ipsorum ac publica venditione. Turonen. Leg. art. 181. Aurelianens. 400. Burgundiæ Sequanorum 78. Leodiensis Eburonum, (De Retractib. art. 2.) & Solensis Aquitanorum §. 2. De redemptione rei venditæ.

Arestum solenniter pronuntiatum in peruigiliis Natalis Christi, an. 1563.

Consuetud. *de la Franche-comté, du pays du Liege, & de Sole en Gascongne, portant ceste-cy*, quòd præsentes in ea Patria, vbi factæ sint prædij sasitu eridæ & proclamationes, ad retractum publicè venditi eiusdem non recipiantur.

8 NEC absonum est à Fiscali Retractuum linearium immunitate (de qua Nos

Decimæ infeudatæ, & laicales.

Areſtũ in Parlamen. Omn. Sanctor. *Des dismes d'vne Cure, du Diocese de Sees.*
Areſtum pro Baiocensi Episcopo.
Martellus, ſub an. 735.
Claromontanum Concilium in Aruernia habitum, an. 1090.
Ordinatio Ludouici 9. Regis, vulgò dicta, *La Ludouiquine*, ſed à paucis forſan lecta.
Idem aiunt de regulari ſacerdotio, ſecularibus commendari ſolito, ſi ſemel ad titularium Monachũ redierit, ampliùs commendari non poſſe: quia tantùm de commēda tranſit in commendam. Ex Regula Cancellariæ Apoſtolicæ.
Concordatum Cleri Britanniæ, cũ Duce, ab hoc ipſo Romæ præſente iuratum & approbatum. Quo inter alia, decretum eſt, infeudatas Decimas, laicorũ ceſſione qualibet in Eccleſias, his irreuocabiliter acquiſitũ iri, & ab iiſdem exinde, tanquam merè ſpiritales & eccleſiaſticas, (more cæterarum aliarum) liberrimè retineri poſſe, citra auctoritatem & cōſenſum Ducis, aliorumvè Dominorum inferiorum, à quibus d. Decimæ priùs feudario iure penderent.
De pecuniariis decimis in ſacram militiam deſtinatis.
La Disme Saladin, in Saladinum Ægypti Sultanum Barbarum & infidelem.

antea) id quod de profanis decumis olim eſt diuinitùs iudicatum, decimam hanc clientelis adſcriptam, ſi Eccleſiæ venundetur, prædiorum gentilitate repeti non poſſe. Senatoriis Galliæ Decretis, ad Diualia Feſta an. 1267. de parœciaco, Sagienſis diœceſeos, ſacerdotio: Tum an. 1272. ſecundùm Neuſtriæ Præſulem Bellocaſſiorum. Item ad ſanctæ Pentecoſtes Diem an. 1270. & 1280. pro Epiſcopo Conſtantienſi. Decumarum enim ſacrum ius, quæ (à Kar. Martello, ſeu Claromontana Vrbani 2. P. Synodo, tributæ militaribus viris) redierint ad Eccleſiam poſtliminio, priſtinam recipit ſacræ rei conditionem. Vt Alexander 4. P. ſubnotauit, cap. ſtatuto §. ſanè (In fi.,) De decim. In 6. Et coætaneus illi Ludouicus 9. Rex apertiore ſanxit Edicto, in Senonibus cōdito, Menſe Mart. an. 1269. in hunc modum. LVDOVICVS, &c. NOTVM FACIMVS VNIVERSIS TAM PRÆSENTIBVS QVAM FVTVRIS, QVÒD NOS DIVINI AMORIS INTVITV, ET PRO REMEDIO ANIMÆ NOSTRÆ, ET ANIMARVM INCLYTÆ RECORDATIONIS REGIS LVDOVICI GENITORIS NOSTRI, ET REGINÆ BLANCÆ GENITRICIS NOSTRÆ, AC ALIORVM PRÆDECESSORVM NOSTRORVM, QVANTVM IN NOBIS EST, VOLVMVS ET CONCEDIMVS, QVÒD OMNES PERSONÆ LAICALES DECIMAS PERCIPIENTES AB ALIIS IN TERRA NOSTRA, ET IN FEODIS NOSTRIS MOVENTIBVS MEDIATE VEL IMMEDIATE DE NOBIS, QVAS ECCLESIÆ PERCIPERENT, SI EAS LAICI NON HABERENT, POSSINT EAS RELINQVERE, DARE, ET ALIO QVOCVNQVE IVSTO ET LICITO MODO ECCLESIIS CONCEDERE, TENENDAS IN PERPETVVM, NOSTRO VEL SVCCESSORVM NOSTRORVM ASSENSV MINIME REQVISITO. ITA ETIAM, QVÒD CONTRA HOC HÆREDES SEV SVCCESSORES NOSTRI NVLLATENVS SE OPPONERE VALEANT, AVT HVIVSMODI CONCESSIONEM NOSTRAM DEINCEPS ALIQVATENVS IMPEDIRE. QVOD VT RATVM ET STABILE PERMANEAT IN FVTVRVM, PRAESENTIBVS LITERIS NOSTRVM FECIMVS APPONI SIGILLVM. ACTVM SENONIB. &c. Cui pio Diui Regis in Templa beneficio ſuppar obtinuit Armoricus Clerus paulo antea, ex compacto, cum Iohanne ſuo Duce, Pontificiis Alexandri 4. auſpiciis. Quale Pactum publicum Menſ. April. an. 1256. recenſet Argentræus ſigillatim, Britonic. Annal. lib. 4. cap. 24. Alia verò & iuſtior fuit cauſa primæua nummariæ Decimæ profanis dandæ, & in ſacram militiam de ſacerdotibus exigendæ. Cùm enim bellum in Barbaram religionem, ſacrum moueretur, tunc Patres Eccleſiaſtici, aut ſub ſignis Regem ſecuturos mittere debebant bellatores iuſto comitatu, aut ſacrum æs decumanum minimè parcè conferre. Ex eo decimæ illæ temporariæ, Saladinides primùm vocitatæ, quas tum, qui domi manebant, reuerà ſiue profani, ſiue ſacerdotes, penſitabant: ſaluis vtique prædiariis decimis Diuini iuris. an. 1190. Sed interiectu temporum, Clericis tantùm indictæ fuerunt belli ſacri ergò Sacræ pecuniæ: Bonifaciana Conſtitutione, De Decimis, in Extrauagant. Et Concilio Viennenſi, eod. Tit. Nunc (proh dolor!) neglecto ſacrarum expeditionum conſilio, nihilo ſeciùs decumantur ſacerdotiorum reditus, & Decimæ in annuas Fiſci rationes, Patrimonij inſtar, referuntur.

Multiplici locorum Cōſuetudine, Doarium vxoris in bonis mariti, eſt proprium liberorum patrimonium.
ὑπόβολον, ſeu Doarium, paternum eſſe, nō maternum, nec à materni generis propinquis redimi poſſe iure proximitatis, ſeu Retractus linearis.
Art 384. Norman. Et 70. Dunenſis, inter Nobiles.

9 SPECTEMVS iam in donatione propter nuptias, ſeu *Doario* fundorum, vſusfructus ſpecie vxori adſignato, & communibus liberis proprietate: Nûm in eo à liberis vendito locus ſit agnatitiæ redemptioni patriis Moribus introductæ. Locum eſſe, probabilius videtur. A quibus autem propinquis filij proprietarij vendentis (paternis ne, an maternis) intendi poſſit iudicium fundi redhibitoriũ, valdè ambigitur. Diſſerunt materni, donationem propter nuptias à marito collatam fuiſſe in vxorem, Gallicis & Romanorum legibus: Ergo tametſi primitùs ex maritali patrimonio *Doarium* profectum fuiſſet, cuius prædia filius diſtraxerit, nunc tamen attendendam eſſe vxorij iuris cauſam proximam, non remotam, ſiue in gentilitio fundorum retractu, ſiue in hæreditate alterutri cognatorum adiudicanda. l. Sed etſi plures §. in arrogato. ff. De vulgari & pupil. Matthæi Deciſione Neapolit. 127. & 237. Paterni, contrà, donatione in vxorem non mutari primæuam naturam & conditionem virilis patrimonij, intuitu præſertim ac fauore liberorũ. Vſumfructum enim duntaxat vxori in donatis huiuſmodi delatum eſſe Conſuetudine, liberis dominium ac proprietatem: Putà, Municipali Lege Carnutũ, Syluanectenſi, Pariſiorũ, Melodunenſi, Valeſiorũ, Stāpenſi, Niuernenſi, Normanica, Dunenſi, Meduntenſi. A quibus non longè recedit Imperatoria Lex. Cùm aliis Cod.

Cod. De secund. nupt. Senatus, ἀντιφέρναι (seu *Doarium*) maternam esse iudicauit liberorum substantiam: Decreto aduersus sanguinum quendam Parisiensem 4. Nonas Iunias, an. 1537. Postea autem, prioribus decretis inductis, eandem paternam esse, & hæredi ex paterno stemmate legibus partam Curia pronuntiauit. Senetone Consiliario litis enarratore, an. 1551. & Arestis Paschalibus, seu 16. Kal. Apriles, an. 1573. Nec immeritò, quùm antiquior titulus & patrimonij causa semper sit intuenda, l. In finalibus D. Fin. regund. Id quod pariter Melodunensi Senonum Lege decisum est nuncupatim §. 240. & Parisiensi, 250.252.

> Placitum Curiæ, die 2. Iunij 1537.
>
> Die 17. Mart an. 1573.
>
> *Melun.*

10 De Vectigali nummis constituto, obnoxium necne sit gentilitiæ fundorum redemptioni, ab aliis est disputatum. Sed roges interim, pupillarine pecunia fœnebri publicè data, (vt Blesis fieri assolet) pupillus creditor adstringatur reductioni ad legitimum modum vsurarum, an & quinquenni earumdem præscriptione teneatur, ex Edicto Ludouici 12. Regis. In huius quæstionis iudicio, Auberius pro tutore impuberis hæc suggerebat, pupillares vsuras singulari iure inter centesimas computari, l. 1. Cod. De vsur. pupillar. Principum Edicta certum fœnori modum statuentia, porrigi ad impuberes non debere. Quin & depositas horum pecunias, tanquam res soli ac patrimonij æstimari. Vlpian. in l. Quid ergo §. 1. π. De contrar. & vtil. act. tutel. Publicam dehinc nummorum pupillarium addictionem, qua de agebatur, haud ideò rescindendam, quòd calore licitatis vltra modum solitæ conductionis inflarit. Quoad præscriptionem verò quinquennem vsurarum ipsarum, nihil eam ad minores annis pertinere: quùm his vsuræ etiam citra moram debitoris omnimodò sint præstandæ, nec interpellandus necessariò debitor, vt perpetuò exigi possint. Papiniani responso l. Titia Seio §. vsuras π. De legat. 2. l. In minorum, Cod. In quib. caus. in integ. restitut. non est necess. Itaque lustri integri silentium minimè pupillo officere. Ego, contrà, in Senatu, pro debitore, vsurarum modum ex more regionis, vbi contractum est, constitui: ita tamen, vt legem non offendat. Ex eodem Papiniano, lib. 2. quæst. Speciatim vtique pupillares vsuras secundùm morem patrium esse præstandas, aut quincunces, aut trientes, aut si quæ aliæ leuiores in prouincia frequentantur. Vlpiani leg. Tutor. §. ex cæteris π. De adminiſt. tutor. Minorem ætatem delictis non prætendendam, nec in odioso compendio, grandique fœnore adolescentiam auxilio esse debere, secus in damnis rei suæ. Impuberem circumscriptum non censeri, qui vtatur cum aliis communi Iure. Quùm enim danystæ magna licentia pro arbitrio fœnerarentur, Lege 12. Tabul. cautum est, ne quis vnciario fœnore ampliùs exerceret. i. quod centesimo demùm anno sortem æquaret. Vt Tacitus in Augusta Historia attestatur, lib. 5. Nec rursus Plinij ætate inueniebantur, qui vellent debere, Reipub. præsertim, duodenis assibus, quanti à priuatis mutuabantur. Ex Pliniano ad Traianum lib. 10. Epist. 62. Quod attinet ad *Statutariam* quinquennij præscriptionem vsurarum, dicebam, *Statuto* perinde alligari minores annis, vt maiores: Argum. l. Si sine §. Lucius. π. De adminiſt. tutor. Et pupillarium quidem vsurarum cursum non retardari defectu interpellationis, Lege Romana: Sed hoc Christiano Gallorum dogmate obliteratum, Vsuras è media Repub. explosas esse, quasi æris circumforanei: ast volatilis tantùm Reditus annui specie permissum vsum fœneratitiæ pecuniæ, vt rei familiaris vrgentibus negotiis diligentiùs occurreretur. Pontificia Sanctione Martini 5. & Kalyxti 3. in cap. Regimini. De empt. & vendit. In Extrauag. Sensim collapsum iri Reipub. statum, si post diuturnum silentium, miserrimi debitores Anatocismo quodam fortunis omnibus exuerentur, & aceruatim congestis exiguæ sortis vsuris ad inopiam redigerentur. Quinetiam Cato fœnus ac funus, ceu homicidium, æquiparauit. M. Tullij relatu, lib. 2. Offic. Ita igitur de quinquenni vsuratum præscriptione, contra pupillum fuisse iudicatum à Curia, Kalend. Iuniis an. 1548. Causam amplissimè disceptatam Senatus consilij esse pronuntiauit 6. Idus Quintiles, an. 1567. Postremo demùm iudicio minor an. succubuit, Idibus Martiis, an. 1572.

> *Rente constituee à prix d'argent.*
>
> Molineus in quæst. 76. Tractatus Commerciorum, scribit de legitimo modo vsurarum pupillarium.
>
> Centesimæ vsuræ casus tres speciales. Primus in tutore, vel negotiorum gestore; qui pupillaré pecuniam in proprios vsus sua auctoritate conuertit. Secundus in socio, qui solus necessarios sumptus fecit in refectionem domus communis, l. Qui sine π. De neg. gest. l. 1. Cod. De vsur. pupill. l Si vt proponis. Cod. De ædif. priuat. Tertius in l. vlt. Cod. De vsur. rei iudic.
>
> l. 1. π. De Vsur.
>
> Danystæ, fœneratores.
>
> Modus fœneratitiæ pecuniæ veterum Romanor.
>
> *Rentes volantes & hypothecaires.*
>
> Anatocismus, ex Cicerone, renouatio fœnoris, lib. 5. ad Atticum Epist. vlt. & lib. 6. Epist. 134.
>
> Die 1. Iunij an. 1548.
>
> Die 10. Iulij, an. 1567.
>
> Arestum Curiæ die 15. Mart. an. 1572.

11 Cùm quæreretur, in anteriori argumento Dominici fundorum Retractus, ad cúmne patronus admittatur in emptorem, qui illius iam conductori laudimia persoluerit. Ego in Senatu pro Reo, Turonum Moribus, liberam optionem comparatori prædij datam laudimia dependendi seu patrono, seu eius colono: Exhinc

Inuestitura fructuarij vel coloni ad lõgum tempus, prodest ad exclusionem retractus proximitatis. Inquit Molineus In Consuet. Parisien. tit. 1. §. 1. Glo. 1. In ver *le Seigneur feodal* num. 28. In colono autem ad modicum tempus, ipse putat contrarium. Nisi aliud sit de Consuetudine scripta, Vel nisi colonus habeat libros censuales, & inuestiturarum, atque ita à domino deputatus ad inuestituras censeatur recipiendas. Idem Molin. ad §. 359. Cenom. Cõsuet. Die 5. August. an. 1572.

à patronali redemptione fundi, dominum hunc superiorem arceri. Nec longè aliter Dominico iuri Agrorum commissorio nocet factum domestici dispensatoris, qui domini vice receperit canonem Emphyteuseω̃s, quæ in commissum ceciderat, antequàm Dominus significarit velle se rem habere commissoria lege. Vt inquit Afflictus, Decisione Neapolit. 129. Atque adeò in iure quærendo, necdùm quæsito præiudicium inferri alicui potest à negotiorum ipsius gestore & administratore. Bald. ad l. Iubemus. Cod. De sacrosanct. Eccles. cap. 1. §. vlt. De Capitul. Conradi. In Feud. Fatebar equidem, patronum lege locationis sibi reseruasse obuentiones huiusmodi, fructúsque aduentitios prædiorum vectigalium: sed eam cautionem ac prohibitionem neque emptori renunciatam, fuisse, neque proscriptam ac palàm propositam, vt futuris emptoribus innotesceret. His consequens esse, vt emptor, Iuris Municipalis fidem publicam secutus, rectè soluisse videatur, proindéque patronus à conditione ex lege Municipij sit depellendus. Argum. l. Sed & si pupillus §. proscribere π. De Institor. l. Qui hominem §. si Titium l. Cùm quis §. 1. π. De solution. Saluam patrono superstore in colonum suum actionem subsidiariam, cuius fraude, patronus id ferret incommodi. Chandone, contrà, pro patrono: Brusellio, pro conductore, dicentibus, Curia censuit pleniùs deliberandum: Nonis Sextilibus, an. 1572.

Tit. XXIV.

DE QVÆSTORIBVS REGIIS.

1 *Quæstorum diuisio, in generales particularésque* Financiarum *& in* Domanij Receptores.
Ærarium Romanum, in Æde Saturni: Atheniense, post Ædem Mineruæ.
Templariorum phanum, olim Regiæ gazæ conditorium, Parisiis.
2 *Franciæ* Thesaurarij.
Thesauri Camera, inde Luparæ arx, Gallici auri ærarium.
Præfectus Fisci, olim Regij patrimonij Index legitimus.
Thesaurariorum *Franciæ Iuridica cognitio, quæ olim.*
3 *Eorumdem præminentia & cura hocce tempore.*
De Procuratore Cæsaris, & Procuratore rei priuatæ.
De Obseruatoribus, Inspectoribúsque Regij Domanij.
4 *Reges antiquos à Fiscalium præstationum Exactoribus iusiurandum de suo ministerio syncerè obeundo postulasse.*
Quæstores ad satisdationem, Philippi Valesij lege compulsi.
Venetos, vt & Gallos, Quæstoribus distinctis vti.
Henrici 2. Constitutio, de regiorum Quæstorum officio ac munere.
5 *Cameræ Ratiociniorum regiorum institutio.*
Rationalium Præses, regio quondam Archipincernæ muneri annexus.

Multiplex genus Quæstorum Regiorum. Alij Receptores Finantiarum, ex populi pecunia *par tailles & aydes.* Alij Receptores Domanij, ex Regali substantia.

SPECTANDVM EST iam, à quibus Fiscalis pecunia ex tanto REI DOMINICÆ prouentu congesta, tractetur. 1 IMPRIMIS regiorum Quæstorum genera varias in species diducuntur. Alij sunt Tribuni ærarij, quos *Finantiarum Receptores generales* nuncupant, numero quatuor instituti à Carolo 6. septemdecim ab Errico 2. Regibus. Verùm anno 1360. vnicus fuisse comperitur tota Gallia Tribunus Ærarij, Anglis tùm maiores Franciæ prouincias occupantibus. Tribunis hisce præsunt Ærarij Præfecti, seu *Generales Finantiarum.* Cuiusmodi olim munus Romani Prætores prætoriíque viri obibant. Singulares autem Coactores, ἐκλήκται, peculiares sunt susceptores regiæ gazæ, seu *Finantiarum*, quæ ex popularibus Prouincialium nummis colliguntur ab iis municipatim, indéque ad prædictos Tribunos

Receueurs particuliers des Finances.

ærarij

ærarij deferuntur. Tale quidem pecuniæ publicæ ærarium Romæ fuit in Æde Saturni, teste Macrobio, lib. 1. Saturnal. & Tranquil. in Vespasiano. Atheniensibus Gazophylacium, cella erat post ædem Mineruæ, ob id Opisthodomos dictum. Vt est apud Demosthenem περὶ συντάξεως. Ac veluti Hebræis nullum extitit publicum aurum, præter DEO sacrum ac Templo Hierosolymitano (inquit Iosephus Antiquit. Iudaic. Lib. 14. cap. 12.) Sic Templum, seu Templariorum phanum apud Lutetiam, à priscis Regibus destinatum fuit Regiæ Gazæ condendæ, quæ ex omnibus cunque Galliarum oris in Aulam Francicam aduceheretur. Vt Rigordus tradit, Philippi Augusti coætaneus, eiúsque vitæ scriptor.

Philippus Augustus testamento, an 1190 Asiatica expeditione suscepta, *Il veut que ses reuenus, seruices & fruicts de ses domaines soient portez à Paris au Temple. Et Adam Clerc du Roy sera tousiours present lors de la Recepte dud. Dommaine & Thresor, & les escrira, &c.*

2 AST alij sunt Præfecti Fisci, seu Franco Regi à Thesauris, quorum ad fiscalem Arcam (CAMERAM THESAVRI) antiquitus DOMINICI CANONIS prouentus perferebantur à Regiis dominicorum redituum Coactoribus. Nec longè hi discreparunt ab Alabarche, quem Romani Cæss. præponebant officio publicanorum, & exigendo vectigali de pecuariis ex Arabia in Ægyptum euectis. Vt constat Cæsarea Gratiani, Valent. & Theodos. lege, Vsurpationem. De Vectigal. & commiss. Ac primitùs quidem in Templo supradicto conditorium extitit Francicæ gazæ, cuius administrationi tutelæque præerat ille Præfectus Fisci: dehinc Ærarium pro tempore in CAMERAM THESAVRI translatum est, apud Præfecturam rationum Principalium. Vt perspicuè declarat *Πρωτόκωλον Cameræ Ratiociniorum, cap. 10. fol. 49. Id quod scitè pariter animaduertit Petrus Miraumontius, lib. Gallico Memoriali. Inde pro nutu arbitrióque Regum, Lutetiana Arx Luparæ, fuit Gallici auri Ærarium, quod è Prouinciis singulis percipiebatur. Eúmque Franciscus 1. maiorum suorum vsum renouauit, vt in Arcem Luparæ regia omnis Gaza vndecunque inferretur. Edicto an. 1531. quod neglectum repetiit Erricus 2. filius, gemina Constitutione, pridie Idus Apriles 1547. ac Mens. Octob. 1556. regesta in publicos Rationalium Commentarios, 4. Kal. Nouemb. eod. an. 1556. Ob id posterioris Constitut. ista fuit epigraphe, *Ordonnance sur l'establissement des coffres du Louure.* Prisca necnon ætate, Præfectus Fisci, iudex erat disceptatórque Regij Patrimonij legitimus: Quemadmodùm Arrianus ille Seuerus præfectus ærarij, qui de Re Fisci, ac in rem ipsius de tacito fideicommisso pronuntiauit: Apud Valentem lib. 5. Fideicommiss. l. 42. π. De iur. Fisc. Simili modo Francici veteres Sacri Patrimonij Præfecti, seu *Thesaurarij* Iuridicam suam accommodarunt Fiscalibus prædiis cognitionem: Non solùm Edicto Karoli 7. pridie Idus Sextiles, an. 1445. Octaui 7. Idus Octob. an. 1489. Ludouici duodecimi 13. Kal. Nouembr. an. 1508. Sed vetustis etiam Constitutionibus Phil. Pulchri, Mense Augusto 1297. ac Karoli Sexti, Calend. Martiis, an. 1388. Quibus disertè habita de Præfectis Fisci Gallici, eorúmque partibus mentio est.

La Recepte du Domaine Royal.

Alabarches, Magister scripturæ, quæ fiebat pro transductione pecorum in aliam regionem, Vectigalibus obnoxia, vel pascendi etiam pecoris causa in Saltibus publicis: Cuius ideo pecoris capitum numerum pastores apud Publicanos profitebantur.

* Protocolum Cameræ Cõputorum.

Coffres de la grosse Tour du Louure.

Edicta regia die 12. April. 1547. & Mens. Octobr. 1556 Registrata in Camera Computorum, die 29. Octobr. 1556.

Regia Ordinatio facta Cathalaunis, die 12. Aug. an. 1445. Aliæ, die 9. Octobr. an. 1489. & die 20. Octob. an. 1508.

Ordinatio regis Carol. 6. die 1. Mart. an. 1388.

3 TAMEN decursu temporum, additis Præfecto Fisci Iurisperitis, Assessoribus, & Consiliariis in Præfectura *Thesauri*, tota penes eos stetit REI DOMINICÆ iurisdictio, reseruata solùm *Thesaurario* honoraria quadam inibi præminentia, & familiari vbique seu œconomica Fiscalis DOMINII procuratione. Nam inde iam ex auita memoria, in eam diligentis patrisfamiliâs curam incumbunt qui à thesauris sunt Principi nostro, vt suæ quisque Prouinciæ obequitando prouideat sedulò, ne CENSVS AVGVSTI secus, quàm è re & commodo Principis, administrentur. Eorumdem ius fuit, vnà cum Magistris Ratiociniorum, vacare dispungendis regiorum Quæstorum rationibus, vt infrà dicetur. At non eadem ij auctoritate præditi sunt, qua olim procuratores Cæsaris, Rationales, seu Procuratores patrimonij. De quibus Capitolinus in Pio Cæs. Suos (infit) Procuratores & modestè suscipere tributa iussit, & excedentes modum, rationem factorum suorum reddere præcepit, nec vnquam lætatus est lucro, quo prouincialis opprimeretur. Procurator rursus priuatæ rationis, de quo, Alexandri Constitutione facta est cõmemoratio, Romani Principis fundos procurabat, idque præcipuum Ægyptij magistratus nomen erat. Deuicto enim apud Actium Antonio, extinctâq; Cleopatra, in formam Prouinciæ Ægyptum redegit C. Octauius Cæsar. Et quoniam seditiosissimi naturaliter erant Ægyptij, opportunáque tellus alendo bello, noluit eam per Senatores administrari: ne popularibus studiis ducti, facilè ad Imperium aspirarent. Vt est apud Dionem, & Tacitum lib. 11. & 12. Paulatim deinceps

Procuratores Principis, qui rem eius priuatam tractabãt. Publicam autem Proconsules in suis & Proconsularibus Prouinciis. Sed hos duplices Prouinciarum reditus videtur sustulisse Theodosius, & in suum Fiscum prorsus vertisse. De quo Symmachus cap. 50. lib. 10.

Oo iiij

Les Controlleurs du Domaine du Roy erigez en Office. Edicto die 24. Ianuar. Verificato in Camera Computorum die 23 Febr. an. 1522.

instituti sunt Romæ, prædiorum Fiscalium Actores, Procuratores, conductores, qui Principum res attentè, exactéque curarent, l. 1. Cod. De Conductor. & Procurat. lib. 11. l. vlt. Cod. De delator. l. 1. & vlt. Cod. De Agricol. & mancip. lib. 11. Ad hunc fermè modum, Franciscus 1. Rex in vsum inuexit speciales DOMINII SACRI Obseruatores, Inspectores. Edicto 9. Kal. Febr. an. 1522. quod Magistri rationum Principalium comprobarunt 7. Kal. Mart. eod. anno. Sed munus hoc, velut superuacaneum, aboleuit Karolus Francisci nepos, Constitut. Aurelianensi, an. 1560. Et Molinensi, de regia gaza particulatim, Febr. Mens. an. 1566. Hac enim Molinensi Lege nominatim adiectum, sancitúmque est, Præfectum Fisci quemcunque regionatim ac municipatim, publici Patrimonij curationem præfecturámque summam obiturum. Aliquantò pòst, Erricus 3. introduxit *Clericos Feudorum Regiorum*, vulgò nuncupatos. Edicto in Senatu promulgato, Septemb. Luce 7. an. 1580. sed quod ipsemet refixit legislator, art. 46. sequentis Edicti postridie Idus Nouemb. an. 1584. Cui Patres Parisien. calculos admouerunt 12. Kal. Decemb. eod. Anno. Haud planè secus viguit in Brabātia *Le Lieutenant des Fiefs*, in dominicis Ducalibus feudis tuendis accuratus diligénsque Magistratus. De quo expressim Oliuerius Marchianus, lib. 1. cap. 35. Commentar. De reb. Burgundic. Vbi Robertum Coterellum narrat ideò ab Burgundiæ Duce Karolo donatum fuisse Brabantino illo Magistratu, quia ipsum Monlericiana acie ex hostium gladiis & faucibus neci proximum sua virtute eripuisset, an. 1465. Ne isthic percenseam DOMINICOS Supppræfectum, Procuratorem, & Actuarium, in Molinensi Boiorum vrbe Gallica, qui etiamdùm REI DOMINICÆ iudicia speciatim exercent. Vtì apud Monbrisonem Foresij Comitatus caput, officio fungitur Actuarius Fiscalium causarum seu Regij Patrimonij, separatim dictus. Nec ita dudum apud Clarummontem Bellouacorum eiusmodi cognitioni præfuêre DOMINICI magistratus peculiares.

Edict de Moulins, des Finãces & Finãciers, Que les Thresoriers de France en chascune de leurs charges & Prouinces, auront la superintendance du Domaine du Roy.

Clercs des fiefs Royaux.

Edictum, die 24. Nouemb. verificatū in Curia die 20. Nouemb. an. 1584. *Art. 46. contenant la suppression des Clercs des fiefs, & des Controlleurs generaux du Domaine peu auparauant erigez. Lesd. Controlleurs, l'an 1583.*

Bataille de Montlehery.

Lieutenant, Procureur, & Greffier du Domainē, à Moulins, en Bourbonnois: à Monbrison, en Forests, & à Clermont, en Beauuoisis, comme reliques de l'ancien Appennage Royal de la maison de Bourbon.

PORRÒ antiquos Reges nil aliud video à Fiscalium præstationum Exactoribus in introitu postulasse, quàm solennis iurisiurandi religionem, vtì syncera integráque fide publicum hoc gererent officium ac ministerium. Regia Sanctione Ludouici 9. quam Ioh. Ioynuilla Ludouici æqualis, Historiæ suæ intexuit, cap. 86. hac scriptura. *Nos Thresoriers, Receueurs, Preuosts, & Auditeurs des Comptes, & autres Officiers, & entremetteurs de nos Finances iureront, que bien & loyaument ils garderont nos rentes & Domaines, auec tous nos droicts, libertez, & preeminences, sans laisser ne souffrir en estre rien soustrait, osté, ne amenuisé.* At Phil. Valesius Lege lata edixit, omnes vectigalium regiorum Coactores districtè idoneam cautionem præstituros, an. 1335. & 1348. Siue ij particulares fierent ærarij Quæstores, seu Collectores Sacri Patrimonij. Quùm enim Iure Romano nulla foret publicorum locatio sine fideiussoribus, l. Locatio vectigalium ff. De publican. Longè idem firmiùs in regios Quæstores fuit statuendum. Id quod pariter vltimorum Regum Constitutionibus repetitum est, Errici 2. Mens. Decembr. an. 1557. ac Caroli 9. Mens. Feb. 1566. (artic. 20. Edicti Molinens.) Sicuti autem Galli, ita Veneti distinctis vtuntur, tum publici patrimonij Coactoribus, tum ærarij Exactoribus, seu *Finantiarum*, quæ non à publico illo Canone veteri ordinario, sed ab extraordinariis & aduentitiis Indictionibus, aut Oblationibus proficiscuntur. Vt Contarenus De Magistratibus Venetis adnotauit. Bembus illos vocat Triumuiros, qui prouētibus Reipub. præsunt, quique res Fisco cedentes administrant: & qui tunc temporis Regni Cyprij Triumuiri nuncupabantur: Item Quinqueuiri à sale Reipub. procurando. Venetæ Historiæ lib. 12. Moscorum vtique DOMINICIS opibus tractandis designati sunt Scribæ, siue Amanuenses, quos è Græca voce corrupta Diacos, quasi diaconos, & ministros appellant. Hi enim non tantùm in Palatio Principis rationes & acceptum scribunt: verùm etiam per singulas prouincias accuratè omnia exigunt, & ad Quæstorem Imperij referunt. Auctore Posseuino in Moschouit. Hist.

4

Ioh. Ioynuilla in Chronico S. Ludouici.

Veneti Quæstores. *Domaine.*

Tailles.

Aydes.

Moscouia.

DE Quæstorio munere Augusti Franciæ patrimonij, déque summa adeò rei Quæstoriæ, extat amplissima Constitutio Henrici 2. inter alia, vt Regij CANONIS Exactor nummos expendat in sumptus iudiciales, magistratuum stipendia & officialium, refectionem operum publicorum, aliáque ordinaria impendia.

5

Delphinale Parlamentum sibi etiam ius vendicat, ex Statuto & Ordinatione institutionis d. Curiæ, distribuendi aliquando Principis denarios, vt gabel-

Vberiùs

Vberiùs hac de re præscripta euoluere liceat eodem Edicto, Menſ. Decemb. an. 1557. quod Pragmaticorum manibus teritur. Quantam verò æris ſummam DOMANIALIS Coactor inſumere debeat quotannis in forenſes de RE DOMINICA controuerſias, à Ludouico XII. præfinitus eſt modus, art. 63. & 64. Edicti Menſ. Mart. an. 1498. Hîc tamen obiter ſilentio præteruectum nolim, quod de regia Francorum magnificentia teſtatur Baldus I. C. ad l. Magis puto, §. itémque ſi inops, & §. imprimis, ff. De reb. eor. *In eo fundari Iuſtitiam Franciæ, quòd ſi pauper habeat litem cum Rege, & non habeat, vnde faciat expenſas litis, quòd Rex adminiſtrat ei Aduocatum, vt veritas cauſæ eruatur.* Inſuper DOMINICI Quæſtoris reliqua annuarum rationum, conferri oportet in publicorum fundorum redemptionem: Lege Regia, Menſ. Decemb. an. 1557. Sic & ipſi tradendum eſt pretium omne ex regiorum nemorum venditione ac cæſura redactum, quo alienata Reipub. prædia reuocet in priſtinam cauſam. Principali Diplomate, Sextili Menſ. an. 1561. Cui Senatus ſubſcripſit poſtridie Idus Auguſti, eod. anno. Quod autem ſpectat impenſarum onus (quæ regiis Quæſtoribus incumbunt) neceſſariæ inſtaurationis ædificiorum Principalium, eius rei formam modúmque præſtitutum legimus Edicto poſtridie Iduum Ianuar. an. 1567.

6 QVONIAM demùm Quæſtores ſinguli referunt ad ærarium rationes, diſpungendáſque proponunt in Camera Pariſienſium Rationalium, de huius inſtitutione Cameræ ſummatim id obſeruato, Regia Lege decretam fuiſſe, lata in Viuerio Briæ, Ianuar. Menſ. an. 1319. Cameræ tum Præſes creatus Præfectus Fiſci, ſeu *Theſaurarius Galliæ*, vnà cum quatuor literatis Ratiociniorum Magiſtris. Quorum duo in ſuperiori Claſſe, rationum Regiarum diſpunctores, duo alij in inferiore Decuria, emendatores ſeu expunctores rationum. Pleraque alia Conſtitutionis illius capita prætermitto, ne ſuperuacuæ digreſſionis tædio Lector afficiatur: quùm & Alexander Seuerus, Rationales, malum neceſſarium appellarit. Vt auctor eſt Lampridius in Alexandro. At ſucceſſu temporum, Iacobus Borbonius, quòd maior Aulæ Gallicæ Pincerna foret, ſacramento dixit apud Rationales, tanquam Præſes Maximus eiuſce Ordinis, qui honos Archipincernæ muneri adiunctus erat, an. 1397. Verùm antiquato Pincernæ aulico officio, ſuus conſtitit Præfectis Fiſci honos quidam inter Rationales. Hodie necnon Præfecti iſti, principes ſunt Magiſtratuum Cameræ Fiſcalis, ſeu *Theſauri*, inibíque primarium obtinent ſeſſionis gradum. Hi, Karolo 6. Rege, numero tres extitere, an. 1388. poſtmodùm quatuor ordinarij, Normanicus, Occitanus, Aquitanicus, vltimi prouincia, Sequana flumine terminatur. Iidem verò hac tempeſtate non ſunt, qui olim Regiæ Gazæ cuſtodes, ſed alius Francici ærarij Arcarius ſupremus, vulgò *Theſaurarius Parſimoniarum*. Quo primùm munere perſunctum tradunt Florimundum Robertetum, Franciſco I. Gallicæ Reipubl. clauum tenente. Redeo ad Præfecturam Rationum Principalium, apud quam excuſſis publicorum Quæſtorum ratiociniis, prouiſum eſt à Rege, vt quicquid reliquati ſint, facilè ab iis exigi poſſit. Edicto 7. Idus Febr. an. 1558. Quòd ſi reliquator non habeat in numerato, vnde æs Fiſco debitum expeditè luat, eius fortunæ ſub haſta væneunt, vel iuſta æſtimatione inita, ſic Principi in ſolutum addicuntur, vt deinceps publicum in Patrimonium conuertantur. Sicuti Normanica Charta Ludouici 10. comprehenſum eſt, an. 1314. ex qua iſthæc decerpſi. *L'heritage de quiconques qui ſoit tenu à nous, qu'il conuiendra par la defaute du paiement de nos detes eſtre appliqué à noſtre Demaine, ſoit eſtimé loyaument, qu'il pourra valoir en dix ans, par le teſmoignage de loyaux hommes: Et pour icelle eſtimation du prix, & non pas moindre, à noſtre Patrimoine ſans preiudice d'autruy ſoit aſſigné.* Mortui autem reliquatoris hæres ex inuentario, minimè ferendus eſt, ne regium nomen regio Inuentarij beneficio eludat, Principiſque gratiam contra *Ius* in auctorem ipſum retorqueat: Sed is defuncti hæreditatem purè vel adire tenetur, vel repudiare, demptis ſolùm minoribus, 25. annis. Artic. 16. Pariſien. Edicti Menſ. Ianuar. an. 1563. Quo ſimul Edicto cauetur, talium reliquorum donationem regiam non valere, quamlibet vafro conſilio captatam ab reliquatoris hæredibus, in minori etiam ætate conſtitutis. Imò & munificæ aliæ Regum largitiones ſunt ad ſemiſſem, dimidiæque partis modulum reducendæ, artic. 7. Regiæ Conſtitut. Biturigibus aditæ 6. Kal. Decemb. an. 1447.

las, & emolumenta Sigilli pro negotiis ipſius Curiæ, ac cōuertendi emendas & condemnationes ex interinatione abolitionum & gratiarum homicidiorum, & aliorum grauiorum ſcelerum, in reparationem Conſiſtorij Delphinalis. Ex Franciſ. Marci Deciſione 216. Parte 2.

Edictum *ſur le faict & reiglement des Finances des Officiers Comptables.*

Literarum patentiū verificatio in Curia, die 14. Aug. an. 1561.

Ordinatio Regia, die 14. Ianuar. an. 1567. *concernant les charges des Threſoriers, & la forme du payement des reparations, fortifications, & aduitaillement des Villes, Chaſteaux, & places fortes des Frontieres.*

Omnes Receptores regij tenentur ſua Compota reddere.

Duo Magiſtri, & duo Correctores Computorum.

Ludouicus 11 Rex poſtquam exonerauit Petrum Doriolam officio Cancellarij Franciæ & Vilhelmum à Rupeforti Cancellarium fecit die 13. Maii, an. 1483. dedit eidem Doriolæ officium primi Præſidis clerici in Camera Computorum.

Grand Bouteiller de France.

Threſorier de l'Eſpargne.

Regium Edictū die 7. Feb. an. 1558. *Pour le recouurement des Reſtats & debets de tous Officiers comptables, & autres qui auront eu & auront maniment des deniers du Roy, qui ſeront trouuez redeuables par la cloſture de leurs Comptes.*

Lud Hutinus, Rex.

Regia Ordinatio facta in vrbe Bituricenſi, die 16. Nouēb. an 1447 cuius clauſula hæc eſt. *Nous ordonnons, que quelque don que facions doreſnauant, ſoit de tout, ou de partie de nos droicts royaux, touchant le faict de noſtre Demaine, quāt aucuns eſcheent (cōme rachats, reliefs, quintz deniers, ventes & honneurs, amendes, forfaictures, aubenages, manumiſſions, legitimations, nobilitations & affranchiſſemens) il n'y ſoit obey, ſinon au regard de la moitié à tout le plus qui ſera enrotulée, comme noz autres Finances, & que l'autre moitié ſoit conuertie à noſtre profit, tant aux charges Ordinaires de noſtre Threſor, gages d'Officiers, reparations de nos places & hoſtels, que en nos autres affaires.*

Tit. XXV.

DE OPPIGNERATIONE IN EXTEROS.

1 Repræſſalia *non, niſi cauſa cognita, concedi.*
Siculos Repræſſaliorum *ius à Principe impetrare ſolere.*
2 Repræſſalia *ſeu Oppignerationes à Fœcialium iure ortas eſſe videri: eorúmque Fœcialium mos, in rebus ab inimicis repetundis.*
Senatus Romani in Veliternos decretum.
Draconis Attica lex, in cognatos eorum, qui hominem necaſſent.
3 *Inter Chriſtianos, rarior Oppignerationum vſus.*
Iure Romano, alios pro aliis capere non licere.
4 *Ius* Repræſſaliorum, *à noſtris Regibus in exteros, non in ciues, permiſſum.*
Repræſſaliorum *conceſſorum exempla quædam.*
Repræſſaliorum *venia, Senatui ad capionem vſque pignorum, non vlteriùs probata.*
De Repræſſaliis, *lex Biarnenſium.*
5 Repræſſaliis *in res Scholaſticorum locum non eſſe: item nec in Nundinarios mercatores, nundinarum tempore, nec in peregrinos viatores.*
Oppignerationes, lege Longobardorum prohibitæ.
Repræſſaliorum *ius à nemine, niſi Principali conteſſu, exerceri poſſe.*
Mercium tranſuectionem in exteras gentes, ius eſſe Regium.

Iús Marcharum, ſeu Repreſſaliarum.

Droict de Marque, cùm perſonæ, vel rei vel auri alterius pro alio oppignerationes fiunt.
Clarigationes Hermolaus Barbarus, Repræſſalias vocat.

1 DISCVSSIS SACRI DOMINII capitibus, quod reliquum eſt, in explicando generatim Regiæ Auctoritatis iure conſumetur.

VNVS Princeps decernit Oppignerationes in exteros, quas vulgus *Repræſſalia*, Græci ἐνεχυρασμοὺς, Latini Clarigationes appellant. Francica Conſtitutione Caroli 8. an. 1485. Priùs autem, ORDO AMPLISS. pignerandorum hominum poteſtatem concedebat. Cui rei argumento eſt vetus Curiæ Conſultum pro Mathurino Brixio iniuriam paſſo, poſtridie Idus Februar. an. 1392. Quod ſanè ita temperandum reor, ciuiliterque accipiendum Diuinis Oraculis, dummodò liqueat creditam fuiſſe pecuniam, vel res ablatas, & cùm ex æquo & bono repeterentur, iuris experiundi aditum interclusum. Ex Can. Dominus noſter Cauſ. 23. Quæſt. 1. Propterea D. Auguſtinus monuit, iuſta eſſe ea bella, vel oppignerationes, quæ vlciſcantur iniurias, lib. 6. Quæſtion. 10. Quæſt. Huc refertur quod argutè ſcriptum reliquit Thomas Aquinas 2. Quæſt. 40. Bald. ad cap. 1. De milite vaſallo qui contumax eſt, & in l. Ex hoc iure ff. De iuſtit. & iur. Poſt Bartol. in Tractat. Repræſſaliar. Ideóque prudentèr Siculis legibus interdictum, ne regio iniuſſu, priuatóve conſilio, populus exequatur huiuſmodi ius MARCHARVM, ſeu Androlepſiam, vt Græcum Pollucis verbum vſurpem. Neapolit. Conſtitutione, De cultu pacis, & Tit. De Præſaliis puniendis.

Areſtum Curiæ, die 14 Feb. an. 1392.
Claud. Coterellus Turonen. Lib. 3. De Iure militum Cap. 22. dicit, vidiſſe ſe Principem noſtrum Gallo homini Oppignerationes conceſſiſſe, cùm hic à Præſide Florẽtiæ ius ſuum obtinere non potuiſſet in Florentinum Lugduni Argentariũ, qui penes ſe depoſita Galli pecunia ad mẽſam Lugduni, abſceſſiſſet è Regno.

2 PLANE ab antiquo Fœcialium iure videntur natæ Oppignerationes. Nam Ancus Martius Romanorum Rex ius deſcribi iuſſit à vetuſta gente Æquicolis, quod tunc Fœciales habebant, quo res ab inimicis repetebantur. Legatus fines eorum, vnde res repoſcebantur, adibat, Iouémque inibi obteſtabatur, ne compotem Patriæ eum eſſe ſineret, ſi iniuſtè illas res dedi Populo Rom. expoſceret. Si petita non darentur, diebus 30. peractis, bellum indicebat, Superos obteſtans, Populum iniuſtum eſſe, neque ius perſoluere velle. Iſto modo, conſultis à Rege Patribus, bellum per fœciales indictum, & à Latinis repetitæ ſunt res Romanorum. Vt Liuius memoriæ prodidit lib. 1. Decad. 1. Sic Romani quoque ipſi, ob paucorum iniuriam Carthaginenſium, bellum mouerunt vniuerſis. Putà, quùm illi pœnas

nas à Carthaginensibus exigerent, quorum nonnulli Romanos nauigantes fuerant deprædati, idque Pœni differrent, bellum inter eos decreuêre: vt tradit Appianus in Libyco. Nec aliter iidem Androlepsia vsi sunt in incolas, tametsi ciuitate donatos. Nam Veliterni à Romanis vltra Tyberim habitare permissi, ea lege, vt is qui cis Tyberim deprehensus esset, non priùs, quàm ære soluto, abiret, & vsque ad millia Clarigatio passuum erat: Liuio teste, lib. 8. Decad. 1. Quantò durior Attica lex hominum in criminibus pignerandorum? Dracone conditore, vt si quis violenta morte obiisset, pro hoc gentilibus & cognatis, ius foret quoscunque persequendi ac præhendendi: quoad necis auctores indicarent ac dederent, vel iudicium cædis luerent ipsi. Id quod Demosthenes literis consignauit in Orat. κατὰ Ἀριστοκράτους.

Atheniensium lex de Oppignerationibus.

3 At postmodùm Orthodoxa Pietate medium per Orbem sparsa, rarior esse cœpit ac circumspectior Oppignerationum vsus. Iustinianus enim Augustus vetuit in totum, ne personæ, vel rei alterius pro altera fierent pignerationes: Nouella Constitut. 52. Ab eo itidem rescriptum fuit Musonio Præfecto Vrbi, ne Prouinciarum Præsides, alios pro iis qui deliquissent, acciperent: Néve in alium quenquam è locis, vnde ducerent originem criminum rei, aut prædiis ipsius damnum inferrent, aut propter vnum flagitij auctorem, ab iis prehensionis ius permitteretur: Nouella lege 134. §. cùm verò. His simile cautum à Zenone Imper. l. vnic. Cod. Vt nullus ex Vicanis pro alienis Vicanorum debitis teneatur. Tum ab Honorio & Theodosio Caess. l. Nullam possessionem. Cod. De execut. & exactor. lib. 12. Eapropter Fridericus 2. Cæsar reiecit supplicem cuiusdam libellum, pignerationum ius postulantis aduersus Tudertinos: cùm eidem aperta esset rerum suarum persecutio in Consistorio Imperiali. Vt à Petro Vinea perhibetur, Epistol. lib. 5. cap. 24. Quò etiam videtur allusisse Pontificia Gregorij 10. sanctio, Oppignerationum prohibitoria, cap. vn. De iniur. & damn. dat. lib. 6. At ne hallucinemur, idcircò ab iis denegati sunt prorsus oppignerationum Codicilli, quia Orbi terrarum imperarent, Iustinianus profanis, Gregorius sacratis hominibus: in quos vniuersim, per Iudicem liceret sarta tectáque iura sua conseruare. Proinde vnius noxa in alios retorqueri non debuit. Secus in singulorum Regnorum imperio ac territorio, quæ finibus inuicem latè secernuntur. Quinetiam in rebelles Germanico Imperio Picentes, Fridericus 2. dedit mercatoribus pignerationum Rescripta. Vt asserit Petrus Vinea Friderici Cancellarius, lib. 5. Epistol. cap. 48.

Christianismus cōminuit vsum Repressaliarum.

A Clemente 7. P.P. cuidam Auenionensi super iure Oppignerationis Episcopus Niciensis datus est Iudex contra Genuenses, qui res eius Institon cuidã abstulerant. Vt refert Coterellus, qui eo tempore florebat, lib. 3. De Priuileg. milit.

Anconitani, La Marque d'Ancone.

4 Æquissime autem nostri Principes cum subditis, inter quos oppignerationes exerceri nefas duxerunt, in tanta Iuris disceptatorum copia. In extraneos autem, Marchas à Gallo Rege permitti ait Faber expressim, in Authen. Sed omninò, Cod. Ne vxor pro marito. Perscriptúmque est monumentis Curiæ Diploma oppignerationis à Philippo 6. irrogatum aduersus Tarraconenses. In lib. *Ordinat. Antiquar.* Nam antea fœdere inter vtramque Regiam icto, Francicam & Aragoniam, fuerat conuentum, ne ad quiritantis cuiusque priuati libellum scriberentur regiæ Oppignerationum tabulæ, sed is primùm quidem à prouinciali Iudice ius peteret, quo non impetrato, Regis externi fidem præsidiúmque Iuridicum imploraret, repulsam demùm passus confugeret ad Principis sui Rescriptum pigneratitium. an. 1313. Rursus in Actis Curiæ voluuntur Oppignerationis Literæ Karoli 6. aduersus subditos Traiectensis Episcopi, in Belgio. Quas tamen Literas Senatus captione pignorum moderatus est, vinculis & corporum nexu inhibito. Vt refert Ioh. Gallus, Quæst. 334. & 359. Ludouicus XI. publicam huiusmodi prehensionem decreuit Occitanis in Ligures, & Catalanos, an. 1475. Atque ita suborta occasione, posteri Reges. De quo negotio prodita est etiam Biarnensibus Lex Municipalis, vt eorum Principes, Marcharum codicillos præbeant in alienigenas, iure priùs ter petito ac denegato. Verùm in Regno Tarraconensi, quùm tribus inuicem discretis Prouinciis constet, Aragonum, Valentiæ, & Cathaloniæ, alij in alios ex singulis quibusque Prouinciis exorare solét Oppignerationum diplomata ab eodem tot Principatuum Rege. Quod planè iniquum esse, ex suprascriptis abundè satis apparet: vt Petrus Belluga memorat in Speculo Princip.

Inter exteros verò annumerandi sint Habitatores Claricmontis in Argonia, & entre les Aubains (quoad iura successionum) Curia censuit pleniùs deliberandum, en plaidant du Roolle de Champagne. Die 21. Iunij an. 1588. Vbi Guelleus Procurator Fisci illos Regnicolas & Francigenas asseruit. Sicut antea regius Procurator in Camera Computorum die 17. Iunij & 2. Augusti an. 1564. Cùm Iacobus Thomas Claromonte natus peteret regias Literas Naturalitatis registrari in dicta Camera.

5 Præterea in res Scholasticorum non est *Repressaliis* locus: Cæsarea Fri-

derici 1. priuilegio, Menſ. Nouembr. an. 1158. (in Authent. Habita, & ibi Bartol. Cod. De fil. pro patr.) Nec pariter in Nundinarios mercatores, tempore nundinarum, publicique Emporij, l. vnic. & ibi Bartol. Cod. De Nundin. Ita nec in peregrinos viatores, quamdiu per alienas Regiones commeant. Bartol. in Authen. Omnes peregrini. Cod. Commun. De ſucceſſion. Atque adeò in vniuerſum vetitæ ſunt Oppignerationes, lege Longobardorum à Luitprando Rege ſancita, §. 3. & 4. Tit. De pignerationibus & debitis. Ad hæc, Theodorico Italiæ Regi diſplicuit talis oppigneratio, apud Caſſiodorum libr. 4. Variarum ſic loquentem. DIVIDVNTVR CAVSÆ GERMANIS: FILIVS OBLIGATIONIBVS PATERNIS, SI NON SIT HÆRES, EXVITVR: VXOR MARITALIBVS DEBITIS, NISI PER SVCCESSIONIS VINCVLA, NON TENETVR. ET AVDACIA AD SOLVTIONEM TRAHIT EXTRANEOS, CVM ABSOLVANT IVRA CONIVNCTOS. Vtut ſit, pignerationum ius, quaſi extraordinarium ac ſubſidiarium, à nemine exerceri poteſt, niſi venia gratiáque ob id à Principe, vel eius quondam Senatu, impetrata. Qualem in Siculi Regis ſubditos à Gallica Curia datam inuenimus. Tabulis obſignatis 4. Iduum Iuliarum, an. 1345. Etſi verò Badenſis Marchio in Pentebriæ Comitem pigneratione vſus ſit licentiùs, an. 1420. (Monſtreleti teſtimonio, lib. 1. cap. 237.) Gallica certè modeſtia & verecundia effrenem hanc licentiam non admiſit, Regiiſque ſolùm auſpiciis pignerationem ſinit obſeruari. Vt Senatus *Parlamentaris* in Flandricam Comitem iudicauit, quæ Angli negotiatoris merces ſuapte auctoritate prehendi mandarat: tametſi libero mercatorum commeatu à Regibus facto, palámque promulgato. Decretis ſolennibus ad Diualia, an. 1272. Verſa etiam vice, Regium eſt prorſus, ac iuris Auguſti, in exteras gentes mercimoniorum tranſuectionem, frumentorum putà, & aliorum id genus permittere: Ne inferiores Galliæ Reguli talem ſibi arrogent concedendæ tranſuectionis poteſtatem. Publicis Edictis Fráciſci 1. Vndecimo Cal. Septembr. an. 1532. Caroli 9. Iunio Menſ. an. 1571. Et Henrici 3. Februar. Menſ. an. 1577. Queîs conſentanea patet Cæſarea Lex penul. Quæ res vænire non poſſ. & l. penul. De Nauicular. lib. 11. Cod. Eóque recidit Honorij & Theodoſij Sanctio prohibitoria, ne ipſorum Imperio ſubiecti, mercaturæ cauſa peregrè proficiſcantur, vltra Niſibin, Callinicum, & Artaxatan, nec præter eiuſmodi ciuitates, cum Perſica gente merces putent commutandas, l. 4. Cod. De commerc. & mercator. Proin Gratianopolitanus Delphinatium Senatus iam olim diſtrictè vetuit, pœnalique iudicio coërcuit frumentariæ mercis tranſuectionem contra Principis Interdicta. Vidi Papij Deciſion. Delphin. 373. & 572. Delphinatibus quoque vicini Allobroges eo iure vtuntur, ne res annonariæ, ſeu promercales aliæ peregrinas in oras, niſi Ducis permiſſu, traducantur. Sicuti patet Ducali Conſtitutione edita, Sexto Idus Quintiles, an. 1561. quæ biduo pòſt, Camerini Senatus iuſſu publicata eſt. Diſtrictiùs etiam de Armis cautum, ne extra patrios fines transferantur. Allobrogico Edicto pridie Kal. Februar. an. 1560. quod ſubinde recitatum fuit in Senatoria Camerini Curia, decimo tertio Kalend. Mart. eiuſd. anni. Iuxta Imperialem Martiani, leg. 2. Cod. Quæ res export. non deb. Poſt Scæuolæ Regulam conſimilem, leg. 4. D. Ad Leg. Iul. maieſt.

Die 12. Iul. an. 1345. *Ponthieure.*

Areſta Parlamenti, in Feſto Omn. Sanctor. an. 1272.

Edictum Franciſci 1. die 22. Auguſt. an. 1532. *Que aucun ne peut bailler Traicte de grains & denrees hors le Royaume, fors le Roy ſeul.*

Ius Regium eſt, puréq; Dominicum, *d'octroyer permiſſion & congé des Traictes & transports de bleds, vins, toiles; paſtels, &c. hors le Royaume.*

Grauiſſima autem eorum pœna eſt, qui ad hoſtes exportent merces, quibus inſtrui firmioréſque illi reddi poſſint. Nouella 63. Leonis Imper.

De bladis non extrahendis extra Patriam Delphinalem, ab Interdicto patrio, ſecundùm quod Curia ſæpe iudicauit.

Sabaudi Ducis, tanquam Vicarij Imperialis Edictum, die 10. Iul. verificatum in Parlamento *de Chambery*, die 12. Iul. 1561. *touchant la liberté du Commerce par la ſuppreſſion de la Traicte Foraine precedente.*

Edictum Sabaudiæ, an. 1560. die vlt. Ianuar. Regiſtratum in Parlamento *de Châbery*, die 17. Febr. ſeq.

Tit. XXVI.

A QVO CREETVR DVX, MARCHIO, VEL COMES.

1 *Feuda Regalia, à ſolo Principe conferri.*
Capitaneorum *nomen ſolis Ducibus, Marchionibus, Comitibus deberi.*
De Præpoſitis, ſeu Valuaſſoribus *Regiis.*
2 *Feuda Regalia, à quolibet Rege, non ſolùm à Principe Romano, tribui.*
3 *Feuda Regalia, in Germania à ſolo Imperatore dari.*

Regalia

Regalia communia, in 4. casibus transferri: potiora, nusquam.

4 *Bauariæ Duci non esse ius Comitum creandorum.*

5 *Noui Regis creationem, ad Cæsares pertinere antiquo Iure.*
Daniæ, & Bohemiæ Reges, Cæsarum Romanorum beneficiarij.
Institutio Regni Castulonensis, antea Castellæ Comitatus.

6 *A Romanis Pontificibus, Marchiæ Ferrariensis* inuestitura.
Potestas creandorum Comitum, Marchionum, Valuassorum, *priscis Langobardiæ Regibus à Pontif. Max. attributa.*

7 *Ius priuati Domini feudi, minui non posse honorifico noui Comitatus in clientem Diplomate.*

8 *An feudum regale, diuiduum sit inter liberos.*

9 *Baronum iura, dignitate fundo seruienti addita, non subuerti.*

10 *Ducibus, Marchionibus, Comitibus, licere feuda vasallis concedere.*
Illos feudatarios, Valuassores *maiores nominari.*
Valuassorum *genus multiplex.*
Valuasini, *qui.*

11 *Præfecturæ, aliáue publica Officia, feudi iure, perpetuà cum feudis ipsis interdum attribui.*

12 *Vasalli infimi gradus, plebeij, non milites.*
Sôlius Principis ius esse, plebeios in Nobilium ordinem adscribere.
Cæsarianos, à solo Cæsare Nobilitatis beneficium petere.
In Hungaria, Reges nobilitandi potestatem solos habere.

13 *Regis filiũ non nasci Equitem, sed in Equestrem ordinem more aliorum allegendum.*
Gotthorum Regum mos cum filijs, in militiæ honoribus decernendis.

14 *Regios populares, Principis filio Equiti, in militiæ sumptum pecunias conferre teneri.*
Varij Equitum Ordines.

15 *Hoplomachiæ, seu ludorum Equestrium ius, penes Principem esse.*
Ius duelli concedendi, planè Regium esse.
Quis duelli vsus Langobardis, Danis, Neapolitanis.

16 *Senatum Francicum, ius duelli litigatoribus indicendi olim habuisse.*
Biarnensium, Scotorum, & Hungarorum, de Duello subeundo, Statuta.

17 *Quibus casibus prisci Reges duello vsi fuerint.*

18 *Arma mouere, exercitum cogere, bellum gerere, fœdus cum hoste pacisci, vel inducias, Regaliorum symbola.*

19 *Fœdera Regis Romanorum Alberti 1. & Henrici 7. Imper. cum Philippo 4. Francorum Rege.*

20 *Fœdera Scotorum, Hispanorum, cum Gallis.*

21 22 *Florentini Populi, Heluetiorum, Venetorum, Noruegi Regis, Suetiæque cum Gallis confœderationes.*
Regum Ethnicorum, in sanciendis Fœderibus, ceremoniæ.

1 SOLVS PRINCEPS in quempiam confert feuda dignitatum, vtpotè Ducatus, Marchionatus, Comitatus, Cap. 1. De Feudo Marchiæ, In Feud. Vasalli autem dignitatum huiusmodi, sunt Duces, Marchiones, Comites. Cap. 1. Quis dicat. Dux. Hi enim Feudisticis Legibus *Capitanei* Regni propriè nominantur, quasi summi copiarum Duces. Aluarot. in cap. 1. §. si Capitanei. De Nat. Feud. & in cit. cap. 1. Quis dicatur Dux. Nam *Capitaneorum* nomen impropriè sibi vindicant, qui neque sunt Duces, neque Comites, neque Marchiones: sed Plebi, aut parti plebis gubernandæ fuerunt à Principe, vel Republ. præpositi. Cuiusmodi Præpositos memorat Tranquillus in Galba, & in Othone: Cum Modestino in l. 3. §. vlt. & Arrio Menandro in l. 6. §. 1. ff. De re milit. Ac veriùs vtique illi *Valuassores* maiores, seu Regis *Valuassores* dicuntur. Hoc modo Platina in Clemente v. & Martino iv. *Capitaneos* ait Præfectos vrbium appellari. Quo sensu pariter, *Capitanei* à Comitibus & Ducibus secernuntur, Imperatoria Friderici Constitutione, Tit. De pace tenenda. In Feudis.

Feudorum Regalium participes esse tantummodò Regni Capitaneos.

La Seneschaucee de Beaucaire, en Languedoc, affectee à vn Cheualier.

Comes Sabaudiæ. Cuius tamen prædecessor Amedeus 3. Imperiali Rectori Ducatus Chablesij & Augustæ, armis præripuit, deuolutos ad Cæsaream Cameram obitu Amedei Ducis. Et Petr⁹ dein Sabaudiæ Comes, inuestiturã sumpsit horum Ducatuũ ab auunculo suo Richardo Anglo, Imp. Ex Chron. Sabaud. Paradini lib. 2. cap. 67. & 81.

Erectio Baroniæ *de Montreuel, pays de Bresse, en Comté, par Amed. 8. Duc de Sauoye,* die 26. Deceb. an. 1417. De qua, suprà Tit. 6. Artic. 27. In Marg.

QVOD attinet igitur ad maiores illos feudorum Regalium titulos, Aluarotus scribit, Regem quemlibet, nedum Romanum Principem, militares hasce dignitates Ducatus, Marchiæ, Comitatus posse concedere beneficiaria lege. In cit. §. Si capitanci, & cap. 1. in verb. Regni. Qui feud. dar. poss. Nec vllum planè est Feudum Vexilli, ex quo illustris quispiam, aut princeps fiat, nisi illud sibi à Rege attribuatur. Specul. Saxon. lib. 3. artic. 58. Porrò quùm Sigismundus Cæsar, in Senatu Parisiensi cognoscens, obiter vnum è litigatoribus cinxisset equitem, vt Præfecturæ Bellocarensi ineundæ, de qua, tum agebatur causa, habilis efficeretur, Carolus 6. Senatum increpuit grauissimis verbis, quòd contra Regium decus Equestrem honorem à Cæsare imperiosè concessum dissimulasset: anno 1416. Monstreleti lib. 1. cap. 155. Eoque exemplo cautiores Lugdunenses Magistratus, obnixè apud eundem Imperat. egêre, intercessêre, ne Alpinarum gentium Comitem Amedeum 8. in Lugdunensi vrbe Ducem instituerct, Cæsarea quadam in Galliis Maiestate. Quo audito, excandescens Cæsar sese è Gallia proripuit confestim, & in Romano Orbe suo Ducatum illum solenni ritu constituit, an. 1417. Nouus verò Dux subinde creandorum Comitum potestatem sibi arrogauit, & Ianum Balmæum, è Barone Comitem fecit Montis-Reuelli, in Foro Segusianorum. Authenticis tabulis 7. Calend. Ianuar. an. 1427. De quibus Nos summatim antea.

Septem Principes Germanici, Electores Imperatoris.

De variis Nobiliũ feudorum erectionibus in Ducatũ, Marchiam, Comitatum, aut Principatum, vide suprà relata lib. 1. tit. 5.

Germanici Comites, & Barones.

3 AC in Germania quidem, ex quo tempore Septemuiratus Electorum, lege Othonis 3. sancitus destinauit Romanum Imperium Germanici nominis Proceribus summumque tituli fastigium, fuit hoc purè Cæsareum ius, Magnates viros Ducum ac Comitum Insignibus decorare. Sic Ludouicus Augustus Iuliacenses Menapiorum Regulos, euexit in Marchiones, (an. 1329.) paulò pòst in Duces. Fridericus Ænobarbus, Bergensem ditionem honestauit Comitatus dignitate, in gratiam Engelberti. Comitatum inde Carolus 4. extulit in Marchionatum, an. 1356. Primi autem fuêre Bergenses Duces, ambo Vilhelmi seriatim, & Arnoldus ab Vvenceslao Cæs. constituti. Bergensis tandem dominatus ad Iuliacenses deuenit. Luneburgensem Principatum Otho Cæs. primus auxit titulo Comitatus, Hermanno Bilunoi filio, primario Comite appellato. Huic successit Hermãnus: deinde, aliis quibusdam interiectis, Magnus Comes, qui Lotharium generum Luneburgæ præfecit, gentili masculorum stirpe deleta. Vt auctor est Irenicus. Comitibus tamen Barones æquari Germanicos, tradit Zasius in Feudis, Parte 5. Tit. Qui feud. dar. poss. Quò loci idem confirmat, Regalis feudi concessione, Regalia communia, quatuor casibus transferri: potiora verò Regalia (vt equites creare, cudere monetam, &c.) nusquam.

Bauaria, olim Noricum Regnum.

4 IMPERIALI autem Noricorum Duci videretur prima fronte competere creandorum Comitum auctoritas, intrà fines sui dominatus. Nam Octauij Augusti seculo, Boamundus Bauarici Regni fundamenta iecit. Subinde Ingranius, Adelgerius, Gundoaldus, primi Reges Bauariæ rebus sunt moderati: quorũ Methodius, & Gemblacensis meminerunt. Primum verò Ducem nonnulli Theodonem perhibent, qui à B. Ruperto, lustrali Christianorum aqua aspersus, regium Bauarorum nomen commutauit in Ducatus appellationem: Quousque Tassilo Dux Carolo Mag. rebellis, in monasterium detonsus extruditur. Inde Arnulphus Noricorũ Dux factus est à Conrado Cæsare, & in exilium actus, ab Henrico imp. postliminio restituitur. De hoc Boiorum Germanico Ducatu, Vvolfgangus Lazius in Migration. Gentium Septentrional.

De Sceptro Regio Bohemiæ Ducatui addito diximus suprà lib. 2. tit. 1. Nam & Sigebertus narrat, Leptinæum Ducem Bohemiæ ad Christi fidẽ conuersum, religiosè in Bohemia populum rexisse, eiusque Vratislaũ filium, iustitia & sanctitate præclarum successisse, an. 921.

5 ATQVE hinc perspicuum fit, reuocato veterum Romanorum more, Regis institutionem ad Augustos pertinere. Quemadmodùm enim à Iul. Cæsare Cauarinus apud Senonas Rex fuit constitutus, (lib. 5. De bell. Gall.) Ita Petrus Daniæ Rex, missa à Friderico 1. Cæs. corona & gladio, salutatus fuit, quùm illi fidem suam adstrinxisset, præstito Danici Regni hominio. Teste Friderici Epistola, ad Othonem Frisingensem. Vnde Trithemius Cap. 17. REX DANORVM (ait) MAGNVS SE IN POTESTATEM IMPERATORIS TRADIDIT, OBSIDES DEDIT, IVRAMENTVM FECIT, SE SVCCESSORESQVE SVOS NON NISI IMPERATORIS ET SVCCESSORVM EIVS PERMISSV REGNVM ADEPTVROS. Sicuti etiam, Taciti verbis, Ciuitates Cogiduno Regi donatæ fuerunt, vt populo Rom.

Rom. fidissimus maneret: recepta eiusdem Pop. consuetudine, vt haberet instrumenta seruitutis & Reges. Ita Canutus Daniæ Regis filius, adito Lothario Imp. ab eo consecutus est Regni Obotritorum Insignia, fide à Canuto deuincta, datoque fidelitatis iureiurando, se Sacri Imperij maiestatem veneraturum in posterum, legesque ab Augustis accepturum. Vt tradit Helmoldus in Slauorum Histor. cap. 50. Austriaci verò, ac Styriæ Ducatus in Regnum sublati diploma Cæsareum descripsit ad verbum Petrus Vinea, Friderici 2. Cæs. Iuris præfectus, lib. 6. Epistol. cap. 26. Quinetiam Scotiæ Regem Falconium legimus in verba iurasse Henrici filij Anglorum Regis, ab eoque in fidem assumptum. Sigeberti Chronico anno 1164. qui hæc præterea de Scotorum Rege subiiciens, PACIFICATVS (inquit) CVM REGE ANGLIÆ HOC MODO FECIT HOMAGIVM ET LIGANTIAM DE OMNI TERRA SVA, VT PROPRIO DOMINO, ET CONCESSIT EI, VT OMNES EPISCOPI TERRÆ ILLIVS, ET ABBATES, ET COMITES, ET BARONES HOC IDEM FACERENT: Sub annum 1176. In Hispania verò, Ferdinandus Gondissaluus vectigalem primus tenuit Castellæ Comitatum, Legionensisque Regis beneficiarium, an. 904. Antea enim Castulonensis Prouincia, cui à Romanis Castellorum Præfectis, Castellæ nomen fuerat inditum, à Iudicibus regebatur, quos Nobilium primores crearant. Verùm haud multò pòst, Ferdinandus Legionis Rex, Castulonensem ditionem nactus est materna Eluiræ hæreditate, quæ fratri Garciæ Gondissaluo, Castellæ Comiti successerat. Exin Castulonensem Comitatum Regio Sceptro exornauit, seiunxitque à Regno Legionensi: anno 1025. Ad ea verò vsque tempora durarant Regij soli, Legionis & Asturum, fasces, iam inde à Pelagij 1. Pontificatu. Vt Hispanici Annales produnt.

Primi Imp. Romanl, Regum Domini.

Ibidem Sigebertus scribit, Angliæ regē post hoc homagium ei præstitum à Rege Scotiæ, honores dedisse, Episcopatus, Abbatias, & alios honores in Scotia, Chronico an. 1176.

6 ROMANI itidem Pontifices, sui beneficij esse voluerunt Ducum & Marchionum titulos, in sacrosancto Patrimonio D. Petri. Cuius rei index profertur vestitura Marchiæ Ferratiensis in Nicolaum & Albertum Atestinos, primùm institutæ Pontificiis Codicillis Gregorij XI. Auenione, an. 1372. Atestinis Regulis antea Ferrariæ tantùm procurationem obtinentibus, seu Vicariam Sacrosanctæ Sedis potestatem. Atque ex eo tempore primogeniti hæreditario Ferrariæ feudo potiri sunt, tanquam Marchiæ dignitate illustrato: Vti à Decio refertur, Consil. 389. Non secus ac vetustis Francorum moribus, splendidiora hæc dignitatum feuda tenebant maximi natu solido iure. Id quod apertè recensuit Angelus, Consil. 287. Pontifex insuper Desiderio Longobardorum Regi, qui Sarracenis Vrbem liberarat, eiusque successoribus attribuit ius creandorum Comitum, Marchionũ, *Valuassorum*: eadem planè authoritate, qua eos ipsos Romanus Imp. creare potuisset. Vt Donatus Bossius commemorat in Hist. Mediolanen. Quinetiam à Ioanne P. P. Lakoldus Cracouiæ Dux suscepit coronam Poloniæ, quòd Ludouicum Bauarum, quem execratus fuerat Pontifex, minùs legitimum Cæsarem existimaret. A quo primi alioquin Sarmatiæ Reges designari consuêrant. Vt est apud Albertum Krantzium, Hist. lib. 8. cap. 2. Isthæc ædepol piè ac religiosè, quùm Principis DEI beneficia sint, & beneficiaria, Regnorum feuda omnia. Illustri elogio D. Bernardi, ad Henricum Britanniæ Insulæ Regem, cui, ASSISTITE (infit) EIS TANQVAM NVNTIIS DOMINI VESTRI (i. DEI) ET IN IPSIS FEVDVM VESTRVM DESERVITE. Epist. 92.

Estenses Reguli, Ferrariæ Marchiones Quorũ mascula prole nuper deficiẽte legitima, Clemẽs 8. P. Ferrariense feudum Sedis Apost. ad Ecclesiam Patrimoniumque B Petri reuocauit, an. 1598.

Quænam Regna Romanæ Sedi beneficiaria, aut tributaria à Regibus facta fuerint, Quæue Cæsareo Imperio, exposuimus suprà Lib. 2. Tit. 1.

7 PORRÒ, vt nostræ Galliæ iura repetamus, temperatur regium Comitatus diploma, ne in priuati alterius dispendium refundatur. Putà, Rex Subcomitis honore affecit clientem Baronis cuiusdam, Cenomani. Stante hac recenti dignitate, planum erat, Baroni abrogatum ius superioris dominij eminentiæque in vasallum, Procomitem nuncupatum: quùm Cenomaniæ Lex Municipalis Baroni Procomitem subiici vetet, maiorique Dominij iure hunc, quàm illum cumularit. Artic. 71. Eapropter Baro, cui patronale dominicumque imperium tacitè ademptum fuerat regio noui Procomitatus Rescripto, Senatum prouocat à Rationalibus Lutetianis, qui tale Rescriptum probassent. Fatetur quidem, nouæ dignitatis accessione honorariam Procomiti eminentiam superuenisse, vt inter nobiles viros sessionis ordine forsan antecellat: Sed quoad iura prædiaria, & fundorum emolumenta clientelarium, nihil esse Principali munere immutatum, quo

Si tamẽ Regis, tanquã Baronis feudatarium se agnoscat vasallus, huiusce feudum in Baroniá erigi potest à Rege, hoc pacto, vt nouus Baro postmodùm teneat à Rege, tanquam Duce prouinciæ, putà Britanniæ, feudum ipsum; quod ab eodem tenebat antea, tanquã Barone Fulgeriatũ, in Britannia.

Placitũ Curiæ, pro Domino *de Bourgon*, in Cenomania, contra eius vasallũ Dominum *de Neuuillette Caradreux*.

minùs clientelaria in patronum munia exequi cum oporteat. Perorata causa, Senatus rectè appellatum pronuntiauit. Dogiato, Neuuilleti: & Hunaldo, Burgonij, procerum causidicis: Primo die forensium Actionum publicatum, mens. Nouembr. an. 1565. Meritò sanè, quùm rerum dominia quæ Iure Gentium introducta sunt, minimè tollantur Principalibus codicillis. Honorificæ autem præeminětiæ dandæ liberius est penes Principem arbitrium, vt præcelsior ei honos deferatur quem Rex voluerit honoratum. Iuxta Amani illius sententiam publico vulgatam præconio, iussu Assueri Persarum Regis: Esther cap. 6. Itaque Ludouicus Villanouanus, Baro Transius Procomiti Talardo prælatus fuit in maioribus Phocensis Prouinciæ Comitiis, quòd eum Baronatum Marchiæ titulo auxisset Princeps anno 1505. Decreto Senatus apud Aquas Sextias lato, pridie Nonas Februar. anno 1512. quod Boërius recitat, in Tractatu De ordine grad. vtriusque Fori. Ille rursus Marchio, ordinis gradusque honorarij primatum euicit à Barone Saltus. Vindiciario Aquensi decreto, Februar. Luce 15. anno 1516. Inter quos tamen Municipij eiusdem Proceres, de eo lis perseuerat in Curia Parisiensi, cúmque Marchio aduersarium superasset Iudicato, XI. Calend. Iunias, anno 1568. Alter in primæ statum controuersiæ restitutus est, huius retractatione Decreti, Pridie Calendas Maias, anno 1575. Talis autem Marchiæ *de Trans* institutionem recenset Decius, Consil. 269. Atque adeò de prærogata dignitate horum Massiliensis Prouinciæ Magnatum, Chasseneus in Catalogo Glor. Mundi. Notà interim, Baronem eum esse definiri, qui summæ, mediæ, ac imæ coërcitionis ius in Arce quadam habuerit Principali concessu. Auctore Baldo, ad Cap. Innotuit De Elect. Hunc Longobardi *Magnum Castellanum* appellant. Idem Bald. ad Cap. Vno delegatorum De offic. deleg. Et in Cap. 1. Qui feud. dar. poss. De Castellanis planè & Castris, Tractatum percurre Mart. Laudensis, qui de his totus inscribitur. Sunt autem Germanis & Scotis Barones iidem, qui Vassi Regij. Quo nomine etiam Duces continentur: vt Blondus asserit lib. 5. Decade 2. & Hector Boëthius lib. 11. Scotic. Annalium.

Mardocheum Iudæum Assuerus Rex voluit honorari, ita palàm proclamante Amã. Ex præcepto Regis.

Arestũ Parlamenti Aquensis in prouincia Prouinciæ, die 4. Februar. ann. 1512. *pour le Marquis de Trans, contre le Viscomte de Talart.*

Comitatus *de Saut*, in Prouincia, fuit solũmodò erectus an. 1561. Vt diximus suprà lib. 1. tit. 5. art. 8.

Prouisionale Arestũ *d'Aix en Prouẽce.*

Placitum Curiæ Paris. die 22. Maij, 1568. ad relationem Dn. *de la Roche-thomas*, senatoris.

Die vlt. Apr. 1575.

Controuersia præeminětiæ inter Marchionẽ *de Trans*, & Comitem *de Sault*, Proceres Comitatus Prouinciæ in eo est, quòd Ille citat antiquum suum titulum Baroniæ *de Trans*, donatæ Gerardo *de Vileneufue*, à Comite Prouinciæ, cũ multis prærogatiuis, mens. Octo. an. 1201. Hic, vetus Pactum Ysuardi *d'Antreuènes*, Domini *d'Agoust & de la Vallee de Sault* supremi, cum Carolo Prouinciæ Comite: an. 1291. & die 5. Iun. an. 1318 Quibus Pactis subnussio quidẽ facta est homagij, sed retentis in omnibus aliis iuribus supremi Dominii penes Dominum *de Sault*.

8 PROXIME ad superiorem quæstionem, hæc quandoque emerget in lucem, nûm Principali beneficio recèns institutus Ducatus vocet primigenium in spem solidæ successionis, posthabitis minoribus natu, qui iam tum erant procreati, an verò isti ad familiæ herciscundæ iudicium admittantur. Stirpis maximus ita agere, iuris esse publici ad dominationem conseruandam, vitandasque contentiones, vt Principatus maiores vni primogenito attribuantur. Haud disparem esse Regalis feudi Regio fastigio conditionem. Cecropi primigenio addictum fuisse Regnum imperiumque Atheniense, honoraria Zuthi arbitri sententia, qui Erictheo defuncto, sumptus fuerat fraternæ de dominatu contentionis iudex ac disceptator. De quo scitè Pausanias lib. 7. Alioquin periculum impendere, ne cæcæ ambitionis æstu fratres in mutuum exitium coniuratis odiis proruerent: quemadmodùm Romæ, fraterno primi maduerunt sanguine muri. Econtrariò, Minores annis, intuendam esse natalitij iuris ordinisque prærogatiuam in feudo auitæ ac hæreditariæ dignitatis, non autem aduentitiæ, nouæ, diplomaticæ. Principem sacro Rescripto nunquam ius liberorum antea natorum voluisse conuelli. Huc accedere, quòd non tam ætatis priuilegio, quàm prudentiæ animique magnitudini illustres Principatus sint adsignandi. Sic Ludouicum Imper. certantibus de patrio Vvltzorum Regno duobus fratribus, regio nomine ornasse iuniorem, qui eo in Regno administrando præcellere virtute putabatur: Aimoyni lib. 4. cap. 3. Quid ambo fratres, Atreus & Thyestes, quorum alteri paternum Regnum adiudicatur, non qui nascendi fœlicitate, sed qui doctrina, magnarumque rerum cognitione alterum superaret? Vt Lucianus refert, Lib. De Astrolog. Quid Græcorum Augusti? Nónne Ianus Comnenus Byzantiorum Cæsar supremis tabulis Manuelem antepostuit, filium secundogenitum? Porrò diuisum fuit Laconicum Regnum inter Proclem & Euristhenem geminos fratres, Aristodemi Regis filios. Messeniorum item Regno simul potiti sunt Leucippus, & Aphareus: Quantum ex Pausaniæ Lib. 4. assequimur. Vt compendio absoluam, vtilitatis publicæ causa receptum est, Feuda Regalia

Hinc simile exortũ apud Romanos dissidium, & belli materies inter Zenonẽ & Martianum, quòd huius vxor, Leoni iã imperanti, Ille verò Leoni nondum Imperatori natus fuisset. Auctore Theodoro Lectore.

Regalia paternæ vel auitæ dignitatis, indiuidua permanere: ne inclytarum familiarum decus rerum diuisione labefactetur, adeoque Principatuum status. Nouus autem & adscititius Dignitatis titulus, quo paterni fundi nunc primùm à Rege augeri cœpêre, licet prærogatam habeat nobilitatem, non ideò arcet communes patris liberos ab eorum diuisione prædiorum, quam illis omnibus æqua conditione genitis lex Naturæ præscripsit. Et huius quidem partis sententiam humaniorem iuuant suprà dictata Lib. 2. Rubr. 2. Artic. 5. & Tit. 4. Artic. vlt.

In noua tamen Feudorũ Ducali dignitate primogenitus impetrantis habet sua primigeniorum iura præcipua. Rursus Ducalis tituli nominisque præcellentia remanet penes vnũ primogenitum, qui tenet caput ipsius Ducatus. Bald. in Cons. 275. lib. 1. Tiraquellus De Iure Primigeniorum Quæst. 4 num 49.

9 Imò nec Princeps, Codicillari dignitate fundo addita, censetur honoraria Prouincialium Baronum iura subuerti voluisse, nec maiorum gentium ordinumque Barones post terga relinqui à nouo Comite codicillari. Exempli gratia, Henricus 2. R. Claudium dominum *de Maure*, Comitem fecit. Comes ilicò insurgit, primosque sessionis & honorum gradus sibi arrogat in Annam Baronam *de Monteichan*, Ianum Baronem *d'Acigny*, eius filium, Armoricæque oræ Barones alios antiquissimos. Hi verò loci primatum mordicùs tuentur, quod ab longissima iam vetustate decreta sit patriis Baronibus honorifica sedes in celebri quouis Nobilium virorum consessu. Vnde nec noui Comites diplomatici primariis Baronibus anteferendi, nisi Prouincialis ordinis ac Nobilitatis decore, priscoque ritu violato. Quare Barones aduersus Comitem obtinuerunt: Decreto Principis, in sanctiore Prætorio, 10. Calend. Septembr. an. 1555. Versa quoque pagina, non licet Baroni, aut Comiti, clientis sui ditionem Castellario titulo, nisi Regia cum venia gratiaque, insignire. Quùm enim Princeps, omnium sit patronus fundorum superior, eius interest, nouæ huiusmodi *feudariæ* dignitati auctoritatem interponere. Vt Senatus contra Alemantium, Dominum *de Guepean* iudicauit, tametsi Castellaniæ iure donatum à Comite Fani Aniani patrono suo proximo, citra Regij consensus interuentum.

An. 1084. Alanus Fergantius, & an. 1451. Petrus Britonũ vicissim Duces statuerũt in patriis Parlamentis, maiori cuique Baroni Britanniæ honorarium loci sessionisque gradum ac ordinem. Ex Armorica Bocardi Histor.

Arestum intimi, arcanique Consilii regii, die 23. Augusti, an. 1555.

Comte de S. Aignan, en Berry.

10 Nec tamen à Regibus solùm, sed à Ducibus etiam feuda concedi inferioribus possunt: A Marchionibus itidem, & Comitibus, qui primos ducunt ordines. Horum inde vasalli, *Valuassores*, quasi ad valuas stantes, nuncupantur. Cap. 1. Qui feud. dar. poss. Rursus hi qui à Ducibus: Marchionibus, & Comitibus vestiuntur feudo non Regali, quos *Valuassores* maiores nominant, aliis dare beneficij lege non prohibentur: Vtpotè militibus, ac Natalium splendore conspicuis, qui vocantur minores *Valuassores*. Cap. Si Capitanei, & ibi Alurarot. D. Feud. March. *Valuassorum* enim (secundùm Capitaneos) multiplex genus: alij sunt *Valuassores*, alij *Valuasini*, alij plebeij. *Valuasini* quidem, ius feudi olim non habebant proprium ac perpetuum. Nam *Valuassoris*, à quo feudum acceperant, interitu sine legitimis hæredibus, feudum deuoluebatur ad maiorem *Valuassorem* seu *Capitaneum*, à quo id *Valuassor* assumpserat: Adeò, vt *Valuasinis* quandocunque posset auferri, maioris Domini, vel dantis arbitrio §. similiter. Tit. De lege Conradi, In Feud. Nunc idem Mediolani Ius est *Valuasinis*, quod *Valuassoribus*. Tit. De hominib. Vasall. De Feudis. Ex Gerardo Nigro.

Vasalli, nostri & indigenæ milites: vt *solidarij*, externi milites, stipendarii, à *soldata* & *sold*, stipẽdio vel mercede. Vt scribit Frisingensis, cap. 20. Friderici 1. & Abbas Vrspergensis, de Philippo Imp.

11 His etiam interdum feudi lege attribuuntur, perpetua cum fundis ipsis Officia, Militiæ, Præfecturæ, publicáve Ministeria, nec dissimili clientelæ nomine patronis obligata. Sic Mathurino *de la Roussardiere* Senatus adiudicauit beneficiarium munus *Comestabilis* hæreditarij Castrigonteriæ, Andium, Baroniæ, ex nobili prædio *de la Randiere*, cui clientelaris illa functio nexa erat. Decreto Idibus Septembr. an. 1578. aduersus Renat. Charlotum, & Castrigonterij Toparcham. Ita Dominus *de la Puisaye*, Prætorem se hæreditarium scripsit, seu *Seneschalum* Perticensis Comitatus: In Actis emendatæ Consuet. Perticens. Dn. *de Nery*, apud Valesios, titulo se iactat hæreditarij Castellani *de Betisy*. Dn. *de Peletot & de Laniers*, beneficiarium se asserit *Mareschalum* Pontiuensis Comitatus. Dn. *de Bligny*, Præpositum hæreditarium Laudunensis regionis: In publicis Actis Legum Laudunensium. Dn. *de Mouy*, in Normania, Castellanum Couciaci perpetuum, ex certo feudo apud Couciacum sito. Dn. *Do*, feudi nomine *de Gauffreuille*, aliorumque, beneficiarium *Seneschalum* Duensis Comitatus. Baro *du Bec-Crespin*, *Mareschalum* Normaniæ hæreditarium: Baro *d'Enneual*, Neustriæ Prodominum. Dn. *de Lierual*, Prodominum Laudunensis oræ clientelarem. Comes *de Charny*,

Chasteaugontier.

Arestum Curiæ, die 14. Sept. an. 1578.

In Processu verbali Consuetudinis *du Perche*.

Mareschal hereditaire du Comté de Pothieu.

Preuost hereditaire de Laonnois.

Chastellain hereditaire de Coucy.

Seneschal fieffaye du Comté d'Eu.

Baron d'Enneual, Vidame de Normandie.

Burgundiæ *Seneſchallium* hæreditarium. Baro *de Vitré*, Subcomitem feudarium ſe prædicat Rhedonenſis Armoricæ ciuitatis. Procomes *du Fou*, Præfectum maris Britonici (antiquis tabulis an. 1200.) Dn. *de Bloſſac*, Archippocomum Britanniæ Celticæ: Argentræi teſtimonio, lib. xi. cap. 389. patriæ Britonum Hiſtor. Qua tamen in Prouincia, Subcomes *de Rezay* ſibi vindicat hæreditarium Archippocomi munus: Libello renunciationis Actorum in reformanda Britonum Conſuetudine, an. 1580. Cabilonenſes Dynaſtæ, hæreditarios ſe dixêre Sequanorũ Rectores, in Apologia Principis Aurayci edita an. 1581. Princeps *d'Eſpinoy*, apud Atrebates, titulum gerit Atrebatici *Seneſchali* perpetui: quemadmodùm & Bergenſis Marchio, ſummi Brabantiæ Venatoris: Ex Guicciardino in Belgiographia. Idem affirmat, Barones *de Vveſemale*, ad Louanium, Brabantinos eſſe hæreditate *Mareſchalos*: vbi ſuprà, Tit. De Brabantia. Similiter in Britannia Inſula veteres Clocestriæ Duces ſibi titulum arrogarunt Magiſtri Equitum Anglicorum hæreditarij: Vt Anglicis & Armoricæ Chronicis perhibetur. Marchio Miſnenſis fertur, Gubernator Friſiæ Orientalis hæreditarius, à Michaële Boiemio, in vita Alberti 3. Saxoniæ Ducis. Veſontioni etiam degit *Mareſchalus* Imperij perpetuus, cuius iure ſuo Cæſaris equus competit, eam vrbem ingredientis. Auctore Oliuerio Marchiano, Commentarior. ſuorum lib. 1. cap. 7. Quin & Orientalis Indiæ *Almiraldum* creauit Ferdinandus Hiſpaniæ Rex Chriſtophorum Columbum, Ligurem, poſteroſque ipſius omnes, continua Principalis beneficij ſerie: an. 1494. Vt Hiſpanic. Annalibus expreſſum eſt. Sed Gallica Officiorum feuda nonnulla, tractu temporis euanuerunt, quaſi meræ perſonarum functiones, veriùs quàm prædiorum. Sic authentico Inſtrumento faſſi ſunt Ercambaldus, Boiorum, dein Dampetra Reguli, ſe Campaniæ *Comeſtabiles*, non ſucceſſorio quidem, ſed Officij iure temporarij tenus, an. 1216. Nec diuerſum Curia Francica decreuit Areſtis, an. 1272. & 1274. in Tancaruillanos Proceres, qui perpetuos ſe Neuſtriæ *Comeſtabiles* eſſe contendebant. Eodem anno ſimiliter pronuntiatum aduerſus Mirapicenſem Baronem, qui auitis titulis hæreditarium ſe iactitabat Præfectum ſacrorum Caſtrorum, ſeu *fidei Mareſchalum*. Rurſus Gallicæ Aulæ officia, quæ beneficiario quodam iure à veteribus tenebantur, minimè tranſeunt ad hæredes, quaſi prædiaria feuda. Vti de ſummo Pincerna, Præfecto ſacri Cubiculi, Hippocomiæ, aut Panificij regij, de Venatore, & aliis id genus Aulicis Galliæ, Palatiniſque muneribus obſeruauit Ioh. Tillius, lib. 2. Commentar. Francicorum.

Vidame de Laonnois.
Baron de Vitré, Viſcomte hereditaire de Rennes.
Amiral de Bretagne.
Grand Eſcuyer de Bretagne.
Les Sieurs de Chaalon, Gouuerneurs hereditaires de la Franche Comté.
Seneſchal hereditaire d'Artois, ou Conneſtable de Flandres.
Grand Veneur de Brabant.
Conneſtables hereditaires d'Angleterre.
Mareſchal heritier de l'Empereur, à Bezançon.
Memoires de Meſſire Oliuier de la Marche.
Admiral hereditaire des Indes Orientales.
Infeudata alia, ac Hæreditaria Officia protulimus libro 2. Andeg. leg. Tit. 3. (Art. 7.) Partis 1. c. 1.
Les Sieurs de Tournõ ſe diſent Chanoines hereditaires de l'Egliſe de S. Iuſt de Lyon, comme deſcendus de S. Iuſt, Archeueſque de Lyon, In Lugd Hiſt. lib. 1. cap. 102.
Baro *de Mirepoix.*
Grand Bouteillier.
Grand Chambellan.
Grand Eſcuyer.
Grand Panetier.
Grand Veneur de France.
Memoires de I. du Tillet.

12 Existvnt quidam alij vaſalli, quibus feudum recens datum eſt à maioribus *Valuaſſoribus*, vel à minoribus. Hi noui homines dicuntur *Valuaſini*, quia plebeiis, non militibus adnumerantur: Cùm propriè *Vaſallorum* appellationes, militum appellationes & ordines cenſeantur. Ex quo profecta eſt inter vaſallum & dominum manus porrectio, ac deoſculatio: officij nempè, fideique militaris, & hominij ſymbola. Quo pacto, Bauariæ Dux Taſſilo (Aimoyni verbis) in manus Pipini Regis in *Vaſſaticum* manibus ſuis ſemetipſum commendauit more Francico, ac fidelitate Pipino iuratus obſtrinxit: Rerum Francic. Lib. 4. cap. 64. At tantùm abeſt, vt plebeij illi clientes ex feudo nobilitentur, quaſi vaſalli militia clari, vt Ducibus etiam ipſis, quibus feuda concedere ius eſt, vetitum fuerit; plebeios in nobilium virorum ordinem adſcribere. Solum enim Principem ignobiles ad nobilitatem adſciſcere, deciſum fuit aduerſus Flandriæ Comitem, fruſtrà maiorum ſuorum vſum Regiis optimatibus inculcantem. Decretis Parlamen. Pentecoſtes, an. 1280. & in Octaua B. Martini, an. 1281. quæ recitat Ioh. Gallus, parte 7. Areſtor. *Parlamenti* Pariſien. Idem fermè iudicauit Gallicus Senatus in Niuernenſium Comitem, qui adoleſcentem Equeſtri Baltheo, militiæque Inſigni donarat, licet Natalitio ſtemmate minùs generoſum: an. 1279. Ita Burgundum quoque Ducem vectigalia ſuis indicere nulla poſſe, niſi in Oppidorum refectionem, pronuntiatum eſt à Senatu *Parlamentari*. Cuius Sententia extat in Regeſto Curiæ Olim, fol. 41. Cæſariani itidem ſubditi, nobilitatis beneficium petunt ab vno Cæſare, non ab inferioribus Sacri Imperij Regulis. Vt Petrus Vinca adnotauit, Friderici 2. Auguſti Cancellarius, HVNC CVIDAM CONCESSISSE, VT POSSET FIERI MILES, QVANQVAM NON ESSET

Senatoria dignitate in Parlamento Pariſ. nobilitatem acquiri, iudicatum eſt Areſtis Pentecoſtes 1573. & lõge antea inter hæredes Ioh. Magiſtri, Regij, in Senatu Aduocati temporibus Caroli 8. & Ludo. 12. Regum. Cuius forẽſes multas Actiones legiſſe mihi cõtigit.

Meſſire Regnaut de Sens, Bailly de Blois, Cheualier en loix & en armes, an. 1391. Apud Froſſart. lib. 4. c. 34.

DE

DE GENERE MILITVM: Epistol. lib. 6. cap. 17. Hunnorum insuper patrio More cautum est, in hæc verba: REX HABET PLENARIAM POTESTATEM NOBILITANDI, ET POSSESSIONES CONFERENDI. In Codice Legis *Consuetudinariæ* Pannonici Regni, concinnatæ, ac Latia lingua excultæ an. 1490.

Ius Consuetudinarium Regni Hungariæ collectum, & in Latinum sermonem versum.

13 INTERIM lepida ac faceta quæstio succurrit, nunquid Galli Regis filius, qui solus Equites creat, nascatur eques: Ita, vt solennibus Equestris dignitatis auspiciis, pro more aliorum initiandorum, non egeat. Manifestis certè rerum exemplis ostenditur, Philippum à D. Ludouico patre fuisse torquatum Equitem factum, an. 1267. Dein à Philippo 3. Philippum natu maximum, 18. Calend. Septembr. an. 1284. Inde Philippum 4. equestri militia tres filios exornasse, frequenti adstante aulicorum Procerum corona: Diebus Pentecoste sanctis anno 1313. Imò & Frider. 2. Imp. Conradus filius gloriatur, se paucos ante dies militare cingulum recepisse: Scripta ad Panormitanos populares suos Epistola, in hanc phrasin. LICET EX GENEROSITATE SANGVINIS, QVA NOS A PRIMIS COMPONENTIBVS NATVRA DOTAVIT, ET EX DIGNITATIS OFFICIO, QVÆ DVORVM REGIORVM NOS IN SOLIO GRATIA DIVINA PRÆFECIT, NOBIS MILITARIS HONORIS AVSPICIA NON DEESSENT: QVIA TAMEN MILITIÆ CINGVLVM, QVOD REVERENDA SANCIVIT ANTIQVITAS, NONDVM SERENITAS NOSTRA SVSCEPERAT, DIE PRÆSENTIS MENS. AVGVSTI, CVM SOLENNITATE TYROCINII, LATVS NOSTRVM ELEGIMVS DECORANDVM. Hæc apud Petrum Vineam, Friderici Cæsaris Nomophylacem, lib. Epistol. 3. cap. 20. Haud secus ab Imperatore militis cingulum & gladium penè puer sumpsit Fridericus Sueuiæ Dux, Conradi Regis filius, mira celebritate: Cuius meminit Radeuicus, lib. 1. cap. 6. Malcolmus item Scotiæ Rex Equestri cingulo accinctus fuit in expeditione quadam ab Henrico 2. Anglorum Rege: Vt Sigeberti Chronico, an. 1160. perspicitur. Quinetiam Ludouicum XI. Galliæ Regem rogatus equitem cinxit Philippus Burgundionum Dux, quùm ille Rhemis, induta Purpura, Francici Imperij habenas capesseret, 18. Calend. Septembr. an. 1461. Id quod tamen Monstreletus demiratur (seu Monstreleti appendix) subiecta clausula: *Qui fut vne nouuelle chose. Car on dit communément, que tous les fils des Roys de France sont Cheualiers sur les Fons à leur baptesme.* Hist. volum. 3. Planè Franciscus 1. Rex Equestre baltheum & ensem accepit à Pet. Baiardo, copiarum Præfecto, in pugna Marigniana, agri Mediolanen. 17. Calend. Octobr. an. 1515. Vt taceam quatuor illos Hyberniæ Reges, aut Regulos potiùs, quos solenni ceremonia Equites fecit Ricardus Anglorum Rex in Dunelmensi Æde sacrarum maxima, an. 1395. Auctore Frossarto, Histor. volum. 4. cap. 63. Sed obiter præterire nequeo Gotthorum Regum cum filiis morem priscum, in militiæ honoribus tribuendis. Scribit enim Olaus Magnus, regios filios cum patre nunquam cibū capere, seu publica in mensa, aut priuata, antequàm armis idonei, externorum iudicio Principum censeantur. Histor. Gent. Septentrional. lib. 8. Quod expressiùs adhuc de Longobardis narrat Paul. Diaconus, lib. 1. cap. 23. Cùm enim Longobardi, parta victoria, ad proprias sedes remeassent, Oduino Regi suggesserunt, vt Albuino eius filio conuiuia pararentur, cuius virtute, Gepidarum Regis filio acie cæso, victores rediissent. His autem Oduinus, Scitis (respondit) minimè apud nos vsitatum, vt Regis cum patre filius prandeat, nisi priùs ab exteræ gentis Rege arma susceperit. Itaque euestigiò curantibus Longobardis, regium filium Thurismundus Gepidarum Rex cohonestauit meritis militiæ Insignibus ac ornamentis.

Equestris solennitas filij Regis, die 15. Augusti, an. 1284.

Arestum Pentecostes, an. 1313.

De auratis Equitibus huiusmodi, à rege factis loquitur Tiraquellus, dicens, quòd etiam si antea nō fuissent nobiles, fiunt nobiles, quamprimùm eam dignitatem assecuti sint. In cap. 8. num 11. tractat De nobilitate.

P. Vinea, Cancellarius Frider. 2. Imp.

Isthîc Sigebertus loquitur de feudo loricæ, in Normania.

Die 15. Augusti, an. 1461.

Messire Pierre de Terrail, Capitaine Baiart, in prælio, cōtra Heluetios, die 15. Septembr. an 1515.

En l'Eglise Cathedrale de Dunelin.

Hiberni isti Reges dicebāt, *qu'ils auoiēt esté faicts Cheualiers dés l'aage de 7. ans en Irlande, & qu'vn Roy faict le fils Cheualier: Et se le fils n'a plus de pere, le plus prochain du sang de son lignage le faict.*

14 EAPROPTER in Gallia S. Consultum factum est, vt Principis filio in Equestrem ordinem allecto, regij populares teneantur pecunias conferre in huius militiæ sumptum: dummodò in agri purè *Domanialis* finibus larem habeant familiarem, sedemque fortunarum, an. 1334. Huic suffragatur anterius Decretum Parlamen. Pentecostes, an. 1285. Quo tamen anno 1285. in Parlamen. omnium Sanctor. Curia Francica pronuntiauit, Vicanos *de Cressy* EXEMPTOS AVXILIO MILITIÆ DOMINI REGIS. Vt est in Curiæ Regesto Olim fol. 72. verso. Priscis autem Gallis tres fuêre Equitum seu militum ordines, Equites nempè, Melloequites, seu BANNERETI, & VASELLI seu Bachelieri Vasalli, siue Buccellarij. Illi vtique BANNERETI, à vexillo bellico VEXILLATI milites di-

Hoc Arestum Parlamenti Pentecostes recitauimus ad literam suprà, hoc lib. 3. Tit. 4. art. 8.

cti, seu quos BANDOPHOROS vocat Procopius lib. 2. de Bell. Vandal. BANDUM enim signum erat, vexillumque militare, ita Paulo Diacono vsurpatum lib. 1. De Gest. Longobard. cap. 13. Inde Vexillorum feuda, *Fiefs de Bannieres*, de quibus Nos suprà. Buccellarios porrò ita interpretamur, milites corpore custodes, siue protectores, qui patronis suis semper præsentes se exhibeant. l. vlt. Cod. Ad leg. Iul. De vi publ. Qualis Occyllaille Buccellarius Ætij, apud Gregorium Turonensem. Plura de militibus huiusmodi Buccelariis scripsimus in primario Tractatu LEGUM ANDEGAVENSIUM, cap. 63. Quòd si militare istud vel Equestre feudum regium hæredes partiantur inuicem, solus primigenius Regem patronum agnoscet: illum autem cohæredes, vt clientuli: Nisi hi à maiore natu portionem acceperint parili iure tenendam pro tempore, *(en parage,)* Moribus complurium Galliæ Municipiorum. Si tamen in hæreditate multa sint, diuersa, ac distincta Regiæ Franciciæ beneficia, duo nimirùm Baronatus, & aliter grandiori; alter minori natu seorsùm obtigerit iudicio familiæ herciscundæ, tunc eorum quisque separatim Regium se purè clientem profitebitur, nec iunior seniori fratri partem suam accepto feret iure *Paragij*, vel *Hominij*. Quemadmodùm olim iudicio decisum fuit Iuridici summi Conuentus Normanici, apud Falesiam oppidum habiti, an. 1213. Quod quidem Neustriæ *Scacarij* Decretum promit Terrienus, lib. 5. cap. 5. Commentar. in Norman. leges. Aliud quoque est Regiorum Equitum genus, sed nullis accedentibus fundis, beneficij nomine constitutum. Cuiusmodi sunt conchyliati ordinis Equites, titulo D. Michaelis, à Ludouico XI. instituti: Et torquati ordinis Equites, titulo Almi Spiritus, creati ab Errico 3. quorum meminimus, cit. cap. 63. Lib. 1. De LEGIB. ANDIUM. Quin & Sixtus 5. Pontifex nuper introduxit Equitum Collegium Lauretanorum, seu militaris Ordinis B. Mariæ Lauretanæ. Bullatis tabulis 5. Calend. Iunij, an. 1586. an. 2. Pontificatus. Mitto Venetos Equites D. Marci, externosque alios: ne rei Franciciæ scriptor, * περιεργίας accuser.

Iuniores fratres suā partem Feudi cum primogenito diuisi tenent ab eodem *par homage, ou par parage durable par quelques premieres lignes & degrez de consanguinité. lesquels estans finis & faillis, la teneure desdits puisnez tourne de parage en hommages, vers leursdits aisnez.*

Regij ordinis Equites aurati Galliæ, vt aurei velleris Equites Hispanici & Flādrici, Periscelide insignes Angli, & Angelicę Annunciationis titulo Equites Sabaudi. *Comme autresfois les Cheualiers de la Bande, en Espagne*, sub an. 1368. *& les Cheualiers de l'Ordre de l'Estoille, ou de S. Ouën, en France, du temps du Roy Iean.* De quibus Nos Lib. 2. Andeg. leg. tit. 3. ar. 3.

Cheualiers de l'Ordre de Nostre Dame de Lorette.

Die 28 Maj. 1566.

* Nimiæ affectatæque curiositatis.

15 SICUTI demùm vnus Princeps torque & ense militem donat, ita vnus Hoplomachiam inter suos permittit, seu ludos Equestres, vulgari nomine *Torneamenta*. Ac ne duellum quidem Regio iniussu licitum est, vtpotè Christianis inhibitum in sacro Canone, Monomachiam. 2. Quæst. 5. B. Thomas 2. 2. Quæst. 95. Lege Longobarda singulare istud certamen decernebatur arbitrio Magistratus l. Qualitercunque. Tit. Qualiter quis se defend. Hanc enim Duellionum legem, quàmlibet impiam, Rex Longobardorum Luitprandus fatetur se propter suæ gentis consuetudinem tollere, vetare non potuisse §. 4. De Monomachiis. Tit. 91. Quin & Frotho Danorum Rex legem tulisse memoratur, vt omnes controuersiæ, ferro dirimerentur. Auctore Grammatico Saxone, Lib. 5. Histor. Danorum. Neapolitana item Constitutione, Duelli vsus fuit receptissimus, in triplici criminum genere, Maiestatis, Veneficij, & fortuitæ cædis. Tit. 32. De pugn. sublat. & seq. Bald. & Præposit. ad cap. 1. De Pace tenen. & eius violat. In Feud. Burgundi rursùm litigatores prisci, ex Gundebada lege, gladiis disceptabant, Forensium dissidiorum quasi sectoribus & arbitris. Cuiusmodi profanum Morem, eiusque Gundebadum auctorem increpat grauissimè Agobardus, Lugdunensis Ecclesiæ pontifex, scripta ad Ludouicum Pium Imp. Epistola.

Torneamenta, Hoplomachiam, alij Troianum agmen appellant.

Apud Danos constitutum est, vt alter Duello pugnātium, si pede relato prætergrediatur lineas prænotati Orbis vel circuli, prouicto habeatur. Saxo Lib. 5. Histor. Danorum.

Ignominia notatur apud Saxones, qui euocat* ad duellum, pugnam detrectarit: vt Albertus Crantzius ait lib. 1. Hist. Saxon.

Gundebadus, Burgundionum Rex impius, testimonio Agobardi, in Opere suo recèns edito, hoc an. 1605.

16 NEC inficiamur, nostra etiam in Gallia Francicum Senatum ius habuisse quondam pugnæ indicendæ: Mandatis Principalibus Philippi 4. ad Tholosanum Subpræfectum, vt prouocantes se mutuò ad singulare prælium, relegaret ad cognitionem Curiæ Parisien. an. 1307. Tunc enim capitis quæstionem quamuis licebat tali Bellonæ iudicio committere, seposito furto: Vt relatum est à Ioh. Fabro, in §. per contrarium. Institut. De hæreditat. quæ ab intest. deferunt. Speculat. in §. sequitur. Tit. De accusat. Tametsi autem Regia foret Duelli auctoritas in plerisque, Iuridica tamen commoda fructuaria, quæ ex duello diremptis litibus manabant, promiscuè adplicabantur priuatis quibusque Territorij Dominis, non minùs quàm Regi. Vt veteri constat S. Consulto *Parlamentari*, an. 1256. in hanc formulam. PROBATUM FUIT PRO ABBATE QUOTUMBENSI, QUÒD DUELLO IN CURIA ABBATIS INTER SUOS HOMINES INDICTO, ET POSTEA CURIÆ DOMINI REGIS REDDITO, IDEM ABBAS HABEBIT BONA DEVICTI

INVENTI

Hic Agobardus an 833. Ludouici Pij Cæs. Regisq; Francorum exauctorationi præfuit apud Suessionas.

Oliuerij Marchiani verba hæc sunt. *La ville de Valenciēnes est fondee sur priuileges donnez par les Empereurs, & par les Cōtes de Haynault, & entre autres, ils ont vn pri-*

INVENTI IN TERRA IPSIVS ABBATIS: PRÆTEREA HABEBIT IDEM ABBAS EMENDAS DE HOSPITIBVS SVIS IN DVELLIS PACIFICATIS. NON EST PROBATVM, QVÒD ABBAS VSVS FVERIT CLAMATIONE BANNI IN DVELLO QVOTVMBENSI, SED TANTVM DOMINVS REX. In libro Curiæ, OLIM, fol. 3. verſ. Viſuntur etiamdùm Valentianis Hannonum oppido priuilegiariæ Cæſarum Rom. tabulæ, & Comitum Hannoniæ, quibus Tabulis duello probare liceat excuſareq; parricidij commiſſi neceſſitatem. Eius morem Duelli hactenùs ſeruatum inibi, narrat Oliuerius Marchianus lib. 1. comment. cap. 32.

uilege, que quand un homme a occis un autre de beaufaict (idest en ſon corps defendāt) il peut venir demander la franchiſe de Valenciennes, & qu'il veut maintenir à l'eſcu & au baſton, qu'il a faict le faict de beaufait, & ſur ce, luy eſt accordee la franchiſe, & ne luy peut nul rien demāder pour ceſte querelle: ſinon qu'on le prenne & maintienne, à l'eſcu & au baſton, & deuant la loy de la ville.

17 PAVLATIM verò ferinus digladiandi mos iſte temperatus eſt in noſtra Gallia, acciſus, ad extremum abolitus. Primùm enim cenſuêre Lutetiani PATRES, ex facto controuerſo Fuxenſis & Armeniaci Comitum, non ineundam in quæſtione Iuris pugnam ſingularem, cùm de facto liqueat, an. 1309. Cui conſonat Biarnenſium Lex prouincialis, vbi de facto conſtet, ibi cauſæ fidem armis non faciendam, neque dextra negotium decernendum. Rubr. De Duello, fol. 166. Rurſus cùm Vilhelmus Marſilius, Senator, ſordium & corruptelæ reus actus, à priuato euocaretur ad dimicationem, pugnamque detrectaret, iudicauit Curia, Duelli ſubeundi lege Senatorem non teneri. Eodem Monomachiæ odio, Scotis vetitum legimus (Ethodio Rege) coram Magiſtratu cum armis aut armorum prouocatione defendere, quem ſola fama criminis condemnaſſet. Vt eſt apud Hectorem Boëthium, lib. 5. Scotiæ Hiſt. At Pannones omninò Duelli vſum ſuſtuliſſe, patet ex Codice Iuris Hunnorum *Conſuetudinarij*, formis impreſſo, apud Viennam Auſtriæ, an. 1581.

In Legibus Longobardorum eſt Titulus 59. Quibus de cauſis pugna vitatur. *Bearn.*

Lege Hungarica, *Duelli dimicatio abolétur.*

18 QVOCIRCA & apud Francos, ius duelli litigantibus imperatum à Carolo Magn. prohibuit D. Ludouicus, verbis ita relatis: *Nous defendons batailles par tout en noſtre Domaine en toutes querelles: & en lieu de batailles, nous mettons preuues par teſmoins & chartes.* In Lib. *Ci comence li Eſtabliſſement le Roi de France, &c.* Dehinc Philippus Pulcher certa capitalium cauſarum ſerie conſtrinxit ius prælij ſingularis. Lege ſancita, die Mercurij poſt Trinitatem ann. 1306. quam Vidus Papa deſcripſit in Gratianopolit. Deciſ. 617. Exin Duellum ipſum, vnius Principis arbitrio & auctoritati relictum. Cuiuſmodi illud Iacobo Griſeo iniunctum à Carolo 6. in Adulterij accuſatione, Diebus Chriſti Natalitiis, an. 1386. De quo Ioh. Gallus, Quæſt. 76. 77. 85. & Froſſartes Hiſtoricus lib. 3. cap. 45. Eiuſdem demùm Caroli Edicto ſublatus eſt omninò, priuatiſque ademptus Duelli vſus: Salua tantùm ſummis Principibus inter ipſos Duelli indicendi poteſtate. Quo modo Carolus Siciliæ Rex Diui Ludouici frater ad ſingulare certamen acciuit Petrum Tarraconenſium Regem: dictoque à Britanniæ Rege loco, qui vtrique affinis erat, apud Burdigalam, ideò pugnatum non eſt, quòd Petrus die præſtituta non adfuerit. Ne alios interim Reges commemorem; Alexandrum Macedonem, qui cum Poro Indorum Rege; Pyrrhum, qui cum Panthaco ſingulare in prælium deſcenderunt. Auctore Diodoro Lib. De Geſt. Alexandr. Nec abſimili exemplo, Hundingus Saxonum Rex à Roë Danorum Rege prouocatus, in certamen venit: quo tamen victor euaſit Danus, coactique ſunt Saxones Iutia vrbe decedere. Ita enim vterque exercitus conuenerat, iiſque legibus vtrinque præliandi copia facta. Vt tradit Albertus Crantzius, Lib. 1. Saxonicæ Hiſtor. Scipionem verò Africanum eò imprimis laudauit antiquitas, quòd in Hiſpania Barbarum prouocantem Duello occiderit. Vt Eutropij lectione ſecundùm alios deprehenditur, lib. 4. De Geſt. Romanorum. Sed de Duello nimiùm multa, quod, ceu mali Genij commentum, deteſtatur Tridentina Synodus œcumenica: Vtì anteriores ſummorum Codicilli Pontificum, Iulij 2. ſexto Calend. Martias, an. 1508. ac Leonis 10. anno 1519. decimo Calend. Sextiles. Qui extant in Lib. Collectaneo variarum Conſtitutionum & Literarum Roman. Pontif. à Gregorio 7. vſque ad Gregorium 13. Secundùm quæ omnia, pius Rex noſter Henricus 4. ſanxit, capite boniſque mulctandos, ceu perduellionis reos, qui Duello cunque ſibi inuicē indicto, conflixiſſent. Lege lata Aprili menſe, anno 1602.

Le Duel d'entre le Sieur de Carrouge, & Iacques le Gris, accuſé d'adultere.

De hoc Edicto vide Gallum, in d. Quæſt.

Petrus Aragoniæ Rex.

Seſſione 25. cap. 19. Bullæ Iul. 2. die 24. Febr. 1508. & Leonis 10. die 23. Iul. 1519.

Nouum Edictum Francicum, contra Duella.

19 DENIQVE hoc vniuerſim Regaliorum ſymbolum conſtituetur, Arma mouere, bellum gerere, exercitum cogere, delectum habere. Nouella Conſtitut. De

Summi Principatus iura.

armis l. 1. Cod. Vt armorum vsus inscio Principe interdictus sit. Aufrerius in Stylo Parlamen. Tit. Quorum cognitio ad Reg. pertin. Afflictus in Constitut. Neapolit. Rubr. 1. Lib. 1. 17. Econtrariò quoque, fœdera vel inducias cum hoste pacisci, Regium est: nisi quòd certis causibus Proregi, aut exercitus Ductori licet, temporariam militiæ vacationem inire cum hoste. De his Bartol. Baldus, Angel. & Iason cumulatè, ad l. Conuentionum. ϖ. De Pact. Pontificij Iuris Interpretes ad cap. 1. De Treuga & Pace, & in Cap. Cùm olim. De restit. spoliat.

Cod. lib. xi.

Belli ferias concedere, Legato Regis, aut copiarum Duci, fas esse.

VERBI gratia, celeberrimum fœdus ictum est à Philippo 4. Galliarum Rege cum Alberto 1. Imper. Cæsareis tabulis sic conceptis. *Albertus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, vniuersis, &c. Nos & serenissimus Princeps Philippus Dei gratia Rex Francorum amicus noster charissimus adinuicem concordauimus: fide data nomine iuramenti, iurauerunt & in manus nostras pro iam dicto Rege Franciæ Guido Comes S. Pauli, pro nobis verò Rege Romanorum Burcardus Comes de Cholemberg auunculus noster, quòd exnunc in antea erimus adinuicem veri & fideles amici, ac in nomine Regnorum nostrorum, & Imperij honoribus & iuribus conseruandis contra omnem hominem validi adiutores: quódque inter nos ac hæredes & successores nostros Romanorum & Francorum Reges seu Imperatores pacis & amicitiæ fœdera perpetuis duratura temporibus seruabuntur, &c. Die Martis 8. mens. Decembr. an. 1299.* Extant aliæ fœderis tabulæ Henrici 7. Imper. cum eodem Philippo Rege, 9. Calend. Quintiles, an. 1310. Quinimò perpetuas fuisse confœderationis inter vtrumque Principatum leges scriptas, affirmat Frossartes Historicus, in hanc sententiam. *Entre le Roy de France, & le Roy d'Allemagne, de long temps estoient mouls grandes Ordonnances, que nul des deux ne pouuoit à main armee entrer sur la terre de son voisin, sur trop grand peine de mise & sentence de Pape, où ils s'estoient liez & obligez, & le leur faisoit-on iurer solennellement au iour de leur Couronnement & creation, pour entretenir fermement les deux Royaumes en paix & vnion.* Volum. 3. cap. 120. Id quod pariter confirmat Phil. Comminius in Ludouico xi. cap. 100. Ne obiter taceam luculentum B. Ludouici testimonium de antiquis Cæsareæ Celsitudinis, & Gallicæ Monarchiæ fœderibus: In Epistola Diui Regis ad Fridericum 2. Cæsarem, quam suis interseruit Petrus Vinea, Epist. lib. 1. cap. 12. 20

Die 23. Iunij, anno 1310.

QVID Gallica cum externis Regibus percussa fœdera? E Scotis, primùm Achaius Rex coiit armorum societatem cum Carolo Magn. quòd indies florentes Anglosaxonum opes impensiùs formidaret. Renouatæ sanctissimi fœderis leges à Roberto, Scotiæ, & Carolo 5. Galliæ Regibus, præsertim aduersus Britannos: Pridie Calend. Quintiles, an. 1371. Ad Hispanos venio, quibuscum arctissimus olim nobis intercessit Amicitiæ nexus. Perpetuæ inuicem pacis sancitæ conditiones, Solennibus instrumentis, an. 1336. 1343. 1352. & 1369. quorum secundo hæc continentur. *Alphonsus Dei gratia Castellæ, Legionis, Toleti, Galiciæ, Sibillæ, Cordubæ, Murciæ, Giennij, Algarbij, & Algesira Rex, ac Comitatus Molinæ dominus, &c. Quòd dominus Rex Castellæ, qui nunc est, & hæredes, & successores sui Reges Castellæ, & regna sua iuuabunt & confortabunt perpetuis futuris temporibus dominum Philippum Regem Franciæ, qui nunc est, hæredes & successores suos Reges Franciæ & regnum Franciæ contra omnem hominem viuentem & victurum, ad tuitionem dicti domini regis Franciæ, hæredum, & successorum honoris, status sui regni, & Coronæ Franciæ. Et modosimili erga Alphonsum Dominus Rex Franciæ, &c. Actum in ciuitate Legionensi, Calend. Quintilib. an. 1343.* Continuatas hasce fœderis Pactiones inter nobilissimas Regias, Francicam & Hispanicam, tradit Philip. Comminius in vita Caroli 8. cap. 47. Post repetitam vtrinque Pacis conuentionem, an. 1478. quæ nostratibus etiam Chronicis decantatur. 21

Francorũ cum Britãnis seriatim compositaPax, à me paucis perstringitur suprà lib. 2. tit. 1.

Die vlt. Iunij, anno 1371.

De externis hisce Francorum Regum Fœderibus, cũ Scotis, Hispanis, Heluetis, aliísque, Nos diffusè lib. 1. Leg. And. cap. 41. art. 12.

Die 1. Iul. an. 1343.

Cõminius ita, *Que le roy de France, Charles 8. & le Roy de Castille, refirẽt les anciennes alliances de Castille, qui est de Roy à Roy, de Royaume à Royaume, d'homme à hõme, de leurs subiects, &c.*

Alliance du Roy auec la Cõmune de Florence, die 24. Decẽb. an. 1369. *Layette cottee 64. Au Thresor des Chartes.*

PRÆTEREA in regiis Scriniis voluuntur fœderis Chartæ inter Florentiam Hetruriæ ciuitatem, & Gallum Regem, 4. Calend. Ianuar. anno 1396. Eiusdem se Florentini Populi amicum sociumque professus est Ludouicus xi. anno 1478. ex occasione coniurationis in Mediceos à Pactiis initæ, quam recensuit Comminius in Ludouico xi. cap. 122. & 123. Rursus cum Heluetiis pacta est ab eodem Rege consociatio, 3. Idus Iunias, anno 1474. toties à Francisco iterata, 7. Idus Nouembr. anno 1515. 3. Calend. Decembr. an. 1516. 3. Nonas Maias, 22

Cum Suitensibus cõfœderatio, die 11. Iun. an. 1474. die 7. Nouẽbr. 1515. die 29. Nouemb. 1516. die 5. Maij, 1521. die 11. Iun. an. 1539.

Maias, anno 1521. 3. Idus Iunias 1539. Et ab Errico secundo, anno 1549. Veneti item Gallicæ Regiæ fœderati sunt, vario Tractatu, 5. Iduum Ianuar. anno 1477. 13. Calend. April. anno 1512. 5. Calend. Quintiles, 1515. & anno 1525. Similiter cum Noruegorum Rege contraxit Gallus armorum societatem Octobr. mens. anno 1295. quæ publicis Regni monumentis consignata est. Cum Gustauo itidem Suetiæ, Gotthorum, & Vandalorum Rege scripta sunt fœderis capita ab Poieto Galliæ Iurispræfecto, & Philip. Chabotio, Tribuno Maritimorum, Franci Regis Procuratoribus, an. 1539. Quorum summam Capitum habemus. In feriendis autem fœderibus Ethnici etiam Reges prisci vtebantur valdè exquisita ceremonia, ne semel mutuò datam publicam fidem violari paterentur. Quemadmodùm indicat Maro, familiari versu:

Antiqui cæsa firmabant fœdera porca.

8. Æneid.

Cum Venetis confœderatio, die 9. Ianuar an. 1477. die 10. Matt. 1512. die 17. Iun an. 1515.

Alliance auec le Roy de Noruege: au Thresor des Chartes, Layette cottee 69.

Atque vt solennem Lacedæmoniorum in celebrandis fœderibus ritum omittam, quem prolixè denarrat Thucydides (lib. 4. Belli Peloponnes.) Et Tartarorum, quem Cromerus lib. 4. Polonic. Annal. Mos erat Armeniæ, Iberiæque Regibus, quoties in societatem coïrent, implicare dextras, pollicesque inter se vincire, ac nodo perstringere. Mox vbi sanguis in artus extremos se effudisset, leui ictu cruorem eliciebant, atque inuicem lambebant. Id fœdus arcanum habebatur, quasi mutuo cruore sacratum: vt Tacitus memorat, Analium Lib. 12. Capita autem fœderis sanctissimi proponuntur vetere illo S. C. Romano, quod inscriptum æreis tabulis, relatum est in Capitolium, eiusque exemplar in Iudæam missum. Erat nimirùm de societate & amicitia Iudæorum S. Consultum eiusmodi: Ne cui Romanæ ditionis cum Iudæis bellum gerere liceat, neque præbere hostibus eorum triticum, aut naues, aut pecuniam: Si quis item Iudæos inuadat, Romani succurrant pro viribus: Ac vicissim si quis Romanos bello impetat, Iudæi contra eum sint auxilio. Quòd si Iudæi velint in hoc fœdere addi aliquid aut detrahi, id oportere fieri de communi Pop. Rom. sententia. Atque hoc primum fuit Romanos inter ac Iudæos fœdus societatis & amicitiæ nexum. Vt inquit Iosephus, Antiquit. Iudaic. lib. 12. cap. 17.

Iudas Machabæus, Iudæorum Pontifex, cùm multa audisset de Romanorum potentia, quòd deuictis Gallis, & Hispanis, ac Carthaginensibus Græciam quoq; subegissét, & reges Perseum, Philippũ, magnumque Antiochũ perdomuissent, decreuit conciliare sibi eorum amicitiam. Missis igitur in hoc Romam duobus ex amicorum numero, Eupolemo Ioannis, & Iasone Eleazari filio, rogauit, vt in societatem reciperetur & amicitiam, & vt Demetrio scriberent ne posthac Iudæos bello lacesseret. Quam legationem Senatus admisit, 1. Machab. 8. & Ioseph. Antiquit. Lib. 12. Cap. 17.

NVNC cum Musis & literariis Academiis fœdus ineamus.

Tit. XXVII.

DE REGIA ACADEMIARVM INSTITVTIONE.

1 *Academiarum erectionem, ad solum Regem pertinere.*
Panagiario *magnati non licere, Academiam suapte auctoritate restituere seu reformare.*
Collegia nulla, sine Principis auctoritate institui posse.
2 *Philosophorum variæ apud varias gentes Scholæ.*
3 *Literarum studia, à Gallis in Gallia, non ab Anglis instituta.*
4 *Vno in Gymnasio, vnum aut alterum præcipuè disciplinarum genus doceri solitum.*
5 *Byzantij, viris doctissimis duodecim, domus regia assignata.*
Iuris scientia longo tempore intermissa, à Lothario Saxone, Cæsare, instaurata.
6 *De humanioribus studijs, apud Rhodios, & Athenienses.*
7 *Theologiæ Academias, à Pontificibus simul & Regibus institui.*
8 *De Hebræorum Synagogis, Hierosolymitana, Sionis, Antiochena, Ephesina, Cæsariensi.*
9 *De Alexandrina, & Carthaginensi Academijs, & de ijs qui in vtraque claruerunt.*
10 *De Academijs Gallicis.*
11 *Andegauensis Academiæ institutio, & progressus.*

In tertiis Appennagij regij fundata Vniuersitas, non potest reformari solo Mandato Panagiarij Magnatis.

1 REGIVM PLANE munus est, scholasticas Vniuersitates instituere, non procerum Galliæ inferiorum. Et sanè in partibus Regaliorum percensendis, hanc non transmisere silentio Raphaël in Consil. 162. Barbatias ad Cap. Quod translationem De offic. legati. Bald. in l. 2. Cod. De seruit. & aq. Vnde si vel Regius frater, cui Fiduciæ lege data sit amplissima Ciuitas, publici in ea Musæi restitutionē reformationemque mandarit nonnullis, puto Regiæ auctoritatis ius imminutum. Siquidem & omnia alia Collegia, eorumque decreta illicita sunt, nisi Principis diplomate indulgeantur, permittantur. Ex S. Consulto Rom. apud Tacitum lib. 13. cuius S. C. meminit Martianus lib. 3. Institut. l. 1. π. De Colleg. & corpor. Caius lib. 3. ad Edictum in l. 1. D. Quod cuiusque vniuersit. nom. Sic Romæ Athenæum à Claudio Cæs. excitatum fuit ad Scholæ Alexandrinæ æmulationem. Vt inquit Strabo Geographus lib. 12. Et Adrianus Imper. Athenis Romam transtulit publicum Philosophiæ cultum ac professionem: Erphordio teste. Scilicet, Iuuenalis elogio,

Est spes & ratio studiorum in Cæsare tantùm.
Solus enim tristes hac tempestate Camœnas
Respexit.
Satyra 7.

Hæc confirmantur Platonico dogmate, Beatas fore Respub. vbi Philosophi regnarent, vel Rectores philosopharētur.

2 IN præclaris autem quibusque Academiis (vt à Philosophiæ magistris ordiamur) vnius Principis concessu, ij non modò excoluerunt Philosophiæ studia, Persis Magi, Assyriis Chaldæi, Indis Gymnosophistæ, Celtis Druydæ, & qui Semnothei appellabantur, apud Laërtium: Verùm etiam ipsorum quisque aut suæ imperitabat Reipubl. aut de grauissimis Reipubl. negotiis à Principe in consilium adhibebatur. Vt ex eorum historia cunctis est compertum. Ast sensim in vulgus diffundente se Philosophiæ disciplina, cautum fuit Atheniensis Sophoclis lege, vt nec Scholæ publicæ constituerentur, neque iis Philosophorum quispiam præesset, nisi id Senatus Populusque decreuisset. Vt idem asserit Laërtius.

Ægyptiorum

Ægyptiorum insuper sacerdotes, non nisi auctoritate regia publicis præficiebantur Gymnasiis. Haud enim temerè, neque à quolibet vulganda ciuilis sacræque Philosophiæ abdita, ostendit Ethnicæ Romæ mos priscus, vbi solis Pontificibus de iure respondendi, & constituendæ Religionis potestas attributa erat. Vti ex Valerio Max. colligimus, lib. 2. cap. 1.

In Repub. Vtopiensi, soli ex Literatorum ordine Legati, Sacerdotes, Trambori, ac ipse deligitur Princeps, quem olim Barzanem, nunc Ademum vocant. Ex Th. Moro.

3 De Gallis refert Berosus, Sarronem eorum Regem, cùm populi ferociam aliter compescere, & in officio retinere non posset, publica literarum studia introduxisse. Massiliam necnon Galliæ vrbem habuit Iul. Agricola studiorum magistram, si Tacito credimus: Eiúsque disciplinam ciuitatis admiratur M. Tullius, in Orat. Pro Flacco. Valeant igitur, qui Claudium & Alcuinum Britannos, cient auctores literariæ inter Gallos disciplinæ, & Parisiensis Academiæ institutores. Imò nostri homines, longè ante horum tempora, Britannis in hoc genere facem prætulerunt, & (ne altiùs togatæ nostræ Galliæ decus attollamus)

Gallia causidicos docuit facunda Britannos.

Sicuti Ausonius infit, quamuis Gallus Burdigalensis. Vt interim demus, secretioris Philosophiæ artem Druydas à Britannis fuisse C. Cæsaris testimonio mutuatos. De Ptolomæi vtique Regis Ægyptij laudibus nulla conticescet ætas, quòd Alexandriæ scholam omni doctrinæ genere florentem, optimísque libris refertam Bibliothecam sursùm erexerit. Conferamus huic parem Adriani Cæs. munificentiam, quam ingenti laudum præconio in cœlum extulit Lampridius. Cùm enim Academiis, liberalium artium linguarúmque omnium professores, & instructas dedisset bibliothecas, Imperium Romanum in optimam formam restituisse prædicatur, & nullus ab Augusto tam vtilis Reipub. Imperator extitisse.

4 Ac prisca quidem illa tempestate, in Gymnasiis publicis, vnum duntaxat aut alterum docebatur disciplinatum genus, Cæsarum auspiciis. De Iuris peritia primus Diuus Augustus, quò maior Legum auctoritas haberetur, constituit, vt ipso tantùm duce & auspice Iurisconsulti responderent, ab eóque id pro beneficio peteretur. Exin Iuris Ciuilis auditorium publicum à Romanis Impp. institutum, in quo, probatis decreto scholastici ordinis ludus aperiebatur ad respondendum de Iure libertimus. Curauerat sanè Iulius Cæsar, vt confusam Legum copiam perpaucis Libris complecteretur, sed fato præuétus non absoluit: vt est apud Tranquillum in Iulio. Theodosius verò Iuris professioni duos solùm præfecit, tam Romæ, quàm Constantinopoli, l. vn. Cod. De stud. liberal. vrb. Romæ, lib. 11. Iustinianus deinde octo Iuris doctores præposuit: duos Byzantij, duos Berithi, quatuor Romæ. Ac propterea eodem imperante, Theophilus & Cratinus, Constantinopoli iura prælegerunt: Dorotheus & Anatolius, Berithi, l. 1. Cod. De veter. iur. enuclean. Eò quoque dignitatis Præfecti scholastico auditorio efferebantur, vt iidem essent Magistri sacræ Memoriæ in Palatio, seu Magistri libellorum, qui in Schola forent professores. Cuiusmodi ille Eumenius, qui ante annos propè 1300. dixit in amplissimo Galliæ foro de codicillis Constantij Imp. Augustodunense Musæum restituentibus. Hinc denique Cæsareis legibus professores donati sunt Comitiva primi ordinis, & Vicaria illa Dignitate, quæ iis Prouinciarum olim Rectoribus deferebatur.

De Iure respondedi I. C. auctor esse voluit Octauius Cæs. vt sua ipsius auctoritate duntaxat id facerent.

Bibliothecas quoque incendiò absumptas Domitianus Imp. diligentissimè reparauit.

Gellius fatetur, se in Bibliotheca Templi Troiani literis nauasse operam, lib. 11 cap. 17.

Leges primus publicè profiteri cœpit Titius Coruncanus: Apud Pomponium in l. 2. ff. De orig. iur.

Iustinianus Cæsar priorem Legũ Codicem colligi iussit ex Gregoriano, Theodosiano, & Hermogeniano. Nouum pòstea cõposuit, antiquato priore, l. 1. Cod. De emendat. Cód. Iustiniani.

5 Posteri verò Byzantij Augusti regiam domum Constantinopol. doctissimis viris duodecim assignarunt incolendam, vbi de grauioribus controuersiis rogati responderent studiosæ literarum iuuentuti: Vt apparet ex Zonaræ lib. 3. Annal. Intermissa denuò ibidem optimarum artium professione, Bardas Michaelis Theophili, & Theodoræ Augustæ filij auunculus ac tutor, eam promouit iterum, & in scholas reduxit. Postremò Alexius Comnenus ad Imperij ornamenta conuersus, Orphanotrophion cõdidit, ac literarũ Musæum illustrissimũ: vt in illo, orphani, impuberésq; alerẽtur: in hoc, politioris literaturæ disciplina excoleretur. Id quod Nicetas, & Egnatius cõmemorát. Ast Iuris sciẽtia vetustioribus illis seculis muta elinguísq; iacuit in tenebris identidẽ, non apud Græcos modò, sed & Latinos: donec Lotharius Saxo, Cæsar rursus erexit collapsa Iuris Ciuilis studia, & nouos ipsius professores designauit. Circiter annum 1134. Nam Vuernerus I. C. Lothario persuasit, vt leges proponerentur in Scholis, ad earúmque præscriptum causæ diiudicarentur.

De priuilegiis publicorum Professorum, in Tit. De profess. vrb. Constantinopol & Tit. De profess. & medic. lib. 10. Cod.

Si mansuetiorum Musarum gymnasia spectemus, reliquis præluxit Rhodiensis Aristocratica Politæa, puerorum imprimis gratia, & declamationum: Vti narrat Tullius in Epist. ad Attic. Scholæ necnon Atheniensi peculiaris fuit publico decreto ingenuarum artium professio, cum Philosophia,

Inque Academia vmbrifera, nitidóque Lycæo,
Fuderunt claras facundi pectoris artes.

Prisci item Romani, dum medicina certa carerent, bonæ valetudinis matrem adhibuêre frugalitatem: Vt ait Valer. lib. 2. cap. 1.

Inibi paucos floruisse Medicos, perhibet Aristophanis Plutus, ὔτε γὰρ ὁ μισθὸς, ὐδεὶς ἔστ' ὔθ' ἡ τέχνη. i. Neque præmium vllum est, ars nec ipsa etiam viget, Pæonia nempè. Illud equidem Atticæ vrbi eximium adscribitur, quòd apud Cynosarges pueri nothi exercerentur, qui à neutro parente ciuitatis ius habebant: vt tradit Suidas. Rhetores autem Roma pulsi sunt, Senatusconsulto quod recitat Gellius lib. 15. cap. 11. Sed Antoninus Pius Imp. vniuerso Orbe Rhetoribus salarium constituit: vt est apud Capitolinum in Pio. Planè Macedonum Rex Philippus non modò Aristotelis disciplinæ commisit Alexandrum filium, at scholam quibusque etiam destinauit Nymphævm, apud Miezam, Sicuti Plutarchus in Alexandro refert. 6

Rhetoricę professores in Scholis Palestinæ Gregorius Nazianzenus audiuisse se scribit.

Theologicum studium.

Lubreus, Burdigalensis, De Academiarum Orbis Institutione, Tractatum edidit Burdigalæ, sub annum 1596.

Qvòd si in Christianam Philosophiam intueamur, hæc Pontificij quidem imperij disciplina est: Sed quia hodie ex omnibus solidæ doctrinæ partibus & facultatibus conflatur Vniuersitas literaria, solet ea ipsa priuilegiario Diplomate Pontif. Max. simul ac Regis, seu Cæsaris confirmari. Fab. ad l. 1. Cod. De veteri iur. enuclean. Quinetiam ludi literarij Magistris, honorarij promotionum Academicar. gradus statuuntur à Clemente 5. Pontif. laurea, annulus, pileum, comprobatæ dignitatis Insignia ac ornamenta. Ab eodem pariter sumptuaria Lex præscripta est, ne illi ab egregio sacrarum literarum studio, magnitudine sumptuum absterrerentur. Concilio Viennensi, De Magistris. Sigillatim Romæ studentibus indultum fuit ab Innocentio 4. Pontif. priuilegium, æquè ac versantibus in Schola generalium studiorum, cap. 2. De Priuileg. In 6. Secundùm quæ, Bonifacius 8. Rescriptum emisit de singularibus prærogatiuis Doctorum, & scholasticorum Almæ Vrbis 12. Cal. Maias, Pontificatus anno 9. Tum Eugenius 4. Leo 10. & Gregorius 13. die 12. Octobr. an. 1574. de Romanis professoribus ad publicam Lectionem in Gymnasio Almæ Vrbis, quacunque in facultate Artium cooptandis. Quæ omnes Bullatæ tabulæ extant in libro hunc præferente titulum. *Collectio diuersarum Constitutionum & Literarum Rom. Pontific. à Gregorio 7. vsque ad Gregorium* 13. absoluta anno millesimo quingentesimo septuagesimo nono. Item in Codice *Statutorum* vrbis Romæ, quæ Gregorij 13. auspiciis à S. P. Q. Rom. restituta sunt, & edita 8. Cal. Iunias, an. 1580. Eadem in Vrbe, Iulius 3. P. Germanicæ quidem pubi designauit peculiare Musæum, sed perfecit Gregorius 13. & Germanicum hoc Collegium variis beneficiis cumulauit. Munifico diplomate, octauo Idus Sextiles an. 1573. Ne Quintilianum obiter sileam, quem nōnulli primum aiunt, Romæ scholam publicam aperuisse sub Domitiano, & salarium è Fisco accepisse. Hoc ipsum tamen Vespasiano Tranquillus adscripsit. 7

Die 20. April. Pontificatus an. 9.

Romanæ Scholæ Priuilegia Pontificia.

Die 25. Maij an. 1580.

Bulla Gregor. 13. Die 6. Aug. 1573 Ex lib. collectaneo diuersar. Constitut. & Literar. Rom. Pontif. &c.

Qvinimò & à prima mortalium memoria, qua, Theologicum illud studium diuina tantùm virtute excitatum est, non caruit Regiæ comprobationis subsidio. Nam ante Christum carne tectum, sua fuit Hebræis Synagoga Hierosolymitana, quam Alexander Magn. multis priuilegiis decorauit. Vt Iosephus Antiquitatum lib. 11. & Eusebius fatentur. Porrò in monte Sion, extra Solymorum vrbem, Synagogæ septem feruntur institutæ, vbi leges promiscuè tradebantur, at de quibus mouere argumenta dubitandi non licebat. Id quod Optatus etiam Mileuitanus percensuit lib. 3. Cuiusmodi, post vrbis excidium, Synagogam perdurasse, scripsit Epiphanius lib. De ponderib. & Mensuris. Antiochenam quoque Synagogam Cn Pompeius, exacto bello Mithridatico, honore est prosecutus. Testatur B. Hieronymus, ad Pammachium & Oceanum, se Apollinari Laodiceno præceptore Antiochiæ vsum fuisse. Origenes ille Adamantius, quùm à Mammea Alexandri matre ex Ægypto euocatus fuisset Antiochiam, diuinas literas coniunxit cum Philosophica disciplina, perdiúque è suggestu doctrinæ vtriusque professionem exercuit. Sicuti Ecclesiastica Hist. perspicitur Socratis, Theodoreti, & Zonaræ. Haud cessit superiori Ephesina 8

Antiochenæ scholæ præfuit Malchion, qui Pauli Samosateni hæresim confutauit, & in ea Græcas literas professus est: Ex Eusebio lib. 7. cap. 29.

De Origene, B. Hieronymus eius fautor hæc Flacci vsurpabat: *Quandoque bonus dormitat Homerus. Verùm operi lōgo fas est obrepere somnum.*

Ephesina Synodo damnata Nestoriana hæresis.

Ephesina Synagoga, in qua præter Iudæorum Rabinos, Archisynagogos, viri quidam excelluerunt, sacræ paginæ lectione præstantes. Vti Iustinus Philosophus ac Martyr prodidit, in Dialogo contra Tryphonem Iudæum. Inde euenit, vt D. Paulus apud Ephesios, de diuina hypostasi, Angelorum & Spirituum natura disputarit. Quid Synagoga Cæsariensis, quæ à Romanis Impp. tutelæ vacationem, munerúmque publicorum accepit? l. Sed & reprobare, ff. De excusat. tutor. In ea Origenem audierunt innumeri Theosophiæ alumni, vt testis est locupletissimus Eusebius lib. 6. cap. 20.

9 In Alexandria, humaniorum Artium antiquissimo Emporio, instituitur Ecclesiastica Schola à B. Marco Euangelista. Cui post Origenem, Dionysius, Athenodorus, Malchion, Didymus, Athanasius successerunt, doctique alij, in tanto disciplinarum theatro arbitrantes * αἰσχρὸν σιωπᾶν. Id quod Eusebius Hist. Eccles. lib. 7. annotauit. Hæc eadem D. Hieronymum erudiit, Basilium Magnum, Gregorium Theologum, clarissima Asiæ lumina. Rursus in ea Laodicenum Episcopum, Alexandrini, Peripateticæ philosophiæ Scholam excitare voluerunt, quòd is summa omnium artium cognitione, expolito ingenio, dignus esset, qui ad petendam hanc ab Olympia Philosophica coronam admitteretur. Eusebij lib. 7. cap. 32. Carthagine, Tertullianus Afer literarij suggestus locum obtinuit. Ibidem necnon à B. Augustino bonarum artium fundamenta iacta. Imò & in eadem Pœnorum principe vrbe Rhetoricen docuit Cyprianus Martyr, antequàm Christiana religione esset imbutus. Hic Philosophia & eloquentia tantùm cæteros martyres anteiit (auctore Nazianzeno) quantùm bruta à ratione præditis superantur. Denique in Carthaginensi Schola, Philosophorum omnium officinas; morúmque floruisse Gymnasia, tradidit Saluianus lib. 7. De Prouidentia Dei.

> Alexandrinæ Bibliothecæ Ecclesiasticos libros Arriani combusserunt: Auctore Athanasio, De persecutione ad Orthodoxos.
>
> * Turpe tacere, &c. Ex vetere Philosophi Luciani præcepto.
>
> Basilius ob ingenij constantiam dictus est Magnus.
>
> Iohannes Constantinopolitanus, ob suauiloquentiam, Chrysostomus.
>
> Gregorius Naziázenus, ob sublimes de re diuina disputationes, Theologi nomen meruit.
>
> Cypriani vitã Pōtius eius diaconus scripsit: Ex Hieronymi lib. De Ecclesiastic. Scriptor.

10 Cvm his tamen externis, Gallicæ Academiæ dubiò procul certare possunt incredibili literariæ professionis celebritate. Quas quidem Reges ipsi, non alij Rege inferiores, aut fundare vnquam, aut fundatas instaurare sunt aggressi. Nam & ante regia Gallorum Sceptra, summum hoc Cæsarum studium fuit, vt in singulas Galliarum Metropoles delecti accirentur cultiorum literarum professores. Rescripto Valentis, Gratiani, & Valentin. Imppp. ad Antonium P.P. Galliarum, l. Per omnem Diœcesin commissam magnificentiæ tuæ. De Medic. & Professor. In Cod. Theodos. Qua etiamnùm ætate, Burdigalensis Schola, (vt Gratiani illius præceptor canit Ausonius)

Mille Foro dedit hæc iuuenes, bis mille Senatus
Adiecit numero, purpureísque Togis, *Me quoque.*

Eapropter Eumenius Rhetor, habita Oratione, quæ extat, petiit à V.D. Præside Galliæ, vt Constantij Cæs. liberalitate Meniana Heduorum Schola restitueretur. Antea enim, Augustoduni nobilissima Galliarum soboles operam nauarat humanitatis studiis. Vt ex Tacito perspicuum fit, libr. 3. Annalium. Sed ad Monarchatus Francici tempora propiùs iam accedamus.

> Gallorum sceptra post Pharamundũ, & alios in vulgaris Annalibus descriptos.
>
> Ausonij Libellus est de Burdigalensibus professoribus, Tholosanis, Narbonensibus.
>
> *Austun.*

11 Mvlta quidem in Andegauense Musæum eximiæ benignitatis officia præstitere Andium Comites, eidémque Priuilegia vltrò irrogarunt, (quorum exemplar habeo,) Augusti die 9. anno millesimo ducentesimo septuagesimo nono, Ianuar. Mens. anno millesimo ducentesimo octogesimo nono, & 1290. Academiæ verò Andegauensis erectio accepta fertur Carolo 5. Regi, Mineruæ numine quodam afflato. Quintili Mens. an. 1364. & 4. Kal. Sextiles, an. 1373. Institutionem hanc denuò probauit Carolus 6. Literis authenticis 7. Cal. Decemb. an. 1383. Et Maio Mens. an. 1388. Andium hercle Gymnasio præclarum hoc tribuitur elogium prioribus Quinti Regis Codicillis. QVÒDQVE INTER REGIONES ALIAS REGNI NOSTRI, CIVITAS ANDEGAVENSIS, VELVTI FONS SCIENTIARVM IRRIGVVS, VIROS ALTI CONSILII SOLET AB ANTIQVO PROPAGATIONE QVASI NATVRALI PRODVCERE: QVOD PER VNIVERSA MVNDI CLIMATA MANIFESTATVR. Dehinc Carolus 7. eadem in Vrbe, cui Iurisprudentiæ professio sola indicta fuerat, reliquarum disciplinarum additamento solidum constituit Vniuersitatis literariæ corpus, velut * ἐγκυκλοπαιδείαν. Rescripto Mense Maio, anno 1433. Cui Pictauensis tum Senatus assensum suffragiúmque attulit pridie Nonas Ianuar. anno 1434. Huic ego Andium Ciuitati debeo, tanquam Patriæ,

> Andium Vniuersitas, Cuius priuilegia sigillatim notauimus Volum. 1. Leg. Andeg. cap. 55. art. 3.
>
> Literæ Caroli 5. die 29. Iul. an. 1373. confirmatæ à Carolo 6. die 25. Nou. an. 1383.
>
> Dodo Andium Episcopus, interfuit Synodo apud D. Medardum in Suburbio Suessionẽsi, an. 853. Ex 3. Tomo Concil. Ad Vlgerium verò Andegau. Episcopum scripsit D. Bernardus, Ep. 200.
>
> * omnium artium perfectam scientiã, quasi circularem vel orbicularem.

Regiæ Literæ, Pictauis, in Curia verificatæ, die 4. Ianuar. 1414.
Andegauensis Vniuersitas in multis Articulis reformata est Aresto Magnorum dierum Andegauensium, die 17. Octob. an. 1539.
De fundatione Parisiensis Academiæ, idem afferunt Zabarella, & Ancharanus in Clement. 1. De Magistris.

ortum vitæ ac genium: vt Academiæ, ingenium. Eam ob rem, cum tua venia (benigne Lector) primas in nostratium Academiarum ordine tenebit Andegauensis. Fieri enim non potest, quin locus etiam ille mutus, in quo quis altus, educatus, institutus sit, cum grata recordatione in mente versetur.

PARISIENSIS Schola Mecœnatem suum non modò ac patronum celebrat 12 Karolum Magn. sed & verè parentem ac conditorem. Quippè qui à Vincentio dicatur, Palladium hoc & Academiam Roma Parisios transtulisse: Histor. lib. 24. Vnde successu temporis floruerunt Lutetiæ studia literarum, eòque ex omni Europa auditores confluxerunt. Vt cum Rigordo loquar, Philippi 2. Regis æquali, eiúsque vitæ præcone. Eandem Academiam Petrarcha, studiorum sui temporis Nutricem appellat: Philippo 6. Galliæ Rege. Haud pauca item ipsi priuilegia fuêre à summis Pontific. attributa, Celestino 3. Innocentio 3. Honorio 3. Gregorio 9. 11. & Clemente 6. qui sacræ Paginæ magisterium Parisiis adeptus fuerat adolescens. Hinc reuocatum est in controuersiam, censeretúrne potiùs Lutetiana Schola, Ecclesiasticum collegium, quàm seculare seu profanum. Ecclesiasticum esse, affirmat Abbas in cap. Ex literis. De Constitut. Idémque in cap. Cùm ab Ecclesiarum. De offic. ordinar. & in cap. 1. De locat. QVIA DOCTORES (inquit) PARISIENSES, MAIORI EX PARTE SVNT CLERICI. Neque hinc longè distat Celestini 3. Decretalis Epistola, *De Clericis Parisiis commorantibus*, tali clausula, ET VT CAVSÆ EORVM IVRE CANONICO ET SCRIPTO, NON CONSVETVDINARIO DECIDANTVR. In cap. Quod clericis. De for. compet. Cum Innocentij 3. Rescripto, Quia in causis. De Procurat. Ex eo quoque in Senatum prouecta dubitatio, num ius patronatus Sacellorum aliquot, eidem scholasticæ Vniuersitati competens, Ecclesiasticum purè existimetur, an profanum seu *laicum*: quasi Roman. Pontifex patronatus huiusce derogatorium nequiuerit collationis Diploma concedere. A quo propterea, Titius patronæ Academiæ beneficiarius Senatum abusus nomine appellarat. Hanc quippè Academiam à Principe fundatam, Regij beneficij ac patrocinij esse: Varia in eandem immunitatum, foríque Priuilegia certatim fuisse collata: à Philippo 4. die Martis post Dominicam Trinitatis, an. 1295. à Philippo 6. pridie Kalend. Ianuar. an. 1340. & 12. Cal. Iunias. 1345. Carolo 5. Nonis Nouemb. 1368. & 6. Cal. Octobr. an. 1369. Carolo 6. pridie Cal. Ianuar. 1383. & pridie Idus Iunias, an. 1419. à Carolo 7. Mens. Iunio, an. 1445. & Sextili, 1452. Francisco 1. Mens. Aprili, 1515. 16. Cal. Ianuar. 1539. 14. Cal. Ianuar. 1543. & Mens. Mart. 1545. Ab Errico 2. Mense Septemb. 1547. & 8. Idus Nouemb. an. 1554. Henrico 3. Quintili Mense, anno millesimo quingentesimo septuagesimo sexto. Ab Errico demùm Quarto, anno millesimo quingentesimo nonagesimo quarto, decimo Calend. Iulias. Quorum omnium Seruatores priuilegiorum Academicorum, Iudicésque Scholasticis datos à Principe nominat Faber, Prætores Parisien. & Aurelianensem, pro sui quemque Musæi alumnis vicissim. In l. Cunctos populos. Cod. De summa Trinit. & fid. cathol. Ergo Lutetianam Scholam, rectiùs *Laicorum* numero habendam esse, quàm corporis Ecclesiastici cuiusuis. At Pontificis, contrà, beneficiarius, Academiam hanc sacris quibusdam Collegiis adnumerandam, ex tot Roman. Pontificum Priuilegiis ac Rescriptis suprà relatis. Idque Academicis etiam Constitutionibus significari, literarum professores ac Magistros, cœlibes, nec coniuges esse præcipientibus. Ad hæc, Constantianæ Synodi œcumenicæ Patres, huius Academiæ Oratoribus sessionis ordinem decreuisse in Cœtus Ecclesiastici subsellijs, non Magnatum profanorum. Guymerium Pragmaticæ Sanctionis Interpretem sensisse, Vniuersitatem hanc, mixtum esse Sodalitium, ac rerum mixtura veriùs decentiúsque Ecclesiasticum dici, quàm profanum. In. §. Item quòd ad dictas. In verb. Ecclesiastico. De Collation. Ex Glossemate cap. 1. §. verùm De iure patron. lib. 6. Decretalium Epistol. Eam litem appellatoriam Curia misit in consilium: Choarto, Academici, & Thorodeo, Pontificij causam orantibus 14. Cal. Maias, anno 1570. Vltima verò sententia censuit Senatus placere, ab Academia sola, quasi à profano patrono, ad vacua in posterum Sacella candidatos suos offerri nominaríque ordinario Collatori, & hoc perpetuum velut Senatus-Consultum Academicis monumentis inscribi:

Priuilegia Vniuersitatis Paris. an. 1295. & Die vlt. Dec. an. 1340. die 21. Maij, 1345. die 5. Nouem. an. 1368. die 26. Septemb. 1369. die vlt. Dec. 1383. die 12. Iunij 1419. die 17. Dec. 1539. die 19. Dec. 1543. die 6. Nouem. 1554.
Caroli 7 priuilegio eximuntur scholastici & Administri Vniuersitatum contributione Vectigalium ex Mercibus, præterquàm ex fructibus prædiorum illis cessorum etiam à parente, coniunctavè persona.
Regia Henrici 4. Confirmatio priuilegiorum Vniuersitatis Paris. die 22. Iun. an. 1594. Registrata in Senatu die 17. August. seq.
Iudices conseruatores priuilegiorum Vniuersitatum.
Patronatus Laicus si Ecclesiasticis donetur, Ecclesiasticus in posterum iudicatur, cap. Dilectus 3. De preben. cap. 1. §. vlt. De iur. patron. In. 6.
Concilium Constantiense, an. 1414.
Die 18. April. an. 1570.
Decretum Curiæ Parisien. die 5. Sept. an. 1573.

inſcribi: Nonis Septemb. anno 1573. Cui affine eſt poſterius aliud, de Curiali ſacerdotio Templi Coſmæ & Damiani, in Academia Pariſienſi, Senatus Decretum vindiciarium, pridie Idus Sextiles, an. 1586. Seruino Hamiltonis ab Academia deſignati Curionis: & Loyſello, Deloini Pontificij cauſam agentibus.

Areſtum recredentiæ beneficij curat pro præſentato ab Vniuerſitate Pariſ. die 12. Auguſti, an. 1586.

13 In hoc certè Lutetiano Palladio, primatum obtinet Sophia cœleſtis, exploſa Iuris Ciuilis profeſſione: quæ inibi tamen perdiu multúmque effloruit, Pontificio Honorij 3. Reſcripto nequicquàm obſtante, in cap. Super ſpecula. De Priuileg. Idque luce clariùs oſtendit memorabile Academicorum iuſiurandum in Reginam matrem Ludouici 9. Regni procuratricem, his verbis: *Magiſtri Vniuerſitatis Pariſien. fecerunt legi coram domina Regina huiuſmodi ſcriptum, & promiſerunt, quòd iuramenta, de quibus in eo fit mentio, à Magiſtris & Scholaribus facerent renouari, & iurari, quòd ſeruarent pacem villæ pro poſſe ſuo de omnibus gentibus, quantùm ad nos gentes, tam clericos, quàm laicos, &c. Baccalarij verò Decretales & Leges legentes ſe ſpeciali iuramento obligabunt, quòd ſacramentum recipient ab illis, qui eos audient, & quicunque iurare noluerit, non recipietur ab eis in Scholis. Qui auditores Legum & Decretalium, nec etiam alij, niſi alicuius Magiſtri actu Regentis bis ad minus in ſeptimana Scholas intrauerint, Scholares nullatenùs reputentur.* Diebus Ioh. Baptiſtæ profeſtis, an. 1251.

Nicolai P.P. priuilegiũ eſt in lib. Statutorum Vniuerſitatis Pariſien. vt Doctores gradu Lutetiæ inſigniti, poſſint vbique terrarum legere & reputentur Doctores.

14 Sed antiquata dudum Pariſiis Legum Romanarum prælectione, fuit iam olim excitata à Regibus Tholoſana Academia, Iuriſperitiæ profeſſione percelebris: Cuius in auditorio Accurſius etiam Britanni Regis Aduocatus de Iure reſpondit publicè, an. 1227. ſumpto diſſerendi argumento ex l. vn. Cod. De ſentent. quæ pro eo quod intereſt: Scriptore Bartolo in cit. l. vn. Nec verò negarim, Muſæi illius publici conditorem Theodoſium Cæſarem decantari in vulgata Tholoſatum Hiſtoria. Atque adeò Auſonius liberalem ingenij ſui educationem Tholoſæ tribuens, accinit hæc:

Franciſcus Accurſius.
Ioh. Faber de Tholoſæ, Iudice Maiore, *du Iuge Mage*, in Rubr. De Aſſeſſor. Cod.

Non vnquam altricem noſtri reticebo Tholoſam,
Innumeris cultam populis, &c.

At conſtanter tenendum eſt, Vniuerſitatis huiuſce nomen eximium, priuilegia, ſtatuta, comitialia Collegij Decreta, ad Regiam eſſe Francorum conceſſionem referenda. De quibus Tholoſani Studij priuilegiis Vilhelmus Cuneus, & Baldus nuncupatim, ad l. Omnia priuilegia. Cod. De Epiſcop. & cleric. Panormit. in cap. vlt. Ne cler. vel Monachi. Nam & Pariſienſis Scholæ iura ſingularia, Tholoſanæ adiecta, teſtatur Iaſon. in l. 1. ϖ. De legat. 1.

15 Avrelianensem optimis inſtitutis fundarunt Clemens 5. Pontif. Max. & Philippus 4. Rex 6. Kalend. Februar. an. 1305. & Menſe Quintili, an. 1312. Ibidem enim, Philippus, tanquam in tranquillo ſeceſſu, docendi Iuris ſedem ac ſolium lege lata collocauit: ſuis tamen Maioribus collaudatis, qui in Muſæo Pariſienſi non modò lucem & Academiam Legum Romanarum eſſe noluiſſent, ſed etiam cenſuris & animaduerſione Pontificia id prohiberi curaſſent. Quùm præſertim Iure Rom. Galliarum Reges minimè teneri, Philippus eodem profiteatur Diplomate. Vilhelmus Cuneus, & Petrus Perticenſis Aureliæ obtinuerunt Ciuilis ſcientiæ principatum: quem Petrum Bartolus narrat, Romam anno Iubileo adeuntem, in medio itinere Bononiæ diſputandam omnibus propoſuiſſe legem vnic. Cod. De ſenten. quæ pro eo quod intereſt. Vt credibile ſit, eum Tranſalpinorum luminibus obſtruxiſſe. In eadem Aureliorum ciuitate Clemens 5. agnouit, ſe adoleſcentem Iuri operam dediſſe: Pontificiis illis codicillis, qui ſimul cum Regiis, omninò deſcripti ſunt in Codice Statutorum Academiæ Aurelianæ. Quibus autem legibus ac priuilegiis ſancita primùm Aureliana iſthæc, iiſdem poſtmodùm decreta eſt Andium Academia: de qua, paulò antea.

Orleans.
Die 27. Ianuar. an. 1305.

Annus Iubileus, annus ſecularis veniæ, vel ſemiſecularis peccatorum.

16 Silentió ne tranſigetur Schola Pictauenſis? Non eſt quòd eius origo tantùm adſcribatur D. Hilario Pictonum Præſuli: Tametſi in ea diuinarum literarum ludum aperuerit. Neque ego itidem moueor celebritate Gilberti Porretani, Pictauorum Antiſtitis, aut Vuilhelmi Montis-Lauduni, qui Iura publicè ea in Vrbe edocuerunt, circiter annum 1155. Regia enim planè eſt huius Vniuerſitatis inſtitutio, ſaltem comprobatio an. 1431. Vt Aquitanici ferunt Annales. Quod & Regeſtis Curiæ comprehenſum eſt, in lib. Accordorvm

Poittiers.

Bourges.

ET ORDINATIONVM PICTAVIS, fol. 109. verſ. hoc Tit. ERECTIO ET INSTITVTIO STVDII GENERALIS OMNIVM FACVLTATVM IN CIVITATE PICTAVENSI. Haud aliter de Biturica dicendum Academia, quæ Principali Reſcripto creata fuit, eique publica auctoritas attributa Decembr. Menſ. an. 1463. Vt Biturigum Chronicis patet, Senatúſque Monumentis, quibus Regia huiuſce Academiæ ſanctio intexitur, Tertio Kalend. Apriles, an. 1469.

Die 30. Mart. 1469.

Caen, Cadomum, Caii domum veteres vocitarunt.

17 CADOMENSEM Normanorum excitauit Henricus 6. Britanniæ Inſulæ Rex, an. 1433. (quo, Britannus Neuſtriæ ſimul & Gallicis oris magna ex parte imperitabat) vt obſeſſo, aut præcluſo potiùs armis Francicis itinere ad Gallicas Academias, libera Anglorum ſubditis daretur in ſuis ditionibus Legum docendarum poteſtas. Quùm igitur Pariſiorum Schola, Muſæi Cadomenſis inſtitutionem acriter oppugnaret in ſuprema Curia, poſtulata etiam ob id Iuris vtriuſque publica Lutetiæ profeſſione, illam interceſſione ſummouit Senatus: Decreto pridie Idus Nouemb. an. 1433. quod in vetuſtis Curiæ Actis euoluimus. Verùm hæc ſcholaſtica Vniuerſitas concidiſſet vnà cum Anglico in Gallia Imperio, Niſi Apoſtolico Eugenij 4. beneficio ſuffulta, (an. 1437.) ac legitimorum Franciæ Regum benignitate nouata fuiſſet aut confirmata. Quid ergo hodie confert Maſſilienſibus honos Græcæ diſciplinæ habitus à M. Tullio, Valerio, Strabone? Nam hæc Phocenſium colonia Gallis ingentes ſubminiſtrauit Græcanicæ linguæ ac doctrinæ opes, vt Pacta etiam conuenta Græco idiomate conſcriberentur, lib. 2. cap. 1. apud Valerium, & Geographiæ lib. 4. apud Strabonem. Poſteris autem ſeculis, Galliæ Principes, maritima Vrbe poſthabita, quùm in aliis ſtatuiſſent Muſarum domicilium, variíſque ſtabiliiſſent muneribus ac priuilegiis, ſenſère Maſſilienſes, quàm verum ſit Epigrammatarij carmen.

Arestum Curiæ Pariſien. die 12. Nouē. an. 1443.

De Pontificia hac Cadomenſis Academiæ erectione, Nos ſup. lib. 1. Tit. 10. art. vlt.

Turcarum Scholæ *Ochimachgirleri*, dictæ, & Doctores, *Hogilar*, qui profitentur Aſtronomiã, Philoſophiam, & Poëticen: Vt Bartholomeus de Georgieuitz ſcribit, De Moribus Turcarũ.

Eſt quoque Lugdunum Batauorum, vbi Iuſtus Lipſius, aliique literarum profeſſores doctiſſ. floruère.

Sint Mecœnates, non deerunt, Flacce, Marones,
Vergiliúmque tibi vel tua rura dabunt.

Idémque aptari commodè poteſt veteri Scholæ Lugdunenſi, de qua, ſimul & de Veſuntionenſi, Auſonius in Panegyrico ad Gratianum. Nam poſteriori quoque ætate, Fridericus Ænobarbus Cæſ. in Veſontione Sequanorum concepit nouas de Feudis leges, & Conſtitutiones de Pace publica: vnde excerpta eſt illa, de Sacramentis puberum. Cod. ſi aduerſ. vendit. Tum nobiliſſimam hanc Legem de Auditorio Iuris & eius priuilegiis, in Authen. Habita. Cod. Ne filius pro patre. Quas omnes poſtea idem in Italia Cæſar edixit. Veſontionis autem Academia, nunc ſqualentis æui ſenio extincta propemodùm: quam tamen tricenum abhinc annum inſtaurare conati ſunt Oppidani, ſed inuita Minerua.

Beſançon.

Gottofredus Viterbienſis ait, Veſontionem, Galliæ Regum ſedem fuiſſe. 400. ante Iul. Cæſ. annis, & Seguinum, eius loci Regem, ſocerum fuiſſe Brenni.

Nantes.

18 NANNETENSIS planè Britonum Schola iampridem emicuit, Iohanne 23. Romanæ Sedis Antiſtite, qui ad Nannetenſium Lectorum Profeſſorúmque tenuitatem ſuſtentandam, ſanxit decumanum æs è Britonicis ſacerdotiis colligi, & eius trientem, Scholæ doti adplicari. Cuius rei fidem facit Britonica Argentræi Hiſtoria, lib. 12. cap. 410. Ac deinceps Franciſci 2. precibus Armorici Ducis, Pius 2. promouit Nannetenſem Academiam, bonarúmque artium Sedem appellauit: paribus additis priuilegiis, quibus Andegaua, Senenſis, & Bononienſis Scholæ vtebantur. Bullatis tabulis, Aprili Menſe, anno milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo. Iactis verò hiſce fundamentis multùm adiecit regia Karoli 8. auctoritas, qui vt veteres Prouincialium Britonum prærogatiuas, ſic Nannetum ſpeciatim Muſæum, eiúſque priuilegia confirmauit. Reſcriptis, Nonis Quintilib. anno milleſimo quadringenteſimo nonageſimo ſecundo, & Menſ. Nouemb. an. 1493. quæ Ludouicus 12. nouo Diplomate rata eſſe iuſſit, an. 1478. Mẽſ. Ianuar. diéque feſtarum Ludouici nuptiarum cum Anna Celticæ Britanniæ Duce. Exin Franciſcus 1. Rex Britonica illa omnia priuilegia comprobauit. Inſignibus codicillis, Menſ. Septembr. an. 1532. qui in Senatu palàm recitati ſunt Pridie Nonas Octobr. Eod. anno. Idem Frãciſcus 1. Angoliſinis literarium inſtituit Collegium, Decembr. Menſ. an. 1516. Quantum è patriis Angoliſinorum Chronicis percepimus. Henricus 2. dehinc illud ſuis auſpiciis conſtabiliuit. Ex Volum. 1. Regeſtorum Curiæ ſub Errico 2. fol. 436. Rhemenſis verò Academia Pontificiis quidem Pauli 3. Literis inſtituta eſt, ſed Regij aſſenſus, auctoritatíſque ſuffragio: procurante

Pius 2. P.P. Æneas Syluius dictus.

Literæ Regiæ confirmationis antiquorum Priuilegiorum Britanniæ, die 7. Iul. an. 1492.

Verificatio facta in Parlamento, die 6. Octob. an. 1532.

Engoliſmenſis Vniuerſitas.

Rheims.

procurante Rhemorum Archipræsule, Lotharingo Cardinali. Vt lib. 1. Actorum Curiæ sub Henrico 2. insertum comperimus, fol. 379. Similiter in Pontis Mosonij oppido Cardinalis ipsemet sursum erexit Academiam, doctrinæ Reíque publ. seminarium. Id quod Theuetus silentio non prætermisit, in Vitis illustrium Virorum, cap. 120. Omnibus his antiquior habetur Cadurcensis Vniuersitas literaria, quam Iohannes 22. Pontifex fundauit, Albiæ Cadurcorum indigena. Vt Gulielm. Benedictus attestatur in cap. Raynutius. Ad verb. Et vxorem nomine Adelasiam. num. 795. De Testam. Eius Vrbis profanus dominatus olim fuit Episcopi, at dimidia pars ab eo translata est ad Principem, aliarum rerum compensatione: subiuncta tamen istius partis commissoria lege certis conditionibus, quæ referuntur Decisione Rotæ Romanæ 849.

Pont à Mouson.

Cahors.

19 ECQVIS porrò in Anglia priuatus Academias legitur excitasse? Sigisbertus Rex primus Orientalium Anglorum, Cantabrigiæ publicam instituit disciplinarum omnium officinam, & exercitationem, an. 630. Oxonij alteram Academiam, Rex Aluredus, an. 895. Quanquam de antiquitatis inter vtramque contentione Anglicus extat Libellus. Apud Polonos, publicum Cracouiæ Gymnasium extruitur ab Vladislao Rege, ex Heluidis Reginæ tabellis testamentariis: Circiter annum 1401. Vti à Cromero diffusiùs, qui eius tamen Academiæ primordia longiùs repetit à Casimiro Sarmatiæ Rege, an. 1361. Ex ea, velut ex equo Troiano, complures doctrinæ cuiusuis principes exiêre, hoc aureo præsertim renascentium literarum seculo: Vt non temerè à Poëta scriptum sit,

> *Claros posse viros, & magna exempla daturos,*
> *Obscura in Patria, crassoque sub aëre nasci.*

Beda, Baleus, de Scriptoribus Anglicis, & Ionius de claris Angliæ viris, testantur feracem literarorum Angliam.

A Craco Principe, Cracouia, Regni Sedes condita, Guesna relicta: Circa ann. 700. Vt Herburtus Fulstinus auctor est in Chronic. Polon.

Nam alioquin, vt Ligurinus Vates de Schlesis, & Sarmatis Septentrionalibus occinit,

> *Hos populos, vt fama tenet, à cardine primo,*
> *Solis & æstiuo Phœbeæ Lampadis ortu,*
> *Hanc rapidam cursu perlabitur Odera, partem*
> *Tangit, ab Arctoo Suitici maris æstuat ora,*
> *Fluctus, & indomiti sedem posuêre Rutheni,*
> *Hæc regio Slauos amplectitur, atque Polonos.*

Schlesos Odera flumine à Polonis discerni.

20 PRAGENSEM Bohemorum Scholam posuit Carolus 4. Imperat. possessionibúsque dotatam, priuilegiis etiam cumulauit, an. 1370. Vt memoriæ prodidit Æneas Syluius in Bohemica Histor. Nec desunt Hispanis sua amœnioris literaturæ gymnasia, Salamanticum, de quo, Clemens 5. in Viennensi Concilio, tit. De Magistris, cap. 1. Complutense item, regiis auspiciis erudiendæ pubi consecratum, sed impensa ac diligentia Francisci Ximenis, Antistitis Toletani, an. 1517. Sicuti & Conymbricum in Lusitania, haud pridem à Iano 2. Rege institutum. Hispaniæ quoque Rex Philippus 2. excitauit Duaci Catuacorum, in Belgio, Academiam an. 1566. quam Pontificio simul Rescripto sanciendam curauit. Vt Guicciardinus in Belgiograph. narrat.

Circa annum 914. Praga Bohemorum Cathedralis Ecclesia ordinatur: deinde Metropolitana. Carolo 4. Imperante.

Conymbria, Portugalliæ.

Douay en Flandres.

21 EGO verò non ita Regius sum, quin primarios Duces in huius societatem gloriæ adsciscam: quorum tamen ea fuit religio, ac singularis in Principem obseruantia, vt eo præsertim auctore, Vniuersitates condiderint, opibúsque amplificarint. Sic Galeacius 2. Insubrum Dux, Francisci Petrarcæ hortatu, publicum Ticini literarum lumen accendit, Cæsareo Caroli 4. munere: circa annum 1370. si Iouio credimus in Mediolanensi Histor. Nec me clam est, alios Ticinensis, Patauinæ, ac Bononiensis Academiæ parentem appellare Carolũ Magnum: Cùm tamen dubiæ fidei Scriptorum vulgus ad Theodosium Cæsarem referat huius institutionem Musæi Bononiensis. Bologninus scilicet in repetit. Authen. Habita. Cod. Ne fil. pro patr. & Volaterranus in Anthropologia. Rursus cõstat, Bartholomæum Salicetum, Bononiensem, qui Rom. Leges sua ætate profitebatur, suasorem extitisse Alberto Atestino Ferrariæ Marchioni, vt à Bonifacio 9. P.P. impetraret priuilegium Scholæ publicæ erigendæ. Proin constituta Schola, Salicetus, primus fœliciter iniit Iuris professionem, & quasi signum quoddam ex arce Palladia literatis ad imitandum extulit, eam vt Academiam doctrina sua illustrarent. an. 1398.

Papia, Padua, & Felsina, seu Bononia.

Ticinum, Regia quondam Longobardorum, eisdem donata fuit priuilegiis ab Othone 1. Imp. quibus reliquæ liberæ vrbes Imperij.

Bourges.

ET ORDINATIONVM PICTAVIS, fol. 109. verſ. hoc Tit. ERECTIO ET INSTITVTIO STVDII GENERALIS OMNIVM FACVLTATVM IN CIVITATE PICTAVENSI. Haud aliter de Biturica dicendum Academia, quæ Principali Reſcripto creata fuit, eique publica auctoritas attributa Decembr. Menſ. an. 1463. Vt Biturigum Chronicis patet, Senatúſque Monumentis, quibus Regia huiuſce Academiæ ſanctio intexitur, Tertio Kalend. Apriles, an. 1469.

Die 30. Mart. 1469.

CADOMENSEM Normanorum excitauit Henricus 6. Britanniæ Inſulæ Rex, an. 1433. (quo, Britannus Neuſtriæ ſimul & Gallicis oris magna ex parte imperitabat) vt obſeſſo, aut præcluſo potiùs armis Francicis itinere ad Gallicas Academias, libera Anglorum ſubditis daretur in ſuis ditionibus Legum docendarum poteſtas. Quùm igitur Pariſiorum Schola, Muſæi Cadomenſis inſtitutionem acriter oppugnaret in ſuprema Curia, poſtulata etiam ob id Iuris vtriuſque publica Lutetiæ profeſſione, illam interceſſione ſummouit Senatus: Decreto pridie Idus Nouemb. an. 1433. quod in vetuſtis Curiæ Actis euoluimus. Verùm hæc ſcholaſtica Vniuerſitas concidiſſet vnà cum Anglico in Gallia Imperio, Niſi Apoſtolico Eugenij 4. beneficio ſuffulta, (an. 1437.) ac legitimorum Franciæ Regum benignitate nouata fuiſſet aut confirmata. Quid ergo hodie confert Maſſilienſibus honos Græcæ diſciplinæ habitus à M. Tullio, Valerio, Strabone? Nam hæc Phocenſium colonia Gallis ingentes ſubminiſtrauit Græcanicæ linguæ ac doctrinæ opes, vt Pacta etiam conuenta Græco idiomate conſcriberentur, lib. 2. cap. 1. apud Valerium, & Geographiæ lib. 4. apud Strabonem. Poſteris autem ſeculis, Galliæ Principes, maritima Vrbe poſthabita, quùm in aliis ſtatuiſſent Muſarum domicilium, variíſque ſtabiliiſſent muneribus ac priuilegiis, ſenſêre Maſſilienſes, quàm verum ſit Epigrammatarij carmen. 17

Caen, Cadomum, Caii domum veteres vocitarunt.

Arestum Curiæ Pariſien. die 12. Nouē. an. 1443.
De Pontificia hac Cadomenſis Academiæ erectione, Nos ſup. lib. 2. Tit. 10. art. vlt.
Turcarum Scholæ *Ochimachgirleri*, dictæ, & Doctores, *Hogilar*, qui profitentur Aſtronomiā, Philoſophiam, & Poëticen: Vt Bartholomeus de Georgieuitz ſcribit, De Moribus Turcarū.
Eſt quoque Lugdunum Batauorum, vbi Iuſtus Lipſius, aliique literarum profeſſores doctiſſ. floruêre.

Sint Mecœnates, non deerunt, Flacce, Marones,
Vergiliúmque tibi vel tua rura dabunt.

Idémque aptari commodè poteſt veteri Scholæ Lugdunenſi, de qua, ſimul & de Veſuntionenſi, Auſonius in Panegyrico ad Gratianum. Nam poſteriori quoque ætate, Fridericus Ænobarbus Cæſ. in Veſontione Sequanorum concepit nouas de Feudis leges, & Conſtitutiones de Pace publica: vnde excerpta eſt illa, de Sacramentis puberum. Cod. ſi aduerſ. vendit. Tum nobiliſſimam hanc Legem de Auditorio Iuris & eius priuilegiis, in Authen. Habita. Cod. Ne filius pro patre. Quas omnes poſtea idem in Italia Cæſar edixit. Veſontionis autem Academia, nunc ſquallentis æui ſenio extincta propemodùm: quam tamen tricenum abhinc annum inſtaurare conati ſunt Oppidani, ſed inuita Minerua.

Beſançon. Gottofredus Viterbienſis ait, Veſontionem, Galliæ Regum ſedem fuiſſe. 400. ante Iul. Cæſ. annis, & Seguinum, eius loci Regem, ſocerum fuiſſe Brenni.

Nantes.

NANNETENSIS planè Britonum Schola iampridem emicuit, Iohanne 23. Romanæ Sedis Antiſtite, qui ad Nannetenſium Lectorum Profeſſorúmque tenuitatem ſuſtentandam, ſanxit decumanum æs è Britonicis ſacerdotiis colligi, & eius trientem, Scholæ doti adplicari. Cuius rei fidem facit Britonica Argentræi Hiſtoria, lib. 12. cap. 410. Ac deinceps Franciſci 2. precibus Armorici Ducis, Pius 2. promouit Nannetenſem Academiam, bonarúmque artium Sedem appellauit: paribus additis priuilegiis, quibus Andegaua, Senenſis, & Bononienſis Scholæ vtebantur. Bullatis tabulis, Aprili Menſe, anno milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo. Iactis verò hiſce fundamentis multùm adiecit regia Karoli 8. auctoritas, qui vt veteres Prouincialium Britonum prærogatiuas, ſic Nannetum ſpeciatim Muſæum, eiúſque priuilegia confirmauit. Reſcriptis, Nonis Quintilib. anno milleſimo quadringenteſimo nonageſimo ſecundo, & Menſ. Nouemb. an. 1493. quæ Ludouicus 12. nouo Diplomate rata eſſe iuſſit, an. 1478. Mēſ. Ianuar. diéque feſtarum Ludouici nuptiarum cum Anna Celticæ Britanniæ Duce. Exin Franciſcus 1. Rex Britonica illa omnia priuilegia comprobauit. Inſignibus codicillis, Menſ. Septembr. an. 1532. qui in Senatu palàm recitati ſunt Pridie Nonas Octobr. Eod. anno. Idem Frācíſcus 1. Angoliſinis literarium inſtituit Collegium, Decembr. Menſ. an. 1516. Quantum è patriis Angoliſinorum Chronicis percepimus. Henricus 2. dehinc illud ſuis auſpiciis conſtabiliuit. Ex Volum. 1. Regeſtorum Curiæ ſub Errico 2. fol. 436. Rhemenſis verò Academia Pontificiis quidem Pauli 3. Literis inſtituta eſt, ſed Regij aſſenſus, auctoritatíſque ſuffragio: procurante 18

Pius 2. P.P. Æneas Syluius dictus.

Literæ Regiæ confirmationis antiquorum Priuilegiorum Britanniæ, die 7. Iul. an. 1492.
Verificatio facta in Parlamento, die 6. Octob. an. 1532.
Engoliſmenſis Vniuerſitas.

Rheims.

procurante Rhemorum Archipræsule, Lotharingo Cardinali. Vt lib. 1. Actorum Curiæ sub Henrico 2. insertum comperimus, fol. 379. Similiter in Pontis Mosonij oppido Cardinalis ipsemet sursum erexit Academiam, doctrinæ Reique publ. seminarium. Id quod Theuetus silentio non prætermisit, in Vitis illustrium Virorum, cap. 120. Omnibus his antiquior habetur Cadurcensis Vniuersitas literaria, quam Iohannes 22. Pontifex fundauit, Albiæ Cadurcorum indigena. Vt Gulielm. Benedictus attestatur in cap. Raynutius. Ad verb. Et vxorem nomine Adelasiam. num. 795. De Testam. Eius Vrbis profanus dominatus olim fuit Episcopi, at dimidia pars ab eo translata est ad Principem, aliarum rerum compensatione: subiuncta tamen istius partis commissoria lege certis conditionibus, quæ referuntur Decisione Rotæ Romanæ 849.

Pont à Monson.

Cahort.

19 ECQVIS porrò in Anglia priuatus Academias legitur excitasse? Sigisbertus Rex primus Orientalium Anglorum, Cantabrigiæ publicam instituit disciplinarum omnium officinam, & exercitationem, an. 630. Oxonij alteram Academiam, Rex Aluredus, an. 895. Quanquam de antiquitatis inter vtramque contentione Anglicus extat Libellus. Apud Polonos, publicum Cracouiæ Gymnasium extruitur ab Vladislao Rege, ex Heluidis Reginæ tabellis testamentariis: Circiter annum 1401. Vti à Cromero diffusiùs, qui eius tamen Academiæ primordia longiùs repetit à Casimiro Sarmatiæ Rege, an. 1361. Ex ea, velut ex equo Troiano, complures doctrinæ cuiusuis principes exière, hoc aureo præsertim renascentium literarum seculo: Vt non temerè à Poëta scriptum sit,

Claros posse viros, & magna exempla daturos,
Obscura in Patria, craßoque sub aëre nasci.

Beda, Baleus, de Scriptoribus Anglicis, & Iouius de claris Angliæ viris, testantur feracem literatorum Angliam.

A Craco Principe, Cracouia, Regni Sedes condita, Guesna relicta: Circa ann. 700. Vt Herburtus Fulstinus auctor est in Chronic. Polon.

Nam alioquin, vt Ligurinus Vates de Schlesis, & Sarmatis Septentrionalibus occinit,

Hos populos, vt fama tenet, à cardine primo,
Solis & æstiuo Phœbeæ Lampadis ortu,
Hanc rapidam cursu perlabitur Odera, partem
Tangit, ab Arctoo Suitici maris æstuat ora,
Fluctus, & indomiti sedem posuère Rutheni,
Hæc regio Slauos amplectitur, atque Polonos.

Schlesos Odera flumine à Polonis discerni.

20 PRAGENSEM Bohemorum Scholam posuit Carolus 4. Imperat. possessionibúsque dotatam, priuilegiis etiam cumulauit, an. 1370. Vt memoriæ prodidit Æneas Syluius in Bohemica Histor. Nec desunt Hispanis sua amœnioris literaturæ gymnasia, Salamanticum, de quo, Clemens 5. in Viennensi Concilio, tit. De Magistris, cap. 1. Complutense item, regiis auspiciis erudiendæ pubi consecratum, sed impensa ac diligentia Francisci Ximenis, Antistitis Toletani, an. 1517. Sicuti & Conymbricum in Lusitania, haud pridem à Iano 2. Rege institutum. Hispaniæ quoque Rex Philippus 2. excitauit Duaci Catuacorum, in Belgio, Academiam an. 1566. quam Pontificio simul Rescripto sanciendam curauit. Vt Guicciardinus in Belgiograph. narrat.

Circa annum 914. Praga Bohemorum Cathedralis Ecclesia ordinatur: deinde Metropolitana, Carolo 4. Imperante.

Conymbria, Portugalliæ.

Douay en Flandres.

21 EGO verò non ita Regius sum, quin primarios Duces in huius societatem gloriæ adsciscam: quorum tamen ea fuit religio, ac singularis in Principem obseruantia, vt eo præsertim auctore, Vniuersitates condiderint, opibúsque amplificarint. Sic Galeacius 2. Insubrum Dux, Francisci Petrarcæ hortatu, publicum Ticini literarum lumen accendit, Cæsareo Caroli 4. munere: circa annum 1370. si Iouio credimus in Mediolanensi Histor. Nec me clam est, alios Ticinensis, Patauinæ, ac Bononiensis Academiæ parentem appellare Carolū Magnum: Cùm tamen dubiæ fidei Scriptorum vulgus ad Theodosium Cæsarem referat huius institutionem Musæi Bononiensis. Bologninus scilicet in repetit. Authen. Habita. Cod. Ne fil. pro patr. & Volaterranus in Anthropologia. Rursus cōstat, Bartholomæum Salicetum, Bononiensem, qui Rom. Leges sua ætate profitebatur, suasorem extitisse Alberto Atestino Ferrariæ Marchioni, vt à Bonifacio 9. P.P. impetraret priuilegium Scholæ publicæ erigendæ. Proin constituta Schola, Salicetus, primus fœliciter iniit Iuris professionem, & quasi signum quoddam ex arce Palladia literatis ad imitandum extulit, eam vt Academiam doctrina sua illustrarent. an. 1398.

Papia, Padua, & Felsina, seu Bononia.

Ticinum, Regia quondam Longobardorum, eildem donata fuit priuilegiis ab Othone 1. Imp. quibus reliquæ liberæ vrbes Imperij.

Bourges.

et Ordinationvm Pictavis, fol. 109. vers. hoc Tit. Erectio et institvtio stvdii generalis omnivm facvltatvm in civitate Pictavensi. Haud aliter de Biturica dicendum Academia, quæ Principali Rescripto creata fuit, eíque publica auctoritas attributa Decembr. Mens. an. 1463. Vt Biturigum Chronicis patet, Senatúsque Monumentis, quibus Regia huiusce Academiæ sanctio intexitur, Tertio Kalend. Apriles, an. 1469.

Die 30. Mart. 1469.

Caen, Cadomum, Caii domum veteres vocitarunt.

Cadomensem Normanorum excitauit Henricus 6. Britanniæ Insulæ Rex, an. 1433. (quo, Britannus Neustriæ simul & Gallicis oris magna ex parte imperitabat) vt obsesso, aut præcluso potiùs armis Francicis itinere ad Gallicas Academias, libera Anglorum subditis daretur in suis ditionibus Legum docendarum potestas. Quùm igitur Parisiorum Schola, Musæi Cadomensis institutionem acriter oppugnaret in suprema Curia, postulata etiam ob id Iuris vtriusque publica Lutetiæ professione, illam intercessione summouit Senatus: Decreto pridie Idus Nouemb. an. 1433. quod in vetustis Curiæ Actis euoluimus. Verùm hæc scholastica Vniuersitas concidisset vnà cum Anglico in Gallia Imperio, Nisi Apostolico Eugenij 4. beneficio suffulta, (an. 1437.) ac legitimorum Franciæ Regum benignitate nouata fuisset aut confirmata. Quid ergo hodie confert Massiliensibus honos Græcæ disciplinæ habitus à M. Tullio, Valerio, Strabone? Nam hæc Phocensium colonia Gallis ingentes subministrauit Græcanicæ linguæ ac doctrinæ opes, vt Pacta etiam conuenta Græco idiomate conscriberentur, lib. 2. cap. 1. apud Valerium, & Geographiæ lib. 4. apud Strabonem. Posteris autem seculis, Galliæ Principes, maritima Vrbe posthabita, quùm in aliis statuissent Musarum domicilium, variísque stabiliissent muneribus ac priuilegiis, sensêre Massilienses, quàm verum sit Epigrammatarij carmen. 17

Arestum Curiæ Parisien. die 12. Nouē. an. 1443.

De Pontificia hac Cadomensis Academiæ erectione, Nos sup. lib. 1. Tit. 10. art. vlt.

Turcarum Scholæ *Ochimachgirleri*, dictæ, & Doctores, *Hogilar*, qui profitentur Astronomiā, Philosophiam, & Poëticen: Vt Bartholomeus de Georgieuitz scribit, De Moribus Turcarū.

Est quoque Lugdunum Batauorum, vbi Iustus Lipsius, aliique literarum professores doctiss. floruêre.

Sint Mecænates, non deerunt, Flacce, Marones,
Vergiliúmque tibi vel tua rura dabunt.

Idémque aptari commodè potest veteri Scholæ Lugdunensi, de qua, simul & de Vesuntionensi, Ausonius in Panegyrico ad Gratianum. Nam posteriori quoque ætate, Fridericus Ænobarbus Cæs. in Vesontione Sequanorum concepit nouas de Feudis leges, & Constitutiones de Pace publica: vnde excerpta est illa, de Sacramentis puberum. Cod. si aduers. vendit. Tum nobilissimam hanc Legem de Auditorio Iuris & eius priuilegiis, in Authen. Habita. Cod. Ne filius pro patre. Quas omnes postea idem in Italia Cæsar edixit. Vesontionis autem Academia, nunc squallentis æui senio extincta propemodùm: quam tamen tricenum abhinc annum instaurare conati sunt Oppidani, sed inuita Minerua.

Besançon.

Gottofredus Viterbiensis ait, Vesontionem, Galliæ Regum sedem fuisse. 400. ante Iul. Cæs. annis, & Seguinum, eius loci Regem, socerum fuisse Brenni.

Nantes.

Nannetensis planè Britonum Schola iampridem emicuit, Iohanne 23. Romanæ Sedis Antistite, qui ad Nannetensium Lectorum Professorúmque tenuitatem sustentandam, sanxit decumanum æs è Britonicis sacerdotiis colligi, & eius trientem, Scholæ doti adplicari. Cuius rei fidem facit Britonica Argentræi Historia, lib. 12. cap. 410. Ac deinceps Francisci 2. precibus Armorici Ducis, Pius 2. promouit Nannetensem Academiam, bonarúmque artium Sedem appellauit: paribus additis priuilegiis, quibus Andegaua, Senensis, & Bononiensis Scholæ vtebantur. Bullatis tabulis, Aprili Mense, anno millesimo quadringentesimo sexagesimo. Iactis verò hisce fundamentis multùm adiecit regia Karoli 8. auctoritas, qui vt veteres Prouincialium Britonum prærogatiuas, sic Nannetum speciatim Musæum, eiúsque priuilegia confirmauit. Rescriptis, Nonis Quintilib. anno millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo, & Mens. Nouemb. an. 1493. quæ Ludouicus 12. nouo Diplomate rata esse iussit, an. 1478. Mēs. Ianuar. diéque festarum Ludouici nuptiarum cum Anna Celticæ Britanniæ Duce. Exin Franciscus 1. Rex Britonica illa omnia priuilegia comprobauit. Insignibus codicillis, Mens. Septembr. an. 1532. qui in Senatu palàm recitati sunt Pridie Nonas Octobr. Eod. anno. Idem Frāciscus 1. Angolisinis literarium instituit Collegium, Decembr. Mens. an. 1516. Quantum è patriis Angolisinorum Chronicis percepimus. Henricus 2. dehinc illud suis auspiciis constabiliuit. Ex Volum. 1. Regestorum Curiæ sub Errico 2. fol. 436. Rhemensis verò Academia Pontificiis quidem Pauli 3. Literis instituta est, sed Regij assensus, auctoritatísque suffragio: procurante 18

Pius 2. P.P. Æneas Syluius dictus.

Literæ Regiæ confirmationis antiquorum Priuilegiorum Britanniæ, die 7. Iul. an. 1492.

Verificatio facta in Parlamento, die 6. Octob. an. 1532.

Engolismensis Vniuersitas.

Rheims.

procurante Rhemorum Archipræſule, Lotharingo Cardinali. Vt lib. 1. Actorum Curiæ ſub Henrico 2. inſertum comperimus, fol. 379. Similiter in Pontis Moſonij oppido Cardinalis ipſemet ſurſum erexit Academiam, doctrinæ Reique publ. ſeminarium. Id quod Theuetus ſilentio non prætermiſit, in Vitis illuſtrium Virorum, cap. 120. Omnibus his antiquior habetur Cadurcenſis Vniuerſitas literaria, quam Iohannes 22. Pontifex fundauit, Albiæ Cadurcorum indigena. Vt Gulielm. Benedictus atteſtatur in cap. Raynutius. Ad verb. Et vxorem nomine Adelaſiam. num. 795. De Teſtam. Eius Vrbis profanus dominatus olim fuit Epiſcopi, at dimidia pars ab eo tranſlata eſt ad Principem, aliarum rerum compenſatione: ſubiuncta tamen iſtius partis commiſſoria lege certis conditionibus, quæ referuntur Deciſione Rotæ Romanæ 849.

Pont à Monſon.

Cahort.

19 ECQVIS porrò in Anglia priuatus Academias legitur excitaſſe? Sigiſbertus Rex primus Orientalium Anglorum, Cantabrigiæ publicam inſtituit diſciplinarum omnium officinam, & exercitationem, an. 630. Oxonij alteram Academiam, Rex Aluredus, an. 895. Quanquam de antiquitatis inter vtramque contentione Anglicus extat Libellus. Apud Polonos, publicum Cracouiæ Gymnaſium extruitur ab Vladiſlao Rege, ex Heluidis Reginæ tabellis teſtamentariis: Circiter annum 1401. Vti à Cromero diffuſiùs, qui eius tamen Academiæ primordia longiùs repetit à Caſimiro Sarmatiæ Rege, an. 1361. Ex ea, velut ex equo Troiano, complures doctrinæ cuiuſuis principes exiêre, hoc aureo præſertim renaſcentium literarum ſeculo: Vt non temerè à Poëta ſcriptum ſit,

Claros poſſe viros, & magna exempla daturos,
Obſcura in Patria, craſſoque ſub aëre naſci.

Beda, Baleus, de Scriptoribus Anglicis, & Iouius de claris Angliæ viris, teſtantur feracem literatorum Angliam.

A Craco Principe, Cracouia, Regni Sedes condita, Gueſna relicta: Circa ann. 700. Vt Herburtus Fulſtinus auctor eſt in Chronic. Polon.

Nam alioquin, vt Ligurinus Vates de Schleſis, & Sarmatis Septentrionalibus occinit,

Hos populos, vt fama tenet, à cardine primo,
Solis & æſtiuo Phœbeæ Lampadis ortu,
Hanc rapidam curſu perlabitur Odera, partem
Tangit, ab Arctoo Suitici maris æſtuat ora,
Fluctus, & indomiti ſedem poſuêre Rutheni,
Hæc regio Slauos amplectitur, atque Polonos.

Schleſos Odera flumine à Polonis diſcerni.

20 PRAGENSEM Bohemorum Scholam poſuit Carolus 4. Imperat. poſſeſſionibúſque dotatam, priuilegiis etiam cumulauit, an. 1370. Vt memoriæ prodidit Æneas Syluius in Bohemica Hiſtor. Nec deſunt Hiſpanis ſua amœnioris literaturæ gymnaſia, Salamanticum, de quo, Clemens 5. in Viennenſi Concilio, tit. De Magiſtris, cap. 1. Complutenſe item, regiis auſpiciis erudiendæ pubi conſecratum, ſed impenſa ac diligentia Franciſci Ximenis, Antiſtitis Toletani, an. 1517. Sicuti & Conymbricum in Luſitania, haud pridem à Iano 2. Rege inſtitutum. Hiſpaniæ quoque Rex Philippus 2. excitauit Duaci Catuacorum, in Belgio, Academiam an. 1566. quam Pontificio ſimul Reſcripto ſanciendam curauit. Vt Guicciardinus in Belgiograph. narrat.

Circa annum 914. Praga Bohemorum Cathedralis Eccleſia ordinatur: deinde Metropolitana, Carolo 4. Imperante.

Conymbria, Portugalliæ.

Douay en Flandres.

21 EGO verò non ita Regius ſum, quin primarios Duces in huius ſocietatem gloriæ adſciſcam: quorum tamen ea fuit religio, ac ſingularis in Principem obſeruantia, vt eo præſertim auctore, Vniuerſitates condiderint, opibúſque amplificarint. Sic Galeacius 2. Inſubrum Dux, Franciſci Petrarcæ hortatu, publicum Ticini literarum lumen accendit, Cæſareo Caroli 4. munere: circa annum 1370. ſi Iouio credimus in Mediolanenſi Hiſtor. Nec me clam eſt, alios Ticinenſis, Patauinæ, ac Bononienſis Academiæ parentem appellare Carolũ Magnum: Cùm tamen dubiæ fidei Scriptorum vulgus ad Theodoſium Cæſarem referat huius inſtitutionem Muſæi Bononienſis. Bologninus ſcilicet in repetit. Authen. Habita. Cod. Ne fil. pro patr. & Volaterranus in Anthropologia. Rurſus cõſtat, Bartholomæum Salicetum, Bononienſem, qui Rom. Leges ſua ætate profitebatur, ſuaſorem extitiſſe Alberto Ateſtino Ferrariæ Marchioni, vt à Bonifacio 9. P.P. impetraret priuilegium Scholæ publicæ erigendæ. Proin conſtituta Schola, Salicetus, primus fœliciter iniit Iuris profeſſionem, & quaſi ſignum quoddam ex arce Palladia literatis ad imitandum extulit, eam vt Academiam doctrina ſua illuſtrarent. an. 1398.

Papia, Padua, & Felſina, ſeu Bononia.

Ticinum, Regia quondam Longobardorum, eiſdem donata fuit priuilegiis ab Othone 1. Imp. quibus reliquæ liberæ vrbes Imperij.

Bourges.

ET ORDINATIONVM PICTAVIS, fol. 109. verſ. hoc Tit. ERECTIO ET INSTITVTIO STVDII GENERALIS OMNIVM FACVLTATVM IN CIVITATE PICTAVENSI. Haud aliter de Biturica dicendum Academia, quæ Principali Reſcripto creata fuit, eique publica auctoritas attributa Decembr. Menſ. an. 1463. Vt Biturigum Chronicis patet, Senatúſque Monumentis, quibus Regia huiuſce Academiæ ſanctio intexitur, Tertio Kalend. Apriles, an. 1469.

Die 30. Mart. 1469.

Caen, Cadomum, Caii domum veteres vocitarunt.

17 CADOMENSEM Normanorum excitauit Henricus 6. Britanniæ Inſulæ Rex, an. 1433. (quo, Britannus Neuſtriæ ſimul & Gallicis oris magna ex parte imperitabat) vt obſeſſo, aut præcluſo potiùs armis Francicis itinere ad Gallicas Academias, libera Anglorum ſubditis daretur in ſuis ditionibus Legum docendarum poteſtas. Quùm igitur Pariſiorum Schola, Muſæi Cadomenſis inſtitutionem acriter oppugnaret in ſuprema Curia, poſtulata etiam ob id Iuris vtriuſque publica Lutetiæ profeſſione, illam interceſſione ſummouit Senatus: Decreto pridie Idus Nouemb. an. 1433. quod in vetuſtis Curiæ Actis euoluimus. Verùm hæc ſcholaſtica Vniuerſitas concidiſſet vnà cum Anglico in Gallia Imperio, Niſi Apoſtolico Eugenij 4. beneficio ſuffulta, (an. 1437.) ac legitimorum Franciæ Regum benignitate nouata fuiſſet aut confirmata. Quid ergo hodie confert Maſſilienſibus honos Græcæ diſciplinæ habitus à M. Tullio, Valerio, Strabone? Nam hæc Phocenſium colonia Gallis ingentes ſubminiſtrauit Græcanicæ linguæ ac doctrinæ opes, vt Pacta etiam conuenta Græco idiomate conſcriberentur, lib. 2. cap. 1. apud Valerium, & Geographiæ lib. 4. apud Strabonem. Poſteris autem ſeculis, Galliæ Principes, maritima Vrbe poſthabita, quùm in aliis ſtatuiſſent Muſarum domicilium, variiſque ſtabiliiſſent muneribus ac priuilegiis, ſenſêre Maſſilienſes, quàm verum ſit Epigrammatarij carmen.

Arreſtum Curiæ Pariſien. die 12. Nouē. an. 1443.

De Pontificia hac Cadomenſis Academiæ erectione, Nos ſup. lib. 2. Tit. 10. art. vlt.

Turcarum Scholæ *Ochimachgirleri*, dictæ, & Doctores, *Hogilar*, qui profitentur Aſtronomiā, Philoſophiam, & Poëticen: Vt Bartholomeus de Georgieuitz ſcribit, De Moribus Turcarū.

Eſt quoque Lugdunum Batauorum, vbi Iuſtus Lipſius, aliique literarum profeſſores doctiſſ. floruêre.

Sint Mecœnates, non deerunt, Flacce, Marones,
Vergiliúmque tibi vel tua rura dabunt.

Idémque aptari commodè poteſt veteri Scholæ Lugdunenſi, de qua, ſimul & de Veſuntionenſi, Auſonius in Panegyrico ad Gratianum. Nam poſteriori quoque ætate, Fridericus Ænobarbus Cæſ. in Veſontione Sequanorum concepit nouas de Feudis leges, & Conſtitutiones de Pace publica: vnde excerpta eſt illa, de Sacramentis puberum. Cod. ſi aduerſ. vendit. Tum nobiliſſimam hanc Legem de Auditorio Iuris & eius priuilegiis, in Authen. Habita. Cod. Ne filius pro patre. Quas omnes poſtea idem in Italia Cæſar edixit. Veſontionis autem Academia, nunc ſquallentis æui ſenio extincta propemodùm: quam tamen tricenum abhinc annum inſtaurare conati ſunt Oppidani, ſed inuita Minerua.

Beſançon.

Gottofredus Viterbienſis ait, Veſontionem, Galliæ Regum ſedem fuiſſe. 400. ante Iul. Cæſ. annis, & Seguinum, eius loci Regem, ſocerum fuiſſe Brenni.

Nantes.

18 NANNETENSIS planè Britonum Schola iampridem emicuit, Iohanne 23. Romanæ Sedis Antiſtite, qui ad Nannetenſium Lectorum Profeſſorúmque tenuitatem ſuſtentandam, ſanxit decumanum æs è Britonicis ſacerdotiis colligi, & eius trientem, Scholæ doti adplicari. Cuius rei fidem facit Britonica Argentræi Hiſtoria, lib. 12. cap. 4:0. Ac deinceps Franciſci 2. precibus Armorici Ducis, Pius 2. promouit Nannetenſem Academiam, bonarúmque artium Sedem appellauit: paribus additis priuilegiis, quibus Andegaua, Senenſis, & Bononienſis Scholæ vtebantur. Bullatis tabulis, Aprili Menſe, anno milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo. Iactis verò hiſce fundamentis multùm adiecit regia Karoli 8. auctoritas, qui vt veteres Prouincialium Britonum prærogatiuas, ſic Nannetum ſpeciatim Muſæum, eiúſque priuilegia confirmauit. Reſcriptis, Nonis Quintilib. anno milleſimo quadringenteſimo nonageſimo ſecundo, & Menſ. Nouemb. an. 1493. quæ Ludouicus 12. nouo Diplomate rata eſſe iuſſit, an. 1478. Mēſ. Ianuar. diéque feſtarum Ludouici nuptiarum cum Anna Celticæ Britanniæ Duce. Exin Franciſcus 1. Rex Britonica illa omnia priuilegia comprobauit. Inſignibus codicillis, Menſ. Septembr. an. 1532. qui in Senatu palàm recitati ſunt Pridie Nonas Octobr. Eod. anno. Idem Frācīſcus 1. Angoliſmis literarium inſtituit Collegium, Decembr. Menſ. an. 1516. Quantum è patriis Angoliſmorum Chronicis percepimus. Henricus 2. dehinc illud ſuis auſpiciis conſtabiliuit. Ex Volum. 1. Regeſtorum Curiæ ſub Errico 2. fol. 436. Rhemenſis verò Academia Pontificiis quidem Pauli 3. Literis inſtituta eſt, ſed Regij aſſenſus, auctoritatiſque ſuffragio: procurante

Pius 2. P.P. Æneas Syluius dictus.

Literæ Regiæ confirmationis antiquorum Priuilegiorum Britanniæ, die 7. Iul. an. 1492.

Verificatio facta in Parlamento, die 6. Octob. an. 1532.

Engoliſmenſis Vniuerſitas.

Rheims.

procurante Rhemorum Archipræsule, Lotharingo Cardinali. Vt lib. 1. Actorum Curiæ sub Henrico 2. insertum comperimus, fol. 379. Similiter in Pontis Mosonij oppido Cardinalis ipsemet sursum erexit Academiam, doctrinæ Reique publ. seminarium. Id quod Theuetus silentio non prætermisit, in Vitis illustrium Virorum, cap. 120. Omnibus his antiquior habetur Cadurcensis Vniuersitas literaria, quam Iohannes 22. Pontifex fundauit, Albiæ Cadurcorum indigena. Vt Gulielm. Benedictus attestatur in cap. Raynutius. Ad verb. Et vxorem nomine Adelasiam. num. 795. De Testam. Eius Vrbis profanus dominatus olim fuit Episcopi, at dimidia pars ab eo translata est ad Principem, aliarum rerum compensatione: subiuncta tamen istius partis commissoria lege certis conditionibus, quæ referuntur Decisione Rotæ Romanæ 849.

Pont à Mouson.

Cahort.

19 Ecquis porrò in Anglia priuatus Academias legitur excitasse? Sigisbertus Rex primus Orientalium Anglorum, Cantabrigiæ publicam instituit disciplinarum omnium officinam, & exercitationem, an. 630. Oxonij alteram Academiam, Rex Aluredus, an. 895. Quanquam de antiquitatis inter vtramque contentione Anglicus extat Libellus. Apud Polonos, publicum Cracouiæ Gymnasium extruitur ab Vladislao Rege, ex Heluidis Reginæ tabellis testamentariis: Circiter annum 1401. Vti à Cromero diffusiùs, qui eius tamen Academiæ primordia longiùs repetit à Casimiro Sarmatiæ Rege, an. 1361. Ex ea, velut ex equo Troiano, complures doctrinæ cuiusuis principes exiêre, hoc aureo præsertim renascentium literarum seculo: Vt non temerè à Poëta scriptum sit,

Claros posse viros, & magna exempla daturos,
Obscura in Patria, craßoque sub aëre nasci.

Beda, Baleus, de Scriptoribus Anglicis, & Ionius de claris Angliæ viris, testantur feracem literatorum Angliam.

A Craco Principe, Cracouia, Regni Sedes condita, Guesna relicta: Circa ann. 700. Vt Herburtus Fulstinus auctor est in Chronic. Polon.

Nam alioquin, vt Ligurinus Vates de Schlesis, & Sarmatis Septentrionalibus occinit,

Hos populos, vt fama tenet, à cardine primo,
Solis & æstiuo Phœbeæ Lampadis ortu,
Hanc rapidam cursu perlabitur Odera, partem
Tangit, ab Arctoo Suitici maris æstuat ora,
Fluctus, & indomiti sedem posuêre Rutheni,
Hæc regio Slauos amplectitur, atque Polonos.

Schlesos Odera flumine à Polonis discerni.

20 Pragensem Bohemorum Scholam posuit Carolus 4. Imperat. possessionibúsque dotatam, priuilegiis etiam cumulauit, an. 1370. Vt memoriæ prodidit Æneas Syluius in Bohemica Histor. Nec desunt Hispanis sua amœnioris literaturæ gymnasia, Salamanticum, de quo, Clemens 5. in Viennensi Concilio, tit. De Magistris, cap. 1. Complutense item, regiis auspiciis erudiendæ pubi consecratum, sed impensa ac diligentia Francisci Ximenis, Antistitis Toletani, an. 1517. Sicuti & Conymbricum in Lusitania, haud pridem à Iano 2. Rege institutum. Hispaniæ quoque Rex Philippus 2. excitauit Duaci Catuacorum, in Belgio, Academiam an. 1566. quam Pontificio simul Rescripto sanciendam curauit. Vt Guicciardinus in Belgiograph. narrat.

Circa annum 914. Praga Bohemorum Cathedralis Ecclesia ordinatur: deinde Metropolitana, Carolo 4. Imperante.

Conymbria, Portugalliæ.

Douay en Flandres.

21 Ego verò non ita Regius sum, quin primarios Duces in huius societatem gloriæ adsciscam: quorum tamen ea fuit religio, ac singularis in Principem obseruantia, vt eo præsertim auctore, Vniuersitates condiderint, opibúsque amplificarint. Sic Galeacius 2. Insubrum Dux, Francisci Petrarcæ hortatu, publicum Ticini literarum lumen accendit, Cæsareo Caroli 4. munere: circa annum 1370. si Iouio credimus in Mediolanensi Histor. Nec me clam est, alios Ticinensis, Patauinæ, ac Bononiensis Academiæ parentem appellare Carolũ Magnum: Cùm tamen dubiæ fidei Scriptorum vulgus ad Theodosium Cæsarem referat huius institutionem Musæi Bononiensis. Bologninus scilicet in repetit. Authen. Habita. Cod. Ne fil. pro patr. & Volaterranus in Anthropologia. Rursus cõstat, Bartholomæum Salicetum, Bononiensem, qui Rom. Leges sua ætate profitebatur, suasorem extitisse Alberto Atestino Ferrariæ Marchioni, vt à Bonifacio 9. P.P. impetraret priuilegium Scholæ publicæ erigendæ. Proin constituta Schola, Salicetus, primus fœliciter iniit Iuris professionem, & quasi signum quoddam ex arce Palladia literatis ad imitandum extulit, eam vt Academiam doctrina sua illustrarent. an. 1398.

Papia, Padua, & Felsina, seu Bononia.

Ticinum, Regia quondam Longobardorum, eisdem donata fuit priuilegiis ab Othone 1. Imp. quibus reliquæ liberæ vrbes Imperij.

Regiæ Literæ, Pictauis, in Curia verificatæ, die 4. Ianuar. 1414.
Andegauensis Vniuersitas in multis Articulis reformata est Aresto Magnorum dierum Andegauensium, die 17. Octob. an. 1539.
De fundatione Parisiensis Academiæ, idem afferunt Zabarella, & Anecharanus in Clement. 1. De Magistris.

ortum vitæ ac genium: vt Academiæ, ingenium. Eam ob rem, cum tua venia (benigne Lector) primas in nostratium Academiarum ordine tenebit Andegauensis. Fieri enim non potest, quin locus etiam ille mutus, in quo quis altus, educatus, institutus sit, cum grata recordatione in mente versetur.

PARISIENSIS Schola Mecœnatem suum non modò ac patronum celebrat 12 Karolum Magn. sed & verè parentem ac conditorem. Quippè qui à Vincentio dicatur, Palladium hoc & Academiam Roma Parisios transtulisse: Histor. lib. 24. Vnde successu temporis floruerunt Lutetiæ studia literarum, eóque ex omni Europa auditores confluxerunt. Vt cum Rigordo loquar, Philippi 2. Regis æquali, eiúsque vitæ præcone. Eandem Academiam Petrarcha, studiorum sui temporis Nutricem appellat: Philippo 6. Galliæ Rege. Haud pauca item ipsi priuilegia fuêre à summis Pontific. attributa, Celestino 3. Innocentio 3. Honorio 3. Gregorio 9. 11. & Clemente 6. qui sacræ Paginæ magisterium Parisiis adeptus fuerat adolescens. Hinc reuocatum est in controuersiam, censeretúrne potiùs Lutetiana Schola, Ecclesiasticum collegium, quàm seculare seu profanum. Ecclesiasticum esse, affirmat Abbas in cap. Ex literis. De Constitut. Idémque in cap. Cùm ab Ecclesiarum. De offic. ordinar. & in cap. 1. De locat. QVIA DOCTORES (infit) PARISIENSES, MAIORI EX PARTE SVNT CLERICI. Neque hinc longè distat Celestini 3. Decretalis Epistola, *De Clericis Parisiis commorantibus*, tali clausula, ET VT CAVSÆ EORVM IVRE CANONICO ET SCRIPTO, NON CONSVETVDINARIO DECIDANTVR. In cap. Quod clericis. De for. compet. Cum Innocentij 3. Rescripto, Quia in causis. De Procurat. Ex eo quoque in Senatum prouecta dubitatio, nùm ius patronatus Sacellorum aliquot, eidem scholasticæ Vniuersitati competens, Ecclesiasticum purè existimetur, an profanum seu *laicum*: quasi Roman. Pontifex patronatus huiusce derogatorium nequiuerit collationis Diploma concedere. A quo propterea, Titius patronæ Academiæ beneficiarius Senatum abusus nomine appellarat. Hanc quippè Academiam à Principe fundatam, Regij beneficij ac patrocinij esse: Varia in eandem immunitatum, foríque Priuilegia certatim fuisse collata: à Philippo 4. die Martis post Dominicam Trinitatis, an. 1295. à Philippo 6. pridie Kalend. Ianuar. an. 1340. & 12. Cal. Iunias. 1345. Carolo 5. Nonis Nouemb. 1368. & 6. Cal. Octobr. an. 1369. Carolo 6. pridie Cal. Ianuar. 1383. & pridie Idus Iunias, an. 1419. à Carolo 7. Mens. Iunio, an. 1445. & Sextili, 1452. Francisco 1. Mens. Aprili, 1515. 16. Cal. Ianuar. 1539. 14. Cal. Ianuar. 1543. & Mens. Martr. 1545. Ab Errico 2. Mense Septemb. 1547. & 8. Idus Nouemb. an. 1554. Henrico 3. Quintili Mense, anno millesimo quingentesimo septuagesimo sexto. Ab Errico demùm Quarto, anno millesimo quingentesimo nonagesimo quarto, decimo Calend. Iulias. Quorum omnium Seruatores priuilegiorum Academicorum, Iudicésque Scholasticis datos à Principe nominat Faber, Prætores Parisien. & Aurelianensem, pro sui quemque Musæi alumnis vicissim. In l. Cunctos populos. Cod. De summa Trinit. & fid. cathol. Ergo Lutetianam Scholam, rectiùs *Laicorum* numero habendam esse, quàm corporis Ecclesiastici cuiusuis. At Pontificis, contrà, beneficiarius, Academiam hanc sacris quibusdam Collegiis adnumerandam, ex tot Roman. Pontificum Priuilegiis ac Rescriptis suprà relatis. Idque Academicis etiam Constitutionibus significari, literarum professores ac Magistros, cœlibes, nec coniuges esse præcipientibus. Ad hæc, Constantianæ Synodi œcumenicæ Patres, huius Academiæ Oratoribus sessionis ordinem decreuisse in Cœtus Ecclesiastici subsellijs, non Magnatum profanorum. Guymerium Pragmaticæ Sanctionis Interpretem sensisse, Vniuersitatem hanc, mixtum esse Sodalitium, ac rerum mixtura veriùs decentiúsque Ecclesiasticum dici, quàm profanum. In. §. Item quòd ad dictas. In verb. Ecclesiastico. De Collation. Ex Glossemate cap. 1. §. verùm De iure patron. lib. 6. Decretalium Epistol. Eam litem appellatoriam Curia misit in consilium: Choarto, Academici, & Thorodeo, Pontificij causam orantibus 14. Cal. Maias, anno 1570. Vltima verò sententia censuit Senatus placere, ab Academia sola, quasi à profano patrono, ad vacua in posterum Sacella candidatos suos offerri nominaríque ordinario Collatori, & hoc perpetuum velut Senatus-Consultum Academicis monumentis inscribi:

Priuilegia Vniuersitatis Parisi. an. 1295. & Die vlt. Dec. an. 1340. die 21. Maij, 1345. die 5. Nouem. an. 1368. die 26. Septemb. 1369. die vlt. Dec. 1383. die 12. Iunij 1419. die 17. Dec. 1539. die 19. Dec. 1543. die 6. Nouem. 1554.
Caroli 7 priuilegio eximuntur scholastici & Administri Vniuersitatum contributione Vectigalium ex Mercibus, præterquàm ex fructibus prædiorum illis cessorum etiam à parente, coniunctavè persona.
Regia Henrici 4. Confirmatio priuilegiorum Vniuersitatis Paris. die 12. Iun. an. 1594. Registrata in Senatu die 17. August. seq.
Iudices conseruatores priuilegiorum Vniuersitatum.
Patronatus Laicus si Ecclesiasticis donetur, Ecclesiasticus in posterum iudicatur, cap. Dilectus 3. De preben. cap. 1. §. vlt. De iur. patron. In. 6.
Concilium Constantiense, an. 1414.
Die 18. April. an. 1570.
Decretum Curiæ Parisien. die 5. Sept. an. 1573.

inscribi: Nonis Septemb. anno 1573. Cui affine est posterius aliud, de Curiali sacerdotio Templi Cosmæ & Damiani, in Academia Parisiensi, Senatus Decretum vindiciarium, pridie Idus Sextiles, an. 1586. Seruino Hamiltonis ab Academia designati Curionis: & Loysello, Deloini Pontificij causam agentibus.

Arestum recedentiæ beneficij curat pro præsentato ab Vniuersitate Paris. die 12. Augusti, an. 1586.

13 IN hoc certè Lutetiano Palladio, primatum obtinet Sophia cœlestis, explosa Iuris Ciuilis professione: quæ inibi tamen perdiu multúmque effloruit, Pontificio Honorij 3. Rescripto nequicquam obstante, in cap. Super specula. De Priuileg. Idque luce clariùs ostendit memorabile Academicorum iusiurandum in Reginam matrem Ludouici 9. Regni procuratricem, his verbis: *Magistri Vniuersitatis Parisien. fecerunt legi coram domina Regina huiusmodi scriptum, & promiserunt, quòd iuramenta, de quibus in eo fit mentio, à Magistris & Scholaribus facerent renouari, & iurari, quòd seruarent pacem villæ pro posse suo de omnibus gentibus, quantùm ad nos gentes, tam clericos, quàm laicos, &c. Baccalarÿ verò Decretales & Leges legentes se speciali iuramento obligabunt, quòd sacramentum recipient ab illis, qui eos audient, & quicunque iurare noluerit, non recipietur ab eis in Scholis. Qui auditores Legum & Decretalium, nec etiam alÿ, nisi alicuius Magistri actu Regentis bis ad minus in septimana Scholas intrauerint, Scholares nullatenùs reputentur.* Diebus Ioh. Baptistæ profestis, an. 1251.

Nicolai P.P. priuilegiū est in lib. Statutorum Vniuersitatis Parisien. vt Doctores gradu Lutetiæ insigniti, possint vbique terrarum legere & reputentur Doctores.

14 SED antiquata dudum Parisiis Legum Romanarum prælectione, fuit iam olim excitata à Regibus Tholosana Academia, Iurisperitiæ professione percelebris. Cuius in auditorio Accursius etiam Britanni Regis Aduocatus de Iure respondit publicè, an. 1227. sumpto disserendi argumento ex l. vn. Cod. De sentent. quæ pro eo quod interest: Scriptore Bartolo in cit. l. vn. Nec verò negarim, Musæi illius publici conditorem Theodosium Cæsarem decantari in vulgata Tholosatum Historia. Atque adeò Ausonius liberalem ingenij sui educationem Tholosæ tribuens, accinit hæc:

Franciscus Accursius.
Ioh. Faber de Tholosa, Iudice Maiore, *du Iuge Mage*, in Rubr. De Assessor. Cod.

> *Non vnquam altricem nostri reticebo Tholosam,*
> *Innumeris cultam populis, &c.*

At constanter tenendum est, Vniuersitatis huiusce nomen eximium, priuilegia, statuta, comitialia Collegij Decreta, ad Regiam esse Francorum concessionem referenda. De quibus Tholosani Studij priuilegiis Vilhelmus Cuneus, & Baldus nuncupatim, ad l. Omnia priuilegia. Cod. De Episcop. & cleric. Panormit. in cap. vlt. Ne cler. vel Monachi. Nam & Parisiensis Scholæ iura singularia, Tholosanæ adiecta, testatur Iason. in l. 1. ϖ. De legat. 1.

15 AVRELIANENSEM optimis institutis fundarunt Clemens 5. Pontif. Max. & Philippus 4. Rex 6. Kalend. Februar. an. 1305. & Mense Quintili, an. 1312. Ibidem enim, Philippus, tanquam in tranquillo secessu, docendi Iuris sedem ac solium lege lata collocauit: suis tamen Maioribus collaudatis, qui in Musæo Parisiensi non modò lucem & Academiam Legum Romanarum esse noluissent, sed etiam censuris & animaduersione Pontificia id prohiberi curassent. Quùm præsertim Iure Rom. Galliarum Reges minimè teneri, Philippus eodem profiteatur Diplomate. Vilhelmus Cuneus, & Petrus Perticensis Aureliæ obtinuerunt Ciuilis scientiæ principatum: quem Petrum Bartolus narrat, Romam anno Iubileo adeuntem, in medio itinere Bononiæ disputandam omnibus proposuisse legem vnic. Cod. De senten. quæ pro eo quod interest. Vt credibile sit, eum Transalpinorum luminibus obstruxisse. In eadem Aureliorum ciuitate Clemens 5. agnouit, se adolescentem Iuri operam dedisse: Pontificiis illis codicillis, qui simul cum Regiis, omninò descripti sunt in Codice Statutorum Academiæ Aurelianæ. Quibus autem legibus ac priuilegiis sancita primùm Aureliana isthæc, iisdem postmodùm decreta est Andium Academia: de qua, paulò antea.

Orleans.
Die 27. Ianuar. an. 1305.

Annus Iubileus, annus secularis veniæ, vel semisecularis peccatorum.

16 SILENTIÓ ne transigetur Schola Pictauensis? Non est quòd eius origo tantùm adscribatur D. Hilario Pictonum Præsuli: Tametsi in ea diuinarum literarum ludum aperuerit. Neque ego itidem moueor celebritate Gilberti Porretani, Pictauorum Antistitis, aut Vuilhelmi Montis-Lauduni, qui Iura publicè ea in Vrbe edocuerunt, circiter annum 1155. Regia enim planè est huius Vniuersitatis institutio, saltem comprobatio an. 1431. Vt Aquitanici ferunt Annales. Quod & Regestis Curiæ comprehensum est, in lib. ACCORDORVM

Poittiers.

Bourges.

ET ORDINATIONVM PICTAVIS, fol. 109. verſ. hoc Tit. ERECTIO ET INSTITVTIO STVDII GENERALIS OMNIVM FACVLTATVM IN CIVITATE PICTAVENSI. Haud aliter de Biturica dicendum Academia, quæ Principali Reſcripto creata fuit, eique publica auctoritas attributa Decembr. Menſ. an. 1463. Vt Biturigum Chronicis patet, Senatúſque Monumentis, quibus Regia huiuſce Academiæ ſanctio intexitur, Tertio Kalend. Apriles, an. 1469.

Die 30. Mart. 1469.

Caen, Cadomum, Caii domum veteres vocitarunt.

17 CADOMENSEM Normanorum excitauit Henricus 6. Britanniæ Inſulæ Rex, an. 1433. (quo, Britannus Neuſtriæ ſimul & Gallicis oris magna ex parte imperitabat) vt obſeſſo, aut præcluſo potiùs armis Francicis itinere ad Gallicas Academias, libera Anglorum ſubditis daretur in ſuis ditionibus Legum docendarum poteſtas. Quùm igitur Pariſiorum Schola, Muſæi Cadomenſis inſtitutionem acriter oppugnaret in ſuprema Curia, poſtulata etiam ob id Iuris vtriuſque publica Lutetiæ profeſſione, illam interceſſione ſummouit Senatus: Decreto pridie Idus Nouemb. an. 1433. quod in vetuſtis Curiæ Actis euoluimus. Verùm hæc ſcholaſtica Vniuerſitas concidiſſet vnà cum Anglico in Gallia Imperio, Niſi Apoſtolico Eugenij 4. beneficio ſuffulta, (an. 1437.) ac legitimorum Franciæ Regum benignitate nouata fuiſſet aut confirmata. Quid ergo hodie confert Maſſilienſibus honos Græcæ diſciplinæ habitus à M. Tullio, Valerio, Strabone? Nam hæc Phocenſium colonia Gallis ingentes ſubminiſtrauit Græcanicæ linguæ ac doctrinæ opes, vt Pacta etiam conuenta Græco idiomate conſcriberentur, lib. 2. cap. 1. apud Valerium, & Geographiæ lib. 4. apud Strabonem. Poſteris autem ſeculis, Galliæ Principes, maritima Vrbe poſthabita, quùm in aliis ſtatuiſſent Muſarum domicilium, variíſque ſtabiliiſſent muneribus ac priuilegiis, ſenſere Maſſilienſes, quàm verum ſit Epigrammatarij carmen.

Arreſtum Curiæ Pariſien. die 12. Nouē. an. 1443.

De Pontificia hac Cadomenſis Academiæ erectione, Nos ſup. lib. 1. Tit. 10. art. vlt.

Turcarum Scholæ *Ochimachgirleri*, dictæ, & Doctores, *Hogilar*, qui profitentur Aſtronomiã, Philoſophiam, & Poëticen: Vt Bartholomeus de Georgieuitz ſcribit, De Moribus Turcarũ.

Eſt quoque Lugdunum Batauorum, vbi Iuſtus Lipſius, aliíque literarum profeſſores doctiſſ. floruêre.

Sint Mecœnates, non deerunt, Flacce, Marones,
Vergiliúmque tibi vel tua rura dabunt.

Idémque aptari commodè poteſt veteri Scholæ Lugdunenſi, de qua, ſimul & de Veſuntionenſi, Auſonius in Panegyrico ad Gratianum. Nam poſteriori quoque ætate, Fridericus Ænobarbus Cæſ. in Veſontione Sequanorum concepit nouas de Feudis leges, & Conſtitutiones de Pace publica: vnde excerpta eſt illa, de Sacramentis puberum. Cod. ſi aduerſ. vendit. Tum nobiliſſimam hanc Legem de Auditorio Iuris & eius priuilegiis, in Authen. Habita. Cod. Ne filius pro patre. Quas omnes poſtea idem in Italia Cæſar edixit. Veſontionis autem Academia, nunc ſquallentis æui ſenio extincta propemodùm: quam tamen tricenum abhinc annum inſtaurare conati ſunt Oppidani, ſed inuita Minerua.

Beſançon.

Gottofredus Viterbienſis ait, Veſontionem, Galliæ Regum ſedem fuiſſe. 400. ante Iul. Cæſ. annis, & Seguinum, eius loci Regem, ſocerum fuiſſe Brenni.

Nantes.

18 NANNETENSIS planè Britonum Schola iampridem emicuit, Iohanne 23. Romanæ Sedis Antiſtite, qui ad Nannetenſium Lectorum Profeſſorúmque tenuitatem ſuſtentandam, ſanxit decumanum æs è Britonicis ſacerdotiis colligi, & eius trientem, Scholæ doti adplicari. Cuius rei fidem facit Britonica Argentræi Hiſtoria, lib. 12. cap. 410. Ac deinceps Franciſci 2. precibus Armorici Ducis, Pius 2. promouit Nannetenſem Academiam, bonarúmque artium Sedem appellauit: paribus additis priuilegiis, quibus Andegaua, Senenſis, & Bononienſis Scholæ vtebantur. Bullatis tabulis, Aprili Menſe, anno milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo. Iactis verò hiſce fundamentis multùm adiecit regia Karoli 8. auctoritas, qui vt veteres Prouincialium Britonum prærogatiuas, ſic Nannetum ſpeciatim Muſæum, eiúſque priuilegia confirmauit. Reſcriptis, Nonis Quintilib. anno milleſimo quadringenteſimo nonageſimo ſecundo, & Menſ. Nouemb. an. 1493. quæ Ludouicus 12. nouo Diplomate rata eſſe iuſſit, an. 1478. Mẽſ. Ianuar. diéque feſtarum Ludouici nuptiarum cum Anna Celticæ Britanniæ Duce. Exin Franciſcus 1. Rex Britonica illa omnia priuilegia comprobauit. Inſignibus codicillis, Menſ. Septembr. an. 1532. qui in Senatu palàm recitati ſunt Pridie Nonas Octobr. Eod. anno. Idem Frãciſcus 1. Angoliſmis literarium inſtituit Collegium, Decembr. Menſ. an. 1516. Quantum è patriis Angoliſmorum Chronicis percepimus. Henricus 2. dehinc illud ſuis auſpiciis conſtabiliuit. Ex Volum. 1. Regeſtorum Curiæ ſub Errico 2. fol. 436. Rhemenſis verò Academia Pontificiis quidem Pauli 3. Literis inſtituta eſt, ſed Regij aſſenſus, auctoritatíſque ſuffragio: procurante

Pius 2. P.P. Æneas Syluius dictus.

Literæ Regiæ confirmationis antiquorum Priuilegiorum Britanniæ, die 7. Iul. an. 1492.

Verificatio facta in Parlamento, die 6. Octob. an. 1532.

Engoliſmenſis Vniuerſitas.

Rheims.

procurante Rhemorum Archipræsule, Lotharingo Cardinali. Vt lib. 1. Actorum Curiæ sub Henrico 2. insertum comperimus, fol. 379. Similiter in Pontis Mosonij oppido Cardinalis ipsemet sursum erexit Academiam, doctrinæ Reique publ. seminarium. Id quod Theuetus silentio non prætermisit, in Vitis illustrium Virorum, cap. 120. Omnibus his antiquior habetur Cadurcensis Vniuersitas literaria, quam Iohannes 22. Pontifex fundauit, Albiæ Cadurcorum indigena. Vt Gulielm. Benedictus attestatur in cap. Raynutius. Ad verb. Et vxorem nomine Adelasiam. num. 795. De Testam. Eius Vrbis profanus dominatus olim fuit Episcopi, at dimidia pars ab eo translata est ad Principem, aliarum rerum compensatione: subiuncta tamen istius partis commissoria lege certis conditionibus, quæ referuntur Decisione Rotæ Romanæ 849.

Pont à Monson.

Cahort.

19 ECQVIS porrò in Anglia priuatus Academias legitur excitasse? Sigisbertus Rex primus Orientalium Anglorum, Cantabrigiæ publicam instituit disciplinarum omnium officinam, & exercitationem, an. 630. Oxonij alteram Academiam, Rex Aluredus, an. 895. Quanquam de antiquitatis inter vtramque contentione Anglicus extat Libellus. Apud Polonos, publicum Cracouiæ Gymnasium extruitur ab Vladislao Rege, ex Heluidis Reginæ tabellis testamentariis: Circiter annum 1401. Vti à Cromero diffusiùs, qui eius tamen Academiæ primordia longiùs repetit à Casimiro Sarmatiæ Rege, an. 1361. Ex ea, velut ex equo Troiano, complures doctrinæ cuiusuis principes exiêre, hoc aureo præsertim renascentium literarum seculo: Vt non temerè à Poëta scriptum sit,

Claros posse viros, & magna exempla daturos,
Obscura in Patria, craßoque sub aëre nasci.

Beda, Baleus, de Scriptoribus Anglicis, & Iouius de claris Angliæ viris, testantur feracem literatorum Angliam.

A Craco Principe, Cracouia, Regni Sedes condita, Guesna relicta: Circa ann. 700. Vt Herburtus Fulstinus auctor est in Chronic. Polon.

Nam alioquin, vt Ligurinus Vates de Schlesis, & Sarmatis Septentrionalibus occinit,

Hos populos, vt fama tenet, à cardine primo,
Solis & æstiuo Phœbeæ Lampadis ortu,
Hanc rapidam cursu perlabitur Odera, partem
Tangit, ab Arctoo Suitici maris æstuat ora,
Fluctus, & indomiti sedem posuêre Rutheni,
Hæc regio Slauos amplectitur, atque Polonos.

Schlesos Odera flumine à Polonis discerni.

20 PRAGENSEM Bohemorum Scholam posuit Carolus 4. Imperat. possessionibúsque dotatam, priuilegiis etiam cumulauit, an. 1370. Vt memoriæ prodidit Æneas Syluius in Bohemica Histor. Nec desunt Hispanis sua amœnioris literaturæ gymnasia, Salamanticum, de quo, Clemens 5. in Viennensi Concilio, tit. De Magistris, cap. 1. Complutense item, regiis auspiciis erudiendæ pubi consecratum, sed impensa ac diligentia Francisci Ximenis, Antistitis Toletani, an. 1517. Sicuti & Conymbricum in Lusitania, haud pridem à Iano 2. Rege institutum. Hispaniæ quoque Rex Philippus 2. excitauit Duaci Catuacorum, in Belgio, Academiam an. 1566. quam Pontificio simul Rescripto sanciendam curauit. Vt Guicciardinus in Belgiograph. narrat.

Circa annum 974. Praga Bohemorum Cathedralis Ecclesia ordinatur: deinde Metropolitana, Carolo 4. Imperante.

Conymbria, Portugalliæ.

Douay en Flandres.

21 EGO verò non ita Regius sum, quin primarios Duces in huius societatem gloriæ adsciscam: quorum tamen ea fuit religio, ac singularis in Principem obseruantia, vt eo præsertim auctore, Vniuersitates condiderint, opibúsque amplificarint. Sic Galeacius 2. Insubrum Dux, Francisci Petrarcæ hortatu, publicum Ticini literarum lumen accendit, Cæsareo Caroli 4. munere: circa annum 1370. si Iouio credimus in Mediolanensi Histor. Nec me clam est, alios Ticinensis, Patauinæ, ac Bononiensis Academiæ parentem appellare Carolũ Magnum: Cùm tamen dubiæ fidei Scriptorum vulgus ad Theodosium Cæsarem referat huius institutionem Musæi Bononiensis. Bologninus scilicet in repetit. Authen. Habita. Cod. Ne fil. pro patr. & Volaterranus in Anthropologia. Rursus cõstat, Bartholomæum Salicetum, Bononiensem, qui Rom. Leges sua ætate profitebatur, suasorem extitisse Alberto Atestino Ferrariæ Marchioni, vt à Bonifacio 9. P.P. impetraret priuilegium Scholæ publicæ erigendæ. Proin constituta Schola, Salicetus, primus fœliciter iniit Iuris professionem, & quasi signum quoddam ex arce Palladia literatis ad imitandum extulit, eam vt Academiam doctrina sua illustrarent. an. 1398.

Papia, Padua, & Felsina, seu Bononia.

Ticinum, Regia quondam Longobardorum, eisdem donata fuit priuilegiis ab Othone 1. Imp. quibus reliquæ liberæ vrbes Imperij.

Dole, en la Franche-Comté. De Dolano Senatu, Cognatus ibidem. Vienna Austriæ.

DOLENSE Musarum Lycæum instituit Philippus Probus, Transiuranę Burgundiæ Comes, sed exorato priùs Martini 5. diplomate, Romani Pontif. an. 1426. Vt à Gilberto Cognato traditum est, in Tract. De superiore Burgundia. Viennense gymnasium vetus auctum & instauratum ab Alberto 2. Austriæ Duce, an. 1356. Cuius quidem fundamenta Friderico 2. Cæsari debentur, an. 1237. Vt est apud Vuolfgangum Lazium, Viennensis Histor. lib. 2. Louaniensis autem Scholæ initium, à Iano 4. repetitur, Brabantino Duce, Martini 5. codicillis adprobatum. Ducis huius cadauer, in Arce Vverena Brabantiæ conditum est, an. 1426. Vt patet ex Flandricis Annalib. Lipsensem academiam Marchiones Misnenses erexerunt, an. 1409. Vuittembergensem, Fridericus Saxoniæ Dux, an. 1502. Tubingensem, Eduardus Comes Vuittembergensis: Marpurgensem Cattorum, Philippus Landgrauius, an. 1535. Hæc omnia, Cæsarei decreti interuentu. Ne interim supprimamus Heidelbergense Musæum publicum, olim à Ruperto 2. Palatino constitutum, an. 1346. Quod, Lutetianæ instar Academiæ, sanxit Vrbanus 6. Pont. Max. Vt est in Munsteri Cosmographia, seu veriùs Germanographia: & apud Iohan. Trithemium, in Catalogo Scriptorum Ecclesiastic. Sic Francofordiæ ad Mœnum Scholæ nomen suum commendauit Fridericus Saxo, cui Sapientis cognomen inditum est. Nihil his simile apud Scotos, quorum Vniuersitates nec à Rege, nec à Ducibus, sed ab Episcopis fundatæ reperiuntur. Academia S. Andreæ, ab Iacobo Kennedo, an. 1410. Aberdonensis, ab Elphinstône Episcopo, tertia in ciuitate Glastoniensi, vt censu pertenuis, ita literarum magistris penè destituta. 22

Louuain. Germanicas Academias Iacobus Middendorpius, Germanus diligenter descripsit. Marpurg, in Hessia. Hildeberg. *Franc-fort.* D. Andreæ Episcopus, fit Scotiæ Primas, an. 1471. duodecim Scotiæ Episcopis ei subiectis.

INSVPER vsu probatum comperimus, priuato cuique licere, suis facultatibus Ædes publicas in studiosorum gratiam struere & annuis prouentibus augere, tametsi non vtique priuilegiariam studiorum Vniuersitatem, sed in egenorum saltem Scholasticorum alimoniam. Eo fermè modo, Licinius Surra ditissimus, qui Traiani Principis amicitia ac familiaritate insignis fuit, Gymnasium suis impensis publicauit, Cæsarei alioquin iuris, muneris, ac beneficij. Nec tamen, inconsulto Principe, res soli transcribi possunt Collegio cuiquam perpetuo ac immortali, quò Dominica fundorum iura & commoda in posterum subuertantur. Proin talium Collegiorum creatio imprimis eget Augusti prærogatiua suffragij, vt auspice Rege fundi piis locis aut Sodalitiis dedicentur, consecrentur. Rursus vt publica Principum auctoritate condita Academia, variis fruitur priuilegiis: ita si Academici priuata cum ciuibus simultate hinc emigrent aliò, coguntur in priuatorum ordinem, nec Regiis priuilegiis noua in vrbe sedeque potiuntur. Verbi causa, graue irrepsit dissidium inter Scholasticos, & ciues Aurelianenses: quibuscum illos non semel malè conuenisse, arguit Parisiensis Curiæ inter eos dicta Sententia 3. Kal. Mart. an. 1388. Apud Ioh. Gallum, quæst. 171. Sed in ipsis etiam nouæ Academiæ cunabulis ita malè accepti habitique sunt Aureliæ, Musarum alumni, vt in Niuernense oppidum communibus votis turmatim secesserint, an. 1316. Quod in Oppidum iis legibus admissi sunt, ne priuilegiario suo iure vterentur. Idque velut penicillo depingitur sequenti Pactione. *Vniuersis, &c. Rector, Doctores, ac Vniuersitas Studij Aurelianen. ad ciuitatem Niuernensem nuper ex causa translati, ac Frat. Petrus humilis Prior S. Stephani Niuernen. Salutem, &c. Inter nos vnanimiter vocatis, per præconem ipsius Niuernensis Ciuitatis more solito, ipsius ciuitatis habitatoribus, &c. Concordauimus in hunc modum. Primò nos Rector, Doctores, & Scholares prædicti, & omnes nostræ Vniuersitatis dicti Studij, iustitiabiles clerici & laici erimus illius Iudicis, cui de iure iustitia competit, vel etiam de consuetudine in ciuitate, Comitatu, & Baronia prædictis, nonobstantibus nostris priuilegiis dictæ Vniuersitatis, impetratis tam à Sede Apostolica, quàm à domino nostro Rege, seu etiam ab eis, vel ab alio quolibet impetrandis: Nec virtute dictorum Priuilegiorum poterimus prædictas personas, successores, aut hæredes ipsarum de dictis Comitatu & Baronia ad iudicium euocare, vel quomodolibet vexare, nisi coram suis Iudicibus ordinariis, & in locis vbi consuetum est eas conueniri in Ciuitate, Comitatu & Baronia prædictis, forefactoresque nostrûm (quod absit) per illos punientur iudices, qui de iure vel consuetudine (vt præmittitur) iustitiam in nos habebunt, nec poterimus forefactores fouere nostræ Vniuersitatis Scholares, Baccalaureos, seu Doctores, si de forefacto rationabiliter conui-* 23

Inter huiusmodi res soli ac immobiles computantur syluæ non cæduæ, quas & Normanica Consuet. retrahuntur iure consanguinitatis purè ac simpliciter, etiam ea lege venditæ, *que lesd. bois de haute fustaye fussent couppez*, art. 449. Morum Normanic. Arestum Curiæ, die penult. Febr. ann. 1388. Vetus Concordatū Aurelianensis Academiæ Niuernum translatæ, cum ciuibus Niuernensib.

cti

cti fuerint, nisi forefacta voluerint sufficienter emendare. Nostri quoque seruientes & familiares similiter iustitiabiles remanebunt & erunt Niuernis in Comitatu & Baronia prædictis illius Iudicis, cui iustitia competet de Iure communi, aut de consuetudine generali, aut etiam speciali. Nec habebimus taxatores domorum, nec quorumlibet victualium virtute priuilegiorum nostrorum in Ciuitate prædicta, & suburbiis eiusdem: sed quilibet nostrûm sibi prouidebit, prout meliùs poterit, sicut alij incolæ dictæ ciuitatis. Præterea non poterimus emere blada, vina, nec alia victualia, nisi pro sufficienti nostrûm cuiuslibet & nostrorum seruientium prouidentia sine fraude. Ita quòd non possimus ea emere & reuendere causa mercandi, &c. Priuilegia, chartas, & instrumenta quibuscunque habitatoribus dictæ Ciuitatis, & eius Communitati & Comitatui concessa, necnon consuetudines & statuta Prioratus & Burgi S. Stephani supradicti, nostris nonobstantibus priuilegiis & statutis, in suis robore & virtute volumus perdurare; &c. Quibus mediantibus, Nos Prior prædictus Rectorem, doctores, Baccalaureos, & Scholares Vniuersitatis prædictæ fauorabiliter admisimus, & translationi dicti Studij, quantum in nobis est, saluis supradictis omnibus, consentimus, &c. Indictione 14. Apostolica Sede vacante, 6. Kal. Iunij, videlicet die Iouis ante diem Pentecostes, an. 1316.

Die 17. Maij, an. 1316.

24 Ad vltimum, sicuti publicæ Scholæ institutio, regij purè est beneficij & auctoritatis: ita quoque Artificum collegia. Huiusmodi Artium Corpora primus constituit Numa Pompilius, teste Plutarcho. Verùm Alexander Seuerus, non contentus propria Corporum institutione, vinariorum, Lupinariorum, caligariorum, & omnium artium, iis ex sese defensores dedit, iussitque quid, & ad quos Iudices pertineret. Eódem vergit lex Solonis, ex qua translata est l. Sodales ff. De Collegiis & corporibus. Ac regiis quidem Caroli 5. mandatis Hugo Aubriotus Præfectus vrbi Parisien. redegit in septemdecim, omnium ciuilia Artium Collegia, an. 1375. Sed posterioribus Edictis cautum fuit, talium Collegiorum *Statuta* non priùs valere, quàm à Rege probarentur, sancirentur. Constitutione Aurelianensi lata an. 1560. art. 99. Admittamus enim, in externis Regionibus, quæ Iure Romano reguntur, liberam esse cuilibet Vniuersitati, Capitulo, corpori, *Statutorum* editionem, quæ sua cuiusque negotia Sodalitij respiciant, ac commune velut Ærarium eidem permissum esse, in res vsúsque totius Collegij impendendum. Bartol. ad l. omnes populi ff. De iustit. & iur. Innocent. ad cap. Cùm ab Ecclesiarum. De offic. ordin. & in cap. Cùm accessissent. De Constitut. In Gallià tamen, singula hæc Principis vnius auspiciis decernuntur & conceduntur. Alioquin irrita, illegitima, rescindenda. Fab. ad l. vlt. Cod. De iurisd. omn. iudic. Et in §. Vniuersitatis Institut. De rer. diuis. Salycetus de Francorum Rege nuncupatim, in l. 1. Cod. Noua vectigal. sine Princip. auctorit. instit. non posse. Decis. Gratianopol. 106.

Erection de Mestiers iurez, & Statuts de reiglemens d'iceux.

Lampridius in Alexandro.

Solonis lex de Sodalitiis.

Artizans de Paris.

Statuts des Mestiers.

Gallos rebus nouis facilè studere ait Cæsar lib. 3. Commentar.

Guid Pap.

25 His adstipulantur Leges priscæ, Nicoclis Atheniensis, apud Isocratem, & Licinia Romanorum, contra Sodalitia (de qua Tullius pro Planco) ne nisi summi Magistratus permissu, sodalitates aut coitiones fierent vllæ. * Ἑταιρείας μὴ ποιεῖτε, μήτε συνόδους ἄνευ τῆς ἐμῆς γνώμης. Sic vetere Senatus *Parlamentaris* Aresto decisum, an. 1256. in hæc verba. DE CÆTERO NON FIANT CAPITA MINISTERIORVM, NEC CONFRATRIÆ, NEC COLLIGATIONES. In Curiæ lib. OLIM fol. 2. Iis consequenter, vetitum est Nundinarum ius, Plebeiarúmque istiusmodi coitionum, nisi Principalibus codicillis obtineantur. Vt Modestinus ait in l. Nundinis impetratis à Principe ff. De Nundin. Ioh. Ananias ad cap. vlt. De vsur. Ita apud Plinium, vir quidam prætorius à Senatu postulauit, vt Nundinas in agris suis instituere sineretur, lib. 5. Epistol. Quin & Claudium Cæsarem ius nundinarum in priuata prædia à COSS. petiisse, affirmat Tranquillus in Claudio, cap. 12. Planè Hispanicis Legibus, Nundinarum ius tribuitur solo vel Regis concessu, vel Prouinciæ More peruetusto 5. *Partida* Codicis Alphonsi, tit. 7. Hanc quoque prædictis ciuilem moderationem adhibuit Pannonum Consuetudo, NVNDINÆ NOVÆ IN PARVA DISTANTIA A VETERIBVS POSSVNT CONCEDI, SED NON EODEM DIE. In lib. Iuris *Consuetudinarij* Hungariæ, toties à Nobis suprà citato. Secundùm hæc, Francica Curia iudicauit, Castrirodulphi Biturigum Baroni minimè licuisse, nouas Nundinas inducere, venia ab Rege non petita: In *Parlamento* Pentecostes,

* Sodalitates ne facite, néve coitiones absque mea sententia.

Decretum Curiæ, *defense de faire chef de Mestier, ne Cõfrairies.*

Foires & Marchez.

De Nundinis Vido Papa in Singulari 159.

In Diuionensi Burgundiæ vrbe Regiis Literis institutæ sunt trinæ Nũdinæ, Trecensibus, quoad priuilegia, pares: Et antiqua Vrbis priuilegia confirmata. Augusto mense an. 1596. Literas publicante Senatu patrio, die 19. Decemb eod. ann.

Chasteau-Roulx, en Berry.

Publici tamen mercatus potestas interdũ tribuitur Baroni, vel Castellano domino, Lege municipali locorum, vt Andibus, & in Cenomania.

Literæ patentes, die 8. Maij, an. 1372.

Marchez ordinaires, differents des Foires.

an. 1269. Principi autem ipsi in Fiscalibus suis latifundiis libera est Emporij publici erectio, tametsi vicinis Proceribus incommoda ac dispendiosa. Vti Decretum voluitur in *Parlamento* Omn. Sanctor. an. 1271. Ex Curiæ Regesto OLIM. Atque, vt paucis expediam, inter Regij iuris capita eximia, quæ Rex Carolus 5. sibi reseruauit in tradenda Nauarro Principi Monpessulana ditione, fuit hoc non exiguum, purè Regiam esse Mercatus Publici concessionem, ad eúmque commeantes remeantésve, tutela præsidioque Regio tegi. Codicillis, postridie Nonas Maias, an. 1372. Si tamen Mercatorum Conuentus, haud stato quidem Anni die, sed octiduo quolibet habeatur, vel bis hebdomade quaque; Tunc ipsius ergô cogendi, minùs necessaria est Principis gratia ac Indulgentia: sed nec Conuentus idem Nundinariis vicissim priuilegiis fruitur. Auctore Baldo, & Nicol. Matarello ad leg. 1. Cod. De nundin. Verùm inter finitimos Iurisdictionum Dominos & Vicorum, in quibus mercimonia aliquando publicè væneant, duo sunt præcauenda: Alterum, ne binum venale Forum, nisi denis saltem passuum millibus interpositis, admittatur: alterum, ne iisdem cùm alio diebus, noxio inuicem concursu, exerceatur. Sicuti aduersus Philibertum Emmanuelem Allobrogum Ducem pronunciatum fuit Honoraria Arbitrorum Sententia. 18. Kalend. Ianuar. an. 1560. de nouis Nundinis Carignano, Ducali oppido indictis eodem die, quo Salutiarum Carmagnolæ commercia publica tractabantur Galli regis auspiciis. Scriptore Anton. Thesauro, in Subalpina Decision. 264. Ita Parisiensi S. Consulto explosa est Codicillaris Nundinarum vsus postulatio, intra proximum alterius, nec decem ab illo milliaribus distans Territorium. Decreto ex forensi patronorum concertatione 5. Idus Februar. an. 1600. quùm Martinus, Mellierij dynastæ: Chauuelinus, Æmerici *de Barbezieres*: & Mauguynus, Petri Heliæ partes tutati essent. Reliqua de Nundinarum Augusto iure perstrinximus lib. 1. LEGVM ANDEGAVENSIVM, cap. 43. art. 7. & 8.

3. Lieuës de distance entre 2. Marchez diuers.

Die 15. Decemb. 1560.

Curiæ decretum à *l'Audièce* die 9. Feb. 1600. *sur l'appel de l'execution des Patentes d'erection de Foires & Marchez au village de Blanzy, proche de 2. lieuës de Ciuray en Poictou, où il y a pareille Foire & Marché vn iour la sepmaine.*

Tit. XXVIII.

DE OBLATO A PRINCIPE MONASTERIIS VETERANO.

1 *Veteranum, mancum & debilem, Monasterio alendum offerre, inter iura Regia esse.*

2 Abbatiæ, *quondam* Laicis *malè attributa.*

3 *Regi, tanquam Cænobiorum patrono, ius ipsis offerendi Militis competere.*

Lex Milesia, & Atheniensis, de Veteranorum liberis à publico alendis, & filiabus dotandis,

4 *Regium offerendi Cænobio militis ius, triplici casu desinere.*

Ab Oblatorum onere eximi Prioratus collatiuos, *vt Cluniacenses, Cælestinos.*

5 *Carthusianos, Oblatorum oneribus non subijci.*

Benedictinis Claromontanis data Veterani, recipiendi & alendi immunitas.

Monachorum Cænobia, ab Oblatis immunia.

6 *Seculares Cænobiorum Prafectos, Oblatis alendis, & cæteris oneribus ferendis obnoxios esse.*

An Cardinalis Cænobiarcha commendatarius *remouere possit à* Prioratus claustralis *officio, & secularis ipse regulares castigare.*

REGIS

1 REGIS ITEM iura sunt hæc, Cœnobiis alendum offerre militem, qui acceptis bello vulneribus, postmodùm nequeat corporis artificio vitæ necessaria quæritare. De quo argumento cùm olim tractatum esset in Senatu, idipsum Principi ex Francico Diademate licere in auspicatu Regni, Ordo Supremus iudicauit. Aresto Parlam. ann. 1273. quod Curiæ lib. 3. OLIM. continetur.

Les Oblats, quorum tamen receptioni & educationi obnoxium non est Cœnobium, ita prophanis facultatibus tenue, vt præter necessaria Abbæ & Monachorum alimenta nil penè supersit. Aresto Parisien. die 13. Januar. an. 1578. Post visitationem & æstimationem annuorum redituum factã abbatiæ *l'Yuerneaux en Brie*, ab Anton. *de S. Yon* Consiliario Castelli Parisi. Aduersus Christophorum *de Moussy* oblatum à Rege.

2 ADFERENT fortè nonnulli huius Instituti rationem, quòd *Abbatiæ*, priscorum Regum seculo, profanam veriùs militarémque Præfecturam designarent, quàm Ecclesiasticam, & Canonicam, seu Monasticam, aut fiduciariæ saltem Magnatibus viris concederentur. Quem in sensum prauè detorquetur lex Caroli Magn. qua *Abbatiæ* profanis hominibus Regio munere assignantur: iisdem præmonitis, vt ad ius populo reddendum, Comitibus se præberent adiutores: lib. 2. Legis Francicæ cap. 8. & 9. Nec diffitemur, Ludouicum Pium, cœnobiarchiam Ædis Petri Rhemensis in Begonem filium contulisse. Flodoardo teste, Rhemorum Canonico & Historiographo, qui Francicis rebus, præsertimque Rhemensibus, ex fide conscriptis eluxit. Carolo Caluo Imperante. Huius necnon ætate Calui, Meldensis coacta Synodus, an. 845. Cuius Synodi cap. 9. & 10. questi sunt Patres Ecclesiastici Galliæ, sacra loca ab illo ipso *laicorum* potestati commissa, eosque velut cœnobitarum Magistros & Abbates in Monasteriis versari. Legimus insuper, corrupti illius æui labe, à profanis regi solita Monasteria, Carolo Simplici Rege: vt vix vnquam Cæsar Commodus incommodiùs, quàm Simplex iste simpliciùs Reipub. statum labefactarit. Quid Caroli filius Ludouicus? Ademit hic Oginæ Augustæ Cœnobium Laudunense, Virgini Deiparæ sacrum: quia Carolo Rege marito diem functo, virum superduxisset, Hebertum Veromanduum, illius parricidam. Eodem deinde Cœnobio Ludouicus Gerbergam coniugem donauit. Atque is omninò primatum virorum gratiam sibi demereri studuit ambitiosa *Abbatiarum* & Comitatuum largitione. Vt tradit Aimoynus, Histor. lib. 5. cap. 36. Qua etiamnùm tempestate, Hugonis Capeti pater, primùm *Abba* dictus fuit, quòd ipse simul, & Robertus Parisiorum Comes, relicta Monasteriis prædia, reditúsque occuparint: ea sibi suísque attribuentes militibus, & *Abbatum* nomine gloriabundi, quia cœnobitis alimenta distribuerent pro arbitrio, adhibita victus & vestimentorum moderatione. Vt est apud Naucleram, Generat. 33. Fuit hæc sparsim veteris corruptela seculi (vereor, ne etiam nostri) vt Suidegerus in Dionysiana Historia scripserit, *Abbates* tunc non fuisse cucullatos sacerdotes, sed profani ordinis Proceres, in quos Princeps Monasteria conferret ad tempus, vel ad extremum vsque vitæ calculum. Cuiusmodi plena impietatis exempla prætereamus. Atque eò minùs obstupescendum, diuinâ virgulâ subinde à Carlianis translatum fuisse in alienam familiam Galliarum Imperium. Quantò rectiùs Otho 1. Cæsar, qui Monasterij munus audacter ab eo petenti Satrapæ respondit, NON DEBERE SANCTVM DARI CANIBVS, nec sacrosancta DEI Ministeria profanis Equitum manibus contrectari. Vt ex Luitprando retulimus lib. 2. nostri Operis DE SACRA POLITIA FORENSI.

Alia interpretatione Rex Francus etiamnùm vocatur Abbas Martiniani Turonũ sacri Collegii, quia hoc vetere Cœnobio in secularem Canonicorũ statum conuerso ab Alexãdro 2. Pontif. Max. Reges pristini status Monastici vestigia hæc retinuerunt, vt Abbates ipsi dicerẽtur, Turonumque vrbem ingressi, sacramento rogentur in Martiniano delubro, tanquam Abbates, concepta verborum formula, quæ in Archiis Martiniani Templi nominatim exscripta est.

Le Comte Hebert de Vermandois.

Hugo Magn.

Tit. 3. art. 14.

3 CENSEO igitur, potioribus aliis nominibus ad Principem ius offerendi Cœnobio militis pertinere, scilicet effectum augustioris in sanctas Ecclesias Patronatus. Rex enim, beneficus est sacrarũ Ædium patronus: qua in specie Legibus cautum est, exhausto & egenti patroni filio alimenta esse ex Templi ipsius reditibus suggerenda. Abbas in cap. Nobis. De iure patron. l. 1. & 2. ff. De obseq. à libert. patr. præstand. Ad hæc, vetusta huius Regni Obseruatione, numerus armatorum à Principe Monasteriis imperabatur, bello ingruente. Iam verò leuiùs onerantur Cœnobitæ, eroganda vitæ alimonia Veterano inopi: qui militiæ ergò iacet grauis annis, multo iam fractus membra labore. Dignus certè, cui victus quotidianus in Prytaneo publicè præberetur, qui honos apud Græcos maximus habebatur. Dignus, cuius liberi quoque de publico alantur, filiæ dotentur, elocentur. Sicuti erat Milesia, & Attica lege præscriptum, cuius fructum Aristidis

De Regio Patronatu in Gallicanas Ecclesias, Nos supra lib. 1. tit. 8.

Sic Turcarum Satrapæ ac Proceres pro modo reditus suarum ditionum (quas tantùm detinent ad vitã, à Turca beneficiarias) coguntur habere numerum militũ semper promptum ad omnia imperata: Ex Bartholomeo de Georgieuitz De Morib. Turcarum.

filiæ perſenſerunt. Vt Ariſtoteles ait lib. 2. Politic. cap. 6. Idémque in Veneta Repub. ad hanc vſque diem religioſè colitur: Auctore Contareno, De Magiſtrat. Venet. Pari pietate, Quirites filiabus Cn. Scipionis, & Pauli Æmylij dotem ex ærario ſtatuerunt. Quapropter Franci etiam Reges Edictis ſanxêre veteranorum militum educationem in ſacris Cœnobiis, quorum facultates oneri huic ferundo eſſent: modò & illi, armorum exercitio ſaucij ac mutili, vitæ iam ſubſidia nequirent diurnis operis ſibi comparare. Principali conſtitutione Henrici 3. (ſecundùm anteriores) menſ. Februar. 1585. apud Curiam Pariſiorum lecta regeſtáque tertio Kalend. Ianuar. Eod. anno. Cui affinem tulit Erricus 4. in Sceptra ſucceſſor Nouemb. Menſ. an. 1596. Senatu itidem Regiæ pietati ſuffragante, 4. Nonas Mart. poſteri Anni. Atque interim Princeps maturè proſpectum voluit Veteranis iſtis, publico Hoſpitio Chriſtiani Chariſmatis Lutetiæ ſuburbano, quod excipiendis nempè iis, alendiſque nominatim adſignauit. Epiſtola aperta Octob. Menſ. an. 1597. ac in Senatu propalam recitata Pridie Idus Decemb. ſubſeqq.

Regium Edictum à Curia verificatum die 30. Decemb. an. 1585. *pour les pauures Gentils-hommes, & Soldats eſtropiez à la guerre.*

Patentes literæ an. 1596. & 1597. In Curia publicatæ die 4. Mart. & 12. Deceb. an. 1597.

Domus Charitatis Chriſtianæ, in ſuburbiis S. Marcelli, Pariſiór. primitùs dicata Vrbanis inopibus verecundis: Dein vulneratis aſſignata Militibus, addita dote Reliquorũ omnium ex ratiociniis Eleemoſynatiæ, cuiuſque Francicæ, & Mulctarũ Hoſpitalariis Rectoribus indictarum ob malè geſtam eam Adminiſtrationem. Iuxta Decretum ſacri Cõſilij Regij die 6. Mart. an. 1596. inter Symonem Muſnierium, procuratorem Veteranorum eiuſmodi. Et Carol. Audeneum, Domus præd. Charitatis Rectorem.

4 Verùm hæc ita velim accepta, niſi Principis iure ac poteſtate miles ementitus abutatur. Nec enim temerè committendum, vt fictitij milites fallaci cicatricum obiectu Monaſteriis obtrudantur. Vti milites quondam oſtenſionales ad Regium apparatum inſtituebantur, apud Lampridium in Seuero. Qua in re tamen, à noſtris grauiſſimè peccari ſolet. Præterea regium ius offerendi Cœnobio militis ceſſat triplici caſu. Primùm, in collatitiis Primatibus monaſticis, ſacerdotiiſve aliis, quæ Reges, Duces, Comiteſve non extruxerint. Francica Conſtitutione menſ. Octob. an. 1568. Talia eſſe Cluniacenſium cœnobia declarauit Princeps, eóque auctore, Curia Pariſienſis. Vt diſtrictè adnotauimus lib. 3. Sacræ Politiæ Forensis, (Tit. 2. art. 13.) Secundò, ius iſtud offerendi non exercetur in Monaſticam Cæleſtinorum familiam, quæ & vitæ ſolitudinem profitetur, nec *Abbatiæ* titulum gerit. Regia Lege edita menſ. Quintili, an. 1563. Sacrum hunc Cæleſtinorum ordinem, quem Cæleſtinus 5. inſtituit, poſtquàm ſe abdicauit Pontificatu, Bonifacius 8. confirmauit, an. 1297. Carolus 5. Rex nonnulla iſtorum Cœnobia conſtruxit: Lutetianum certè, aliáque opimis ditionibus locupletauit.

Dicis cauſa ſeu ad oſtentationẽ Aulici milites comparati.

Prioratus collatiui, qui non ſunt fundationis Regiæ, Ducũ, vel Comitum aliquorum, id eſt, quibus Reges poſtea ſucceſſerint: Nam alioqui Rex in aliena modernorũ Ducum, vel Comitum ditione, non exercet proprietatis iura, incommodo priuatorum Dominorum.

Alius eſt ordo Canonicorum habitus Celeſtini de Alga, per Laurentium Iuſtinianum inſtitutus an. 1407. Apud Volaterranũ Anthropologiæ lib. 21.

5 Tertio loco temperatur regula in Carthuſienſibus, & Benedictinis Monachis D. Illidij Aruernorum. Decreto Curiæ ſecundùm Carthuſienſes lato 14. Kalend. Februar. an. 1553. poſt forenſem Portani eorum cauſidici actionem. Iuſtè profectò, quùm Carthuſiani, veterum more Anachoretarum, ex profeſſo vitent hominum conſortia, illud * τὸ λάθε βιώσας conſectantes. Victore 3. Pontifice, nouum hoc Religionis ſpecimen initium ſumpſit, conditoribus Hugone Gratianopolis Epiſcopo, & Brunone Agrippinæ Vbiorum ciue. Bruno quippè, audita mortui cuiuſdam Doctoris voce, (*Iuſto Dei iudicio damnatus ſum*) ab ordine Benedictino Carthuſianorum vitam produxit. Ad hunc Brunonem vtique ſcripta legitur D. Bernardi Epiſtola 6. & 11. ad Carthuſienſes & Guygonem Priorem. At Cœnobitis Caſæ Benedicti in Fano Illidij Claromontano, Rex dedit immunitatem veterani militis recipiendi. Reſcripto poſtridie Kalen. Ianuar. an. 1572. quod Senatus monumentis intexitur, volum. 7. Regeſtorum Curiæ, ſub Carolo 9. Rege, fol. 291. verſo. Monacharum pariter Cœnobiis, veteranum offerri non debere, pronuntiatum eſt à Conscriptis Patribus 3. Nonas Decemb. an. 1571. Ameloto cauſam agente pro ſacris Virginibus Ædis Benedictæ Orignyæ in Præfectura Laudunenſi, quæ ab indicta per Iudicem, Oblati receptione Senatum appellarant. Nec iniuria ſanè, quùm in rebus odioſis, Monaſterij nomine, cœnobia Veſtalium non intelligantur Cap. Monaſteria. De vita & honeſt. clericor. Aſt Monialem quandam iis offerri poſſe à Principe, vt Cœnobitis maribus, Monachum, decreuit Senatus: In *Parlamento* feſtæ Purificationis D. Mariæ, an. 1274. de Parthenone Cutiaco Aruernorum. Vt eſt apud Ioh. Gallum, Parte 7. Areſtor. Parlam. Pariſien.

Decretum Curiæ, die 19. Ianuar. ann. 1553.

* latito viuens.

Sigebertus & Vincentius Hiſtorici de hoc Brunone Colonienſi, an. 1086. Cuius ſocius Hugo, Abbas primus Carthuſienſis.

In finibus Gratianopolitanorum Eremus, à Carthuſianis ad incolendum delecta. Religioſi, Abbas, & Conuentus *de S. Allire, Ordre de Chef au benoiſt, à Clermont en Auuergne*, die 2. Ianuar 1572. Areſtum pro Sancti monialibus Templi *de Saincte Benoiſte d'Origny, prés de Laon*, die 3. Decembr. an. 1571. Vetus Placitum Curiæ *contre les Religieuſes de Cuſſet, en Auuergne.*

6 In reliquis porrò Cœnobiis, cùm omnes hodie propemodùm fiduciarij sint Cœnobiarchæ ac seculares, nihil habent ipsi quod querátur, se aut veteranorum alimentis, decumis nummariis, aliisve imperatis tributis onerari. Necesse est enim, Fiscum rapere, quod non capiat Christus. Inter hæc, minimè reticenda est de fiduciario *Abba* quæstio huiusmodi. Cardinalis Borbonius, qui Pontificia commendatione, Cœnobij Antistes erat Belli-loci Cenomanorum, summouit Fratr. Iacobum Pelterium munere Præfecturæ claustralis. Hic, cœnobitarúmque Conuentus ab ea Officij abdicatione prouocant in magnum Regis Consilium, abusus nomine. Ego, pro appellantibus, Leonem 4. Pontificem introduxisse Monasteriorum fiducias & commendationes, sed temporarias modò ac semestres, nec eo quidem animo ac proposito, vt præsentem regularis Ecclesiæ statum seculares viri repentinis hisce mutationibus peruerterent. cap. Dudum De Elect. In Antiq. cap. Nemo deinceps Eod. tit. In 6. Lege Mosis fuisse, ac Synodo Chalcedonensi interdictum, arare in boue & asino: ne secularis saltem in regulares censoriam de moribus notam interponat. Agnoscebam, cucullati *Abbæ* nutu arbitrióque, Præfectum claustro monastico, facilè deponi cap. Cùm ad monasterium §. tales cap. Monachi §. prior. Vbi Panormit. De statu Monach. Ast liberam hanc potestatem fiduciario Cœnobiarchæ non adplicandam, cui monachorum castigatio peræque non competat, vti quondam Magistro Patríque Monasterij, vero Archimandritæ, pij gregis Pastori Monastico. Nec statum Ecclesiæ à fiduciario illo immutari posse, tradit Panormit. in cap. Querelam. De Elect. & in cap. De Monachis. De Præbend. Quò loci cādidè exhortatur S. R. E. Cardinales, ne quid in præsentis status Ecclesiastici perniciem rerum nouatione moliantur. His adiungebam, non parum honoris quidem Purpuratis Patribus, seu Cardinalium Senatui tribuendum, quos Pontianus Rom. Pontifex, numero tredecim primus constituit, vel in ipsa nascentis Ecclesiæ infantia, primarios Romanæ Ecclesiæ sacerdotes. Can. Sacrosancta 22. distinct. Quos deinde Innocentius 4. Pontifex, vt illustriores efficeret, rubro galero ac pileo nobilitauit. Attamen statum, ordinem, ac diuersam famulorum CHRISTI conditionem non esse à seculari *Abba*, quamuis purpurato Pontificio, temerè confundendam. Nauerius, contrà pro Cardinalitia dignitate multa proferre. Cardinales omnigena in sacris suis beneficiis vti iurisdictione. Senatus Prætorianus actitatam causam reuocauit ad plenius deliberandi consilium, Pridie Idus Sextiles, an. 1572. Puro quidem seculi clerico Abbati, certum erat negari prærogatiuam abrogandæ Claustralis Præfecturæ, citato in eam rem Curiæ decreto aduersus Burgium, Cœnobiarcham Ædis Euurtij Aurelianensis, Idib. Octobr. an. 1554. Superfuit igitur dubitatio de Cardinali Abbate, qui ex Pontificio Rescripto, potestate præditus est in suos omnes ac subditos, quod nos Cardinalium *Indultum* appellamus. Sed non ideò secularis esse desinit, quùm Monastici voti sacramento minimè sit obligatus. Proindéque in regulares clericos nihil pro maiore imperio statuere potest. Audio tamen, Prætorianos Regis Consiliarios vindiciario Iudicio Cardinalitiam illam Primatus claustralis abdicationem, de qua pro Tribunali cognouerant, adprobasse.

Sunt & beneficiaria Annatarum onera, quæ Iohānes 22. & Bonifacius 9. P. P. imposuerunt. Extrauag. Suscepti regiminis Ne sede vacante. Et Extrauag. Cùm nonnullæ, De Præbend.

Commēdarum huiusmodi beneficialium Tractatum Arnulphus Ruzeus edidit. Vbi refert (Quæst. 1.) Leonianam hanc commendarum Institutionē.

Ex antiqua institutione Cardinales Episcopi 7. sunt duntaxat. Hostiensisque digniori pallio vtitur. Portuensis, S. Ruffinæ, Sabinensis, Prænestinus, Albanensis, & Tusculanus. De quo vide Hostiensem in cap. Examinata, De confirm. vtil.

Hieronymus Manfredus fusè scripsit de Cardinalatu: vt Pollonus, & Guido, de Romanis Pontific.

Appoincté au Conseil, in magno Consilio, die 12. Augusti, an. 1572.

Arestum Curiæ Parisi. die 15. Octobr. an. 1554. *contre l'Abbé de S. Euuerte d'Orleans.*

Arestum Magni Cōsilij prouisionale, an. 1575.

Tit. XXIX.

DE GENERALIBVS FISCI REGII PRIVILEGIIS.

1 *Primum Fisci summi priuilegium, tacita hypotheca in bonis priuatorum ex contractu.*
2 *Fiscum Principis in tacita hypotheca aliis creditoribus anteponi.*
3 *Fiscale ius hypothecæ ex causa Primipili, etiam in fundo dotali, non tamen in paraphernis vxoris.*
4 *In dubio Fiscum cæteris creditoribus tempore antiquiorem præsumi.*
5 *Fiscum, in acquisitis post obligationem, præferri antiquiori creditori hypothecario.*

Regiæ Literæ. Pictauis, in Curia verificatæ, die 4. Ianuar. 1414.
Andegauensis Vniuersitas in multis Articulis reformata est Aresto Magnorum dierum Andegauensium, die 17. Octob. an. 1539.
De fundatione Parisiensis Academiæ, idem asserunt Zabarella, & Aneharanus in Clement. 1. De Magistris.

ortum vitæ ac genium: vt Academiæ, ingenium. Eam ob rem, cum tua venia (benigne Lector) primas in nostratium Academiarum ordine tenebit Andegauensis. Fieri enim non potest, quin locus etiam ille mutus, in quo quis altus, educatus, institutus sit, cum grata recordatione in mente versetur.

PARISIENSIS Schola Mecœnatem suum non modò ac patronum celebrat 12 Karolum Magn. sed & verè parentem ac conditorem. Quippè qui à Vincentio dicatur, Palladium hoc & Academiam Roma Parisios transtulisse: Histor. lib. 24. Vnde successu temporis floruerunt Lutetiæ studia literarum, eóque ex omni Europa auditores confluxerunt. Vt cum Rigordo loquar, Philippi 2. Regis æquali, eiúsque vitæ præcone. Eandem Academiam Petrarcha, studiorum sui temporis Nutricem appellat: Philippo 6. Galliæ Rege. Haud pauca item ipsi priuilegia fuêre à summis Pontific. attributa, Celestino 3. Innocentio 3. Honorio 3. Gregorio 9. 11. & Clemente 6. qui sacræ Paginæ magisterium Parisiis adeptus fuerat adolescens. Hinc reuocatum est in controuersiam, censeretúrne potiùs Lutetiana Schola, Ecclesiasticum collegium, quàm seculare seu profanum. Ecclesiasticum esse, affirmat Abbas in cap. Ex literis. De Constitut. Idémque in cap. Cùm ab Ecclesiarum. De offic. ordinar. & in cap. 1. De locat. QVIA DOCTORES (infit) PARISIENSES, MAIORI EX PARTE SVNT CLERICI. Neque hinc longè distat Celestini 3. Decretalis Epistola, *De Clericis Parisiis commorantibus*, tali clausula, ET VT CAVSÆ EORVM IVRE CANONICO ET SCRIPTO, NON CONSVETVDINARIO DECIDANTVR. In cap. Quod clericis. De for. compet. Cum Innocentij 3. Rescripto, Quia in causis. De Procurat. Ex eo quoque in Senatum prouecta dubitatio, nûm ius patronatus Sacellorum aliquot, eidem scholasticæ Vniuersitati competens, Ecclesiasticum purè existimetur, an profanum seu *laicum*: quasi Roman. Pontifex patronatus huiusce derogatorium nequiuerit collationis Diploma concedere. A quo proprerea, Titius patronæ Academiæ beneficiarius Senatum abusus nomine appellarat. Hanc quippè Academiam à Principe fundatam, Regij beneficij ac patrocinij esse: Varia in eandem immunitatum, foríque Priuilegia certatim fuisse collata: à Philippo 4. die Martis post Dominicam Trinitatis, an. 1295. à Philippo 6. pridie Kalend. Ianuar. an. 1340. & 12. Cal. Iunias. 1345. Carolo 5. Nonis Nouemb. 1368. & 6. Cal. Octobr. an. 1369. Carolo 6. pridie Cal. Ianuar. 1383. & pridie Idus Iunias, an. 1419. à Carolo 7. Mens. Iunio, an. 1445. & Sextili, 1452. Francisco 1. Mens. Aprili, 1515. 16. Cal. Ianuar. 1539. 14. Cal. Ianuar. 1543. & Mens. Mart. 1545. Ab Errico 2. Mense Septemb. 1547. & 8. Idus Nouemb. an. 1554. Henrico 3. Quintili Mense, anno millesimo quingentesimo septuagesimo sexto. Ab Errico demùm Quarto, anno millesimo quingentesimo nonagesimo quarto, decimo Calend. Iulias. Quorum omnium Seruatores priuilegiorum Academicorum, Iudicésque Scholasticis datos à Principe nominat Faber, Prætores Parisien. & Aurelianensem, pro sui quemque Musæi alumnis vicissim. In l. Cunctos populos. Cod. De summa Trinit. & fid. cathol. Ergo Lutetianam Scholam, rectiùs *Laicorum* numero habendam esse, quàm corporis Ecclesiastici cuiusuis. At Pontificis, contrà, beneficiarius, Academiam hanc sacris quibusdam Collegiis adnumerandam, ex tot Roman. Pontificum Priuilegiis ac Rescriptis suprà relatis. Idque Academicis etiam Constitutionibus significari, literarum professores ac Magistros, cœlibes, nec coniuges esse præcipientibus. Ad hæc, Constantianæ Synodi œcumenicæ Patres, huius Academiæ Oratoribus sessionis ordinem decreuisse in Cœtus Ecclesiastici subsellijs, non Magnatum profanorum. Guymerium Pragmaticæ Sanctionis Interpretem sensisse, Vniuersitatem hanc, mixtum esse Sodalitium, ac rerum mixtura veriùs decentiúsque Ecclesiasticum dici, quàm profanum. In. §. Item quòd ad dictas. In verb. Ecclesiastico. De Collation. Ex Glossemate cap. 1. §. verùm De iure patron. lib. 6. Decretalium Epistol. Eam litem appellatoriam Curia misit in consilium: Choarto, Academici, & Thorodeo, Pontificij causam orantibus 14. Cal. Maias, anno 1570. Vltima verò sententia censuit Senatus placere, ab Academia sola, quasi à profano patrono, ad vacua in posterum Sacella candidatos suos offerri nominaríque ordinatio Collatori, & hoc perpetuum velut Senatus-Consultum Academicis monumentis inscribi:

Priuilegia Vniuersitatis Parisi. an. 1295. & Die vlt. Dec. an. 1340. die 21. Maij. 1345. die 5. Nouem. an. 1368. die 26. Septemb. 1369. die vlt. Dec. 1383. die 12. Iunij 1419. die 17. Dec. 1539. die 19. Dec. 1543. die 6. Nouem. 1554.
Caroli 7 priuilegio eximuntur scholastici & Administri Vniuersitatum contributione Vectigalium ex Mercibus, præterquàm ex fructibus prædiorum illis cessorum etiam à parente, coniunctavè persona.
Regia Henrici 4. Confirmatio priuilegiorum Vniuersitatis Parisi. die 12. Iun. an. 1594. Registrata in Senatu die 17. August. seq.
Iudices conseruatores priuilegiorum Vniuersitatum.
Patronatus Laicus si Ecclesiasticis donetur, Ecclesiasticus in posterum iudicatur, cap. Dilectus 3. De preben. cap. 1. §. vlt. De iur. patron. In. 6.
Concilium Constantiense, an. 1414.
Die 18. April. an. 1570.
Decretum Curiæ Parisien. die 5. Sept. an. 1573.

inscribi: Nonis Septemb. anno 1573. Cui affine est posterius aliud, de Curiali sacerdotio Templi Cosmæ & Damiani, in Academia Parisiensi, Senatus Decretum vindiciarium, pridie Idus Sextiles, an. 1586. Seruino Hamiltonis ab Academia designati Curionis: & Loysello, Deloini Pontificij causam agentibus.

Arestum recedentiæ beneficij curat pro præsentato ab Vniuersitate Paris. die 12. Augusti, an. 1586.

13 In hoc certè Lutetiano Palladio, primatum obtinet Sophia cœlestis, explosa Iuris Ciuilis professione: quæ inibi tamen perdiu multúmque effloruit, Pontificio Honorij 3. Rescripto nequicquam obstante, in cap. Super specula. De Priuileg. Idque luce clariùs ostendit memorabile Academicorum iusiurandum in Reginam matrem Ludouici 9. Regni procuratricem, his verbis: *Magistri Vniuersitatis Parisien. fecerunt legi coram domina Regina huiusmodi scriptum, & promiserunt, quòd iuramenta, de quibus in eo fit mentio, à Magistris & Scholaribus facerent renouari, & iurari, quòd seruarent pacem villæ pro posse suo de omnibus gentibus, quantùm ad nos gentes, tam clericos, quàm laicos, &c. Baccalarij verò Decretales & Leges legentes se speciali iuramento obligabunt, quòd sacramentum recipient ab illis, qui eos audient, & quicunque iurare noluerit, non recipietur ab eis in Scholis. Qui auditores Legum & Decretalium, nec etiam alij, nisi alicuius Magistri actu Regentis bis ad minus in septimana Scholas intrauerint, Scholares nullatenùs reputentur.* Diebus Ioh. Baptistæ profestis, an. 1251.

Nicolai P.P. priuilegiũ est in lib. Statutorum Vniuersitatis Parisien. vt Doctores gradu Lutetiæ insigniti, possint vbique terrarum legere & reputentur Doctores.

14 Sed antiquata dudum Parisiis Legum Romanarum prælectione, fuit iam olim excitata à Regibus Tholosana Academia, Iurisperitiæ professione percelebris: Cuius in auditorio Accursius etiam Britanni Regis Aduocatus de Iure respondit publicè, an. 1227. sumpto disserendi argumento ex l. vn. Cod. De sentent. quæ pro eo quod interest: Scriptore Bartolo in cit. l. vn. Nec verò negarim, Musæi illius publici conditorem Theodosium Cæsarem decantari in vulgata Tholosatum Historia. Atque adeò Ausonius liberalem ingenij sui educationem Tholosæ tribuens, accinit hæc:

Franciscus Accursius.
Ioh. Faber de Tholosæ, Iudice Maiore, *du Iuge Mage*, in Rubr. De Assessor. Cod.

Non vnquam altricem nostri reticebo Tholosam,
Innumeris cultam populis, &c.

At constanter tenendum est, Vniuersitatis huiusce nomen eximium, priuilegia, statuta, comitialia Collegij Decreta, ad Regiam esse Francorum concessionem referenda. De quibus Tholosani Studij priuilegiis Vilhelmus Cuneus, & Baldus nuncupatim, ad l. Omnia priuilegia. Cod. De Episcop. & cleric. Panormit. in cap. vlt. Ne cler. vel Monachi. Nam & Parisiensis Scholæ iura singularia, Tholosanæ adiecta, testatur Iason. in l. 1. ϖ. De legat. 1.

15 Aurelianensem optimis institutis fundarunt Clemens 5. Pontif. Max. & Philippus 4. Rex 6. Kalend. Februar. an. 1305. & Mense Quintili, an. 1312. Ibidem enim, Philippus, tanquam in tranquillo secessu, docendi Iuris sedem ac solium lege lata collocauit: suis tamen Maioribus collaudatis, qui in Musæo Parisiensi non modò lucem & Academiam Legum Romanarum esse noluissent, sed etiam censuris & animaduersione Pontificia id prohiberi curassent. Quùm præsertim Iure Rom. Galliarum Reges minimè teneri, Philippus eodem profiteatur Diplomate. Vilhelmus Cuneus, & Petrus Perticensis Aureliæ obtinuerunt Ciuilis scientiæ principatum: quem Petrum Bartolus narrat, Romam anno Iubileo adeuntem, in medio itinere Bononiæ disputandam omnibus proposuisse legem vnic. Cod. De senten. quæ pro eo quod interest. Vt credibile sit, eum Transalpinorum luminibus obstruxisse. In eadem Aureliorum ciuitate Clemens 5. agnouit, se adolescentem Iuri operam dedisse: Pontificiis illis codicillis, qui simul cum Regiis, omninò descripti sunt in Codice Statutorum Academiæ Aurelianæ. Quibus autem legibus ac priuilegiis sancita primùm Aureliana isthæc, iisdem postmodùm decreta est Andium Academia: de qua, paulò antea.

Orleans.
Die 27. Ianuar. an. 1305.

Annus Iubileus, annus secularis veniæ, vel semisecularis peccatorum.

16 Silentio ne transigetur Schola Pictauensis? Non est quòd eius origo tantùm adscribatur D. Hilario Pictonum Præsuli: Tametsi in ea diuinarum literarum ludum aperuerit. Neque ego itidem moueor celebritate Gilberti Porretani, Pictauorum Antistitis, aut Vuilhelmi Montis-Lauduni, qui Iura publicè ea in Vrbe edocuerunt, circiter annum 1155. Regia enim planè est huius Vniuersitatis institutio, saltem comprobatio an. 1431. Vt Aquitanici ferunt Annales. Quod & Regestis Curiæ comprehensum est, in lib. Accordorum

Poictiers.

procurante Rhemorum Archipræsule, Lotharingo Cardinali. Vt lib. 1. Actorum Curiæ sub Henrico 2. insertum comperimus, fol. 379. Similiter in Pontis Mosonij oppido Cardinalis ipsemet sursum erexit Academiam, doctrinæ Reíque publ. seminarium. Id quod Theuetus silentio non prætermisit, in Vitis illustrium Virorum, cap. 120. Omnibus his antiquior habetur Cadurcensis Vniuersitas literaria, quam Iohannes 22. Pontifex fundauit, Albiæ Cadurcorum indigena. Vt Gulielm. Benedictus attestatur in cap. Raynutius. Ad verb. Et vxorem nomine Adelasiam. num. 795. De Testam. Eius Vrbis profanus dominatus olim fuit Episcopi, at dimidia pars ab eo translata est ad Principem, aliarum rerum compensatione: subiuncta tamen istius partis commissoria lege certis conditionibus, quæ referuntur Decisione Rotæ Romanæ 849.

Pont à Mouson.

Cahort.

19 Ecquis porrò in Anglia priuatus Academias legitur excitasse? Sigisbertus Rex primus Orientalium Anglorum, Cantabrigiæ publicam instituit disciplinarum omnium officinam, & exercitationem, an. 630. Oxonij alteram Academiam, Rex Aluredus, an. 895. Quanquam de antiquitatis inter vtramque contentione Anglicus extat Libellus. Apud Polonos, publicum Cracouiæ Gymnasium extruitur ab Vladislao Rege, ex Heluidis Reginæ tabellis testamentariis: Circiter annum 1401. Vti à Cromero diffusiùs, qui eius tamen Academiæ primordia longiùs repetit à Casimiro Sarmatiæ Rege, an. 1361. Ex ea, velut ex equo Troiano, complures doctrinæ cuiusuis principes exière, hoc aureo præsertim renascentium literarum seculo: Vt non temerè à Poëta scriptum sit,

Claros posse viros, & magna exempla daturos,
Obscura in Patria, crassóque sub aëre nasci.

Beda, Baleus, de Scriptoribus Anglicis, & Iouius de claris Angliæ viris, testantur feracem literatorum Angliam.

A Craco Principe, Cracouia, Regni Sedes condita, Guesna relicta: Circa ann. 700. Vt Herburtus Fulstinus auctor est in Chronic. Polon.

Nam alioquin, vt Ligurinus Vates de Schlesis, & Sarmatis Septentrionalibus occinit,

Hos populos, vt fama tenet, à cardine primo,
Solis & æstiuo Phœbeæ Lampadis ortu,
Hanc rapidam cursu perlabitur Odera, partem
Tangit, ab Arctoo Suitici maris æstuat ora,
Fluctus, & indomiti sedem posuère Rutheni,
Hæc regio Slauos amplectitur, atque Polonos.

Schlesos Odera flumine à Polonis discerni.

20 Pragensem Bohemorum Scholam posuit Carolus 4. Imperat. possessionibúsque dotatam, priuilegiis etiam cumulauit, an. 1370. Vt memoriæ prodidit Æneas Syluius in Bohemica Histor. Nec desunt Hispanis sua amœnioris literaturæ gymnasia, Salamanticum, de quo, Clemens 5. in Viennensi Concilio, tit. De Magistris, cap. 1. Complutense item, regiis auspiciis erudiendæ pubi consecratum, sed impensa ac diligentia Francisci Ximenis, Antistitis Toletani, an. 1517. Sicuti & Conymbricum in Lusitania, haud pridem à Iano 2. Rege institutum. Hispaniæ quoque Rex Philippus 2. excitauit Duaci Catuacorum, in Belgio, Academiam an. 1566. quam Pontificio simul Rescripto sanciendam curauit. Vt Guicciardinus in Belgiograph. narrat.

Circa annum 914. Praga Bohemorum Cathedralis Ecclesia ordinatur: deinde Metropolitana. Carolo 4. Imperante.

Conymbria, Portugalliæ.

Douay en Flandres.

21 Ego verò non ita Regius sum, quin primarios Duces in huius societatem gloriæ adsciscam: quorum tamen ea fuit religio, ac singularis in Principem obseruantia, vt eo præsertim auctore, Vniuersitates condiderint, opibúsque amplificarint. Sic Galeacius 2. Insubrum Dux, Francisci Petrarcæ hortatu, publicum Ticini literarum lumen accendit, Cæsareo Caroli 4. munere: circa annum 1370. si Iouio credimus in Mediolanensi Histor. Nec me clam est, alios Ticinensis, Patauinæ, ac Bononiensis Academiæ parentem appellare Carolū Magnum: Cùm tamen dubiæ fidei Scriptorum vulgus ad Theodosium Cæsarem referat huius institutionem Musæi Bononiensis. Bologninus scilicet in repetit. Authen. Habita. Cod. Ne fil. pro patr. & Volaterranus in Anthropologia. Rursus cōstat, Bartholomæum Salicetum, Bononiensem, qui Rom. Leges sua ætate profitebatur, suasorem extitisse Alberto Arestino Ferrariæ Marchioni, vt à Bonifacio 9. P.P. impetraret priuilegium Scholæ publicæ erigendæ. Proin constituta Schola, Salicetus, primus fœliciter iniit Iuris professionem, & quasi signum quoddam ex arce Palladia literatis ad imitandum extulit, eam vt Academiam doctrina sua illustrarent. an. 1398.

Papia, Padua, & Felsina, seu Bononia.

Ticinum, Regia quondam Longobardorum, eiusdem donata fuit priuilegiis ab Othone 1. Imp. quibus reliquæ liberæ vrbes Imperij.

Dole, en la Franche-Comté.
De Dolano Senatu, Cognatus ibidem.
Vienna Austriæ.

DOLENSE Musarum Lycæum instituit Philippus Probus, Transiuranę Burgundiæ Comes, sed exorato priùs Martini 5. diplomate, Romani Pontif. an. 1426. Vt à Gilberto Cognato traditum est, in Tract. De superiore Burgundia. Viennense gymnasium vetus auctum & instauratum ab Alberto 2. Austriæ Duce, an. 1356. Cuius quidem fundamenta Friderico 2. Cæsari debentur, an. 1237. Vt est apud Vvolfgangum Lazium, Viennensis Histor. lib. 2. Louaniensis autem Scholæ initium, à Iano 4. repetitur, Brabantino Duce, Martini 5. codicillis adprobatum. Ducis huius cadauer, in Arce Vverena Brabantiæ conditum est, an. 1426. Vt patet ex Flandricis Annalib. Lipsensem academiam Marchiones Misnenses erexerunt, an. 1409. Vvittembergensem, Fridericus Saxoniæ Dux, an. 1502. Tubingensem, Eduardus Comes Vvittembergensis: Marpurgensem Cattorum, Philippus Landgrauius, an. 1535. Hæc omnia, Cæsarei decreti interuentu. Ne interim supprimamus Heidelbergense Musæum publicum, olim à Ruperto 2. Palatino constitutum, an. 1346. Quod, Lutetianæ instar Academiæ, sanxit Vrbanus 6. Pont. Max. Vt est in Munsteri Cosmographia, seu veriùs Germanographia: & apud Iohan. Trithemium, in Catalogo Scriptorum Ecclesiastic. Sic Francofordiæ ad Mœnum Scholæ nomen suum commendauit Fridericus Saxo, cui Sapientis cognomen inditum est. Nihil his simile apud Scotos, quorum Vniuersitates nec à Rege, nec à Ducibus, sed ab Episcopis fundatæ reperiuntur. Academia S. Andreæ, ab Iacobo Kennedo, an. 1410. Aberdonensis, ab Elphinstône Episcopo, tertia in ciuitate Glastoniensi, vt censu pertenuis, ita literarum magistris penè destituta. 22

Louuain.

Germanicas Academias Iacobus Middendorpius, Germanus diligenter descripsit.
Marpurg, in Hessia,
Hildeberg.

Franc-fort.

D. Andreæ Episcopus, fit Scotiæ Primas, an. 1471. duodecim Scotiæ Episcopis ei subiectis.

INSVPER vsu probatum comperimus, priuato cuique licere, suis facultatibus Ædes publicas in studiosorum gratiam struere & annuis prouentibus augere, tametsi non vtique priuilegiariam studiorum Vniuersitatem, sed in egenorum saltem Scholasticorum alimoniam. Eo fermè modo, Licinius Surra ditissimus, qui Traiani Principis amicitia ac familiaritate insignis fuit, Gymnasium suis impensis publicauit, Cæsarei alioquin iuris, muneris, ac beneficij. Nec tamen, inconsulto Principe, res soli transcribi possunt Collegio cuiquam perpetuo ac immortali, quò Dominica fundorum iura & commoda in posterum subuertantur. Proin talium Collegiorum creatio imprimis eget Augusti prærogatiua suffragij, vt auspice Rege fundi piis locis aut Sodalitiis dedicentur, consecrentur. Rursus vt publica Principum auctoritate condita Academia, variis fruitur priuilegiis: ita si Academici priuata cum ciuibus simultate hinc emigrent aliò, coguntur in priuatorum ordinem, nec Regiis priuilegiis noua in vrbe sedeque potiuntur. Verbi causa, graue irrepsit dissidium inter Scholasticos, & ciues Aurelianenses: quibuscum illos non semel malè conuenisse, arguit Parisiensis Curiæ inter eos dicta Sententia 3. Kal. Mart. an. 1388. Apud Ioh. Gallum, quæst. 171. Sed in ipsis etiam nouæ Academiæ cunabulis ita malè accepti habitique sunt Aureliæ, Musarum alumni, vt in Niuernense oppidum communibus votis turmatim secesserint, an. 1316. Quod in Oppidum iis legibus admissi sunt, ne priuilegiario suo iure vterentur. Idque velut penicillo depingitur sequenti Pactione. *Vniuersis, &c. Rector, Doctores, ac Vniuersitas Studij Aurelianen. ad ciuitatem Niuernensem nuper ex causa translati, ac Frat. Petrus humilis Prior S. Stephani Niuernen. Salutem, &c. Inter nos vnanimiter vocatis, per præconem ipsius Niuernensis Ciuitatis more solito, ipsius ciuitatis habitatoribus, &c. Concordauimus in hunc modum. Primò nos Rector, Doctores, & Scholares prædicti, & omnes nostræ Vniuersitatis dicti Studij, instiтiabiles clerici & laici erimus illius Iudicis, cui de iure iustitia competit, vel etiam de consuetudine in ciuitate, Comitatu, & Baronia prædictis, nonobstantibus nostris priuilegiis dictæ Vniuersitatis, impetratis tam à Sede Apostolica, quàm à domino nostro Rege, seu etiam ab eis, vel ab alio quolibet impetrandis: Nec virtute dictorum Priuilegiorum poterimus prædictas personas, successores, aut hæredes ipsarum de dictis Comitatu & Baronia ad iudicium euocare, vel quomodolibet vexare, nisi coram suis Iudicibus ordinariis, & in locis vbi consuetum est eas conueniri in Ciuitate, Comitatu & Baronia prædictis, forefactoresque nostrûm (quod absit) per illos punientur iudices, qui de iure vel consuetudine (vt præmittitur) iustitiam in nos habebunt, nec poterimus forefactores fouere nostræ Vniuersitatis Scholares, Baccalaureos, seu Doctores, si de forefacto rationabiliter conuicti* 23

Inter huiusmodi res soli ac immobiles computantur syluæ non cæduæ, quæ & Normanica Consuet. retrahuntur iure consanguinitatis purè ac simpliciter, etiam ea lege venditæ, *que lesd. bois de haute fustaye fussent couppez*, art. 449. Morum Normanie.
Arestum Curiæ, die penult. Febr. ann. 1388.
Vetus Concordatũ Aurelianensis Academiæ Niuernum translatæ, cum ciuibus Niuernensib.

cti fuerint, nisi forefacta voluerint sufficienter emendare. Nostri quoque seruientes & familiares similiter iustitiabiles remanebunt & erunt Niuernis in Comitatu & Baronia prædictis illius Iudicis, cui iustitia competet de Iure communi, aut de consuetudine generali, aut etiam speciali. Nec habebimus taxatores domorum, nec quorumlibet victualium virtute priuilegiorum nostrorum in Ciuitate prædicta, & suburbiis eiusdem: sed quilibet nostrûm sibi prouidebit, prout meliùs poterit, sicut alij incolæ dictæ ciuitatis. Præterea non poterimus emere blada, vina, nec alia victualia, nisi pro sufficienti nostrûm cuiuslibet & nostrorum seruientium prouidentia sine fraude. Ita quòd non possimus ea emere & reuendere causa mercandi, &c. Priuilegia, chartas, & instrumenta quibuscunque habitatoribus dictæ Ciuitatis, & eius Communitati & Comitatui concessa, necnon consuetudines & statuta Prioratus & Burgi S. Stephani supradicti, nostris nonobstantibus priuilegiis & statutis, in suis robore & virtute volumus perdurare, &c. Quibus mediantibus, Nos Prior prædictus Rectorem, doctores, Baccalaureos, & Scholares Vniuersitatis prædictæ fauorabiliter admisimus, & translationi dicti Studij, quantum in nobis est, saluis supradictis omnibus, consentimus, &c. Indictione 14. Apostolica Sede vacante, 6. Kal. Iunij, videlicet die Iouis ante diem Pentecostes, an. 1316.

Die 17. Maij, an. 1316.

24 Ad vltimum, sicuti publicæ Scholæ institutio, regij purè est beneficij & auctoritatis: ita quoque Artificum collegia. Huiusmodi Artium Corpora primus constituit Numa Pompilius, teste Plutarcho. Verùm Alexander Seuerus, non contentus propria Corporum institutione, vinariorum, Lupinariorum, caligariorum, & omnium artium, iis ex sese defensores dedit, iussitque quid, & ad quos Iudices pertineret. Eòdem vergit lex Solonis, ex qua translata est l. Sodales ff. De Collegiis & corporibus. Ac regiis quidem Caroli 5. mandatis Hugo Aubriotus Præfectus vrbi Parisien. redegit in septemdecim, omnium ciuilia Artium Collegia, an. 1375. Sed posterioribus Edictis cautum fuit, talium Collegiorum *Statuta* non priùs valere, quàm à Rege probarentur, sancirentur. Constitutione Aurelianensi lata an. 1560. art. 99. Admittamus enim, in externis Regionibus, quæ Iure Romano reguntur, liberam esse cuilibet Vniuersitati, Capitulo, corpori, *Statutorum* editionem, quæ sua cuiusque negotia Sodalitij respiciant, ac commune velut Ærarium eidem permissum esse, in res vsúsque totius Collegij impendendum. Bartol. ad l. omnes populi ff. De iustit. & iur. Innocent. ad cap. Cùm ab Ecclesiarum. De offic. ordin. & in cap. Cùm accessissent. De Constitut. In Galliâ tamen, singula hæc Principis vnius auspiciis decernuntur & conceduntur. Alioquin irrita, illegitima, rescindenda. Fab. ad l. vlt. Cod. De iurisd. omn. iudic. Et in §. Vniuersitatis Institut. De rer. diuis. Salycetus de Francorum Rege nuncupatim, in l. 1. Cod. Noua vectigal. sine Princip. auctorit. instit. non posse. Decis. Gratianopol. 106.

Erection de Mestiers iurez, & Statuts de reiglemens d'iceux. Lampridius in Alexandro. Solonis lex de Sodalitiis. *Artizans de Paris.* *Statuts des Mestiers.* Gallos rebus nouis facilè studere ait Cæsar lib. 3. Commentar. Guid Pap.

25 His adstipulantur Leges priscæ, Nicoclis Atheniensis, apud Isocratem, & Licinia Romanorum, contra Sodalitia (de qua Tullius pro Planco) ne nisi summi Magistratus permissu, sodalitates aut coïtiones fierent vllæ. * Ἑταιρείας μὴ ποιεῖτε, μήτε συνόδους ἄνευ τῆς ἐμῆς γνώμης. Sic vetere Senatus *Parlamentaris* Aresto decisum, an. 1256. in hæc verba. DE CÆTERO NON FIANT CAPITA MINISTERIORVM, NEC CONFRATRIÆ, NEC COLLIGATIONES. In Curiæ lib. OLIM fol. 2. Iis consequenter, vetitum est Nundinarum ius, Plebeiarúmque istiusmodi coïtionum, nisi Principalibus codicillis obtineantur. Vt Modestinus ait in l. Nundinis impetratis à Principe ff. De Nundin. Ioh. Ananias ad cap. vlt. De vsur. Ita apud Plinium, vir quidam prætorius à Senatu postulauit, vt Nundinas in agris suis instituere sineretur, lib. 5. Epistol. Quin & Claudium Cæsarem ius nundinarum in priuata prædia à COSS. petisse, affirmat Tranquillus in Claudio, cap. 12. Planè Hispanicis Legibus, Nundinarum ius tribuitur solo vel Regis concessu, vel Prouinciæ More peruetusto 5. *Partida* Codicis Alphonsi, tit. 7. Hanc quoque prædictis ciuilem moderationem adhibuit Pannonum Consuetudo, NVNDINÆ NOVÆ IN PARVA DISTANTIA A VETERIBVS POSSVNT CONCEDI, SED NON EODEM DIE. In lib. Iuris *Consuetudinarij* Hungariæ, toties à Nobis suprà citato. Secundùm hæc, Francica Curia iudicauit, Castrirodulphi Biturigum Baroni minimè licuisse, nouas Nundinas inducere, venia ab Rege non petita: In *Parlamento* Pentecostes,

* Sodalitates ne facite, néve coïtiones absque mea sententia. Decretum Curiæ, *deffense de faire chef de Mestier, ne Côfrairies.* *Foires & Marchez.* De Nundinis Vido Papa in Singulari 119. In Diuionensi Burgundiæ vrbe Regiis Literis institutę sunt trinæ Nũdinæ, Trecensibus, quoad priuilegia, pares: Et antiqua Vrbis priuilegia confirmata. Augusto mense an. 1596. Literas publicante Senatu patrio, die 19. Decemb eod. ann. *Chasteau-Roulx, en Berry.*

Publici tamen mercatus potestas interdũ tribuitur Baroni, vel Castellano domino, Lege municipali locorum, vt Andibus, & in Cenomania.
Literæ patentes, die 8. Maij, an. 1372.
Marchez ordinaires, differents des Foires.

an. 1269. Principi autem ipsi in Fiscalibus suis latifundiis libera est Emporij publici erectio, tametsi vicinis Proceribus incommoda ac dispendiosa. Vti Decretum voluitur in *Parlamento* Omn. Sanctor. an. 1271. Ex Curiæ Regesto OLIM. Atque, vt paucis expediam, inter Regij iuris capita eximia, quæ Rex Carolus 5. sibi reseruauit in tradenda Nauarro Principi Monpessulana ditione, fuit hoc non exiguum, purè Regiam esse Mercatus Publici concessionem, ad eúmque commeantes remeantésve, tutela præsidioque Regio tegi. Codicillis, postridie Nonas Maias, an. 1372. Si tamen Mercatorum Conuentus, haud stato quidem Anni die, sed octiduo quolibet habeatur, vel bis hebdomade quaque, Tunc ipsius ergô cogendi, minùs necessaria est Principis gratia ac Indulgentia: sed nec Conuentus idem Nundinariis vicissim priuilegiis fruitur. Auctore Baldo, & Nicol. Matarello ad leg 1. Cod. De nundin. Verùm inter finitimos Iurisdictionum Dominos & Vicorum, in quibus mercimonia aliquando publicè væneant, duo sunt præcauenda: Alterum, ne binum venale Forum, nisi denis saltem passuum millibus interpositis, admittatur: alterum, ne iisdem cùm alio diebus, noxio inuicem concursu, exerceatur. Sicuti aduersus Philibertum Emmanuelem Allobrogum Ducem pronunciatum fuit Honoraria Arbitrorum Sententia. 18. Kalend. Ianuar. an. 1560. de nouis Nundinis Carignano, Ducali oppido indictis eodem die, quo Salutiarum Carmagnolæ commercia publica tractabantur Galli regis auspiciis. Scriptore Anton. Thesauro, in Subalpina Decision. 264. Ita Parisiensi S. Consulto explosa est Codicillaris Nundinarum vsus postulatio, intra proximum alterius, nec decem ab illo milliaribus distans Territorium. Decreto ex forensi patronorum concertatione 5. Idus Februar. an. 1600. quùm Martinus, Mellierij dynastæ: Chauuelinus, Æmerici *de Barbezieres*: & Mauguynus, Petri Heliæ partes tutati essent. Reliqua de Nundinarum Augusto iure perstrinximus lib. 1. LEGVM ANDEGAVENSIVM, cap. 43. art. 7. & 8.

5. Lieuës de distance entre 2. Marchez diuers.

Die 15. Decemb. 1560.

Curiæ decretum à l'*Audiẽce* die 9. Feb. 1600. *sur l'appel de l'execution des Patentes d'erection de Foires & Marchez au village de Blanzy, proche de 2. lieuës de Ciuray en Poictou, où il y a pareille Foire & Marché vn iour la sepmaine.*

Tit. XXVIII.

DE OBLATO A PRINCIPE MONASTERIIS VETERANO.

1 *Veteranum, mancum & debilem, Monasterio alendum offerre, inter iura Regia esse.*

2 Abbatiæ, *quondam* Laicis *malè attributæ.*

3 *Regi, tanquam Cœnobiorum patrono, ius ipsis offerendi Militis competere.*
Lex Milesia, & Atheniensis, de Veteranorum liberis à publico alendis, & filiabus dotandis,

4 *Regium offerendi Cœnobio militis ius, triplici casu desinere.*
Ab Oblatorum onere eximi Prioratus collatiuos, *vt Cluniacenses, Cœlestinos.*

5 *Carthusianos, Oblatorum oneribus non subijci.*
Benedictinis Claromontanis data Veterani, recipiendi & alendi immunitas.
Monachorum Cœnobia, ab Oblatis immunia.

6 *Seculares Cœnobiorum Præfectos, Oblatis alendis, & cæteris oneribus ferendis obnoxios esse.*
An Cardinalis Cœnobiarcha commendatarius *remouere possit à* Prioratus claustralis *officio, & secularis ipse regulares castigare.*

REGIS

1 Regis item iura sunt hæc, Cœnobiis alendum offerre militem, qui acceptis bello vulneribus, postmodùm nequeat corporis artificio vitæ necessaria quæritare. De quo argumento cùm olim tractatum esset in Senatu, idipsum Principi ex Francico Diademate licere in auspicatu Regni, Ordo Supremus iudicauit. Aresto Parlam. ann. 1273. quod Curiæ lib. 3. Olim. continetur.

Les Oblats, quorum tamen receptioni & educationi obnoxium non est Cœnobium, ita prophanis facultatibus tenue, vt præter necessaria Abbæ & Monachorum alimenta nil penè superfit. Aresto Parisien. die 13. Januar. an. 1578. Post visitationem & æstimationem annuorum redituum factā abbatiæ *l'Yuerneaux en Brie*, ab Anton. *de S. Yon* Consiliario Castelli Paris. Aduersus Christophorum *de Moussy* oblatum à Rege.

2 Adferent fortè nonnulli huius Instituti rationem, quòd *Abbatiæ*, priscorum Regum seculo, profanam veriùs militarémque Præfecturam designarent, quàm Ecclesiasticam, & Canonicam, seu Monasticam, aut fiduciariæ saltem Magnatibus viris concederentur. Quem in sensum prauè detorquetur lex Caroli Magn. qua *Abbatiæ* profanis hominibus Regio munere assignantur: iisdem præmonitis, vt ad ius populo reddendum, Comitibus se præberent adiutores: lib. 2. Legis Francicæ cap. 8. & 9. Nec diffitemur, Ludouicum Pium, cœnobiarchiam Ædis Petri Rhemensis in Begonem filium contulisse. Flodoardo teste, Rhemorum Canonico & Historiographo, qui Francicis rebus, præsertimque Rhemensibus, ex fide conscriptis eluxit. Carolo Caluo Imperante. Huius necnon ætate Calui, Meldensis coacta Synodus, an. 845. Cuius Synodi cap. 9. & 10. questi sunt Patres Ecclesiastici Galliæ, sacra loca ab illo ipso *laicorum* potestati commissa, eosque velut cœnobitarum Magistros & Abbates in Monasteriis versari. Legimus insuper, corrupti illius æui labe, à profanis regi solita Monasteria, Carolo Simplici Rege: vt vix vnquam Cæsar Commodus incommodiùs, quàm Simplex iste simpliciùs Reipub. statum labefactarit. Quid Caroli filius Ludouicus? Ademit hic Oginæ Augustæ Cœnobium Laudunense, Virgini Deiparæ sacrum: quia Carolo Rege marito diem functo, virum superduxisset, Hebertum Veromanduum, illius parricidam. Eodem deinde Cœnobio Ludouicus Gerbergam coniugem donauit. Atque is omninò primatum virorum gratiam sibi demereri studuit ambitiosa *Abbatiarum* & Comitatuum largitione. Vt tradit Aimoynus, Histor. lib. 5. cap. 36. Qua etiamnùm tempestate, Hugonis Capeti pater, primùm *Abba* dictus fuit, quòd ipse simul, & Robertus Parisiorum Comes, relicta Monasteriis prædia, reditúsque occuparint: ea sibi suisque attribuentes militibus, & *Abbatum* nomine gloriabundi, quia cœnobitis alimenta distribuerent pro arbitrio, adhibita victus & vestimentorum moderatione. Vt est apud Nauclerum, Generat. 33. Fuit hæc sparsim veteris corruptela seculi (vereor, ne etiam nostri) vt Suidegerus in Dionysiana Historia scripserit, *Abbates* tunc non fuisse cucullatos sacerdotes, sed profani ordinis Proceres, in quos Princeps Monasteria conferret ad tempus, vel ad extremum vsque vitæ calculum. Cuiusmodi plena impietatis exempla prætereamus. Atque eò minùs obstupescendum, diuinâ virgulâ subinde à Carlianis translatum fuisse in alienam familiam Galliarum Imperium. Quantò rectiùs Otho 1. Cæsar, qui Monasterij munus audacter ab eo petenti Satrapæ respondit, non debere sanctum dari canibus, nec sacrosancta Dei Ministeria profanis Equitum manibus contrectari. Vt ex Luitprando retulimus lib. 2. nostri Operis De Sacra Politia forensi.

Alia interpretatione Rex Francus etiamnùm vocatur Abbas Martiniani Turonū sacri Collegii, quia hoc vetere Cœnobio in secularem Canonicorū statum conuerso ab Alexādro 2. Pontif. Max: Reges pristini status Monastici vestigia hæc retinuerunt, vt Abbates ipsi dicerētur, Turonumque vrbem ingressi, sacramento rogentur in Martiniano delubro, tanquam Abbates, concepta verborum formula, quæ in Archiis Martiniani Templi nominatim exscripta est.

Le Comte Hebert de Vermandois.

Hugo Magn.

Tit. 3. art. 14.

3 Censeo igitur, potioribus aliis nominibus ad Principem ius offerendi Cœnobio militis pertinere, scilicet effectum augustioris in sanctas Ecclesias Patronatus. Rex enim, beneficus est sacrarū Ædium patronus: qua in specie Legibus cautum est, exhausto & egenti patroni filio alimenta esse ex Templi ipsius reditibus suggerenda. Abbas in cap. Nobis. De iure patron. l. 1. & 2. ff. De obseq. à libert. patr. præstand. Ad hæc, vetusta huius Regni Obseruatione, numerus armatorum à Principe Monasteriis imperabatur, bello ingruente. Iam verò leuiùs onerantur Cœnobitæ, eroganda vitæ alimonia Veterano inopi: qui militiæ ergô iacet grauis annis, multo iam fractus membra labore. Dignus certè, cui victus quotidianus in Prytaneo publicè præberetur, qui honos apud Græcos maximus habebatur. Dignus, cuius liberi quoque de publico alantur, filiæ dotentur, educentur. Sicuti erat Milesia, & Attica lege præscriptum, cuius fructum Aristidis

De Regio Patronatu in Gallicanas Ecclesias. Nos supra lib. 2. tit. 8.

Sic Turcarum Satrapæ ac Proceres pro modo reditus suarum ditionum (quas tantùm detinent ad vitā, à Turca beneficiarias) coguntur habere numerum militū semper promptum ad omnia imperata: Ex Bartholomeo de Georgieuitz De Morib. Turcarum.

6 In reliquis porrò Cœnobiis, cùm omnes hodie propemodùm fiduciarij sint Cœnobiarchæ ac seculares, nihil habent ipsi quod querátur, se aut veteranorum alimentis, decumis nummariis, aliisve imperatis tributis onerari. Necesse est enim, Fiscum rapere, quod non capiat Christus. Inter hæc, minimè reticenda est de fiduciario *Abba* quæstio huiusmodi. Cardinalis Borbonius, qui Pontificia commendatione, Cœnobij Antistes erat Belli-loci Cenomanorum, summouit Fratr. Iacobum Pelterium munere Præfecturæ claustralis. Hic, cœnobitarúmque Conuentus ab ea Officij abdicatione prouocant in magnum Regis Consilium, abusus nomine. Ego, pro appellantibus, Leonem 4. Pontificem introduxisse Monasteriorum fiducias & commendationes, sed temporarias modò ac semestres, nec eo quidem animo ac proposito, vt præsentem regularis Ecclesiæ statum seculares viri repentinis hisce mutationibus peruerterent. cap. Dudum De Elect. In Antiq. cap. Nemo deinceps Eod. tit. In 6. Lege Mosis fuisse, ac Synodo Chalcedonensi interdictum, arare in boue & asino: ne secularis saltem in regulares censoriam de moribus notam interponat. Agnoscebam, cucullati *Abbæ* nutu arbitrióque, Præfectum claustro monastico, facilè deponi cap. Cùm ad monasterium §. tales cap. Monachi §. prior. Vbi Panormit. De statu Monach. Ast liberam hanc potestatem fiduciario Cœnobiarchæ non adplicandam, cui monachorum castigatio peræquè non competat, vti quondam Magistro Patríque Monasterij, vero Archimandritæ, pij gregis Pastori Monastico. Nec statum Ecclesiæ à fiduciario illo immutari posse, tradit Panormit. in cap. Querelam. De Elect. & in cap. De Monachis. De Præbend. Quò loci cádidè exhortatur S. R. E. Cardinales, ne quid in præsentis status Ecclesiastici perniciem rerum nouatione moliantur. His adiungebam, non parum honoris quidem Purpuratis Patribus, seu Cardinalium Senatui tribuendum, quos Pontianus Rom. Pontifex, numero tredecim primus constituit, vel in ipsa nascentis Ecclesiæ infantia, primarios Romanæ Ecclesiæ sacerdotes. Can. Sacrosancta 22. distinct. Quos deinde Innocentius 4. Pontifex, vt illustriores efficeret, rubro galero ac pileo nobilitauit. Attamen statum, ordinem, ac diuersam famulorum Christi conditionem non esse à seculari *Abba*, quamuis purpurato Pontificio, temerè confundendam. Nauerius, contrà pro Cardinalitia dignitate multa proferre. Cardinales omnigena in sacris suis beneficiis vti iurisdictione. Senatus Prætorianus actitatam causam reuocauit ad plenius deliberandi consilium, Pridie Idus Sextiles, an. 1572. Puro quidem seculi clerico Abbati, certum erat negari prærogatiuam abrogandæ Claustralis Præfecturæ, citato in eam rem Curiæ decreto aduersus Burgium, Cœnobiarcham Ædis Euurtij Aurelianensis, Idib. Octobr. an. 1554. Superfuit igitur dubitatio de Cardinali Abbate, qui ex Pontificio Rescripto, potestate præditus est in suos omnes ac subditos, quod nos Cardinalium *Indultum* appellamus. Sed non ideò secularis esse desinit, quùm Monastici voti sacramento minimè sit obligatus. Proindéque in regulares clericos nihil pro maiore imperio statuere potest. Audio tamen, Prætorianos Regis Consiliarios vindiciario Iudicio Cardinalitiam illam Primatus claustralis abdicationem, de qua pro Tribunali cognouerant, adprobasse.

Sunt & beneficiaria Annatarum onera, quæ Iohãnes 22. & Bonifacius 9. P. P. imposuerunt. Extrauag. Suscepti regiminis Ne sede vacante. Et Extrauag. Cùm nonnullæ, De Præbend.

Commẽdarum huiusmodi beneficialium Tractatum Arnulphus Ruzeus edidit. Vbi refert (Quæst. 1.) Leoninam hanc commendarum Institutionẽ.

Ex antiqua institutione Cardinales Episcopi 7. sunt duntaxat. Hostiensisqui digniori pallio vtitur. Portuensis, S. Ruffinæ, Sabinensis, Prænestinus, Albanensis, & Tusculanus. De quo vide Hostiensem in cap. Examinata. De confirm. vtil.

Hieronymus Manfredus fusè scripsit de Cardinalatu: vt Pollonus, & Guido, de Romanis Pontific.

Appoincté au Conseil, in magno Consilio, die 12. Augusti, an. 1572.

Arestum Curiæ Parisi. die 15. Octobr. an. 1554. *contre l'Abbé de S. Euuerte d'Orleans.*

Arestum Magni Cõsilij prouisionale, an. 1573.

Tit. XXIX.

DE GENERALIBVS FISCI REGII PRIVILEGIIS.

1 *Primum Fisci summi priuilegium, tacita hypotheca in bonis priuatorum ex contractu.*
2 *Fiscum Principis in tacita hypotheca aliis creditoribus anteponi.*
3 *Fiscale ius hypothecæ ex causa Primipili, etiam in fundo dotali, non tamen in paraphernis vxoris.*
4 *In dubio Fiscum cæteris creditoribus tempore antiquiorem præsumi.*
5 *Fiscum, in acquisitis post obligationem, præferri antiquiori creditori hypothecario.*

6 *Solutam alij creditori pecuniam licere Fisco reuocare.*
7 *Corporis capiò in debitorem Fisci.*
8 *Fiscum ex publicatione bonorum, in litem à condemnato coram alio Iudice contestatam non succedere.*
9 *Fiscum coram suo tantùm Iudice, licet alioqui non iudice, experiri.*
10 *Qui Fisco compensationem opponit, intra bimestre de debito docere cogitur.*
11 *Bona contrahentium incestas nuptias, & ea, quæ vt indignis auferuntur, Fisco adquiri.*
12 *Fiscum, citra Inuentarium, pro rata bonorum portione ad æs alienum teneri.*
13 *Rei communis, vel alienæ dominium à Fisco transferri.*
14 *Dispensatorem pecuniæ fiscalis, ex ea ditatum præsumi.*
15 *Præsumitur Fiscus esse soluendo, nec ad satisdandum cogitur.*
16 *In pecuniaria Fisci causa, inquisitionis formulam extra ordinem obseruari.*
17 *A vectigalium præstationibus fiscum immunem esse.*
18 *E pluribus tributoribus singulos insolidum ipso iure teneri.*
19 *Quem constiterit esse fisci debitorem, eius appellationem non recipi.*
20 *Singularem Fisci successorem stare colono.*
21 *Fiscus hæreditatem vendens, creditoribus respondere non cogitur.*
22 *Fisco, quamuis actori, instrumenta omnia edenda.*
23 *Ab Augusto donationem Augustæ factam valere.*
24 *Vrbium portas, muros, ac turres, nemini, nisi permissu Principis, inhabitare licere: item nec mœnia ciuitatis dirutæ restaurare.*
25 *Fiscum, nouis instrumentis repertis, aduersus Sententiam restitui.*
26 *A fraudatoribus contrahentibus quadruplum à Fisco reportari.*
27 *Principis Basilicas solas, patrimoniáque titulorum inscriptione legi, in iisque vela regia suspendi oportere.*
28 *Arrogationi, & emancipationi decretum interponere, Principis est.*
29 *Fiscum in bona damnati successorem, locationi ab eo factæ stare non compelli.*
30 *Principalem donationem insinuatione non egere.*
31 *Ne quis sine euectione cursu publico vtatur.*
Postæ *à Ludouico xj. institutæ.*
32 *Sententiam absente Fisci patrono in fiscum latam, nullam esse.*
33 *Ne fiscales possessiones oneribus extraordinariis subiiciantur.*
34 *Regis donationem valere in filios etiam non emancipatos.*
35 *Mensarios & Trapezitas, Regio solùm munere creari & probari.*
36 *Fisci instantiam, trienni silentio non perimi.*
37 *Fiscum per procuratorem hæreditatem adire: priuatum, non item.*
38 *In causis publicis confessionem, absente parte, probare.*
39 *Fiscus ab instituto indigno, quamuis substitutum habente, hæreditatem aufert.*
40 *Ementem à Fisco, non esse reliquorum solutioni obnoxium.*
41 *Inhabiles, vt idonei habilésque à Principe efficiantur, & ex incapacibus, capaces.*
42 *Diploma solutionis dilatorium, ad Fiscalia nomina non extendi.*
43 *In Metallorum emptione, Principem anteferri.*
44 *Emphyteuta Fisci, vias publicas vt reficere teneatur.*
45 *Iudicata contra Fiscum, intra triennium retractari posse.*
46 *Oblata meliori conditione, Fiscum à prædij locatione discedere posse.*
47 *Rem fisci nummis emptam, ab eo posse vendicari.*
48 *Fiscum non teneri quantò minoris actione.*
49 *Euicta re à Fisco vendita, hunc simplam tantùm debere euictionis nomine.*
50 *Debitorem debitoris Fiscus conuenire potest.*
Priuilegiorum aliorum sylua indicata, ibique palmarium, vt Princeps in suis causis Iudex sedeat.

1 PROPRIA GALLORVM Regum iura postquàm accepistis, nunc generatim de Priuilegiis Fisci Principalis, qui rem habeat cum priuato, quærendum est ex Lege Romana.

Principalis Fisci Priuilegia, non autem Fisci particularis Dominorum Iustitiariorum.

PLANE quinquagena sunt hæc. Primum, tacita hypotheca in bonis priuati, ex contractu: Hermogeniani l. Aufertur. §. Fiscus π. De iur. Fisc. In maleficiis secus, vbi pœnarum fiscalium nomine, nullum fisco ius est * πρωτοπραξίας, neque in pœnæ petitione, Fisci priuilegium contra creditores exercetur. Vt Papinianus respondit l. Quod placuit π. De iur. Fisc. Toto tit. Pœnis Fiscalibus creditores præferri, l. 10. Cod. Bartolus exactè, ad l. Post contractum capitale crimen π. De donat., & Bald. in l. Rescriptum π. De Pact. Atque ita huiusmodi negotium moderatus est Senatus, vt fiscalis mulcta anterioribus postponeretur creditoribus hypothecariis: sequentibus verò potior foret, seu pignoris iure subnixis, seu mera in personam obligatione. Decreto *Parlamenti Omn. Sanctor.* an. 1309. De ea quæstione consule Iohan. Gallum, Decis. 75. 256. 257. & 265. Ex quibus præterea elicitur, in pari causa Fiscalis nominis, ac priuati (mulcta scilicet vtrique eodem iudicio addicta) æqualem fore exigendi debiti prærogatiuam. At si mulcta priuata, loco eius quod priuati interfuit, ipsi adiudicetur, in ea priuatus fisco antefertur. Tantò igitur præualet causa patroni, cliente capitis damnato, quàm Fisci, in pretio clientelaris prædij auctione distracti. Quùm enim ambo publicæ venalis ipsius proscriptioni intercessissent, Fiscus scilicet, ex mulctatitio ære creditor, patronus, contrà, ex Dominicis feudi Redemptionalibus possessore vacui, hic superior euasit, qui illo etiam antiquiores creditores superasset, Fiscóque fauorabiliores. Sententia regij Cenomaniæ proprætoris: abs qua tamen appellatus Senatus, post forensem causæ Actionem, censuit ampliùs deliberandum Tertio Kalend. Decemb. an. 1601. Seruino iuniore, appellantis: & Alemantio, partis aduersæ, causidicis.

L. 1. Cod. In quib. caus. pign. tac.

* primùm exigendi.

In hac quoque Decis. 75. Gallus ait iudicatum quòd altus Iustitiarius in confiscatione, debito regio non præfertur.

Appoincté au Conseil in Curia die 29 Nouemb. an 1601. inter dominum feudi *pour son droict de relief feodal, & le Receueur du Domaine du Roy au Mans pour l'amende adiugee sur le criminel de fausse Monnoye.*

2 SECVNDVM Fisci priuilegium eò pertinet, vt in tacita ex contractibus hypotheca, aliis creditoribus anteponatur. l. 3. Cod. De priuil. fisc. Cuius rara hæc & elegans est hypothesis. Titius sua pecunia Fiscum Seij creditorem absoluit, nec sibi in eundem à Fisco cessionem actionum stipulatus est nuncupatim. Idem debitor sese denuò Fisco obstrinxit ære alieno. Rescriptum est, Fiscum in tacita hac hypotheca, Titio in bonis debitoris præferri: Titius etsi in causam anterioris fiscalis nominis exoluisset. Quòd si priuatus creditor expressam habeat hypothecam, potior est Fisco posteriori l. Si pignus. D. Qui potiores. Leg. 4. Cod. eodem.

De eo qui soluit creditori alterius debitoris, non accepta cessione à creditore.

3 TERTIVM est, ius hypothecæ pro reliquis Primipili, etiam in rebus vxoris marito Primipilo doti adscriptis, quæ eo nomine Fisco manent obligatæ l. Satis Cod. In quibus caus. pign. Leg. 3. De Primipilo lib. 12. Cod. Diuersum in vxoriis patrimoniis, quæ Græci παράφερνα appellarunt l. 1. & ibi Accurs. Cod. De priuil. Fisc. l. Si vxor. Cod. De bon. auctorit. iudic. possid.

In cæteris, Mulier & Fiscus inuicem, æquo iure vtuntur, quoad tacitam hypothecam l. Quamuis. Cód. De Priuil. Fisc. Et argum. l. si fundum Cod. Qui potior. in pign.

4 ENIMVERO priuatis nullum ex pecuniario debito Ius suppetit tacitæ hypothecæ, præterquàm in casibus descriptis, Tit. In quib. caus. pign. vel hypoth. Dig. & Cod. Imò nec Ciuitatibus ipsis, contra plebeium quemque. Sicuti aduersus Bithynas ac Ponticas ciuitates Plinius pronuntiauit ex Traiani Cæsaris sententia, lib. 10. Epistol. Communi enim priuatorum iure vtitur Ciuitas, nisi Principali beneficio adiuuetur, eive conformi patria Lege: Qua nimirùm, Antiochensis quilibet Cœlæ Syriæ ciuitatis, priuilegio suffultus erat in bonis debitorum, vt cæteris aliarum Vrbium ciuibus in exigendo debito præponeretur. Quemadmodùm notat Papinianus l. Antiochensium. De priuileg. credit.

De Cœla Syria Plinius, Hist. lib. 5. cap. 23.

4 QVARTVM Fisci priuilegium, hunc in re dubia præsumi, tempore priuatos antecedere, nisi contrarium manifestè adprobetur l. 1. De Iur. lib. 10. Cod. Bald. ad l. Si debitor. Cod. De priuil. fisc. Concurrente autem dote cum Fisco, præsumptum est in ambiguis, dotem mobilis horæ momento anteiisse. Salycet. & Castrens. ad l. Quamuis. Cod. De priuil. Fisc. Bald. in l. Dotis. Cod. De iur. dot.

Hæc Fisci priuilegia aduersus debitorem Fiscalē priuato cedi possunt l. Si in te. Cod. De priuil. Fisc.

5 QVINTVM, etsi priuatus Fiscum creditorem tempore præcedat, generali hypotheca, Fiscum tamen in quæsitis post obligationem anteferri. Vlpian. l. Si is qui

π. De iur. Fisc. Secus priuatos inter ipsos. Scæuolæ responso, l. vlt. D. Qui potior. in pign. l. vlt. Cod. Quæ res pign.

SEXTVM, Fisco licere, solutam alteri pecuniam auocare, tametsi consumptam l. Pecuniam Cod. De priuil. Fisc. 6

SEPTIMVM, debitorem Fisci ad solutionem vrgeri, corporis nexu, vinculis, & mulctæ dictione. Paulus I.C. l. Sacrilegi D. Ad leg. Iul. pecul. l. 2. Cod. De Numerar. & Actuar. lib. 12. l. 2. Cod. De exactor. tribut. lib. 10. Sed eò durius istud videri poterit, quòd Principem generosiùs humaniúsque in suos, quàm priuatum aliquem, gerere se deceat. Nam & Adrianus Cæsar immensam pecuniam, quæ Fisco debebatur, priuatis debitoribus in Vrbe atque Italia remisit, vti in Prouinciis ingentes ex reliquiis summas: Syngraphis in foro Diui Traiani, quò magis securitas omnibus roboraretur, incensis. Auctore Spartiano. 7

OCTAVVM, cuiusdam fortunis iudicio publicatis, Fiscum in litem non succedere, à condemnato antea institutam coram alio Iudice, præterquàm in caussis appellationum. Vlpian. l. Si constante §. vlt. D. Solut. matrim. Salicet. ad l. 1. Cod. Si penden. appellat. mors interuen. Aliud in priuatarum actionum controuersiis l. Si eum hominem π. De fideiussor. 8

Deinde in quouis actu vel iureiurãdo, intelligitur excepta Regis auctoritas. Iason in l. vlt. D. Qui satisd. cogant. Corsetus De potestate Regia Quæst. 17.

NONVM, Fiscum coram suo Iudice in omnibus quæstionibus experiri, l. 1. Cod. Vbi causæ Fiscal. At protrito Iuris axiomate, sequitur actor forum rei. Illinc quoque, Princeps solus propria in causa ius dicit. Quemadmodùm Nos fusiùs infrà, art. vlt. 9

DECIMVM, vt qui Fisco mutui debiti compensationem opponit, intra duos menses sibi debitum docere teneatur. Inter priuatos creditores, non item l. Aufertur §. qui compensationem D. De iur. Fisc. 10

VNDECIMVM, bona contrahentium incestas nuptias, aut quæ indignis adimuntur, Fisco Principis tantùm applicari. Faber in Authent. Bona damnatorum Cod. De bon. proscript. Authent. Incestas. Cod. De incest. nupt. l. Papinianus §. meminisse π. De inoffic. testam. l. hæreditas Cod. De his quib. vt indign. aufert. hæreditas. Quod ego non arbitrarer procedere aduersus fratrem innoxium parricidæ damnati, in hæreditaria huiusce parricidæ portione, quæ ipsi in bonis paternis obuenisset legibus, nisi sacratissimi parentis sanguine manus impias respersisset. Ex Bartol. ad l. Cùm ratio §. vlt. π. De bon. damnat. Parricida enim, veriùs censetur incapax cernendæ hæreditatis, lethali semel ab eo inflicto vulnere, quàm vt indignus, adita velut hæreditate, habeatur. Illo casu, ad agnatos: hoc, ad Fiscum deuolui solet hæreditas. Bartol. & DD. in l. Si ab hostibus §. vlt. D. Solut. matrim. Idem in l. Claudius Seleucus π. De his quæ vt indign. aufer. Bartolus accuratè in l. Hæreditas Cod. eodem. Secundùm quæ, in summis Tribunalibus haud semel pronuntiatum aduertit Aufrerius, Quæst. 13. & Decretum Curiæ Parisiensis extat in iudicio Tarquesiorum Pictauensium, aduersus procuratorem fisci 8. Idus Apriles, an. 1554. post subsimile Burdigalensis Senatus Iudicatum, postridie Kal. Decemb. an. 1518. 11

De pœna parricidii Cic. pro Sexto Roscio Amerino. Sed D. Adrianus postea constituit, vt parricida culeo insutus, feris obiiciatur, nisi mare proximum sit. Parisien. Curiæ Placitum, *Entre les Tarquayz de Nyort, en Poictou*, die 6. April. an. 1554. Arestum Senatus Burdigalen. die 1. Decemb. an. 1518. Hoc Fisci priuilegium 11. communicatur in Gallia cuilibet Iuridicorum Dominorũ fisco inferiori, ne confiscati debita soluant, nisi pro modulo bonorum confiscatorum.

DVODECIMVM, Fiscum rectiùs dici possessorem bonorum defuncti commissorum, quàm hæredem: Ita, vt sine Repertorij beneficio Codicillari, pro rata modò facultatum portione teneatur æs alienum exoluere. Vt ostendimus lib. 1. (Tit. 8. Artic. 19. & Tit. 12. Artic. 13.) Cedò autem, nùm contra Fiscum priuatus audiatur, petens huiusmodi bonorum ex inuentario separationem? Vtere hac distinctione. Aut creditor defuncti, separationem postulat aduersus Fiscum creditorem hæredis: Eo casu placuit, in Fiscum quoque & municipes separationem impetrari l. 1. §. sciendum π. De separat. Aut verò defuncti hæres confugit ad hoc separationis bonorum auxilium, ne Fisco defuncti creditori obstringatur supra vires hæreditarias: Tunc edixit Princeps noster, contra se minimè istud concessum iri separationis Repertoriique præsidium hæredibus Fiscalis debitoris. Vt superiùs edocuimus, hoc lib. (Tit. 24. Artic. 6.) Quinimò Primipili filius, etsi neutiquam hæres, lege obnoxius fit paternis debitis Fisco soluendis, quæ officij illius ratione contracta sint l. vlt. Cod. De primipilo lib. 12. 12

Karolus 5. Imp. Cõstitutione edita, an. 1541. præcipit, vt impetrato beneficio inuentarii hæres intra 40. dies conficiat inuentarium omniũ bonorum hæreditariorum, eaque æstimari curet, data etiã cautione reddendarum rationum. Vel & Fr. Balduinus, Atrebas Cæsarisque illius subditus originarius scribit In tit. De hæred. qualit. & different. In Instit. Ciuilib.

DECIMVMTERTIVM, à Fisco rei communis dominium vel alienæ transferri, non minùs quàm propriæ l. Benè à Zenone. Cod. De quadrien. præscript. 13

l. 1.

l.1. Cod. De vendit. rer. Fiscal. cum priu. commun. lib. 10. l. 2. Cod. de commun. rer. alienat. Quod obtinet etiam citra nouæ possessionis, aut traditionis ministerium. Angel. in l. Officium ff. De rei vindicat. Alexand. Responso 3. volum. 5. Iaf. ad l. Traditionibus Cod. De pact. Eodémque propemodùm relabitur Ælij Martiani sententia, quemuis posse, communem causam sibi cum Fisco deferre, nec per hoc famosum fieri, (beneficio Fisci) licet in causa sua non obtinuerit l. deferre §. sed communem ff. De iur. Fis.

In hanc Legem Cuiacius 18. Obseruat. 22.

14 DECIMVMQVARTVM, vt Fiscalis publicæque gazæ dispensator, videatur tantùm ex ipsa ditatus, Iuris coniectura & opinione: Non idem in curatore priuatorum bonis dato l. Defensionis facultas. (In fi.) Cod. De iur. Fisc. lib. 10. Faber concinnè ad l. Si defunctus. Cod. Arbit. tut.

Idem de administratore Ecclesiasticarum facultatum, quod Fiscalium; vt ex sacris nũmis rem suam auxisse præsumatur. Authent. Licentiam. Cod. De Episcop. & cleric.

15 DECIMVMQVINTVM, à Fisco satis exigi non debere, neque eum satisdatò cauere cogendum, vtpotè Legum opinione prædiuitem. Vlpian. l. 1. §. si ad fiscum D. Vt legat. nom. caueat. Leg. 2. §. 1. ff. De fund. dotal. l. 3. §. item sciendum D. Si cui plusq. per leg. Falcid.

16 DECIMVMSEXTVM, in ciuili negotio Fisci, inquisitionis formulam, vel extra ordinem quidem, obseruari l. 1. Cod. De natural. liber. In priuatis, secus.

17 DECIMVMSEPTIMVM, pro rebus Principi necessariis vectigal publico pendendum non esse. Inquit Paulus I.C. l. Locatio §. Fiscus ab omnium vectigalium prestationibus immunis est ff. De publican. Leg. vniuersi Cod. eod. Quod ad Augustam pariter, eiúsque familiares producitur. Lucas Pennatus in l. 3. Cod. De Præposit. sacri cubiculi, lib. 12. Ripensis in Tract. De Peste. At mercatores ipsi, qui de fundis Fiscalibus mercari consueuerunt, nullam immunitatem soluendi publici vectigalis vsurpare possunt. Vt eodem §. illo relatum est.

18 DVODEVICESIMVM, ex pluribus correis Fiscalis tributi, vnum ipso iure in solidùm teneri. Vt vult Papinianus l. Cùm possessor ff. De Censib. Diuersum in aliis, nisi solidæ exactionis ius Pacto conuentum sit, & Iustinianeo diuisionis beneficio à contrahentibus renunciatum. Nouella Constitut. Hoc ita Cod. De duob. reis.

Regium est, iurisiurandi gratiam facere, l. vlt. D. Ad Municip. Lucas de Pena, in l. 1. Cod. Qui milit. non poss. lib. 12.

19 VNDEVICESIMVM, debitorem Fisci confitentem, & conuictum, prouocantem non audiri l. vlt. Cod. Quorum appellat. non recip. l. Quoniam nonnulli Cod. De appellat.

20 VICESIMVM, singularem Fisci successorem cogi stare colono. l. Valerius ff. De Iur. Fisc. l. penult. & ibi Bartol. Cod. De mancip. & colon. lib. 11. Contra receptum Iuris theorema in l. Emptorem Cod. De locat. l. Qui fundum D. eod. Leg. Nihil proponi §. 1. ff. De legat. 1.

21 VICESIMVMPRIMVM, venditorem hæreditatis Fiscum creditoribus & negotiis hæreditariis non implicari, sed emptorem: cæteroquin Lege contrarium dictante. Vt Paulus I.C. respondit l. Eum qui bona ff. De iur. Fisc. l. 1. & 2. Cod. De hæred. vel act. vend. Leg. 2. Cod. De Pact. l. planè §. 1. ff. De legat. 1.

22 VICESIMVMSECVNDVM, Fisco quanquam actori, omnia edenda litis instrumenta: aduersus Iuris Ciuilis regulas ordinarias. Modestini l. Ne quisquam ff. De eden. l. procurator Cod. eod. l. 2. §. Diui. ff. De iur. Fisc.

23 VICESIMVMTERTIVM, donationem puram ac simplicem à Principe in Augustam valere. Quidni valeat? Confluente scilicet amborum coniugum priuilegio. Nam singularia Regis iura ad Reginam protrahi, exemplo planum fecit Sanctia Roberti Siculi Regis vidua mulier, cui circumscriptæ in alienanda Arce Montisalbani, perinde succursum fuit, ac Regi ipsi, auxilio restitutionis in integrum. Vt Lucas testatur, ad l. Cubicularios tam sacri cubiculi mei, quàm venerabilis Augustæ Cod. De Præposit. sac. cubicul. lib. 12. Quin & Artaxerxes Persarum Rex dictitabat, Estherem coniugem vitæ Regnique sociam, nec suas in eam Leges, sed in subditos latas esse: quum eidem licere omnia fateretur. Vt inquit Iosephus, Antiquit. Iudaic. lib. 11. cap. 6. Quò minùs mirum, Principales in Reginam largitiones, quæ priuatis coniugibus inter ipsos negantur, firmas fixasque permanere. Imperatorio Rescripto ad Mennam Præfectum Prætorio l. penul. Cod. De Donat. int. vir. & vxor.

Quid si Princeps donet ciuitatem, in qua iurisdictionem limitatam habet? Eam tantùm videtur concedere. Decius Consil. 187. Alexand. Consil. 47. volum. 4.

24 VICESIMVMQVARTVM, nemini Vrbium portas, muros, ac turres, nisi

Principali permissu, inhabitare licere l. vlt. D. Nequid in loc. publ. Imò nec dirutæ ciuitatis mœnia instaurari queunt, nisi auctore Principe Bald. ad §. Ciuitates. De Pace Cõstãtiæ Iac. Rebuff. in l. Restaurationi Cod. De diuers. præd. lib. 10.

VICESIMVM QVINTVM, aduersus Sententiam ex causa Principem restitui obtentu nouorum instrumentorum. Vt Papyrio Iusto placuit, l. Imperatores ff. De re iudic. 25

Apud Principem tamen omnis pœna est arbitraria. Bald. in l. Cunctos Cod. de sum. Trinit.

VICESIMVM SEXTVM, in contractu Fiscali, fraudatores grauissimo quadrupli ære mulctari. Argum. l. 4. §. sed & qui, & l. Sacrilegij §. vlt. D. Ad Leg. Iul. peculat. 26

VICESIMVM SEPTIMVM, Principis Basilicas solas Patrimoniaque titulorum inscriptione legi, & in iis vela regia suspendi oportere. Honorij & Theodosij l. Regiæ Maiestatis est, vt nostræ tantùm domus & patrimonia. Cod. Vt nemo priuatus titulos prędiis suis vel alienis imponat, aut vela regia suspendat. Principali verò auctoritate, publici Nuncij Regia Insignia priuatis insigunt debitorum prædiis vrbanis aut rusticis: quæ, manu publicè iniecta, multis præconiis venalia clamitant & proscribunt, vrgente creditore. Francico Edicto de auctionibus fundorum, lato ann. 1551. Vnde nec talis fundorum prehensio, & auctionaria ipsorum præconia aliò referri debent forensibus Pragmaticis adprobanda, quàm ad Regium Magistratum. Vt Parisiensem Curiam iudicasse monuimus, in Opere De LEGIB. ANDIVM, art. 4. Libelli eiusdem De communibus Gallicarum Consuetudinum præceptis. 27

Panonceaux royaux aux saisies des terres.

Edictum *sur le fait des Criees.*

Certification de Criees deuant le Iuge royal.

Lib. 1. Leg. Andeg.

DVODETRICESIMVM, Vnius Principis esse, arrogationi decretum interponere, & infantis vel absentis emancipationi (l. 2. Cod. De Adoption. l. Iubemus Cod. De emancipat. liber.) Vtì & nothos natalibus restituere, quod Bartolus sibi à Carolo 4. Cæs. indultum agnoscit, in Extrauagan. Ad reprimendam. 28

VNDETRICESIMVM, Fiscum in bona damnati successorem, ab eo factas locationes seruare non compelli l. Si fundus D. Locat. Quamuis de necessaria alia fundi translatione in tertium, aliter cautũ sit Iure cõmuni. Alexand. Imolens. ad l. Si filiofamilias §. vlt. num. 19. De Solut. matrim. & Bald. in l. Diuortio. Eod. tit. 29

Regia donatio non est necessariò insinuanda in Actis publicis.

TRICESIMVM, Principalem liberalitatem non egere publico monumento, & Actorum professione l. Si quis pro redemptione l. Sancimus §. exceptis, & Authen. Item à priuatis Cod. De donation. Similiter à Principe donatorum filiofamiliâs vsusfructus non pertinet ad patrem donatarij l. Cùm multa Cod. De bon. quæ lib. 30

TRICESIMVM PRIMVM, solo Principis diplomate, priuatum vias commeare: quod Persæ Ἀγγαρέιον δρόμημα, cursum pernicissimum Equitum nominant (Herodot. lib. 8.) Romani cursum publicum vehicularem, seu euectionem: Vt indicat Cicero in Pisonem, Plutarchus in Galba, & Iustinianea Constitutio, Iubemus. De cursu publico lib. 12. Cod. Eapropter Plinius excusatione ad Traianum se purgauit, quòd Diplomatum vsum vxori concessisset, quæ, auo mortuo, ad amitam excurrere volebat lib. 10. Epistol. Quùm autem, Imperante Aurelio, Pertinax cohortis Præfectus cursum publicum vsurpasset absque commendatitio Rescripto, ea pœna affectus fuit à Syriæ Præside, vt pedibus ab Antiochia ad legationem suam iter facere cogeretur. Gallis verò Pegaseios huiusmodi cursus, seu *Postas* constituit Ludouicus 11. quasi positas collocatásque certis in locis, & semper in procinctu cum dispositis equis excubantes. 31

TRICESIMVM SECVNDVM, Sententiam contra Fiscum latam, cui minimè adfuerit patronus fisci, nullam esse. Vt D. Hadrianus Flauio Proculo rescripsit, apud Calistratum I.C. l. 3. §. Cùm quinquennium ff. De iur. Fisc. l. Si fiscus alicui. Eod. tit. Aliud verò in priuatis litigatoribus sancitum à Diocletiano Imp. l. Velamento Cod. de Postulan. Ac illud quidem producendum censeo ad publicas etiam fundorum addictiones: queîs pro officio non intercesserit Procurator Fisci creditoris, rerumve proprietarij. Nam etsi contrarium huic proferat Boërius Decretum Aquitanicum, in Burdigalen. Decis. 277. Constat, absente Fisci patrono, Iudicata in irritum deduci. Ex leg. vlt. Cod. De aduoc. Fisc. l. 41. De appellat. In Cod. Theod. Quanto minùs ergo desertum Fiscale ius pati debuêre Magistratus Gallici, qui Regiorum Actorum vices supplere dicuntur Ioh. 32

An regius Procurator, qui proscriptæ bonorum auctioni non opposuerit in ea ius Regiũ quoddam, audiatur post publicam illorum Adiudicationem.

Ioh.Fabro ad leg.3.Cod.Si propt.public.pensitat. Quoniam, ad hæc, publicis in negotiis restitutioni via patet aduersus Sententiam, Rescripto Antonini & Veri Impp. Meritò fauendum est Fisci in integrum restitutioni, cuius quæstiones coniunctam semper habeant publicam vtilitatem. Argum. Legis Zenoniæ vlt. Cod. De quadrien. præscript. Nam simili modo sacra Ecclesia, ac minores annis Codicillari suffragio audiuntur aduersus Forensem prædiorum auctionem & licitationem in creditores ipsam prosequentes. Id quod variis Legum rationibus adstruit Boërius Aquitanicæ Curiæ Præses, ab eáque latum idcirco Arestum citat. 14. Kal. Februar. an. 1531. Decisione Burdigalen. 141. Sed hoc tamen circumspectè accipiendum, iuxta ea, quæ Nos in idem argumentum scripsimus lib. 3. PARISIENMORVM. Post Ioh. Fabrum, in l. si eo tempore Cod. de remiss. pign. Et in Authen. si omnes Cod. si minor ab hæredit. se abstinuer. Cum Baldo ad leg. vlt. Cod. De in integ. restit. minor.

Leg. 35. ff. De re iudic.

Minor, & Ecclesia, an restituantur aduersus eridam & proclama publicum.

Burdigalen. Arestũ die 19 Ianuar. an. 1531.

Tit. vlt. art. 16.

33 TRICESIMVMTERTIVM Fisci priuilegium, possessiones eiusdem oneribus extraordinariis minimè subiici, nec extraordinaria munera subire. Cæsarea Lege, Priuatæ rei nostræ priuilegiis permanentibus. Cod. De excusat. muner. lib. 10. l. 1. l. Excepto patrimonio pietatis nostræ. Cod. De Priuileg. domus Augustæ, lib. 11. Inde & Regum filij tributum aut censum neutiquam pendunt. Vt habetur Senatorio Lutetiæ Stylo, Rubr. Priuilegia Regis, & eius filiorum.

De Regalibus quoque vestimentis nulli alteri communicandis, l. Aurea & toto Tit. De vestib. olober. Cod

Stylus Parlam.

34 TRICESIMVMQVARTVM, Principis donationem in liberos, necdum quidem emancipatos, ratam esse. Bald. ad cap. 1. §. item sacraměta. De Pace iuramen. firman. Ideóque Lex. 2. Cod. De inoffic. donation. cessat in Principe donatore. Corsetus in Tract. De Potestate regia. Quæst. 6. Felyn. ad cap. Qualiter & quando. De accusat.

Imperiales enim donationes, siue in virum, siue in mulierem conferantur, iure quasi castrensis peculij habentur. Quo in Castrensi peculio, filiusfamilias habetur pro patrefamilias, l. Cùm multa Cod. De bon. quæ liber.

35 TRICESIMVMQVINTVM, Regio tantùm munere creari vel adprobari Mēsarios & Trapezitas, vt aliquis Mensam exercere non audeat, quam *Bancham Cābij* vocitant, nisi Regiis auspiciis. Decision. Delphinali 287. Secus Iure Romano, vt ibi. Hoc amplius Francica Constitutione prouisum est, vt Mensarij & Collybistæ extranei satisdent idoneè, priusquàm admittantur ad popularem eiusmodi Mensam erigendam, artic. 38. Parisiensis Edicti, Mense Ianuario, an. 1563. & artic. 357. Blesensis, Maio Mens. an. 1579.

Guid Pap.

Banquiers.

36 TRICESIMVMSEXTVM, Fiscales causas eremodicio, triennive silentio non perire, l. Properandum, Cod. De Iudic. Pupillarium autem litium disceptatio, quæ trienni mora suspensæ conquieuerint, exsuscitari nequit: licet eremodicij contrācti venia gratiáque à Rege impetrata. Sicuti Aresto Curiæ definitum est, in forensibus Actionibus prolato 7. Kal. Quintil. an. 1571. Chauuelino, Méque dicentibus. Ex sensu §. vlt. cit. l. Properandum, & Ruscinonensis Edicti artic. 15. Aliter censendum de causis prouocationum in Auditorio Curiæ palàm agendis, quæ triennio immotæ non intercidunt, si modò semel in Catalogum relatæ sint causarum publicè orandarum. Quandoquidem vertentis cuiusque anni Mense Sextili, forenses cognitores edunt suorum clientum nomina in Actis causarum Isagogicis pro vetere Fori instituto: quibus speciatim, ob eam cognitoriam operam, à Senatu addicitur honorarium, quod vulgò Pragmatici *Salarium Præsentationum* vocant. Inde appellatorias huiusmodi controuersias triennio non perimi, iudicarunt CONSCRIPTI PATRES secundùm Canonicos Templi maioris Aurelianensis. Decreto postridie Kalend. Apriles, an. 1573. Me, sacri illius Collegij: & Brissone, aduersariorum patronis. Ita fermè in Cæsareo Germaniæ Senatu lites non claudi trienni silentio, refert Mynsingerus in Centuria 2. Obseruat. 48. Fultus Baldi opinione, de Prætorio Principis, in Responso 217 Volum. 3. iuxta leg. Si quando, Cod. De Tempor. appellat. Tametsi Math. Afflictus contrariæ partis sententiam consectetur, Iustinianeam legem (Properandum) in sanctiori etiam Consessu regio locum habere. Decis. Neapolitan. 283. Polonicis autem Constitutionibus, *Actor non continuans annum & sex septimanas, cadit causa.* fol. 122. At Pannonicis, contrà, Moribus ita scriptis, LIS MOTA, ET NON PROSECVTA, PRÆSCRIBITVR. 32. ANNORVM SPATIO: SED DENVÒ MOVERI POTEST.

Si tamen cum peremptione instantiæ periisset actio, Minor ad vtrumque restituitur. Aresto Parisien. in 2. Camera Inquestarum, die 7. Septemb. an. 1585. (Tudarto relatore) pro Annæo *Du Prat*, intimato: contra *N. de Pierrefiche* appellantem à Claromōtano, Aruerniæ Iuridico.

Decretum Senatus die 25. Iun. an. 1571.

Procuratores Curiæ Paris. nomina suorum clientum inscribunt quotannis *au Greffe des Presentations de la Cour, és Appellations verbales.*

Arestum die 2. Apr. an. 1573.

Imperialis Cameræ Consistorium.

Statuti Polonici verba, Latinè scripti.

Hungariæ ius Consuetudinarium.

37 TRICESIMVMSEPTIMVM, vt si Cæsar hæres instituatur, miscendo se opu-

lentæ hæreditati, procurator hæredem Cæsarem faciat: Vlpiani responso, l. 1. De offic. Procurat. Cæsar. Priuatus verò non potest hæreditatem adire per procuratorem, l. Paulus ϖ. De acquir. hæred. Bartol. & Bald. in l. 1. Cod. Qui admitti ad bon. possess.

DVODEQVADRAGESIMVM, in causis publicis confessionem emissam, absente parte, inducere facti probationem. Anton. Butrius ad cap. Si constiterit. De accusat. In priuatis, non ita, l. Certum, §. si quis absente, ϖ. De confess. 38

VNDEQVADRAGESIMVM, Substituto Fiscum præferri, siquidem instituto, tanquam indigno, auferatur hæreditas. Bartol. ad l. 1. ϖ. De vulgar. & in l. Sequens. D. Ad Syllanian. 39

QVADRAGESIMVM, ementem à Fisco, non esse reliquorum solutioni obnoxium, l. penult. Cod. De fid. instrum. & iur. hast. fiscal. lib. 10. Aliud, si à priuato mercatus esset, l. Imperatores ϖ. De publican. & Gloz. in d. l. penult. 40

QVADRAGESIMVMPRIMVM, vt inhabiles, idonei habilésque efficiantur à Principe, l. Quidam consulebant, ϖ. De re iudic. Et ex incapacibus, capaces, §. Discretis. Authen. Quib. mod. natural. effic. sui. Curtius, in Respon. 49. 41

QVADRAGESIMVM SECVNDVM, vt solutionis dilatoria Rescripta non porrigantur ad Fiscalia nomina, nisi id disertè moratoria debitorum prorogatione cautum sit, §. Publica. Nouella Constitut. De Mandatis Principum. Angelus in Responso 23. 42

QVADRAGESIMVMTERTIVM, in emptione metallorum Principem anteferri, l. 1. Cod. De Metall. lib. 11. 43

QVADRAGESIMVMQVARTVM, vt Emphyteuta Fisci vias publicas reficere teneatur, quùm alioquin id proprietatis fundi onus esse, responderit Papinianus, in lege Græca, Ἀςύνομοι. De via publ. l. 1. Cod. De Collat. fundor. lib. 11. Sed mutua vice, libera est fiscali emphyteutæ venditio, seu donatio agri emphyteutici, irrequisito Fisco, l. 1. & ibi Glos. Cod. De fundis patrimonial. lib. 11. Quod non æquè in priuato seruatur, l. vlt. Cod. De iur. emphyt. 44

QVADRAGESIMVMQVINTVM, iudicata contra Fiscum, retractari intra triennium posse, l. 1. Cod. De sentent. aduers. Fisc. lat. retractan. lib. 10. 45

QVADRAGESIMVMSEXTVM, vt Fisco liberum sit, à venditione vel locatione aliquando recedere, meliori oblata conditione, l. Lucius, §. vlt. D. Ad Municip. l. 1. & 2. De vendend. reb. ciuit. lib. 11. Cod. 46

QVADRAGESIMVMSEPTIMVM, Rem Fiscalibus nummis emptam, in subsidium loco pretij succedere, & à Fisco posse vindicari: instar sacræ Ecclesiæ, vel minoris 25. annis, Bald. ad l. Si eum, D. de reb. credit. Contra vulgare Iuris axioma sumptum ex l. Si vt proponis, Cod. De rei vindicat. 47

DVODEQVINQVAGESIMVM, ad Fiscales venditiones Edictum Ædilium Curulium non pertinere, nec Fiscum venditorem teneri quantò minoris. Diuersa causa est venditionis pupillaris, aut à Repub. celebratæ. Vt ait Vlpianus lib. 1. Ad Edictum Ædilium Curulium, in l. 1. §. illud sciendum, ϖ. De ædilit. edic. 48

VNDEQVINQVAGESIMVM, euicta re à Fisco vendita, hunc simplam tantùm debere euictionis nomine, licet stipulatio duplæ intercessisset venditioni, Bald. ad l. 1. Cod. De hæredit. vel act. vend. Vbi multa Fisci priuilegia enumerat. 49

QVINQVAGESIMVM, à Fisco licitè conueniri ilicò debitorem debitoris sui, qui non sit soluendo: in priuatis, secus l. Si in causa, l. Si debitam, l. Non priùs, Cod. Quando Fisc. vel priuat. Hisque quodammodò congruit Cæsarea lex, Omnes Vers. sed verò, Cod. De agricol. & censit. lib. 11. 50

COMPLVRA alia Fisci Priuilegia recensentur à Francisco Luca Parmensi (in Tract. De Fisco, & eius Priuileg.) Vereor ne nimiùm multa in Populi detrimentum, cuius SALVS POP. SVPREMA REGI LEX ESTO. Vnam hanc præterire nequeo Regum præcellentiam eximiam, omniúmque adeo more Gentium vsurpatam, vt ij sibimetipsis ius dicant suaque de re interponant iudicium. Contra notissimam Legem. *Ne quis in sua causa iudicet*, quæ primitùs fluxit ab Aristotelico dogmate, Politic. lib. 3. cap. 6. & 12. Nam Tyberius Cæsar iudex sedit pro Tribunali, in diuidunda cum eo hæreditate, qui Parthenio Cæsaris seruo substitutus erat: quùm Parthenius ille, tanquam ingenuus hæres institutus, adiisset hæreditatem. 51

Adde, Principale ius esse, Medicos adprobare. Lucas Pennatus, in l. Contra publicam. De re milit. lib. 12. Vbi idem Siciliæ Cancellarius tradit, Sicula Constitutione cautum esse, ne medicus artem exerceat, nisi Regio permissu, aut Regiorum magistratuum.

Singulare itidem Regis ius est, egregias personas cogere ad compromittendum. Innoc. in cap. cùm inter De elect. Bald. & Angel. in l. Æquissimum, ϖ. De vsufr. Quod Statuto etiam Comitatus Prouinciæ cautum fuit, Nobiles compromittere teneri, die 27. Ianuar. an. 1469. Vt est in lib. Statutor. d. Prouinciæ.

Ecclesiæ, pupillivè ære comparata, etiã alieno nomine, ipsorum fiunt, cap. Inquitendum De pec. cler. l. 3. C. arbit. tut.

Ad hæc, solius est Principis, Indictionum immunitate donare subditos l. vnic. Cod. De iis qui à Principe vacat. accep. lib. 10.

M. Antonij Peregrini, De Priuilegiis & Iuribus Fisci, lib. 8. prodierunt in lucem an. 1604.

Centena Fisci Priuilegia, cum quadragenis, numerantur ab eodem Luca Parmensi. De quibus etiam Castrensis in l. vlt. Cod. De sentent. aduers. fisc. lat. retractan. lib. 10. Cod.

Qui Iurisdictioni præest, neque sibi ius dicere debet, neque vxori, vel liberis l. 10. D. De Iurisd. omn. iud. l. penul. ϖ. De Arbitr. l. vn. C. Ne quis in sua caus. iudic.

tatem. Vt Sextus Pomponius retulit in l. Et hoc Tiberius, ff. De hæred. instit. Sic M. Antoninus Imp. de bonis Valerij Nepotis cognitione suscepta, iudicauit, eane, vt caduca Imperiali tum fisco ritè vindicarentur. Pudente & Pollione Coss. Vti Marcellus I.C. notauit l. penult. ff. De his quæ in testam. delent. Nec aliter memorat Quintilianus, Reginæ se Berenices, eadem præside, causam egisse. Omnibus rursùm compertæ M. Tullij Orationes pro Q. Ligario, pro Deiotaro, pro M. Marcello, coram Iulio Cæsare suæ litis arbitro ac disceptatore. Nec mirum. Demus enim, Reges legibus solutos esse, quasi humanos Ioues, vt Plautus in Casina vocat: aut Homerici Iouis instar, quoquò se verterint, omnia circumagere, nutu solo cuncta quatientes, iure * Παμβασιλείας. Tamen Principi princeps Imperatrixque Lex est, haud illa quidem in Libris extrinsecùs scripta, aut in tabulis: Sed animata intus in ipso ratio, semper cum eo conuersans, eiusdémque obseruatrix (nec minùs in propriis, quàm alienis litibus diiudicandis.) Vt Plutarchus ἐν τῷ πρὸς ἡγεμόνα significat eadem sequentium verborum serie. οὐκ ἐν βιβλίοις ἔξω γεγραμμένος, οὐκ δή τισι ξύλοις. ἀλλ' ἔμψυχος ὢν ἑαυτῷ λόγος, ἀεὶ συνοικῶν καὶ παραφυλάττων, καὶ μηδέ ποτε τὴν ψυχὴν ἐῶν ἔρημον ἡγεμονίας. Proin commendatur in Panegyrico Traianus, quòd legibus, quas nemo Principi scripsit, ipse tamen in Rostris sponte se subiecerit, Consulatúque abiturus, sese nihil contra leges fecisse iureiurando affirmarit. Atque hoc nomine collaudat Pacatus Theodosij Imp. modestiam, quasi idem esset Augustus, qui fuisset priuatus, & tantùm sibi per se liceret, quantùm per leges fas esse duceret. Antea necnon prudenter visus est Apollonius Vespasianum hortari, Rom. Orbis Imperium affectantem, vt legi obediret, eamque sibi dominari sinens vltrò, caueret ne quicquid collibuisset, licere sibi arbitraretur. Ex Philostrato in vita Apollonij, lib. 5. cap. 13. Non est ergo in Principe metuendum, quod in priuato reformidans M. Tullius inquit, more maiorum comparatum, ne minimis in rebus homines amplissimi sua de re testimonium dicerent, nedùm Sententiam. In Orat. pro Sex. Roscio Amerino. Fateor certè, M. Antoninum Imp. cognitionibus ad se pertinentibus Senatum dedisse iudicem, auctore Capitolino. Nec inficior, Octauium Augustum, cùm à Tario de filij parricidio querente in consilium adhibitus esset, suspicionem purgasse, quæ de se haberi poterat ab illo hærede nuncupato, suæque sententiæ libertatem redemisse, quùm iurasset se Tarij hæreditatem minimè aditurum. Vt est apud Senecam, De Clementia lib. 1. Sed hæc, de re priuata Cæsarum: firmato autem postea Monarchiæ statu, ciuilique Regiarum iurisdictionum ordine stabilito, iam inde vsitata fuit Principis, seu Principalium iudicum de re Fiscali notio ac disceptatio. Cuiusmodi Regiis litibus etsi Regij Procuratores accedant, vel Cæsarei, nil ideo decedit de iure priuati litigatoris. Nam & hoc nomine celebratur Diui Traiani memoria, quòd eos procuratores haberet, vt plerumque ciues non alios Iudices mallent. Sicuti Pliniana Panegyris illi dicta attestatur.

* Regni numeris omnibus dominationis absoluti.

Tranquillus de Tiberio Cæs. ait, Nil ferè fuisse tam paruum, neque tam magnum, de quo non ad Senatum referret, cap. 31.

Primi Romanorũ Reges, controuersias omnes cognitionis suæ fecerunt. At Seruius Tullius rex sextus publicas solas iudicio suo reseruauit, priuatas Senatui, aut priuatis iudicibus mandauit cognoscendas. Ex Halycarnasseo, Antiquit. Roman. lib. 4.

Cap. 15. lib. 1.

Tit. XXX.

DE PONTIFICIIS IN FRANCVM REGEM PRIVILEGIIS.

1 *Regum Gallorum in Rom. Pontifices obseruantia, multis eorum priuilegiis, & prospero rerum successu compensata.*

2 *Gregorij Mag. Papæ Epistola ad Theodoricum Francorum Regem, suæ in eum beneuolentiæ index.*

3 *Sacerdotio, & Regno constare Rempub. Christianam.*

De Regij Gallorum fastigij Celsitudine, ac Christiana pietate, Pontificium testimonium.

4 *A variis Pontif. datum Regi Gallorum priuilegium, ne ipse, eiúsve Regnum excommunicari posset.*

Regios Officiales, officij sui occasione, facilè excommunicari non posse.

5 *Regis Galliæ Regnum, quondam Interdicto suppositum.*
Angliæ Regem, censuris Apostolicis notatum fuisse.
Regno Aragoniæ Petrum Regem à Pontifice Romano priuatum fuisse.
Cantabriæ Regem Ianum Albretum, anathemate notatum, eiusque Regnum publicatum.

6 *Excommunicationis summus iam olim terror.*
Exempla euersionis Regnorum, ex causa impietatis & blasphemiæ in Deum, eiúsque Maximos Sacerdotes.

7 *Germanici Cæsares excommunicati à Pontif. summo, & Imperiali dignitate exturbati.*

8 *Franciæ Clericis aulicis omnes suorum beneficiorum fructus percipere licere: reliquis autem absentibus, non item.*

9 *Eodem priuilegio,* Capellani *& Clerici sacræ* Capellæ *Palatinæ apud Parisios, quondam fruebantur.*
Forensis actio, núm hodie hi Palatini Capellani *eo priuilegio frui debeant.*

10 *Priuilegium de imponenda Ecclesiis indictione nummaria, difficillimis Reipub. temporibus, & necessario gliscente bello.*

11 *Franciæ Regem, cæteros Reges dignitate antecellere.*
Legatum Franciæ Regium, in Concilio Constantiensi alios aliorum Regum Legatos antecessisse.
Pontificiorum in Gall. reges Priuilegiorum ampla enumeratio.

12 *Karolus 9. Rex, Pontificiorum in maiores suos munerum dignissimus hæres, quippè Pietate & Iustitia insignis.*

Non in multitudine exercitus Victoria belli, sed de cœlo fortitudo est 1. Machab. 3. cap. Iudas Machabeus relaturus ingentem ex hostibus victoriam, conspicatus est Sacerdotes orantes pro populo & vniuersa ciuitate 2. Machab. vlt.

1 HIC LABOR EXTREMVS, longarum hæc meta viarum. Nam sacratissimi Regis Iura tractantem, æquum fuit, per sacrorum principem Pontificem Max. orationis exitum quærere illustriorem. Permulta extant Regiorum erga Petri Sedem monumenta meritorum, quæ obiter à Nobis lib. 2. perstricta sunt, Tit. penult. Vnde constans fides est, tot quondam Francorum victorias cœlesti beneficio partas, tot fœlices Gallis successus diuinitùs contigisse: potissimùm ex præstita Romanis Pontif. obseruantia, qui eam dum pari beneuolentiæ fructu rependerent, nostram Rempub. enixis in Superos precibus, imploratáque Numinis ope adiuuerunt.

2 CVIVS ne otiosa exempla relinquantur, præsto est B. Gregorij Pontif. Epistola, ad Theodoricum Regem Francorum ita scripta: OMNIA, QVÆ EXCELLENTIA VESTRA VOLVIT, CITIÙS AC LIBENTER IMPLEVIMVS, VT QVANTÙM NOBIS BONA VESTRA PLACVERINT, EFFECTVS NOSTRI CELERITATE MONSTRAREMVS: SALVTANTES PRÆTEREA VOS PATERNA DVLCEDINE, ET VALDE LAVDAVIMVS, QVIA ET PRÆSENTIA SAPIENTER, SICVT DECET, ATTENDITIS, ET SIC MVNIRE FVTVRA SEMPITERNÆ PACIS INTERVENTV INTER VOS ET REMPVB. FESTINATIS, VT VNVM FACTI, REGNI VESTRI FIRMITATEM IN PERPETVVM EXTENDERE SVBLIMITER POSSITIS. DE QVIBVS SVCCEDENTI VOBIS TEMPORE, QVÆ DEO FVERINT PLACITA, NVNTIAMVS. Hæc Gregorius, Regesti lib. 11. Indictione 6.

Deum timete, Regem honorificate, 1. Petri 2.

Hebræis Regale fuit sacerdotium.

Hispaniæ quoque Rex Alphonsus 1. Catholici cognomentum promeruit.

3 DVOBVS nimirùm firmissimis præsidiis nititur Christiana Politéa, Sacerdotio, ac Regno: vt mutuis operis, & Summus Sacerdos non cesset in vota precésque, ad communem Gentium salutem sub Regum imperio conseruandam, & Rex Regum augustissimus piis armis sacrosanctum Solium tueatur. Ex quo, velut ex arce ac terrarum specula, Romani Pontif. quùm Regum studia, & opera perpenso iudicio explorarent, Gallum imprimis, de Christiano Orbe optimè meritum, insignibus ornarunt Priuilegiis. Huic rei argumento est Christianæ pietatis nostrorum Regum elogium illud depromptum ex eadem B. Gregorij P.P. officina, qui, ad Childebertum Franciæ Regem, *Quantò* (infit) *cæteros homines Regia Dignitas antecellit, tantò cæterarum Gentium regna Regni vestri profectò columen excellit. Esse enim Regem, quia sunt & alij, non mirum est, sed esse Catholicum, quod alij non merentur,*

rentur, hoc satis est. Sicut enim magnæ lampadis splendor in terræ mortis obscuritate, luminis sui claritate fulgescit: Ita Fidei vestræ claritas inter aliarum Gentium obscuram perfidiam rutilat ac coruscat. Quicquid autem Reges cæteri gloriantur habere, habetis. Sed ipsi in hac re vehementiùs superantur: quoniam hoc principale bonum non habent, quod habetis, &c. Regesti lib. 5. cap. 106.

quòd magna Hispaniarum parte recepta, eiecto Maurorum præsidio, Arrianam hæresin inde extirparit, an. 740.

4 QVARE posteri etiam Pontifices, propenso in Francum Regem studio, eximia ipsi irrogarunt Priuilegia. Alexander 4. Nicolaus 3. Martinus 3. Gregorij 8. 9. 10. & 11. Clemens 4. & Vrbanus 5. id speciatim concessêre Christianiss. Principibus nostris, ne cœtu piorum arceri possent, eorúmve Ditio subiici Ecclesiastico interdicto. Atque eam in causam haud aliud diploma luculentius, quàm Clementis 5. sacrum Rescriptum, Meruit. De Priuilegiis, inter Extrauagantes, velut in æs incisum. Quo tollitur effectus Bonifacianæ Sanctionis, Vnam sanctam, De maiorit. & obed. Producuntur huiusmodi priuilegiarij Sanctæ Sedis codicilli ad Regios Francorum Magistratus & Officiales: Ne regiæ iurisdictionis occasione, quam exerceant, eorum capita diris proscriptionibus deuoueantur. Quam in sententiam, aduersus Archiepiscopum Rothomagensem, qui ortum ducebat ex Alenconia familia, Senatus pronuntiauit, an. 1399. Idem longo pòst interuallo decisum à Curia Max. in Parisiorum Antistitem, ne graui Ecclesiasticæ potestatis obnuntiatione generatim concepta, censuræque Pontificiæ verbis comprehensus censeretur Regius Scriba, aut carceri præpositus Lutetianæ præfecturæ. Decreto 15. Kal. Maias, an. 1507. quod Ioh. Feraldus literis mandauit, ipse tum in Foro supremo, publicæ huius spectator disceptationis. In Tract. De iurib. & Priuileg. Regni Francorum. Vt interim omittam, quòd Ampliss. Ordinis iudicio coactus fuit Carnutum Episcopus sacro soluere interdicto Meduntensem ciuitatem: Nonis Ianuar. an. 1369.

Ecclesiastic. Prælatorum excommunicatione Rex, & Interdicto Regnum Francic. eximuntur.
In Extrauag communib.

Arestum Curiæ, die 17. April an. 1507. pro Actuario, & Cômentatiensi Castelleti Parisien.
Placitum Curiæ, die 5. Ian. an. 1369. *pour la ville de Mante.*

5 AT enim superioribus seculis, Philippum 1. Regem ferunt Pontificio Vrbani 2. anathemate perculsum, quòd Bertam Bataviæ Comitis Balduini filiam repudiare conatus, à se ablegasset in maritimum oppidum Montrolium, Bertrandámque ex Fulcone marito Vastinensium Comite sibi thoro iunxisset. Sub annum 1085. Testes rei gestæ laudo Iuonis Epistolas 109. 166. 169. qui ea tempestate Carnutum Ecclesiam Præsul moderabatur. Rursus sacrorum ius vniuerso in dominatu Philippi 2. prohibitum fuit à summo Pontifice, quùm Rex, Gelberga coniuge dimissa, Dani regis sorore, Mariam superinduxisset, Ducis Morauiæ filiam, an. 1195. Quod & memoriæ prodidit Innocentius 3. P. P. Decretali Epistola 1. De Postulat. prælat. Cuius altera quoque ad Francorum Regem habetur, cap. Nouit. De Offic. legati. Ne huc scripta producam Hincmari Rhemorum Antistitis, de Pontificio Adriani 2. fulmine in Karolum Caluum Galliæ Regem, Cæsarémque intentato; nisi protinùs Lotharingiæ regnum Lotharij filio Ludouico restitueret. Circa annum 870. Ita piorum congressu summotus est à Nicolao 1. P. P. Lotharius 1. Lotharingiæ Rex, Karoli Magn. pronepos, quòd cum Tetberga vxore fecisset diuortium, an. 862. Hinc Romam profectus est ad iram Pontificis deprecandam, sed in reditu vita decessit. Nec absimili prorsus argumento, Britanniæ Insulæ Regem confixit Alexander 3. programmate, quùm ille filio suo coniugem eripuisset, abduxisset. De quo, in cap. Non est. De Sponsalib. Sileo Regaliorum cõtentionem Philippi Pulchri cum Bonifacio 8. P. P. cuius ad Pulchrum Literæ minarum ac fulminis plenæ memorantur à variis rerum scriptoribus. Et verò Pulchri fratrem Karolum Valesij Comitem donauit Martinus 4. Pontifex Regno Tarraconensi, quo Petrum Aragonium abdicarat, Impium à sacrosancto Collegio iudicatum, an. 1282. Vt Nicol. Gillius, & Æmylius tradunt in Francica Histor. Quinetiam patrũ memoria, Iulius 2. P. P. sacrum anathematis telum contorsit in Ianum Alebretum Cantabriæ Regem, huiúsque regnum Pontificio Edicto publicatum. Atque hæc quidem Ferdinando Hispano causa fuit vicini Regis exturbandi maiore Regni parte, ac Pompeiopoli, matrice Ciuitate (cui Romana colonia à Cneo Pompeio deducta nomen imposuit.) Auctore Ferrono, Rerum Gallicarum lib. 4.

Gottofredus Marcellus Andegauensium Comes habuit successorem hunc, sororis filium, Fulconem à moribus cognomine Asperũ, Comitem *de Gastinois*, Cuius filius extitit Fulco Hierosolymorum Rex.

Sic Alethense minoris Britanniæ oppidum, (*S. Malo de l'Isle*) concessum est Clemente 7. P P qui Auenioni sedebat, Carolo 6. regi, contra Ianum Britanniæ Ducem, quasi schismaticum, & Vrbanistam, non Clementinum, seu qui in schismate Pontificio, Romanam potius Vrbani, quàm Auenionensem Clementis Sedem reueretetur, an. 1387.

6 QVANTI enim sint imprecationes Pontificiæ & detestationes, id vel domestico indicio proditur Legis Francicæ Karoli Mag. DE NON PARVIPEN-

DENDA EXCOMMVNICATIONE SACERDOTVM. Quam ego Constitutionem mutuatus sum ex Ioh. Tilij Meldensis Episcopi Codice manuscripto: cui & alia inseruntur Francicæ Legis Capita quædam, nondùm in lucem emissa. Eóque minùs necesse est, Ethnicas citare Athenienſium, Romanorum, Druydum execrationes: quas nihilo seciùs illi tantoperè extimescebant. Istarum solennes formulas commemorat Plutarchus in Alcibiade, & Crasso, ac Iul. Cæsar. lib. 6. De Bel. Gallico. Ast dubio procul DEVS Opt. Max. vlciscitur contemptam à Regibus maiestatem suam, vel summorum Ecclesiæ suæ Magistratuum, non modò Regni euersione, verùm etiam Regij stemmatis interitu. In Ochosiæ manibus, Iudaici imperij cardo versatus est vno tantùm anno, quòd verum DEI cultum, & antiquos sacrorum Pontificum ritus abiecisset. Namque eo occiso, Athalia matre superstite, reliqua stirps regia ferro extincta est, Regnum à Salomonis posteritate translatum. His addito Syriæ Regem Antiochum, sacrorum & Sacerdotum violatorem, cuius mors finem quoque attulit Syriacæ Monarchiæ in familia successioni. Vt est in libr. Machab.

Prouerb. 8. Per me Reges dominantur.

7 SED ne longiùs factorum exempla repetantur, septem Germanici Cæsares, quibus aqua & igni interdictum fuit à Pontifice Max. Imperialis simul fastigij gradu deiecti sunt paucis abhinc seculis: Ambo Henrici 4. & 5. Friderici 1. & 2. Philippus & Conradus Fridericorum filij, cum Otthone, 4. Duce Brunsuicensi. Exhinc ineuntium toto Orbe motuum origo extitit, multi Præsules à Friderico 2. in Pontificatus dedecus malè habiti, intercepti complures medio ad Oecumenicum Concilium itinere, tetro carceri mancipati. At facti indignitate motus Francorum Rex B. Ludouicus, assertorem se grauissimum vindicémque præbuit Ecclesiasticæ libertatis ac dignitatis, scripta minaci ad Fridericum Epistola, quam Petrus Vinea suis Libris assuit, de Galliæ potissimùm Episcopis in libertatem restituendis. Cuiusmodi Regia in Præfectos Ecclesiæ officia ac merita, re comprobant Yuonis Carnutensis de Regibus Francorum sententiam. Hic enim, Epistola 240. ad Paschalem Rom. Pontificem, *Nouit vestra* (infit) *paternitas, quia Regnum Francorum præ cæteris Regnis Sedi Apostolicæ semper fuit obnoxium: Et idcircò quantùm ad ipsas Regias personas pertinuit, nulla fuit diuisio inter Regnum & Sacerdotium, &c.* Atque adeò Yuonis ætati suppar Arnulphus Lexouiorum Episcopus ita rescripsit ad Alexandrum 3. P.P. *Quasi quibusdam sibi inuicem complexibus dignitas Ecclesiastica & Regalis occurrunt, cùm nec Reges salutem sine Ecclesia, nec Ecclesia pacem sine protectione Regia consequatur.* Lib. Epist. 96. Vnde D. Bernardus piè monuit Conradum Regem Romanorum (Epist. 243.) vtrumque Cæsaris interesse, & propriam tueri Coronam, & Ecclesiam defensare. Alterum Regi, alterum Ecclesiæ aduocato conuenire. Quocirca Regis præsertim Christianissimi religione iam antiquitùs factum, ne eius familiares & Aulici, quamuis ob noxam societate piorum amoueri possent, Ecclesiastico interdicto. Id quod vsu probasse se, ait Yuo Carnutum Antistes, pro Geruasio quodam Aulæ sectatore. Epist. 123. & 195. Eóque refertur Cæsarea Karoli Mag. & Ludouici filij Constitutio, in hanc formulam. *Si quos culpatorum Regia potestas aut in gratiam benignitatis receperit, aut Mensæ suæ participes effecerit, hos & sacerdotum, & populorum conuentus suscipere Ecclesiastica communione debeat: vt quod Principalis pietas recipit, nec à Sacerdotibus Dei extraneum habeatur.*

Petrus de Vineis, Friderici 2. Imp. Cancellarius, lib. 1. Epist. cap. 12.

Idem D. Bernardus ad Henricum Comitem epist. 279. Ad hoc te (inquit) constituit principem super terram princeps Regum terræ, vt sub eo, & pro eo, bonos foueas, malos coërceas, pauperes defendas, facias iudicium iniuriam patientibus. Si hæc facis, opus Principis facis, & spes est, vt tuum Deus dilatare & roborare debeat Principatum.

Capitula Carol. Magni, quæ recitat Iuo.

8 MERITÒ igitur egregium istud prodiit Romanæ Sedis beneficium in orthodoxos illos Galliæ Reges, Decretúmque Pontificium (de quo suprà) ne aduersum eos Diræ Pontificiæ exercerentur in posterum, aut Franci ab Ecclesiæ gremio pellerentur, sacro diplomate. Nec verò alterum est contemnendum, quod à Clemente 6. Pontif. Gallis Regibus concessum fuit, vt sacrificuli omnes & Clerici, qui Regio in comitatu forent pro officio, libere fruerentur suorum prouentu sacerdotiorum, solidósque eorum fructus perciperent: Diariis solùm exceptis, seu diurnis sacræ operæ stipendiis, quas vulgò *Distributiones quotidianas* vocitamus. Huius enim Priuilegij scriptura cautum est, hoc modo. CLEMENS EPISCOPVS IOHANNI REGI ET IOHANNÆ REGINÆ FRANCIÆ ILLVSTRIBVS, &c. NOS VESTRIS SVPPLICATIONIBVS INCLINATI, VOBIS AC SVCCESSORIBVS VESTRIS REGIBVS, ET RE-

Clercs, Chantres, & Chappelains de la Chapelle du Roy. Pontificia exemptio residentiæ in sacris beneficiis attributa sacerdotibus, munus suum obeuntibus in Regis Galli familiari comitatu. Similiter Honorij 3. decreto familiares Papæ, fructus suarum præbendarum percipiunt in absentia, cap. cùm dilectus.

CINIS FRANCIÆ INDVLGEMVS, QVÒD VESTRI ET SVCCESSORVM IPSORVM OMNES CAPELLANI ET CLERICI PRÆSENTES ET POSTERI VESTRIS ET EORVM OBSEQVIIS INSISTENTES, FRVCTVS OMNIVM BENEFICIORVM SVORVM, ETIAMSI DIGNITATES EIVSMODI IN CATHEDRALIBVS POST PONTIFICALES, MAIORES, ET IN COLLEGIATIS ECCLESIIS PRINCIPALES EXISTANT, CVM EA INTEGRITATE, QVANDIV HVIVSMODI OBSEQVIIS INSTITERINT, LIBERE PERCIPERE VALEANT, QVOTIDIANIS DISTRIBVTIONIBVS DVNTAXAT EXCEPTIS, CVM QVA ILLOS PERCIPERENT, SI IN EISDEM ECCLESIIS SIVE LOCIS PERSONALITER RESIDERENT, AC INTERIM AD RESIDENDVM IN EIS MINIME TENEANTVR, NON OBSTANTE, SI IIDEM CAPELLANI ET CLERICI PRIMAM IN IISDEM ECCLESIIS NON FECERINT RESIDENTIAM CONSVETAM, QVAM FACERE TENEANTVR AB HVIVSMODI OBSEQVIIS RECEDENTES, &c. Datum Auenione 12. Calend. Maias, Pontificatus anno 9. Eiusdem Pontificij priuilegij in sacros cantores & sacrificos Regiæ Franciæ, illata mentio est, Parte vlt. Styli Senatorij Parisien. (Tit. De Priuileg.) Tum à Guymerio Pragmaticæ Sanctionis Scholiaste, ad verb. teneantur, In Rubr. Qualiter horæ canonicæ dicendæ sint extra chorum. Consimilem quoque Pij 2. P. indulgentiam ac gratiam in Aulicos Franciæ sacerdotes, memorat Boërius, in Aquitanica Decision. 17. Quanti autem momenti sit Apostolica isthæc immunitas, venialeque Rescriptum, ostendit sacerdotiorum multitudo, quæ in Gallicæ Aulæ sacricolas conferre tenentur Ecclesiastici Antistites. Ex Principali Edicto Martmense, an. 1594. quod Prætorianus Senatus publicari iussit, 14. Calend. Sextiles posteriores.

De Cleric non resid. Statuit autem Polonici verbis, Cortisani Romanæ Curiæ, pensionarij, Reseruatores, &c. nisi intra sex mēses redeāt, omnibus beneficiis Regni priuātur. Lege Sigismundi Regis, Cracouiæ lata, an. 1512.

Die 20. April. an. 1351 Nam Clemens 6. P. P. factus est an. 1341.

Stylus Parlamen.

Priuilegiaria Bulla Pij 2. P pro Capellanis, clericis familiaribus, & domesticis Regis & Reginæ Franciæ, vt percipiāt grossos fructus suorum beneficiorum & præbendarum integraliter, ac si residerent in eisdem: Non obstāte etiam, quòd primam nō fecerint residentiam, ex Statuto Ecclesiæ requisitam.

In Magno Consilio, Edicti verificatio, die 19. Iul. 1594. Vti locum habeat in solis per obitum vacantibus, excepta etiam Regalia, neque item plures, in Ecclesiis 12. canonicorum, priuilegiati sint quàm duo, neque in Ecclesiis 24. Canonicorum, quàm quatuor, & maiore in numero Canonic. quàm sex.

9 AB aliis porro Dominici gregis pastoribus, qui ita lege soluti non sunt continui ministerij à Rom. Præsule, vtinam seruaretur Plinij illud de agrorum vbertate loquentis: Ipsorum manibus Imperatorum colebantur agri, gaudente terra vomere laureato, & triumphali aratore. Qua de causa multis visum hodie, Palatini Sacelli Clericis Lutetianis suffragari non debere Pontificiam assidui muneris vacationem aliorum suorum sacerdotiorum, cuius amplissimos olim Codicillos Iohannes 22. P. P. illis irrogarat, in Gallica tum Aula versantibus, hoc sermone. *Iohannes Episcopus, &c. Charissimo in Christo filio Philippo Regi Franciæ & Nauarræ illustri. Nos ad Capellam Regiam, infra septa Regalis Palatij Parisien. à claræ memoriæ Regibus Franciæ progenitoribus tuis fundatam, Apostolicæ considerationis intuitum conuertentes, Capellam prædictam, cum personis in ea degentibus & futuris, à venerabilium fratrum nostrorum Episcopi Paris. & Archiepiscopi Senonens. & successorum potestate & Iurisdictione eximimus, &c. Eique tenore præsentium indulgemus, quòd dum in Capella resederint personaliter supradicta, fructus aliorum suorum beneficiorum cum cura, vel sine cura, etiamsi dignitates vel personatus existant, cum ea possint integritate percipere, quotidianis distributionibus duntaxat exceptis, cum qua illos perciperent, si in illis personaliter residerent, & ad residendum in eis interim minimè teneantur, &c. Datum Auenione, Idib. Augusti, Pontificatus, an. 1.* Nunc verò Palatini hi sacerdotes, mutata temporum ratione, sacellique Aulici ministerio, domi agunt priuatim, nec Basilicani fani septis transiliunt in Regiam. Vnde interpretantur quidam Pontificij illius priuilegij tabulas, vt earum sublata iam causa, nullus supersit Priuilegio locus. Quinetiam interposita est nuper in Senatum prouocatio ab executione antiqui illius Rescripti priuilegiarij, tanquam abusiuè exorati. Quam appellationis controuersiam PATRES PARISIENSES consilij esse pronuntiarunt. Decimo Calend. Sextiles, an. 1573. Mario, Brissone, & Vilcotio, causæ patronis. Aulicos certè sacerdotes, qui re ipsa diuinis operantur in Regia, Senatus vacuos exemptosque decreuit assidua in sacerdotiis suis functione: quò annuos ipsorum reditus lucrifaciant, perinde ac si iis continuò inseruirent. Variis P. C. decretis, secundùm Nicolaum *Santeny*, Aulicum Cantorem Ecclesiasticum: aduersus Collegium Canonicorum Almæ Virginis matris, Corboliense 4. Nonas Apriles, an. 1569. Item pro Alexi Episcopo, contra sacros Sodales Ædis Spiri, Corboliensis, Nonis Septembr. an. 1573. Tum pro

Sanctæ Capellæ Palatij Paris. Canonici & Capellani, qui iādudum in Aula Principis non degunt.

Soli per morbum absentes vel qui pro vtilitate Ecclesiæ absunt ab officio, non à ciuitate vel diœcesi, percipiunt distributiones quotidianas. Cap. 1. De Cleric. non resident. In 6. Guymer. in Pragm. Sanct. Quo quisque tempore deb. esse in choro.

Die 13. Augusti, an. 1317 Quo anno sedere cœpit Ioannes 22. P P. Auenione, Philip. Longo Franciæ tum, & Nauarræ rege.

Die 23. Iul an. 1573

Arestа Curiæ pro priuilegiis Apostolicis beneficiatorum seruiētium Regibus & Reginis Franciæ, *de gaigner franc en leurs benefices.* Die 2. April. 1569. die 5. Septēb. an. 1573. Die 19. April & 2. Iul. an. 1575 Die 14. Febr. an. 1579. & die 2. Mart. eod anno. *Contre les Chapitres de nostre Dame, & S. Spire de Corbeil, de Vendosme, de S. Florētin de Roye, de nostre Dame en la ville de S. Quentin en Vermandois, & de Meaulx.*

Clemente *Fonteines*, contra Sodalitium canonicorum Vindocinensium, 13. Calend. Maias, an. 1575. Rursus pro Iohanne *Durantel* sacro Cantore Regio, aduersus Canonicos Fani Florentij, Royensis, postridie Calend. Quintiles, eod. an. 1575. Ad hæc, pro Desiderio *Leschenet*, in Societatem canonicorum Quintiniani templi apud Veromanduos, postridie Idus Februar. an. 1579. Et pro Matthæo *de Paruille*, aduersus Canonicos sacræ Meldensis Basilicæ, Nonis Mart. an. 1579. Posteriora verò eundem in sensum protulimus rerum iudicatarum exempla, lib. 2. MONASTICŌN seu DE IVRE COENOBITARVM.

Item, decretum Curiæ pro Theodorico Moneto Archidiacono in Ecclesia Rhemensi, & Canonico Montisfalconis in Argonia, contra Capitulum Montisfalconis, latũ in publica fori concertatione. die 4. Augusti anno 1576.

Tit. 3. artic. 14.

10 MEMORABILE est & aliud Sanctæ Sedis beneficium in Gallos Reges, de temporaria nummorum indictione, ab iis imponenda Ecclesiastico Ordini, in summo Reipubl. discrimine: vt sacra pecunia ad propulsandos finibus hostes, ingénsve aliud Patriæ periculum depellendum insumatur. Nam & Principis nostri, qui Reipubl. imaginem præfert, sancta nobis persona esse debet, vel quouis patrimonio sanctior. Non quòd probem omninò illud Artabani Satrapæ Persici, ad Themistoclem, nouum Persarum hospitem. Vos (inquit) Græci præ omnibus rebus libertatem laudatis: Apud nos verò ea Lex est præstantissima, quæ Regem venerari iubet, tanquam DEI effigiem. Vt Plutarchus in Themistocle refert. Sed mehercle ita iudico, nostram omnium non modò libertatem, at salutem quoque ipsam cum Reipubl. incolumitate, ac Regalis Magistratus dignitate esse coniunctam. Sicuti igitur Innocentius 4. P.P. sanxit Rescripto, vt qui pro salute Franci Principis in Numen hymnos concinerent, ac pia precum carmina funderent CHRISTO, venia erratorum donarentur, quæ intra decimum quemque diem admisissent: Ita Bonifacius 8. Pontif. in Gallicæ Reipubl. tutelam rescripsit, sacro auro parcendum non esse: ne Leuiticæ immunitatis obducto velo, sacerdotes etiam ipsi, fluctibus immergerentur vnà cum communi periclitantis Patriæ naui. Innocentianum quidem illud Priuilegium expromit Angelicus Doctor Aquinas in 4. Sentent. Distinct. 19. & Guymerius in Proœmio Pragmat. Sanction. Ad verb. Tueretur. At Bonifaciani diplomatis, quod in Scriniis Regni penitioribus conditum est, hæ præcipuæ sunt clausulæ: *Ad statum Christianissimi Regis Franciæ, in quo semper anteactis temporibus erga Romanam matrem Ecclesiam viguit deuotionis integritas, reuerentiæ plenitudo splenduit, & feruentis obedientiæ promptitudo, tantò solertius arcem confidentiæ extendimus, & circa illud cogitationis nostræ versatur instãtia, quantò ipsum vlteriori fauore prosequimur, &c. Adÿcimus insuper declarationi nostræ, quam fecimus ad Constitutiones de libertate & immunitate Ecclesiastica, quòd si prædicto Regi ac successoribus suis pro vniuersali, vel particulari eiusdem Regni defensione periculosa necessitas immineret, ad huiusmodi casum se nequaquam extendat Constitutio memorata: quin potiùs idem Rex ac successores ipsius possint à Prælatis & personis Ecclesiasticis dicti Regni petere & recipere pro huiusmodi defensione subsidium vel contributionem, inconsulto etiam Rom. Pontifice, &c. Datum apud Vrbem veterem. Pridie Cal. Aug. Pontificatus nostri an. 3.*

B. Thomas, Aquinas.

Decretum immunitatis omnium indictionum Hierarchico Ordini cõcessum ab eodem Bonifacio 8. P.P. In Cap. Clericis. De immunit. Eccles. In 6.

Die vlt. Iunij, anno 1298.

11 QVEMADMODVM enim Homerus non abs re finxit, Palladem Deam clypei obiectu Principi adfuisse Achilli, cuius tutela securus hic tegeretur: sic alios inter Reges & Regna, Francicum cœlesti Numini commendatum semper fuisse peculiari quodam præsidio, ait Comminius, longo se rerum vsu, & experimento percepisse. In vita Ludouici XI. cap. 73. Nam & Franciæ Rex cæteros inclyta dignitate antecellit, extraneo etiam Italorum Iurecoss. testimonio, Baldi in cap. 1. §. vlt. Vers. quæro vtrum. De prohib. feudi alienat. per Frideric. Anton. Corseti in Tract. De Potestate regia, Quæst. 27. Aluaroti in cap. 1. vers. Quæro vbi & in quo loco. Tit. Quis dicat. Dux. Illustrius verò extat Homisdæ Pontif. de Francico Regno iudicium. Cùm Clodoueus 1. Rex Romam misisset Diuoque Petro vouisset auream Coronam, Pontifex eam præcelso nomine REGNVM nuncupauit, tanquam primarij, aliorumque omnium augustissimi Regni Symbolum. Vt Hincmarus quondam Rhemorum Archipræsul, in vita D. Remigij percensuit, ac Sigebertus in Chronico anni 510. Proin Franci Regis Orator Iohan. Gerso reliquorum legatis Regum prælatus fuit in Constantiensi œcumenica Synodo: vt eiusdem Sessione 22. manifestum fit. Quò minùs nouum videatur, inuidiosumque, Romanos Antistites Gallum imprimis

Rex Francorum est supra omnes Reges, inquit Baldus, loco istic citato. Et Bonifacius de Vitalinis auditor Rotæ Romanæ scribit, illud sua ætate ordinariũ fuisse Romæ, vt loquendo simpliciter de Rege, Franciæ Rex per excellentiam intelligeretur.

primis Regem eximiis dignatos Priuilegiis suprà relatis. Sed his nonnulla insuper attexuntur in veteri Codice idiographo, quæ, qualiacunque sint, tacitus præterire non potui: seu quia paucis Lectoribus obuia, seu nostro instituto quadantenùs accommodata. Eo in Libro, cuius titulum inferiùs subiiciam, hæc lectitantur. *Ego Radulphus de Perellis Domini Regentis Regna Franciæ & Nauarræ clericus recepi à magistro Felisio Columbi dicti domini Regentis clerico, die Septembr. an. Domini 1316. Literas Papales, quarum intitulationes hoc modo scribuntur. Primò literas Gregorij 9. super dispensatione facta cum Regina super votis: Item de Capellanis Regis non interdicendis: Item de terra Reginæ non interdicenda: Item Literas Innocentij 4. P. P. de eligendo confessore à Rege, Clericis, & Familia sua: Item ne Rex seu Familia sua incurrat maiorem excommunicationem pro participatione cum excommunicatis: Item Literas Alexandri 4. vt nulla sententia canonica liget Regem: Item pro Clericis flagitiosis capiendis & detinendis: Item vt Rex in locis interdictis possit audire diuina: Item vt eleemosynæ cedant loco restitutionum: Item Literas Vrbani 4. vt qui de Regis licentia se transferunt ad Studium generale, percipiant fructus beneficiorum suorum: Item literas Gregorij 10. vt Rex, eius clerici, & familia possint eligere confessorem: Literas Celestini 5. de indulgentia 20. dierum concessa orantibus pro Rege, Regina, & liberis eorum: Item literas Bonifacij 8. vt certi executores possint recipere resignationem beneficiorum clericorum Regis, & ad nominationem Regis alijs conferre: Item de 10. Clericis Regis curam animarum habentibus non ordinandis, donec ad quinquennium peruenerint: Literas Clementis 5. de indulgentia 40. dierum concessa orantibus pro rege. Item ibi est Absolutio Regis & successorum à voto Crucis: Item quòd Confessor Regis possit dare licentiam vescendi carnibus fratribus sui Ordinis ad domum Regis declinantibus: Dispensatio generalis pro filijs, fratribus, sororibus, & filiabus Regis: Litera Alexandri 4. vt Rex possit introducere secum fratres religiosos in quamcunque domum religiosam intrauerit: Item Vrbani 4. P. P. de indulgentia concessa Regis primogenito in dedicationibus: Item Clementis 4. facultas data Meldensi & Syluanectensi Episcopis, vt ad nominationem Regis possint beneficia conferre sex Clericorum Regis resignare volentium alijs ipsius Regis Clericis: Item quòd non præiudicet Regi, quòd Mareschalus Papæ exercet temporalem iurisdictionem in Regno Franciæ.* Ex Volumine αὐτογράφῳ, qui sic inscribitur. *Tabula maior diuidens Capitula minoris tabulæ Inuentarij Domaniorum, debitorum, & compotorum Cameræ Computorum, facta per me Robertum Mignon, & completi an. 1325.*

Phil. Longus Rector Franciæ & Nauarræ, an. 1316. Postea Rex, mortuo Iano 1. nepote ex Hutino fratre.

Episcopi de Meaux & Senlis.

12 POSTREMÒ (vt Operi κατάστροφλὼ adhibeamus) Carolus 6. Galliarum Rex, Pontificiorum in Maiores suos munerum hæredem se dignissimum præbet, quippè Christianissimus Rex, Sanctissimæ Sedis filius Primigenius, quique sumpto PIETATIS ac IVSTITIÆ Symbolo, in vtrumque studiosè incumbat;

Anno 1572. Quo Liber hic primum compositus est, editusque an. seq.

Discere IVSTITIAM monitus, nec temnere DIVOS.

ΤΕΛΟΣ.

SVMMA POLONICI DOMANII, ERRICO FRANCI REGIS GERMANO, SARMATIÆ REGI DESIGNATO, LEGIbus decreti.

Poloniæ, seu Sarmatiæ Europeæ regiũ Patrimonium.

Henricus Andegauiæ Dux dein Poloniæ Rex.

Vnicuique Genti suas quasdam esse leges & instituta viuẽdi.

EXARATO Galli regis DOMANIO, nunc fraterni, hoc est, Fisci Polonici quasi germana quædam & cognata succedit tractatio. Qua in parte ego quidem, & Regis mei fratri, & natalis Andium soli mei Regulo gratulatum volui noua regiæ Sarmatarum Dignitatis accessione. Ea deinde est vtriusque argumenti affinitas, vt tametsi quoad priuatorum ciuium Iura verum sit Græcorum adagium, Νόμος χαὶ χώρα, & suis quamque Regionem diuersisque moribus sapere: Omnes tamen Respubl. multa habeant ex his communia, quæ ad Fisci Ius publicum spectant, velut commune quoddam elementum. Quemadmodùm enim hæc est vnicuique genti Naturæ sancita lex, priuatim opes quærere & partas tueri ad subsidia vitæ cõparanda: Sic Ius ciuile idem cuilibet Regno ac Imperio scriptum est, vt publicum Patrimonium vniuersim curetur conseruandum: quo, tanquam Reipubl. neruo, communis salus statúsque continetur. Proinde Spartanorum Politiam damnat Aristoteles, quòd præter reliquarum Nationum morem & Ciuitatum, illis nullum suppeteret Ærarium, in quo pecuniæ publicæ collocarentur: Vnde & narrat ipse crebrò accidisse, vt dum grauius bellum gerere cogerentur, Spartani ciues ægrè pecunias conferrent in publicos vsus. Lib. 2. Politic. cap. 7. 1

Herburtus Fulstinus, Regni Polonici Senator & Succamerarius Præmisliensis, hæc Statuta ordine Alphabetico digessit, an. 1563. Quæ is mihi cõmodatò dedit opportunè, quũ Opus hoc de Domanio Franciæ iam typis excusum, proximè publicaretur.

DE IVRE ergo Fisci Polonici sequuntur Capita aliquot, è sylua STATVT. Polonic. à nobis decerpta, quæ Herburtus Fulstinus nobis commodauit, vnus è Polonicæ legationis principibus, qui nouissimis diebus hanc in Vrbem appulêre. Sextili mens. 1573. 2

TEXTVS STATVTI.

FISCI PATRIMONIALIA.

Ludouicus rex quũ peteret à Polonis vectigal quod Regium & Poradlne dicitur, duodenos grossos latos & singulos modios siliginis & auenæ in iugera siue laneos, vti antiquitus pendebatur, Proceribus, contrà, se immunes asserentibus liberalitate Casimiri, Conuentum est, vt altera ex filiabus Ludouici regnate apud Polonos permissa, hi binos tãtùm grossos quotannis deinceps in iugera persoluerent, quibus Regem agnoscerent. Ex Chromero.

Hic Ludouicus, de quo suprà, ex prima Andegauẽsium Galliç familia ort⁹, duas habuit filias, alteram Pannoniæ, alteram Sarmatiæ reginas.

De eodem Ludouico, Statuti verbis cauetur, eum de con-

FVMALIA, scilicet duo Grossi, vsualis monetæ in Regno currentis, quorum 48. Marcam faciunt Polonicalem, de quolibet manso vel sorte, locatis vel possessis, singulis annis in festo B. Martini confessoris, in signum summi DOMINII & recognitionem Coronæ regni Poloniæ, exoluantur. Ex Priuilegiis Cassouiæ datis à Ludouico Andegauo Poloniæ rege, an. 1374. 3

MONASTERIORVM villæ, vt Nobilium, FVMALIA soluant. Constitutione Sigismundi regis lata Petricouiæ, an. 1511. 4

KMETHONES FVMALIA dent, non Sculteti, molendinatores, tabernatores, seruitores, & hortulani. Ex Priuil. Vvladislai Iagellon. regis in Iedlna datis, an. 1433. 5

PALATINI, & aliquid Castellani, liberi sint à Fumalibus. Lege Sigismundi Cracouiæ lata, an. 1507. 6

CIVES FVMALIA non soluant. Edicto Vvladisl. Iagellon. in Iedlna, an. 1433. 7

BONA Regalia, si necessitas Reipubl. vrgeat, non alibi, quàm in conuentione generali, cum assensu Consiliariorum sunt inscribenda, idque semper cum extenuatione. Constitut. Alexandri Regis edita Petricouiæ, an. 1504. 8

REX non alienet terras Regni Poloniæ. Ex Priuileg. Ludouici regis Cassouiæ dato, anno 1375. 9

CAPITANEI bona Regalia defendant vsque ad dissimitationes. Edicto Sigismundi Reg. sancito Cracouiæ, an. 1539. 10

11 IMPRIMIS-

sensu Baronum, Militum & Nobilium cassasse literas, de nõ eligenda femella in successorem.

11 IMPRIMISQVE bona ad procurationem generalem Cracouiensem spectantia (propter Regni Poloniæ necessitatem & Stabilimentum) ne obligentur. Vuladislao Iagello. legislatore, an. 1440.

12 BONORVM Fisci redimendorum modus. Terminus verò ad redimendum sex septimanarum præfigi debet: vt edixit Sigismundus, Petricouiæ, an. 1538.

13 IN redemptione bonorum Fisci, Literæ & inscriptiones primùm factæ bonorum Regiorum reuidendæ. Sed vbi specialis mentio in priuilegio vel inscriptione, de Telonio, de curru bellico, de exactione duorum grossorum, de Statione & iure patronatus facta non est, iuri Regio reseruatum esse cognoscitur. A Sigismundo, Cracouiæ, an. 1507.

Zuppæ, Salinæ & earum vectigalia.

14 ZVPPÆ Bochnenses & Virlicenses, sunt partes notabiles Thesauri regni Poloniæ, vt constituit Alexand. Rex, Petricouiæ, an. 1504.

15 ZVPPARII, Vicezupparij. Officiales Fodinarum plumbi. Teloniator in Capitaneatibus & teloniis regalibus.

16 BONA Regalia, à Reginalis maiestatis potestate & dispositione exempta: vt sanxit Sigismundus, Cracouiæ, an. 1540.

17 NE VIÆ publicæ & Telonia declinentur. Sigismundus, Bydgost, an. 1504.

18 DE VI in via publica commissa, pœna Regiæ Cameræ applicetur. Quem legem condidit Kazimir. Magn. Visliciæ, an. 1368.

19 MAGNVS Ducatus Lituaniæ, regno Poloniæ incorporatur. A Vuladisl. anno 1400. Vitoldi Lituaniæ ducis temporibus.

20 TERRA Belzensis Regno adscribitur. Rescripto Cazimiri Regis, an. 1462.

21 REX, Ducatus ad ferenda onera Regno vniat. Auctore Sigismundo, Cracouiæ, anno 1510.

22 NE quis euocetur in Curiam Regiam extra districtum, præterquàm in Regiis & Officij causis. Sigismundus. Petricouiæ, an. 1511.

In Rebus Fisci scilicet.

23 TESTAMENTA non de immobilibus & hæreditariis bonis, sed solùm de bonis mobilibus aut Regalibus condantur. Nam propter Reip. cõmodum, bona Regi in parte, vel in totum testamento legari possunt. Sigism. Cracouiæ, an. 1510.

REGALIA.

24 REX neque castra, neque tenutas, nisi Polonis nobilibus possessionatis credet. Sanctione Principis Sigismundi Augusti, an. 1550.

25 CRIMEN læsæ maiestatis, in persona Regia tantùm committitur. Sigismundus, Cracouiæ, an. 1539.

Rex nisi liberè electus ne coronetur. Sigism. Aug. Petricouiæ. An. 1550.

26 CONVENTVS Lubinensis, Abbatem electum Regi præsentet: Nec Episcopus Posnaniensis ad consecrationem Abbatis Lubinensis procedat, nisi Regia M. ad eam consentiat.

27 REX appellationes in Comitiis iudicat. Ex Cazim. Mag. Visliciæ, an. 1368. Sed à Colloquiali decreto iterum Regia M. appellatur.

28 DE nouis Constitutionibus solius Regis auctoritate nõ faciendis, sed cum publico consensu. Sigismundus, an. 1538.

29 CONSTITVTIONES non alibi, quã in conuentione decernũtur. Kazim. an. 1454.

Vt Rex, ita Capitaneus potest Ministerialem dare ad citandum. Kazimir. Visliciæ, an. 1368.

30 NVLLVS sit in Consilio Regio, nisi ex militari & nobili genere, tam spiritualis quàm secularis. Sigismundus August. an. 1550.

31 IN Curia Regia, duo sint Iurisperiti: Alter Spiritualis, alter Secularis, qui querelas ac preces supplicum audiant, Officialibusque Cancellariæ referant. Sigismundus, Cracouiæ, anno 1507.

32 REX Liberos nobiles à tributis faciat Kazimirus, an. 1463.

Ex spiritualibus neque Vicenotarij sint. Sigismundus, Petricouiæ, an. 1538.

33 VACANTE Notariatu terrarum in qualibet terra, terrigenæ illius terræ, vbi Notariatus vacat, in conuentione terrestri nominabunt 4. personas idoneas, pro eodem officio aptas: prout de Iudicibus & Subiudicibus seruari solitum est. Ex quibus 4. sic nominatis personis, Rex vni illatum conferet Notariatum ad placitum suum. Cazimirus, an. 1454.

Si rex Poloniæ sine prole decesserit, Poloni sine Litvvanis regem ne eligãt. Ex Priuil. prælatorum Litvvaniæ, an. 1401.

34 SI quis coram Rege gladium vel cultellum extraxerit, & aliquẽ vulnerauerit, sine gratia punitur. Si verò extraxerit, & nõ vulnerarit, in gratia Regis consistat. Idem, si coram Capitaneo Regis hoc fecerit. Si verò coram Dn. Archiepiscopo gladiũ vel cultellum extraxerit, siue vulnerauerit, siue non, pœna SIEDMNADZIESTA punietur, eidem Dn. Archiepiscopo applicanda. Caz. Iagell. an. 1447.

Ludouici filia Heduige in matrimoniū data Vvladislao Iagelloni, Lituani fassi sunt, Iagellonem maritū liberè à Polonis in regem fuisse electum. Ex Priuil. prælatorum Litvaniæ, Vilnæ dato, an. 1401.

DAMNA in bello passis Rex persoluat, & ex captiuitate liberet. Ex Priuileg. Ludouici, Cassouiæ irrogato, an. 1378. 35

EXTRA fines Regni in bellum proficiscentibus, & pro captiuitate & pro damnis Rex satisfaciat. Ex eodem Ludouico Andegauo, Polon. Rege. 36

PROMOTIONEM Cancellarij, Vicecancellarij, & Secretarij maioris Rex in sua relinquit potestate. Qui maior secretarius, in Prælaturis, dignitatibus, beneficiis, & officiis immediatè Cancellario Regni & Vicecancellario est successurus. 37

POLITICA.

DIGNITAS regia, iniustitia prophanatur. Lege Alberti, Petricouiæ, an. 1496. 38

Officia publica.

DIGNITATES & Officia regni, nulli extraneo, sed indigenis nobilibus sunt danda. Ex Priuil. Ludou. regis, Cassouiæ, an. 1374. 39

Ecclesiastica.

POLONI, ad omnia Monasteria regni (nisi Priuilegia Germanorum obstant) suscipiantur. In quibusdam enim Monasteriis antea ferebatur, solos Germanos ex more admitti debuisse. Sigismundus, Petricouiæ, an. 1511. 40

ABBATES tamen & præpositi Monasteriorum, ex nobilibus, aut si ij defuerint, ex plebeiis, modò sint Poloni, creentur. Sigismundus, an. 1538. 41

ANNATÆ ne dentur Rom. Pontif. ampliùs, sed potiùs in defensionem Reipub. conuertantur. Quo nomine sacra M. Regia, inter alias legationum causas apud eundem Pontif. contendet, vt Annatæ maneant in Regno ad Reipubl. tutelam. Sigismundus, Cracouiæ, an. 1543. 42

MILITARIA.

IN bellum Militum expeditio, & quòd intra fines Regni militare cogantur. Ex Cazimir. Mag. Visliciæ, an. 1368. 43

BELLVM in Comitiis decernatur, insperato casu excepto. Cazim. In Nieszovva. 44

ARMIGERI ne damna dent, Stationes in campis faciant. Lege Cazim. Magn. Visliciæ. anno 1368. 45

In bello, Officia Imperatoris & militum, & quòd negligentibus equi accipi debent. Cazim. Visliciæ, fol. 8.

IN bellum Seculares Domini & nobiles expeditionem facere tenentur: Spirituales, expeditis militibus, ipsi domi maneant. Sigismundus, an. 1544. 46

OMNES ex Ciuitatibus & oppidis bellicam expeditionem facere tenentur. 47

IVDÆI certam summam pecuniæ in bellum conferre tenentur. 48

STATIONES mercenariorum militum, in locis opportunis indifferenter fiant: Damna verò, ex pecuniis publicis soluantur. Sigismundus, Cracouiæ, an. 1540. 49

DE militum in bello delictis: dum scilicet pecunia accepta, seruitio non satisfaciunt, aut diem conscriptionis negligunt. Ex Sigism. Petricouiæ, an. 1519. 50

DE Officiis Marssalcorum Regni & Curiæ. 51

VRBANA.

Vrbana, seu Ciuilis Politiæ Iura.

EMPORIA Ciuitatum, aliàs SKLADY, quæ ex priuilegio habent, ne tollantur. Sigismundus, Cracouiæ, an. 1540. 52

NVNDINÆ in Polonia institutæ, loco earum, quæ antea in Germania & Silesia agi solebant. Sigismundus, Cracouiæ, an. 1524. 53

Foralia non exigantur à nobilitate & eorum subditis, cùm res domesticas ad victum spectantes vendunt aut emunt pro vsu suo. Sigism. Petricouiæ, an. 1523.

PALATINI prouideant, vt omnes res liberè per talenta & vlnas in Nundinis ciuitatum vendantur. Priuilegiis Posnaniensium & aliis non obstantibus, Sigismundus, Cracouiæ, anno 1507. 54

MENSVRÆ, pretia, & modus vendēdi cōstituatur per Palatinos. Kaz. an. 1454. 55

DOCTORES medici, Apothecas, & Aromatarias quotannis reuideant. 56

MENDICI sub certo numero, in ciuitatibus & villis habeantur: & sub signis Consulum in ciuitate, aut plebanorum in villis mendicent: Alioqui in manus Capitanei, vel dominorum credantur. Ex Ioan. Albert. fol. 103. 57

In foro prohibitiones ne sint liberè vnicuique vendendi, & ne aliqua signa à ciuibus in foro prohibitionē designantia extendantur. Cazimir, an. 1454.

FRATERNITATES mechanicorum in Ecclesiis sublatæ: Officia tamen illarum in Ecclesia maneant. Cazim. 3. an. 1447. 58

MERCATORES Regni, si extra regnum proficiscantur, iurabunt non esse suas merces quas vexerint. Sigismundus, Cracouiæ, an. 1540. 59

NE quid in fluminibus publicis nauigationem impediat. Cazim. 3. an. 1447. 60

SERVILIA.

DE Laïcis & mulieribus, messis tempore de Regno exire prohibitis. Iohan. Albert. Petricouiæ, an. 1496. 61

KMETHONES verò, Hortulani, & eorum filij à dominis suis profugi, per Capitaneos vel per ciuile officium capiantur. Dominus verò eos repetens, 12. grossos soluat. 62

ſoluat. Sigiſmundus, Cracouiæ, anno 1532.

63 LAICI, dietim, horatim, aut ſeptimanatim ſeruientes, vel ſine literis teſtimonialibus aduenientes, non foueantur in ciuitatibus, ſub pœna 14. Marcarũ. Nam inquilini pro ſuis ſeruitiis ſeptimanalibus ſufficient. Albert. Petric. an. 1496.

64 NE equi vel cutes extra Regnum educantur. Sigiſm. Cracouiæ, an. 1539.

Serui, animata inſtrumenta, Equi, inanimata, Ex Ariſt. In Oeconom.

65 SALVVS conductus ne ſubditis contra dominos, vel eorum ſubditos detur, ſed tantùm inter ciues. Sigiſmund. Cracouiæ, an. 1543.

66 OMNIBVS profugis danda publica fides. Ioan. Albert. an. 1496.

67 REGNI Incolis via in Hungariam & Sileſiam prohibetur, non externis. Sigiſmund. Petricouiæ, an. 1538.

68 LIBERVM ſit vnicuique, ex Regno concedere ad bonas literas perdiſcendas, modò ne nouas doctrinas ferat.

NOBILITATIS IVRA.

Nobilitatis Iura.

69 NOBILITATEM probare volens, ſex teſtes producat, duos de ſua genealogia, & 4. ab auis & matre. Cazimirus, Viſliciæ, an. 1368.

70 NOBILIS eſt, cuius vterque parens Nobilis, ex nobili familia genitus, iuxtáque morem patriæ inter nobiles viuit, vel etiam qui ex patre nobili, matre plebeia naſcitur. Alexand. in Radom. fol. 117.

71 NOBILIBVS liberum ſit, habere domos in ciuitatibus, modò vt Iuriſdictionem ciuilem non deuitent, & omnia debita & onera ciuilia ex illis areis & domibus ſeruientia ſubeant. Sigiſmund. Auguſt. Petricouiæ, an. 1550.

72 CAPTIVARI nullus nobilium debet, niſi iure conuictus iuxta Statuta & priuilegia. Sigiſmund. Auguſt. Petricouiæ, an. 1550.

73 CAVSAM nobilitatis non ſpirituale, ſed iudicium ſeculare iudicabit.

74 SI quis in Curia Militis alicuius & nobilis, minutas quaſcunque res ſubſtraxerit, auris periculo & priuationi ſit aſtrictus. Cazim. Viſliciæ, an. 1368.

75 PLEBEII ad maiorum Eccleſiarum dignitates, perſonatus, canonicatus, & præbendas non admittatur. Ioan. Albertus, Petricouiæ, an. 1496.

76 DE Pari numero plebeiorum, & nobilium ad Eccleſias cathedrales ſuſcipiendorum. Alexand. Rex, in Radom. an. 1505.

IVDICIARIA.

Iudiciaria.

77 NE quis Secularis pro cauſa ciuili ad forum ſpirituale euocetur, nec econtrà. Bodzanta Epiſcopus, an. 1396.

Factorum, cum rebus venditi tiis euntium iuramenta. Alexand. Petricouiæ, an. 1504.

78 IN Iudicio, factoris ſemel iurati literis credatur. Sigiſm. Cracouiæ, an. 1540.

79 FRVMENTVM mutuatũ, intra 4. annos per Iudicẽ repetatur. Caz. Mag. an. 1368.

80 MERCATORES debita in Regeſtis annotata, à nobilibus ante triennium petant. Sigiſmund. Cracouiæ, an. 1540.

81 IN Venditione bonorum conſanguinei teſtantur.

Actor, reo ſeu citato mortuo, intra annũ & ſex ſeptimanas cauſã renouet. Caz. Mag. fol. 37.

82 NON ſecundùm literas & ſigna in eis deſcripta, ſed iuxta teſtimonia ſenum, limites faciendi. Sigiſmund. Petricouiæ, an. 1519.

83 DEBITORI magnæ ſummæ, vel ſi quis extra Regnum ſit, decem & octo hebdomadæ ad ſoluendum indulgentur. Sigiſmund. Auguſt. an. 1550.

84 VIRGO nobilis à patre dotata, nil plus petat à fratribus. Si dotata non ſit, ipſi dotent vel conſanguinei. Caz. Magn. Viſliciæ, an. 1368.

85 PRÆSCRIBITVR petitio hæreditatis intra tres annos & tres menſes. Cazimir. Magn. Viſliciæ, fol. 18.

86 PRÆSCRIPTIONES tempore belli amittunt robur. Caz. Viſliciæ, an. 1368.

87 SI quis in foro ſpirituali obligat ſe, pareat.

88 NEQVE luſor, neque fideiuſſor eius obligetur. Caz. Viſliciæ, an. 1368.

89 TERRA Drohicienſis iuri & legibus Polonicis adſcribitur. Sigiſm. Vilnæ, anno 1516. Sicuti & Ruſſia. Ex Priuil. Vvladiſlai Iagel. in Iedlna, fol. 52.

90 IDEM de Bielſcenſi diſtrictu, an. 1547.

91 QVI mutuant, nec habent inſcriptionem, iuramento negantis petitione ſummouentur. Conſuet. Cracouiæ, fol. 123.

CRIMINALIA.

Criminalia.

92 GLADIVM ſtringens in præſentia militis, neminem tamen vulnerando, ſit in gratia militis. Cazim. Magn. fol. 39.

93 RAPTOR ſit infamis, rapta verò ſi conſentiat, dotem perdat. Iohan. Albert. an. 1496.

Fur per vicinos requisitos insequēdus, Aliàs tenetur ad reparationem iacturæ Kazim. Vislicix, an. 1368.

Licet amicus amicum iocando seu luendo vulnerauerit, tamen læso pro vulnere satisfaciat. Cazim. Vislicix, fol. 29. 94

De extinctione candelæ, & vulneris incussione, si quis fateatur extinxisse candelam, neget autem percussionem, in dubio pro percussore habetur. 95

Poena statuta contra violatores consiliariorum & nuntiorum, ad conuentus publicos siue ex illis proficiscentium, siue in eisdem commorantium. Quod etiam de violatoribus Iudicum ordinariorum, siue Commissariorum est intelligendum. Sigismund. Cracouiæ, anno 1510. 96

Lite pendente concordiam tentantes, à pœnis publicis seu fiscalibus ac Iudicum, & Subiudicum, Palatinorum, & Castellanorum liberi fiunt & soluti. Ex Priuilegio Iagellonis, fol. 52. 97

Servus aliquem pro domino in contentione vulnerans, non est culpandus. Cazim. Magn. fol. 38. 98

Ne in alicuius syluis ligna quis secet, præsertim quercus. Cazim. Magn. Vislicix, fol. 34. 99

In causis Criminalibus, in absentia nemo cognoscat. Caz. Magn. fol. 37. 100

Si aliquæ plantationes iam insertæ, & radicatæ euellãtur & extirpentur, etiam si fuerint propriæ ipsius extirpantis, qui debet medietatem illarum plantationum dimittere in solo seu area, pœna sex Marcarum teneatur. Caz. Mag. fol. 27.

Nullus pabula, pro equis in via, hoc est, in villis, tabernis, aut in locis solitariis violenter recipiat, aut ad vendendum cogat nolentes. Caz. Magn. Visliciæ, fol. 39. 101

CONIVGALIA SEV VXORIA.

Dotalitia, fuga vel crimine viri non vitiantur. Caz. Mag. Visliciæ, an. 1368. 102

De Crinili nuptarum virginum: Pro quo eis reformationem dotis non habentibus soluuntur Marcæ 30. (marito mortuo) aut possessio, vbi 3. Marcarũ sit prouentus: Nam indotatæ mulieri 30. Marcæ soluuntur. Ex Consuet. terræ Cracou. 103

Vxor, marito mortuo, solùm circa parafernalia, domestica remaneat, thesauro videlicet, pecuniis & argento, equis magnis, cum omnibus armis, equireis exceptis: quæ omnia ad pueros deuoluũtur. Et talis mulier, circa pecora, & quæuis alia, quæ in dote sua, & dotalitio fuerint, vnà cùm equis vectigalibus, quibus tempore mariti sui vtebatur, remaneat: Demptis vestibus, & equis paruis, in valore 3. marcarum, mariti defuncti: Quæ in æqualem sortem seu portionem dominæ cũ pueris cedere debebunt, & diuidi cum effectu. Vladisl. Iagello. 104

Dum mulier præmortua sit, habens Dotis & dotalitij reformationẽ, Dos à marito superuiuẽte, iure mediante exigitur. Quem maritũ sic decernimus potiri possessione in bonis per eum olim mulieri vxori suæ reformatis, vti viuente ea potitus erat, & possidebat. Præmortuo autem marito, mulier bona reformata possidebit, & ea mortua, eius consanguinei. Alexand. in Radom. an. 1505. 105

De bonis Dotalitij redimendis, quùm mulier, scilicet, secundò nubit. Sigismund. Petricouiæ, an. 1523. 106

Dos pecuniaria virgini coram amicis assignari potest: bona verò hæreditaria, coram Regia maiestate. 107

Pueri orbati matre, bona materna à patre non repetant, donec ad secundas nuptias conuolabit: nisi tunc, velut famæ suæ prodigus, bona & hæreditates illas communes indebitè dissiparat. Cazim. Magn. Visliciæ, fol. 26. 108

Licet tutores debeant resignare bona pueris, postquam nati fuerint annos 15. Tamen pueri, ante annum 24. non possunt illa bona alienare absque consensu amicorum. Consuet. terræ Cracou. fol. 120. 109

Explicit Appendix Statutorum Polonic.

Τῷ Θεῷ Δόξα.

FORENSIVM ALIQVOT

DICTIONVM, QVÆ IN HIS LIB. HABENTVR, INDEX TYRONIBVS FORI PARATVS.

A

B

C

Conscripti

Ligures

Q

R

Regaliorum

S

T

NOMINVM

NOMINVM PROPRIORVM

REGIONVM, VRBIVM, PAGORVM, PRINCIPATVVM INSIGNIORVM, CASTELLORVM, FLVVIOrúmque, qui toto hoc Opere de DOMANIO, memorantur, Syllabus.

Alemaniæ

Vu

vetus

Atrebatum

Basiliense

Blanca,

C

E

Falconius,

iberiæ

Ludouicus

M

Maria

N

O

Odo,

philippa

Regi-

samarobrina

sylua

V

Vardæ.

Vvibodus,

RERVM MEMORABILIVM QVÆ HIS LIBRIS, DE DOMANIO GALLICO, NOTANTVR, ELENCHVS.

A

arestum

armatorum

B

Bonorum

C

ciei:i

conditionum

D

agnatis

Index

Doman

E

Ecclesiasticorum

Hominium

K

L

M

Magistratuum

pondera

pugna

FINIS